Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Est. 30
Tabla 2

cccix.

ninso vocem emisit dicens: Au di Lucreti. Occidisti, inuasisti, ecce datus es in possessionem inimici. Ad hanc vocem inuasus a maligno spiritu ibi in confinio: et per tres horas vexatus emisit spiritum.

¶ Omnipotens clementissime Deus, cuius filius in cede beate Marthe hospitari digna tus est: da quesumus, vt eius meritis que illum placide suscepit in cede polorum misericorditer hospitari valeamus. Per eundem Christum.

... hospita Christi: Sy ... Erat autem oppida, scili cet, Magdalum: et Bethaniam vtramque, et Jerosolyme vibis partem. Maria cum sorore sua iure materne hereditatis possidebat. Nunc autem legitur virum habuisse: aut hominum contubernio ...

Cum autem Magdalena deuotioni, et contemplationi se totam exponeret Lazarus plus militie vacaret: Martha prudens, et sororis, et fratris partes strenue gubernabat: et militibus, ac famulis sedule ministrabat. Omnia autem hec post dominicam Ascensionem vendiderunt, et a pedes apostolorum pretium obtulerunt.

Anno vero domini quarto decimo a passione, cum iam Judei Stephanum prothomartyrem occidissent, et ceteros discipulos preter apostolos a Judee finibus eiecissent: diuersas ... commendata.

In hac igitur dispersione beatus Maximinus, Maria, Martha, Lazarus eorum frater ...

Joannem: de quo per visionem monitus fuerat.

Qua igitur cleroque eius particulatim visionis seriem retulisset: ille lachrymis pre gaudio suis benedixit Deum: reque veraciter vt erat per omnia comperta ... Qui cum occurrissent, et locum prefignatum fodere cepissent terremotu statim facto immensi odoris suauitatis, tanta exinde respersa est: quantam nullorum etas hominum tunc temporis meminerit sensisse: vt putarent se presentes in amenitate paradisi positos.

In ipsa hora de suauitate ...

... Feutberius ... sanctissimo comitatu ... qui osculantes beati ... pignus ... reuersi ... paucos autem dice ... thomartyris ...

... scendit, que sitientem largius terram madefaciens irrigauit: quod meritis beati martyris fieri nullus ambigit percipiant nullus ambigit ... tanti populo fuisse concessum. Ecce ego mitto ad vos.

¶ Justinus presbyter, et martyr: Rome passus est sub Decio imperatore. Hic a beato Sixto papa secundo presbyter ordinatus: eius sanctitatis imitator effectus est. Ad hunc beatus Laurentius martyr venit in vico Patricij latentem in cripta Nepotiana: vt thesauros a beato ... Christianorum ... omnium ipse beatus Laurentius ... Justino presbytero ...

sacerdotum relictus extra portam via que mittit Cedar: bestijs, ac auibus deuorandus sed hoc omnino prohibuit ille: cui illesam idem martyr fidem seruauit.

Quo facto rarescente Judeorum perfidia, accersiuit mihi religiosorum virorum turbam conuentumque fidelium, quam blandiens affatus sum ita. Obsecro vos fratres charissimi, vt nemini reuereamini colligentes sanctum pignus beati Stephani: et deferte in villule nostre possessionem, quam nomine suo appellauerat Caphargamala que .xxij. ab vrbe Jerosolyma lapide distat: et more solito solenni funere sepelite. Quod et factum est.

Hic vero qui huic loculo iacet contiguus: ipse est Nichodemus nepos meus: qui vt renasceretur, ex aqua, et spiritu sancto a saluatore audiuit: qui a Petro est baptizatus. Pro quo modum indignati principes ... subtracto ei principatu ... conabantur illum ... nostri gratia: ... tatis iure re... Expulso au... in diripuerunt ... em eius ...

exhibitis funeris exequijs ad prothomartyris pedes iussit tradere sepulture. Ille quidem, tertius qui mecum quiescendi possidet locum: ipse est Abibas filius meus: qui mecum Christo Jesu vigesimum agens annum etatis: pariter credidit: et a prefato Apostolo eterni fontis est vnda perfusus.

Is dum esset legis doctrina plenius eruditus: templo Dei cum Paulo sedulo vacans: diuina meditando precepta: ab illo vitio cui se subdere mortale genus solet humanum, protectione tuente superna, extitit liber: et in hoc proposito castitatis permansit in pace: cum quibus, et ego taceo. Coniunx vero mea ... et Selemias primogenitus, noster nolentes credere Christo: sed religionis vnitati ac fidei derogantes: in possessione Caphargamale sunt ... rum tamen quo nos posuimus cum fodere ceperis: inanes eorum reperies tumulos: quia nobiscum non fuerunt digni tumulari. Cumque venerabilis presbyter prefatum virum sciscitaretur, dicens: vbi vos inueniemus ...

illius preerat morabantur.

Eidem per predicationem beatissime Marie Magdalene Marsilienses, cum suo principe ad fidem Jesu Christi conuersi sunt, destructis idolis vanis, et ecclesijs edificatis, ad honorem Dei et sanctorum suorum, ad Aquensem ciuitatem profecti: populum ad fidem Christi conuert... et beatus Maximinus ibi episc... dinatus: Maria Magdalena ... fectam vitam contemplatiuam ducere ascendit in montem, in quo nec aquarum fluenta: nec arborum: nec herbarum erant solatia, et ibi stetit .xxx. ... nes per angelos nutrita.

Erat autem beatissima ... tha virgo, valde f... formosa: et in omnibu... Erat autem tunc temp... Rhodanum, in nemore ... ter Arelatem et Auin... quidam: medius anim... piscis: grossior bou... habens ... dorsum ... cornib... qui laten... transeunte ... ues sub ...

del Colegio de la Compañia de Jesus Granada

R-10207 Bª

COMMVNIVM OPINIONVM SYNTAGMA,

SIVE,

RECEPTARVM I.V. SENTENTIARVM,

In quibus varia Prudentum ſelecta Reſponſa, pulcherrimæq; Iuris Quæſtiones, quæ hactenus ſparſim apud diuerſos auctores legebantur, ex vſuq; ſunt communi, digeſtæ, decentiq; ordine collocatæ habentur;

Aliàs quidem QVATVOR IN TOMOS diuiſum, ſummo ſtudio, maximaq; diligentia à nobis illuſtratum, vt iuris ſtudioſo nihil vltra deſiderari poſſit.

Nunc verò denuò excuſum, atque D. Ioseph Ludovici Astensis I. C. præſtantiſs. aureo volumine adauctum, præter alia multa, quæ in epiſtola ad lectorem præfati ſumus, vt infrà pagina ſeptima videre licet.

Iuriſconſultorum autem nomina, à quibus totum hoc opus decerptum eſt, pagina quinta docebit.

Cum Indice rerum atque verborum copioſiſſimo.

TOMVS PRIMVS.

LVGDVNI,

M. D. LXXXIIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO VIRO,

D. BARNABAE BRISSONIO,

EQVITI, DOMINO GRAVELLAE,

ſanctioris, intimiq; conſeſſus Chriſtianiſſimi Regis Conſiliario, & in ſuprema Pariſienſi Curia Præſidi digniſſimo,

SYMPHORIANVS BERAVD S. P. D.

ILLVD MIHI, ſi quid vmquam, viſum eſt conſideratione digniſſimum, hominem non ſibi ſoli natum, ſed & aliis, ita, vt qui totius vitæ ſuæ rationem ad propria tantum commoda refert, cum non hominem dixerim, ſed terræ inutile pondus. Quare diuini quidem homines ij ſunt exiſtimandi, qui, ſuis commodis neglectis, ſe totos communi vtilitati addixerunt, ea aſſidue facinora molientes, quæ & reipub. ſint maxime ſalutaria, & ſibi glorioſa, ſcriptoribúſque perquam amplam ſuppeditent materiam, ad omnem poſteritatem commonefaciendam. Proxime ad hos meo quidem iudicio accedunt illi, qui, cum ſe non ad agendum natos videant, nolunt illi quidem vitam ſilentio tranſigere: ſed in eo operam omnem collocant, vt vel aliorum egregia facta ſcriptis illuſtrent ſuis, vel ipſi ſui animi ſenſa in publicum commodum proferant: quo in genere multi ita excelluerunt, vt vehementer dubitetur adhuc, vter vtri, ſcriptor, an actor ſit præponendus. Inueniuntur quidam, qui, cum facere cum periculo, aut ſcribere cum laude non poſſint, aut, ſi poſſint, nolint, alia ſunt via aggreſſi, ne fruſtra hac luce frui videantur. Hi, aliorum ſcriptis à tineis, atque blattis, & ab ipſo adeo interitu vindicandis, ſe orbi vniuerſo commodaturos arbitrentur, tamquam qui pretioſiſſimos theſauros, in terræ viſcera abditos, inueſtigant, ſummo cum labore effodiunt, in lucem proferunt, neque vero eos ſibi recondunt, ſed omnium direptioni (vt ita dicam) exponunt. Quo nomine hos magis admirandos, ac prędicandos affirmarim, quam qui triticum, aut pecunias vniuerſas in magna annonæ caritate ciuibus ſuis dilargiuntur: hi enim vix vni ciuitati, ad exiguum tempus, in re, quæ ad famem ſedandam pertineat, profuerint: illi autem in totum orbem, in omnémque poſteritatem ſuum beneficium ſine vlla imminutione deriuant, in re præſertim, qua nulla fructuoſior excogitari poſſit. Quare eos primo potius loco reponendos, quam tertio recenſendos, optimo iure iudicauerim: qui enim melius in commune conſuli poteſt, quî magis orbi vniuerſo commodari, quî accuratius omni poſteritati ſeruiri, quam in clariſſimorum virorum monumẽtis, in quib. viuæ diuinorum ingeniorum ſunt expreſſæ imagines, conſeruandis, eisq; diſperſis in vnũ quaſi corpus colligendis? Studeant ergo alij pecuniis accumulandis, alij agris continuandis inuigilent, alij in eo omnes labores ſuos, & impenſas collocent, vt priſca numiſmata, ſtatuas, lapidum fragmenta, atque alias antiquitatis reliquias, ac vel ipſa rudera effodiant, in quibus glorientur, quæ ſuas delitias ducant. Verùm PHILIPPVS TINGHIVS (cuius equidem viri laudes non poſſum ſine ſcelere non paſſim prædicare) longe aliter vitam inſtituit: nam omnem ſuam operam, ingenium, conatus, labores, facultates, partim ſuo marte incitatus, partim domeſticis exemplis impulſus, eò tantum contulit, vt doctiſſimorum ſcripta, præcipue autem iuriſconſultorum, vndique gentium ex variis bibliothecis maximis ſuis ſumptibus corrogata, publica luce donaret: homo ad commune omnium bonum natus, cui nihil potius vmquam fuit, quam vt tantum bonum, cælitus ad nos delapſum, typographicam ſcilicet artem pro virili promoueret. Is autem, cum infinitos propemodum libros curaſſet excudendos, tandem COMMVNES OPINIONES excellentiſſimorum quorumque Iuriſconſultorum, à ſe ſępe alias, maiori deinceps locupletatione editas, nunc vero plurimorum auctorum magni nominis acceſſione auctas, & ſummorum hominum opera maxime illuſtratas, ingẽti ſuo ſumptu, ac labore typis imprimẽdas tradidit: cui operi, antequam ad vmbilicũ perduceretur, eſt immortuus, non ſine maxima typographicæ artis iactura, & meo quoque ingenti dolore, quippe qui eum, vt

patrem vnice ſemper dilexerim, ab eo viciſſim filij loco habitus, ex quo tempore me primum cognouit: quod & viuus non obſcuris argumentis aſſidue pre ſe tulit, & moriens aperte omnibus declarauit. Quare cum diuturno conuictu, & longiſſimi temporis ſocietate, qua ſecum coniunctus fui, tum caritate, qua me & viuens & moriens eſt proſequutus, me quodammodo obſtrinxit, vt ipſius ſtudiorum, inſtituti, & laudis ſim æmulator: atque ita, vt tam beneuoli erga me viri, vel potius tam pij parentis memoriam pari pietate retineam, ſtatui, Deo fauente, non ſolum opera ab eo inſtituta perficere, ſed & prouinciam hanc, ab eo mihi traditam ad extremum vſque ſpiritum pro virili tueri. Eum librum tibi, ILLVSTRISSIME VIR, is viuens deſtinauerat: & ego eumdem illius opera inchoatum, meáque abſolutum, tibi vtriuſque nomine dico, illius quidem, qui poſtremum hoc opus tibi táquam anathema conſecrare ſtatuerat: meo vero, qui, ludum ita difficilem ingreſſus, primum hunc actum, veluti primitias, cum ex mortui voluntate, quam ſine piaculo negligere non poſſum, tum etiam animi mei inductione offerre potiſſimum tibi volo. Cui enim alij potius id opus debetur, quam tibi, ad quem de præcipuis Galliæ vniuerſæ controuerſiis referatur, cuius reſponſa veluti oracula quædam excipiantur: ſententiæ autem de rebus maximis dictæ, totidem grauiſſima, quæ poſtea alij in iudicando ſequantur, ſint præiudicia, cuius denique dicta legum propemodum vim habeant? Ecquis vero dubitauerit, quin ex tuo arbitrio (quod non poteſt non eſſe veriſſimum) aliorum ſententiæ efficiantur communes & ratæ: aliorum vero, quæ communes opiniones videbantur, irritæ poſtea habeantur? Nam, ſi authoritate rem metiri velimus, omnes norunt, quæ ſit in ſuprema hac curia Præſidis dignitas, quæ partes, quis ei locus inter cæteros, ita vt reliqui ex eius (vt ita dixerim) ore pendeant: ſi vero prudentiam, ſapientiam, integritatem, iuris ciuilis, ac cæterarum bonarum artium cognitionem ſpectauerimus, nemo eſt adeo hebes, qui non intelligat, te vnum ita in his excellere, vt quolibet vel maximo munere ſis digniſſimus, atque ita fit, vt te vnum omnes intueantur, te maxime ſuſpiciant, iudicúmque conſeſſus in tuam ſententiam pedibus ſine vlla controuerſia diſcedat, quippe qui tuis ſapientiſſimis dictis non audeat contradicere. Quare ſi patronus huic libro quærendus eſt, quem tutiorem te, aut ornationem deligere poſſem? te, inquam, quem patronum publicum, ſeu potius, communem omnium parentem, mox à Rege acceſſitum, in ampliſſimo Aduocati Regij gradu locatum, & tandem nuper ob eximias tuas virtutes ſuprema illa Preſidis dignitate decoratum, omnes vndequaque cõſpiciunt, ac prope colunt. Quæ cum ita ſint, COMMVNES has OPINIONES, ex præſtantiſſimis Iuriſconſultis in vnum quaſi corpus coactas ſub tuo nomine potiſſimum apparere volui: haud enim aliter euenire poterit, quin eæ, tua ſemel authoritate munitæ pro communibus opinionibus, quod nomen præferunt, ab omnibus poſthac habeantur. Quod ſi gratum tibi librum, tuáque commendatione apud alios receptum intellexero, næ mihi maximum animum addideris, ad multa in poſterum edenda, quæ reipub. literariæ, quam tu inter eius præcipuos patronos toto pectore foues, non exiguam, mea quidem ſententia vtilitatem ſint allatura. Hoc igitur à me munus tamquam primitias benigno vultu ſuſcipe: cum eóque me, tui obſeruantiſſimum in tuum patrocinium, clientelámque non dedigneris accipere. Vale. Lugduni, Prid. Id. Septemb.

M. D. LXXX.

IVRISCONSVLTORVM NOMINA:

è quorum ſcriptis hæ Communes Opiniones, receptæq; Sententiæ decerptæ ſunt: quorum aliqui nunc primum ſunt excuſi.

TOMIS PRIMO ET SECVNDO QVIDEM, HI:

Ioannes Bellonus Tholoſanus.
Franciſcus Viuius ab Aquila, Peruſinus.
Io. Baptiſta Villalobos Tolletanus.
Io. Fichardus.
Franciſc. Turzanus ab Inciſia.
Emanuel Suares à Ribeira.
Matthæus Chærianus.
Iulius Clarus.
Pius Fichardus.
Marianus Socinus Iunior.
Eraſmus Muſculus.
Benedictus de Capra.
Hyppolytus Bonacoſſa.
Laurent. Kirchouius Megalopolenſis.
Michael Graſſus Pomeranus.
Iaffred. Lanfrancus Balbus.
Caßianus Puteus Subalp. Senatus primarius Præſes.
Rolandus à Valle Caſalenſ. Senatus Præſes.
Petrus Andora.
Franciſc. Burſatus Mantuanus I.C. & Eques.
Ioan. Antonius Maſuerus.

TOMO TERTIO.

Antonius Gabrielius Romanus.

TOMO QVARTO.

Stephanus Ranchinus.
Iodocus Damhouderius Brugenſis.
Antonius Maria Coratius.
Macagnanus Azzoguidus.
Ioan. Neuizanus.

LE PRIVILEGE.

HENRY PAR LA GRACE DE DIEV Roy de France & de Pologne, A nos amez & feaux les gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneschaux ou leurs Lieutenans, & à tous nos Iuges & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre bien amé, Philippes Tinghi, marchand Libraire, Florentin, demeurant en nostre ville de Lyon, nous a fait remonstrer, que nos predecesseurs Rois, sur tous nostre treshonnoré Seigneur & ayeul, le feu Roy François premier, fauorizant l'art d'imprimer, & desirant l'exalter, auroit pris (à son grand contentement) grand accroissement en nostredite ville de Lyon, par la diligence de l'exposant, lequel se seroit entierement dedié à imprimer & mettre en lumiere plusieurs beaux liures, tant en loix que autres facultez, & qu'il a tousiours continué: & desireroit volontiers maintenant (pour le bien public, grand proffit & splendeur de nostre Royaume, commodité particuliere de nostredite ville de Lyon) mettre en lumiere deux liures en droict, qu'il a fait reuoir, corriger & augmenter outre ce qu'il a cy deuant fait, par gens doctes & bien versez aux sciences. Mais il craint, qu'apres auoir fait les grans fraiz à ce necessaires, pour mettre en lumiere lesdites œuures, plusieurs enuieux, se voulans preualoir de ses peines & labeurs, ne voulussent imprimer les mesmes liures qu'il pourroit faire imprimer: sçauoir, Communes Opiniones diuersorum authorum: *Item, vn autre liure intitulé, les œuures de* Didacus Couarruuias, *nous requerant à ces fins luy estre sur ce pourueu. NOVS A CES CAVSES, & autres à ce nous mouuans, voulans fauoriser ledit exposant en vne si bonne & louable entreprise, luy auons permis & permettons imprimer ou faire imprimer lesdits liures, Communes Opiniones Iuris diuersorum authorum, & les œuures de Didacus Couarruuias, cy dessus specifiees, par tels imprimeurs & où bon luy semblera, pourueu qu'il n'y ait aucune chose en iceux qui contreuienne aux saincts Decrets & Canons de l'Eglise Catholique, Apostolique & Romaine, & puisse preiudicier à nostre estat & authorité: Auec defenses, à tous Imprimeurs, Libraires & autres, de nostre obeissance, imprimer ou faire imprimer, vendre, debiter ou distribuer lesdits liures, en quelque sorte & maniere que ce soit, autres que ceux qui seront imprimez ou faits imprimer par ledit Tinghi, sans son sceu & consentement, pendant & durant le terme de dix ans prochains, à compter du iour que lesdits liures seront acheuez d'imprimer, sur peine de confiscation desdits liures & marchandises, & autres peines arbitraires: ce que nous voulons estre estroitement gardé & obserué, en consideration des grans fraiz qu'il a conuenu & conuiendra faire, Nonobstant oppositions ou appellations quelconques & lettres à ce contraires, donnees cy deuant ou apres, ausquelles nous auons derogé et derogeons: & en mettant par ledit Tinghi, au commencement ou à la fin de chacun desdits liures sus specifiez, l'extraict du present Priuilege, nous entendons qu'il soit bien & duement signifié à tous qu'il appartiendra, sans qu'ils puissent pretendre cause d'ignorance. SI VOVLONS, VOVS MANDONS, & à chacun de vous, comme il appartiendra ordonnons, que du contenu cy dessus vous faites ledit exposant iouyr pleinement & paisiblement, cessans & faisans cesser tous troubles ou empeschemens qui pourroyent estre faits & donnez au contraire. Contraignans à ce faire, souffrir & obeir tous ceux qu'il appartiendra & pour ce feront à contraindre, par toutes voyes dues & raisonnables, nonobstant oppositions ou appellations quelconques, & sans preiudice d'icelles, CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Et pource que de ces presentes on pourroit auoir affaire en plusieurs & diuers endroits, Nous voulons, que au vidimus d'icelles (duement collationné à l'original, par l'vn de nos amez & feaux Notaire & Secretaire, ou fait sous seel Royal) foy soit adioustee comme au present original. Donné à Paris, le xxvij. iour du moys de May, l'an de grace mil cinq cens quatre vingts, & de nostre regne le vj.*

Par le Roy en son Conseil,

LE RAGOIS.

Ingenuo Lectori.

S.

ANfato quoddam, an huius nostræ potius miserrimæ tempestatis morib. tribuendum sit, q̃ multorum hominum ingenia, insana quadam temeritate, nil aliud cogitẽt, nil aliud studeant, nil deniq; audeant, quàm ex alieno labore quæstum facere, inanemq; gloriam captare; doctissimorum virorum vel monumentis, vel iuuẽtis sacrilegam quodãmodo manum inferendo, eaq; peruertendo, & vt non ineptè vulgò dicitur, quadrata rotundis immutando; vix diiudicare quidẽ aussim. Vtcunq; tamen sit; eorum tandem temerarios conatus hunc manere finem experientia ipsa satis docet: q̃ eis etiam superstitibus, sua ipsorum studia cum primis ipsis chartulis & typis miserè interijsse sæpè videant. Sed quorsum hæc, amice lector? Dicam paucis. Non dum tertius ab hinc lapsus est annus, cùm nos (vt optimè nosti) in lucem edere curauimus Communium opinionum, seu receptarum I. V. sententiarum Syntagma, tunc primùm à nobis in quatuor diuisum Tomos, summoq; studio, maximaq; diligentia adauctum, & illustratum. Quod opus incredibili Iuris studiosorum applausu receptum est, communiq; omnium Iurisconsultorum calculo ita comprobatum: vt de secunda editione iam iàm cogitaremus. Interea verò vt debita & vigilijs & inuentis nostris in perpetuum gratia defraudaremur (fœdiora taceo) en nos prę-ueniendo, recèns tibi excuditur ab alijs Syntagmatis nostri omninò liber, speciosiorem tantummodo nomen præferens: ad instar, scilicet Iustiniani Codicis in titulos redactus: cùm reuera nihil prorsus sit, nihilq; vlterius contineat, nisi meras rapsodias ex nostris ipsis voluminibus nullo Iuris decore, nullo studiosorum profectu vtilitatéue, pessimè consarcinatas. In hoc autem præstat (fateor) quòd vt ne nostra continere videatur, omnia in peius loco mota, traducta, transposita, mutata habeat. Imò tantò inferior Syntagmate nostro quidem subsidet, quòd theses, hypotheses, responsa deniq; & conclusiones doctissimorum Iuris Consultorum Cassiani Putæi, Petri Andoræ, Ioannis Antonij Masuerij, & Stephani Ranchini, quæ in nostra impressione habentur, in eo integræ vel mutilatæ desunt. Quod arte & consultò dubio procul factum est, ne Regiam mulctam, ex nostro priuilegio, tanti operis auctor tandem penderet. Quæ omnia sic esse tu ipse, iudiciose lector, facillimè deprehendes; si hæc nostra & aliena illa conferens, iudicium vtrinq; sumere minimè pigeat. Sed & hoc tibi præfari operęprecium duximus, nos huic nostro operi D. Iosephi Ludouici Assisiensis I.C. præclarissimi, Communes opiniones adiecisse, quæ in prima nostra editione casu potius, quàm electione omissa fuerant. Vale.

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber primus.

A

ABbas solus potest hæreditatem vel legatum monacho delatum absque eius consensu repudiare, fm Cyn. & Iac. de Are. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Bart. in l. tutor. in fi. ff. de bon. pos. Bal. in l. 1. in 10. q. C. qui admit. Pau. Cast. & Alex. nu. 2. in l. legatum seruo. ff. de leg. 1. & Can. omnes in c. in præsentia. de prob. quia monach⁹ ipse per se nõ dicitur habere velle, neque nolle. c. si religiosus. de ele. in 6. sed omne suum velle dependet à velle Abbatis cũ monachus profitendo, sicut propriis renuntiauit, ita voluntati suæ renuntiasse censet, vouendo illa tria substantia regulæ. c. nullam. 18. q. 2. Et opi. istam asseuerat esse magis cõem Ale. in d. l. legatum seruo. nu. 1. & in l. 1. nu. 24. ff. de vulg. & pupil. subst. nu. 24. & veriorem dicit Pomates in addi. ad Bart. in d. l. tutor. & Aug. Beroius in c. Raynu. nu. 384. de testam. Contrariam verò partem, videlicet, ꝙ monachus in acquirendo, magis seruo q̃ filio æquiparetur, cuius certè factum omnino requiratur, & domino præiudicare possit, tenuerunt omnes Legistæ & Inn. in c. cùm olim. de priuil. Spec. in ti. de sta. mo. §. 1. ver. 8. quæritur. Bart. in l. cùm hæredes. in princ. ff. de acq. pos. Bal. & Rom. in l. 1. C. qui admit. Ang. in l. Papinianus. in prin. ff. de acq. hær. Bart. Bal. & Fulg. in l. fi. in prin. C. de bo. quæ lib. & Rom. in l. is qui hæres. in fi. ff. de acq. hære. & ita tenent cæteri Legistæ magis communiter in loc. præcitatis. & istam esse magis cõem sententiam Legistarum facit mẽtionem Beroius in d. c. Raynu. n. 283. circa med. & nu. seq. circa fi. Sed, omissa omni disputatione, prima opi. videtur verior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, consulendóque sequutus est Beroius, vt ipse censuit in d. c. in præsentia. n. 15. & in d. c. Raynu. Et ista communis ita amplexa interpretatur non habere locum in Prelato, qui hereditatem seu legatum ecclesiẽ delatum repudiare nullo pacto potest absque capituli cõsensu, quia huiusmodi repudiatio dr̃ esse alienatio, fm Bal. in l. pupillorum. C. de repu. hær. & in l. contra iuris. §. j. ff. de pact. Pau. de Cast. in d. l. legatum seruo. Anc. & Im. in c. 1. de reb. ec. non al. & alios relatos per Alex. in d. l. legatum seruo. vbi supponit istorum opinionem esse magis communem, contra Feder. de Sen. cons. nono contrarium asseuerantem. F. Viuius.

Abbas, & non episcopus, in Monachos habet iurisdictionẽ & correctionem, etiam si via ordinaria iudicialiter agerettur. hanc magis communem testatur Benedictus de Benedictis de Capra. reg. 84. num. 2. & 3. idque etiam procedere dicit in Abbate confirmato, nec dum consecrato aut benedicto, quia etiam ante benedictionem recipit iurisdictionem, secundum communem opinionem ibid. nu. 16. vide j̃. in verbo, Monachus, vbi fallentias aliquot pro communibus opinionibus receptas inuenies. Bened. Capra.

Abiurans hæresim, ante sententiam latam modò non fuerit aliàs quoque de hæresi accusatus, & post pœnitentiam in eam relapsus, non solùm euitat pœnam mortis, sed ẽt ꝓfiscationem bonorum, licet ipso iure à die commissi, delicti sit imposita. Hanc communem esse Doctorum opinionem attestatur Paris. cons. 185. & seq. lib. 4. Ita refert Iul. Cla. Alexandrin. in lib. 5. sentent. §. hæresis. ver. sed quæro. in fi. P. Fichard.

Abiurans hæresim ante sententiam latam, modo non fuerit aliàs quoque de hæresi accusatus, & post pœnitentiam in eam relapsus, non modo mortis pœnam euitat, sed etiam bonorum confiscationem, quamuis ipso iure à die commissi delicti sit imposita, vt est communis opinio, de qua Iul. Clar. in §. hæresis. ver. sed quæro. in fi. Bonacoss.

Abiurans vnam hæresim, si in aliam incidat, relapsus verè dicitur, communis est opi. Bursat. cons. 7. nu. 40. Bonacoss.

Abiuranti prima vice hodie de necessitate eps & inquisitor gratiam impartiri, & bona condonare tenetur, quinimo omnes dignitates, & honores, ac pristina iura recuperat, vt est communis opin. Bursat. cons. 14. nu. 33. Bonacoss.

Abiurantis bona sibi & filiis dimittuntur, vt est communis opin. Bursat. cons. 7. nu. 32. Bonacoss.

Abolitio generalis delictorum ex decreto, vel statuto, non comprehendit crimen falsi, vt est communis opinio, de qua Iul. Clar. quæstio. 59. versicul. in huiusmodi. Bonacoss.

Abolitione sequuta per transactionem, vel mortem accusatoris, potest iudex prosequi accusationem: sed debet facere nouum processum, & nouam inchoare instantiam, ex quo prima instantia per transactionem fuit perempta. Sed hodie contrarium seruatur, quia iudex potest prosequi sine nouo processu. Clar. lib. 5. sentent. §. fi. q. 58. ver. Et scias. Bonacoss.

Abortui qui causam præstitit, prægnantem mulierem percutiens, capite plectitur, si fœtus animatus iam erat, aliàs supplicium extra ordinem luet. cõe interpretum placitum attestantur Blanc. & qui eum laudat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 68. ver. abortum procurans. in fi. Et si longè verius, æquiusq; sit, nunquam huic capitis pœnas infligendas esse, seu animatus, seu inanimis fœtus abortu perierit, si modò prægnans vnà mortem non obierit, vt luculenter probat fons iuris, iustitiéque omnis sacrosancta diuini Mosis lex, Exod. 21. cuius sententia (ab Accurs. in l. diuus. ff. de extr. cri. in aliud oĩno ꝓrium eius, quod præcipit, perperam accepta) nihil aliud verè sancit, q̃ vt qui grauida muliere percussa abortum intulerint, mulcta arbitraria puniãtur, ni pernicies ipsius mulieris insequuta sit. alioquin si non solũ spes hominis, sed mater vera homo è medio auferatur, vitam ꝓ vita, oculum ꝓ oculo, dentem ꝓ dente, &c. pendi iubet: & hoc etiam, si diligentius inspiciatur, iisdem fermè verbis, quo ad mortis pœnam, constituit. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. si mulierẽ. ff. de sic. & probat d. l. diuus. tradit eleganter, ac verè Alex. post Bal. in l. quod dicitur. nu. 4. ff. de lib. & posth. & qui sese hac in q. variis modis induit Aeg. Bos. in pract. ti. de homic. nu. 6. quã ẽt de re nos alibi latius, & cõmodius: si quidẽ in præsentia titulum operis præ oculis semp habebimus, ac re ipsa Plin. iun. consilium sequemur lib. 5. epist. 6. inquientis: Primũ ego officiũ scriptoris existimo, vt titulum suum legat, atque identidẽ interroget se, quid cœperit scribere: sciatq; si materiæ immoratur, non esse longum: longissimum si aliquid accersit, atq; attrahit. Suarez.

Abortum causans, percutiendo nimirum mulierem prægnantem, ita vt illa abortum faciat, debet puniri pœna vltimi supplicij, si dolus adfuerit, magis cõem dicit Bos. in ti. de hom. nu. 6. Alij tamen distinguunt, dicentes, si partus fuerit animatus, tũc puniendum esse causantem pœna homicidij, sin verò nõ fuerit animatus, puniendum pœna extraordinaria. Et hãc esse communem testatur Blanc. in pract. crim. n. 33. Clar. libr. 5. sent. §. fi. q. 68. ver. abortum. P. Fichard.

Abortum causans, debet puniri morte, si dolus adfuerit, si partus fuerit animatus, aliàs non: quia tunc punitur extra ordinem communis est opin. Clar. q. 68. ver. abortum communem dicit Soarez. ver. Abortui. Bonacoss.

Absens causa reipublicæ restituitur ad appellandum. Fran. Are. cons. 160. nu. 7. communem dicit. Io. Bapt. Villalob.

ADDITIO. I. Fich. Ratio est, quia absens ex causa probabili, voluntariè non dr̃ absens. Rebuf. in tract. de priuil. schol. priuileg. 77. nu. 2. & ob tale impedimentum non currit tempus, gl. in verb. post dationem. cle. sæpe. §. & quia. de verb. sig. Vulcur. in l. si finita. §. Iulianus. nu. 88. ff. de dam. inf. Si verò partim causa Reipublicæ, partimque ex sua causa propria fuerit absens, considerabitur quod principaliter obseruabat, per l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & in terminis Ias. in l. non solùm. §. si cum iure. nu. 2. ff. de no. oper. nun. gl. in verb. negotij. in l. non verè. ff. ex quib. cau. ma. & Tiraq. de retract. munic. §. 30. in gl. 1. nu. 6. Si autem dubium fuerit, præsumitur suum principale motiuum fuisse ꝓ suo facto priuato, vt not. Bal. in c. dilecti. nu. 4. de app. Vnde voluntaria absentia dicetur, quæ restitutionem impedire videtur. Paris cons. 99. Adr. nu. 11. & seq. vol. 4. & tex. in l. & qui data. ff. ex quib. caus. ma. Sed an, & quando, & quomodo absentia excuset, & quæ sit causa ad restituen. & an absentia vel præsentia præsumatur, & quando incipiat currere tempus, per Bero. in c. 1. vbi per plures. nu. 1. de in int. resti. Tiraq. in eo. Tract. §. 35. in gl. 3. nu. 1. & an semper restitutio executionem impediat, aliqua per M. Ant. Bard. Senen. in tract. de tempore vtili & continuo. c. 5. nu. 1. & 2.

Concordat cum hac l. communi, l. 10. tit. 23. part. 3. & cum hac l. & cum cõi concordat l. fi. C. de resti. mil. quæ vr̃ limitari

per l.is qui reipublicæ causa.ff.ex quib.cau.ma.cùm absens dimisit procuratorem qui illum indefensum reliquit: quia tũc nõ restituitur quod planè est ꝗ tex.in l.fed etsi per prætorem. §.hæc clausula.ff.e.quas ll.concordat gl.dicens l.is,qui habere locum, qñ procurator est soluendo, alteram aũt cùm non sit soluendo,quam solutionem Ioan.Man. in tract.de resti.in int.c.3 52.repellit.Et concludit,ꝙ si absens dimisit procuratorem idoneum,qui non appellauit,restituitur:si autẽ non erat idoneus non restituitur: quas solutiones nostra cõis opin.& Aret. non tenent. Aliàs dicunt indistinctè restitui, & vltra id vr̃ innuere,ꝙ si dimisit procuratorem,non sit necessaria restitutio: sed ꝙ oportet appellare intra x.dies post aduentum,vt aliquid ob rempublicam tribuatur, cum generaliter dñs qui pp negligentiam procuratoris fuit grauatus in non appellando,si procurator est non soluendo,restituitur,vt appellet,fm gl. Bar.in l.j.§.fi.in ver.audiatur.ff.qñ ap.fit.& Fulg.in l.vnic.§. si procurator.ff.si quis ius di.non obt.& Sal.in auth.hodie.C. de app.quos refert Iaſ.in d.§.si procurator.n.13.vbi ponit reg. & limit.Et nota oẽs istas opi. vsque ad n.8. pro intellectu d.l. 10.& l.18.titul.29.part.3.& 6. Ioan.Mau.à c.3 3 2.vsque ad c. 3 52.pro intellectu dictarum legum.

Effectus istius restitutionis operatur,ꝙ subducatur de medio tempus absentiæ,vel impedimenti,Franc.Balb.de præscr. part.6.q.1.casu 22.nu.26.communem dicit.

Restitutio autem ista debet peti intra quadriennium,& terminari.l.superuacuam. C.de temp.in int.restit. & currit à tpe lesionis completæ,completa maiori ætate,vel postquam cessauit impedimentum, & sic,finita præscriptione, ante tamen non currit quadriennium.Balbus ibi,nu.27.cõem dicit.

Quadriennium autem licet sit assignatum ad petendam restitutionem post completam læsionem: tñ si læsio sit per minus tps,restitutio est postulãda post lapsum illius tpis:vt sunt x.dies ad appellãdum, intra illud tempus debet peti:vel si per vnum diem fuerit impeditus causa reipublicæ, restitutio est petenda intra illum diem,Balb.in d.q.1.nu.28.cõem dicit.

Tempus istud quadriennij licet sit in prosecutione continuum:tñ à principio est vtile,& sic non currit nisi à tpe scientiæ,vel potentiæ petitionis,Balb.tract.de præscr.in 6.par.q.1. casu.22.nu.28.in fi.communem dicit. I.B.Villalob.

ADDITIO. Quia ergo quadriennium non currit nisi à die scientiæ,vt dicit etiam Ang.in l.à sententia.§.si quis.nu. 1.ff.de app.ideo dr̃ vtile à principio,&ex post facto ꝓtinuum, quam opi.ẽt secutus fuit M.Ant.Bard. in tract.de temp.vti.& contin.c.3.Sub.7.licet aliqui etiam teneant ꝙ probabiliter ignorãs poterit petere restitutionem, etiam post centum ann. quod videtur mirabile,vt ibi per eum. I.Fich.

Fallit in ecclesia, quia semper tempus est vniforme, i. quadriennium.licet læsio sit minoris temporis. Idem ibi eod.nu. 28.in fi.communem dicit.

Tempus intra quod causa restitutionis est terminanda, semper est vniforme, i. quadriennium à die petitæ restitutionis,idem nu.28.communem dicit.

Nota ꝙ absentibus causa reipublicæ non ita fauetur, sicut minorib.quia minores restituuntur ad integram cãm,absentes aũt solum ad appellandum:Tiraq.de vtroq; retract.lignagier.§.35.gl.4.nu.46.communem dicit. I.B.Villalob.

ADDITIO. Distinguas, Aut absens defensus fuit, & vera est d.opi.cõis,Iaſ.in l.cum quidam.nu.9. circa med. ff.de acq.hær.aut non defensus,quo casu & ad appellandum, & ad totam cãm restituitur,stante probabili impedimento,& equitate.Iaſ.in l.non quocunque. §.si ex bonis. nu.8.9.& 10. ff.de leg. 1.Ab.in c.ex ratione.n.i.& 9.de app.Alb.in Dictio.in ver. absens,ibi.Adde ꝙ absens causa reipublicæ si non fuit defensus,restituitur ad totam causam,ac etiam in aliis,prout de anno in iure protomij absenti concesso, cùm tempus non currat,nisi à die scientiæ:Iac.Nouel.in tract.iur.protomis.§.7.n.3. & aliis casibus saltem per clausulam generalem, si qua mihi iusta causa,&c.vt toto tit.C.de temp.in int.rest.cum tit.seq.& ibi Scrib.& tit.ff.quib.ex cau.ma.

Nota tamen, ꝙ licet in hoc magis fauetur minoribus absentibus,tamen milites absentes causa reipublicæ, restituuntur ipso iure:minores autem subueniuntur petitione restitutionis.Bart.& alij in l.i.C.de iur.& fa.ign.& Iaſ.conſ.159. vol. 2.quod etiam facit pro intellectu d.l.10.& 18.de d.Iaſ.meminit Tiraq.in d.§.35.gl.4.nu. 50. Io.Fich.

Amplia istam communem, quòd in tantum est vera:quòd etsi currat longissima præscriptio: nihilominus competit restitutio infrà quadriennium.Tiraq.ibi nu.47.communem dicit:de hoc vide in verb.restitutio,§. I.B.Villalob.

Absens & impeditus, non tenetur in causis arduis mittere procuratorem.Bar.in l.idemque.ff.pro soc.Bal.in l.2.§.si quis in iudicio.n.3.ver.tũ verò aliqualiter.ff.si quis cau.in iud.sist. & in l.1.§.vsus.ver.sed reuoco in dubium. ff.de proc.l.ab eo. nu.7.ver.quæro vtrum absens.C.quom.& quan.iud.Alex.de Im.in l.recusare.§.si quis alio.vers.sed Io. de Im.ff.ad sen.treb. & hanc cõem ꝓcl.Doct.esse inquiunt Iaſ.in d.§.si quis in iudicio.nu.13.vers.retenta tamen cõi conclusione. & Mod.Paris. in conſ.19.nu.23.in Tom.1.conſ. kirchouius.

Absens, cui per notarium stipulatum fuit, acquirit irreuocabiliter secuta ratificatione re integra fm cõem per Bursat. conſ.33.nu.1.lib.j. cui absenti acquiritur sine ratificatione ex actu, qui merum commodum absenti reportat, ex cõi Doct. sntia,per eundem conſ.118.nu.4.eo.lib. Clar.§.donatio.q.13. ver.j.Osasc.decis.33.& id maximè procedit interueniente stipulatione notarij ex qua acquiritur actio vtilis ipsõ iure sine alia cessione,ex veriori & magis cõi sententia per Bursa.conſ. 40.nu.16.lib.1.Aym.conſ.252.Rol.conſ.19.nu.22.lib.j.imò possessio & dominium directum secundum communem,per eundem Burs.d.conſ.40.nu.17.vbi latius declarat.

Absens in casibus in quibus iudex potest procedere ad diffinitiuam contra absentem, ita ꝙ puniatur corporaliter, puta statuto ita disponente,tunc potest extraneus allegare innocentiam delati absentis. Bart. conſ.100. & 107. præsupponit ergo ꝑium quando proceditur secundum dispositionem iuris communis,per l.absentem.ff.de pœn. & C.de req.reis.vel vbi statutum imponit aliam pœnam quàm corporalem: vt ex Ducalib. decretis patriæ Subalpinæ, per quæ confiscantur bona.Et in primo casu iudex informationes etiam ex officio pro absente sumere potest: & quatenus alleganti causas denegaretur probatio,appellari potest.d.conſ.100. Put.

Absens quando potest condemnari fm formam statuti in causa criminali,potest procurator interuenire. Ang.in l.pen. §.ad crimen.ff.de pub.iud.fall.9.communem dicit, quem refert August.in addit.ad Ang.de malefic.in verb. qui iudex videns quod inquisitus,in addit.incip.tu autem in hac materia. sed Alexan.conſ.116.vol.2.magis communem dicit contrariam,quod non potest admitti. I.B.Villalob.

Vt aũt possimus deuenire ad aliquem intellectum legis regni, nota ꝙ absens de iure ciuili non potest condemnari. l.absentem.ff.de pœ.& l.absentem.C.de accuſ.pœna idque maiori relegatione:exceptis trib.casibus: primus,faciens aliquem spadonem l.Cornelia. §.lege constitutum.ff.ad l.Corn.de sic. Secundus,repertus in venali perfidia apparitor, in l.ne diu.C. de pœnis.Tertius,in crimine lesæ maiestatis,per constitutionem Henrici, quos refert Hipp.in l.Cornelia. §.constitutum. nu.7.& Cæp.in conſ.40.nu.8.in crimen. Et in istis verificatur nostra cõis,vt per Hipp.in d.§.constitutum. & Cæp. conſ.49. Ex quibus stante l.9.tit.2.l.3.ord.& l.2.tit.17.lib.8.& pragm. fi.Complutensi de iure Regio,cùm per predictas ll.absens de quocunque crimine potest condemnari,ẽt si pœna sit capitalis: vr̃ ꝙ indistinctè in omni causa criminali intenta ꝑ absentem,potest interuenire procurator.Sed ꝑium tene per l.7.ti. 9.par.3.ibi, *el mismo por su persona*:relatam in d.pragm.201.c.penult.Compluten.vbi innuitur in causa criminali non posse interuenire procuratorem pro absente: bene tamen interuenit excusator proponens causas absentiæ:vt hr̃ in d.l.7.ibi, *no viniere en su persona delante el Iuzgadoz a estar a derecho o no embiare o mostrar escusa derecha por que no pudo venir*.de quo per Damelesi.in ver.iudex videns quod inquisiti.ver.quæro an talis banitus.& hic ad excusandã absentiam vel contumaciam.l.pen. in fi.ff.de pub.iud.l.1.ff.an per ali.cau.app. de quo per Bart.in conſ.100.& vi.Corn.conſ.fi.l.3.& conſ.122.l.4.& Dec.conſ. 429.& no.tex.in l.seruum quoq;.§.publicè.ff.de proc.ꝙ quilibet non tanquam ꝓcurator, sed tanquam quilibet ꝑt interuenire ad defendendũ absentem,vel eius innocentiam.& istũ tex.ad hoc no.& sic illum intelligit apostillator ad Alex.conſ. 116.vol.2.ver.procurator.Ex quibus dantur duę differentię inter ius cõe, & regni,in d.ll.prima, ꝙ absens in causis criminalibus,ẽt maioribus relegatione,condemnatur. Secunda,ꝙ non admittitur procurator, licet in hoc sit cõformis legi cõi, vt per Alex.in d.conſ.116.Erit etiam tertia,ꝙ cõtumax fictus æquè punitur sicut verus,ibi faciendo,*pregonar en aquel lugar do solia morar el emplazado,y si morada no le allaren deue ser pregonado alli do el hierro se hizo*.Pro quo est notandum,ꝙ lata sententia non valet contra absentem non verum cõtumacem, vt quia non fuit inuentus personaliter.l.ea,quæ. C.quo.& quan.iud. quia vera contumacia non dr̃, etsi facta sit citatio ad domum, vel in valuis ecclesiæ,nisi probetur notitia citationis, fm Ang.in l.1.§.biduum.ff.quan.ap.fit.& per Joan.de Ro.decis.48. in nouis.quia etiamsi citatus ad domum, præsumatur sciuisse citationem

tionem:fm gl.in l.si legibus.in ver.probatum.C.de episc.aud. non tamen dicitur verus contumax.Im.in c.fi.de eo qui mit. in pos.& Fel.in c.cùm sit Romana.de app. quia fictiones non habent locum,quando agitur de incurrenda pœna.Io.Andr. in c.cognoscentes.de constitu. & Iafred.decis.3.Quarta,quia cùm fm opi. Doct. licet verus contumax non possit appellare:fiscus tamen appellat,fm glos.cõiter approbatam in cle.vnic.de dol.& contu.per Im.ibi,de quo per Bart.in l.fi. C.de in int.restit.& Bald.in l.cùm non eo die.C.quando prouoc.non est necef.& gl.in l.1.C.quor.ap.non reci. & Bart. in l.post edictum.§.fi.ff.de iudi.& in l.properandum.§.& si quidem.C.eo. tit.& Inn.in c.1.vt lit.non cont. & gl.in c.non solum. de app. in 6.& Ang.in §.1.Instit.de oblig.quę ex del.nasc.& Io.de Im. in conſ.126.De iure autem regio fictus contumax, de quo in d.ll.non appellat: quia in dictis legibus contumax habetur pro confesso:quæ verba fm Petr.de Anc. in repet.c.1.de constit.& Bart.in l.omnes populi.ff.de iust.& iure.& Im.in l.insulam.ff.de verb.obl.& ibi Alex.& Aret.in c.at si clerici.de indi. nu.19.post Bart.in l.obseruare.C.quor.app.non recip.important,ꝙ contumax non appellet,licet Bald.in l.ita demum.ver. restat nunc videre.nu.6.C.de proc.teneat contrarium:&Nellus in tract.banni.in 4.par.1.temp.1.q.& alij quos refert Lud. Carrer.in repet.d.l.obseruare.nu.17. Sed tamen primam opi. tene, & ita obseruatur, tunc etiam quia in d.l.Complutensi datus est ordo,si compareat intra annum,ꝙ audiatur:& iudex de innocentia absentis debet inquirere, & tenetur, vt per Fran.de Areti.conſ.146.visa consultatione. etiam publicatis attestationibus, ad defensam absentis potest testes recipere. vt per Bart.in l.4.§.hoc autem.ff.de dam.infect. & in l.2. in fi. ff.de quæst.& Bald.post Bart.in auth.at qui semel.C.de prob. &Doct.in c.fraternitatis.de testib.& Iaſ.in l.si quis.C.qui test. facer.pos.nu.7.etsi inuenit eum sine culpa,est absoluendus:vt eleganter dicit Bart.in conſ.100.à domino Cino.vol.1.quem refert & sequitur Hyppol. in l.1.§.si quis.nu.71.ff.de quæst. vbi congerit plures alios idem tenentes.Et idem disponit dicta pragma. à contrario sensu, ibi, *si por el dicho processo pareciere que aya prouanza bastante para le condemnar*, Et ad intellectum d. pragm. nota dictum satis notabile, ꝙ fugiens si sponte reuertitur, omnem suspicionem criminis purgat. l.1.C.de requir. reis. non enim dicitur recessisse habens animum redeundi. l. quis si fugitiuus. §.1.ff.de ædil.edict.sicut nec auis,quæ ex nido euolat, breui reuersura, recessisse dicitur. Bart.in l.1.C.de ser.fug.Et habuisse animum reuertendi præsumitur,qui intra annum venit.per d.l.1.& c.cùm contumacia. de hære.in 6.& ob hanc causam licet inducat semiplenam probationem fuga contra fugientem:tamen si sponte reuertitur in totum diluitur:vt tenet Corasi.in l.admonendi.nu.75.ff.de iureiur. Et plus dicit Iaſ.in d.l.admonendi.nu.90.in lect. post Bar.in l.raptores. C.de episc.& cler. ꝙ fugiens de carcere, si denuò esset incarceratus etiam inuitus ꝙ propter illam fugam non est condemnandus.quæ faciunt pro limita.l.34.lib.8. titul.18.in ordin. vbi disponitur ꝙ carceratus fugiens de carcere habetur pro fractore.& circa d.l.6.aliàs 8.limit.per Episcopum Calagur.in suis regulis,in ver.fuga. Item nota.ꝙ ita sunt de substantia,in d.pragm.banna ac tempora ꝙ si non fuerint ad vnguem obseruata, non potest absens condemnari, & haberi pro confesso:& ita in indiuiduo dicunt Bal.& Iaſ.in auth.quę supplicatio.nu.5.C.de prec.imp.off. & Alex.in l.2. nu.9.ff.de iudi.per gl.in cle.1.de vita & hon.cleric.in verbo,tertio.& in c.1.in prin.de mil.vaſ.qui cont.est,in verbo,tertiam vocationem.Alber.Brun.in tract.de for.& solen.art.ex quibus consista: forma.ver.37.& in art.quando censetur aliquid tradi pro forma.conclu.16. Ex quibus si contra absentem de stylo alicuius curiæ obseruentur alij termini in procedendo (vt est in Cõpostella b.Iac.) non vendicant sibi locũ pœnæ istarũ legũ.

Absens si post sententiam capiatur, audiendus est super omnibus contentis in processu & sententia,tam in pœnis corporalibus,quàm pecuniariis,& ita pluries practicaui,cum ibi essem iudex maior:præcipuè cùm forma tradita à statuto dicatur substantialis. Deci.in conſ.429. nu.5.& de materia dictarum legum,vide Ang.& suam additio.August.in tract.malefic.in ver.videns,ꝙ inquisiti per totum. & Hippol.in pract. §.postquam.à nu.35.vsque ad nu.62.& in conſ.64.nu.43.& in conſ.117.nu.36.& in conſ.134.nu.11.& Chass.in consue. Burg.rub.1.§.7.in prin.nu.10.vsque ad fin. & Lud.Carrer.in pract.crim.in prin.nu.65.cum aliis.& Isern.& Matth.de Affl. in constit.Neap.incip.Grandis.tit.1.libr.2. de materia postea quam hæc scripsi, reperi Petr. Nuncum de exequendis mandatis regum,conſ.15. vbi congerit quatuordecim correctiones iuris communis per dictas leges.

Nota circa l.1.tit.3.lib.3.ordin. quæ loquitur de non contestanti infra nouennium. & l.5.tit.16.lib.etiam 3.ord.de citato ad audiendum sententiam,ꝙ contumacia in d.legib. debet esse vera,adeò,vt non sufficiat ficta. vt per Bartol.in l.si se non obtulit.§.condemnatum.ff.de re iud.& Iaſ.ibi n.32.item nota circa d.l.1. ꝙ requiritur, ꝙ dicta petitio sit proposita in iudicio, parte præsente, vel procuratore suo, vt per Ant.in c. 2.de dilat.& Panorm.in c.fin.de iudic. & in tantum operatur ficta confessio in d.l.1. ꝙ pars non admittitur ad probandum contrarium. vt per Iaſ.in l.error. C.de iur.& fact.ignor. nu.6. & 7.reprehendentem Alexan.tenentem contrarium, de quo per Franc.de Aret.conſ.146.visa consultatione.

Nota etiam, ꝙ licet per d.l. non requiratur sententia, sed hoc est intelligendum verùm quò ad ipsum fictum confitentem, secus quò ad suum hæredem, quia tunc requiritur sententia, fm Bald.in l.2. C.de edend.quia confessio ficta hæredi non præiudicat,vt tenet Bart.in l.1.ff.de priua.delic. ver.item quæro,dixi.nota etiam, ꝙ dicta confessio dicitur iudicialis,& solennis,vt tenet Aretin.in c.at si clerici.nu.21.de iud. ex Cino.& Bald.in l.quoniam.ff.de iis qui not.infam.& de materia istius l.vide Hyppol.sing.27.& Alex.in addit.ad Bart.in l.transigere.C.de transact.circa tamen l.5.tit.16.vide l.3.tit.22.par. 3.& l.9.tit.23.par.ead. & quod Doct.tractant, maximè Io.de Im.in l.ex consensu.ff.de app.& in l.diuus.ff.de in int.restit.& gl.in cle.vnic.de dol.& cont.in gl.fi.vbi dicitur, ꝙ non dicitur contumax, nisi pars comparuerit ad accusandam contumaciam: & vide Bald.in l.falsus. C.de fur.& Alex. in l.contumacia.ff.de re iud. Villalob.

Absenti liberatio facta non per modum confessionis, sed per modum pacti,seu conuentionis,non prodest, nisi aliquis nomine absentis receperit.Est magis cõis opin.fm Alexan.in conſ.131.in causa & lite.vol.4. M.Cherianus.

pro Absente nunquid procurator in causis maleficiorum admittatur, ex forma tradita à statuto condemnari potest. Hoc autem latiùs declarat,& quomodo de iure ciuili procedat,ac quomodo secundùm leges regni,pluresque casus enumerat,nec distinctionem veri, ac ficti contumacis omittit,& quid de excusatore,addit deinde aliqua de eo, qui aufugit, & de eo quoque qui sponte pòst reuersus fuit. I.Fich.

Absens non potest propter crimen vel delictum quod ipsi absenti imputatur, diffinitiuè condemnari, Com. dicit Ant. Gom.super l.86.Tauri.nu.1. nam de iure cõi contumax non potest à iudice haberi pro confesso & conuicto. & licet Iac. de Aren.tenuerit,ꝙ quando crimen est liquidatum inter prę sentes, potest eo casu ferri sententia contra absentem, tamen ꝑ eum est cõis Doct.opi.vt dicit Bal.in l.quamuis.la 1.nu.j.C. de adul.& Bos.in tit.de req.reis. nu.1.in fi. & ꝙ etiam de iure can.non possit contra absentem,lite non contestata,deueniri ad condemnationem,ne que etiam ad testium receptionem, cõem dicit Abb.in c.veritatis.nu.20.& 27.de dol.& cont.adeò vt etiam in tali casu absentiæ testes non possint recipi ad perpetuam rei memoriam,vtcunque senes, valetudinarij,vel in longinquas partes recessuri sint illi testes com. attestatur Gom.in d.l.86.Tauri.nu.4.Intellige,tamen hæc omnia,quando ageretur de pœna corporis afflictiua.nam si tantùm veniret pœna relegationis,vel ea minor,imponenda, eo casu posset absens condemnari.cõem dicit Bald.in l.absentem.in fin. C.de accuſ.Sal.in d.l.absentem.n.14.quem refert pract.Conrad.n.7.ver.quartò excipio.Bos.in d.tit.de req.reis.n.1. Clar. lib.5.sent.§.fi.q.44.in prin.de consuetudine tamen Italiæ,Gallię & Hispanię,tam in foro ciuili quàm can.ꝑium obseruari, dicit,teste Gand.de malefic.rubr.quid agendum reo absente. Io.Fabr.in l.cunctos populos.de sum.trin. Ant.Gom.in l.86. Tauri.nu.8.& Rip.in c.1.nu.77. de iudic. Clar.ibid.vers.licet autem. P.Fichar.

Absenti donationem tacitam acquiri,not.Bar.& Castr.in l. si cum dotem.ff.solut.matr.in materia autem absentiæ dic, ꝙ quando fit actus qui de se aliter non valet nisi cum præsentia alicuius : tunc præsumitur præsentia, si præponatur nomen ipsius,puta,si in inuestitura dicatur,princeps inuestiuit talem, intelligitur præsentem, Castr.in l.Titia. §.idem respondit. de verbor. oblig. & obstante constituto seu retentione vsusfructus non acquiritur possessio nec dominium absenti ante ratificationem,Rui.conſ.174.lib.1.an autem ex stipulatione notarij acquiratur absenti absque ratificatione : not.Rub.Alex. conſ.117.n.4.& seq.post Bar.in l.nec ei.§.fi.ff.de adop.in l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.ob. Quid de donatione expressa, an facta absenti valeat?& dic,ꝙ non,etiam ratione piæ causæ, secus in tacita,quæ valet in fauorem absentis, teste Iaſ. conſ. 13.lib.1.valet tamen donatio facta posthumo vel primo filio

nascituro, Deci.cons.245.in princi.& dic,ꝙ donatio facta absenti,ꝑt reuocari antequam acceptetur,confirmatur tñ morte donantis,ẽt si non sit ratificata, Deci.cons.432. & ꝙ donatio facta absenti non valet, nisi stipuletur notarius,& nisi ita stipuletur:non posset exinde ratificari.gl.in l.illud. C.de sac.san. eccl.Castr.in l. 1.ff.de pact.quando autem valeat vel non,donatio inter viuos, vel cā mortis facta absenti,dic,vt per Corn. cons.254.cui adde,ꝙ si notarius stipuletur pro donatario absente, cui est facta donatio,ꝙ tunc donans pœnitere non potest etiam ante ratificationem donatarij.teste Bald.in l.cum à socero.C.de iur.dot.quem sequitur Dec.cons.226.in fi.Quid de collatione beneficij, vel de inuestitura facta absenti,an valeat? vel antequam acceptetur, an possit reuocari? & quid de electione?vide Ab.in c.accedens.el 2.vbi Io.And. de præb.& dig.& dic,ꝙ priuilegium & gratia principis acquiritur absenti,gl.in l.1.in gl.fi. C.de quad.præscr.vbi Bal.2.lec.Ias.in l.fi.ff. de constit.princip.In donatione autem facta absenti an & qñ valeat?dic,vt per Castr.in l.illud.C. de sac.san.eccl.vbi an præsumatur absentia vel præsentia, quam in donatione facta ecclesiæ nemine acceptante, non valere in vim donationis, sed in vim pollicitationis,vt ex ea non acquiratur ius reale, sed actio personalis,testis est Rui.cons.37.lib.4.& ꝙ donatio facta absenti non obstante stipulatione notarij possit reuocari ante acceptationem:scribit Grat. cons.25.nu.37.lib.1. vbi idem dicit de constituto,& cons.128.n.21.& ꝙ per stipulationem notarij donatario absenti acquiritur qñ donatio continet merum commodum,voluit Rub.Alex.cons.117.Quid de donatione tacita quæ inducitur ex dispositione legali? & dic, ꝙ acquiritur absenti, vt per Castr.in l.si cum dotem.col.1.ff.solut. matr.quæ donatio valet etiam facta infanti absque aliqua acceptatione alicuius,Rub.Alex.cons.17.sed Petr.Stella in rep. l.si creditores.C.de pign.tenet contra cõem opi.ꝙ non possit acquiri,nec ex expressa,neque ex tacita donatione. Iac.Nigri in rubr.num.21.de verbor.oblig.nu.194. qui sequitur opin. Bal.de quo plura no.Rub.Alex. in rep.§.morte.ff.de oper.no, nunc.Quid in dominio & possessione,an acquiratur donatario absenti añ ratificationem re vel verbo?vide Rui.cõs.174. lib.1.& dic, ꝙ dominium transferī sine traditione ex contractu cum principe celebrato,Rui.cons.32.libr.1. & an concessio facta absenti acquiratur añ acceptationem, not.Grat.cõs. 127.nu.19.lib.1. Quid si adsit stipulatio notarij pro absente, vel ante acceptationem fuerit facta concessio alteri qui acceptauit:&àn renuntiatio facta fratribus absentib.valeat?Corn. cons.135.lib.2.Quid de cessione actionum?& dic,ꝙ potest fieri absenti, gl.in l.in causa.§.si in parte.ff.de procur.Alb.in l.3. col.vlt.in fi.C.de noua. cui adde ꝙ ẽt pactũ non solet prodesse absenti.l.2. C.de pact.secus tamen si tit liberatorium ẽt tacitum,Bar.in d.l.2.in fi Rui.cons.167.nu.15.lib.1. Quid de acquisitione pœnæ?& dic,eam fieri fisco ex toto iuramento,teste Rui.cons.10.lib.4. Put.

Absens nõ potest propter crimen,quod ipsi absenti imputatur,diffinitiuè condemnari,vt est cõis opi.Nam de iure cõi contumax non potest à iudice haberi pro confesso & conuicto,vt est cõis opin.Clar.q.44.in princ. Sed de consuetudine contrarium seruatur tam de iure ciuili quàm canonic. vt est communis opin.Clar.ibi.ver.licet autem. Bonacos.

Absens,vbi imponitur pœna relegationis,vel alia inferior ꝑt procedi ad sententiam ꝯ absentes, vt est cõis opi. Osascus, decis.Pedemon.105.nu.8.communem dicens. Bonacos.

Absens potest damnari, non tamen deueniri potest à l annotationem bonorum à relegatione infra,etiam ante lit.contestatam,secus si suprà,vt est communis opin. de qua Bossius tit.de requir.reis.nu.1.col.2.fol.264. Bonacos.

Absens & impeditus non tenetur in causis arduis mittere procuratorem,communis est opin.Chircouius conclu.communi.centuria.1.conclu.1. Bonacos.

Absenti ex stipulatione iudicis acquiritur,qñ interponitur in iudicio, saltem qñ interponitur super his, quæ pertinent ad officium iudicis.Vtputà accipere cautionem,ne talis à tali iniuriatus offendatur,vt est communis opi.de qua D.Hercul. de Syluestris,Ferrar.cons.97.nu.10.inter cons.crim,diuersorum per Zilettum.tom.2. Bonacos.

Absentiæ causas volens proponere,non requiritur,ꝙ hẽat mandatũ.Præpo.in c.si qñ.2.q.6.n.21.cõem dicit. Bonacos.

Absens, lite non cont. iis de criminibus nequit iure ciuili condémnari, quibus corporis pœnæ indicuntur:vt frequenter Doctoribus probatum inquiunt Ant.Gom.meus olim iuris Doctor.in l.27.Tauri.nu.1. Boss.tit.de requir.reis. nu.1.in fi.idemque Pontificum iure receptum affirmat Ab.in c.veritatis.n.20.& 27.de dol.& cont.at in iis, quibus pœnæ nomine, vel relegatio, vel quid etiam relegatione minus infligitur,ritè cõdemnabitur. commune interpretum dogma aiunt Bald.in fi.Sal.nu.14.in l.absentem. C.de accus. & ij,quos laudat Clarus optimè de vtriusque iuris studiosis meritus in pract.§.vlt.q.44. Suarez.

Absens quibus in criminum causis iuxta statuti formam damnari potest,& procurator eius nomine interuenire poterit.commune axioma recenset.Ang.in l.pen.§.ad crimen.fall. 9.ff.de pub.iud.&qui eum retulit Aug.ad Ang.de malefi.ver. q iudex videns.& vberrimè hanc rem agens Iul.Cla.in pract. §.vlt.q.33. quin & iisdem in causis pro absente iudex suamet sponte probationes inducet: vt frequenter iuris auctoribus placitum aiunt Alex.nu.29.Rip.nu.74.& seq.in l.3.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.& qui id diligenter explicat Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.61.ver.sed hæc quidem. Suarez.

Absens, atque ignorans effecta, & acquisitiones, quæ legi alicui accepto ferri debent,consequitur, vt commune aio ex Ang.& Anc,quos laudat & sequitur Aymon.in rub.nu.77.ff. de leg.1.& iis,quos alleg.Alc.in c.eum contingat. num.121. ver.secundo quia.de iureiur.& vide j.vers.legis lucra,& effecta. Suarez.

Absenti reip. causa restitutio ad appellandum conceditur: vt communem esse opinionem ait Aret. cons.160. nu.6.late Tiraq.de retract.lign.§.35.gl.4.n.46. amicus noster Nic.Ant. Grau.ad Vestrium li.8.c.3.nu. 20.efficiétque huiusmodi restitutio vt absentiæ, impedimentiúe tempus de medio submoueatur, vt receptũ asserit Balb. de præscr. par.6.q.1.casu 22. nu. 26. peti tñ ea debet j. quatuor annorum spacium ab eo tpe auspicaturum, quo vel læsio maiori in ætate cõplebitur: vel impedimentũ euanuerit:vt frequens doctorũ enunciatũ fatur idem Balb. eod.in loco,nu. 27. nec oberit si longissima antea cucurrerit prescriptio,vt communem sententiam enũtiat Tiraquel.d.§.35.glos.4.nu.40. Suarez.

Absentiæ causas propositurus non eget mandato, vt cõe placitũ infit Præpos.in c.si qñ, 2.q.6.nu.21.& qui ea de re accurate disserit Iul.Clar.in pract.§. vlt.q.33. ver. sed nunquid. egebit tñ si tanquam procurator velit defendere, vt receptũ asseuerat Ias.in l.is qui.nu.6.C.qui test.fac.pos. Suarez.

Absente parte,ratificatio actus fieri potest, & absenti prodest,quia pendet duntaxat à volũtate ratificantis,licet ex huiusmodi ratificatione ratificans obligetur. vbi certè præsentia partis non requiritur aliquo pacto.fm Cyn.in l.si in fraudē,in fi.C.si in frau.patr.vbi refert hoc idē tenere Iac.de Are. & Pet.eandémq; opi.tenet & sequitur Bar.in l.Põponius.n 11. ff.de neg.gest.& in l.quo enim.§.rem hēre.in fi.ff rem ra.hab. Alex.cõs.126.in fi.vol.5.Deci.cõs.281.& 297.& in l.semper qui non prohibet.nu.10.ff.de reg.iur.Io.de Ana.cons.85.& ista est cõis opinio, prout scribit Crauet.in tract.de antiquitate tẽporum,in 1 par.nu. 123.in ver.absens.& circa hoc posset in medium proferri vnum exemplũ dictæ cõi consonum in approbatione testamenti facta per filium præteritũ,quæ,absque dubio aliquo, prodest hæredi instituto etiam absenti,siquidē actus approbationis vt s.docuimus)depēdet à sola voluntate approbantis:exemplum hoc refert Angel.in §.si verò expressim.in auth.de hered.& fal.duo alia exempla similia,ac prædictæ communi opinioni concernentia refert Bart.in d.l. Pomponius.nu.1. F.Viuius.

PRO. Absens in criminalibus nec accusare nec accusari, nec dānari põt.in l.absentē.C.de acc.& in l.absentē.ff.de pœ.

OB. Primò contrà,absens accusare potest,per l.quāuis indubitati.C.ad legem Iul.de adult.vbi mulier in quæstionibus confessa de crimine petit accusatorem in officio publico cõstitutum præsentari,quo tñ absente ꝯ ream fertur sententia.

SOL. Specialis ibi est casus ratio specialitatis est duplex ibi. Prima, quia accusator absens erat in seruitio reipublicæ. Altera quia iam rea confessa erat de crimine.

OBIEC. Secundò cõtrà,ꝙ absens possit damnari, est tex. in l.seruum.§.publicè.ff.de proc.vbi vbicunque damnari põt absēs,ibi & defendi põt:ergo ꝑsupponit ibi absentē ꝯdēnari.

SOL. Põt absens ꝯdēnari in pecuniaria pæna, & etiā vsq; ad relegationē,nõ pœna capitis:d.l.absentem.§.1. ff.de pœn.

OB. Tertiò,ad idem obstat l.ne diu.C.de pœn.vbi de vena li perfidia apparitores etiam absentes damnātur. Speciale ibi in eo casu contra apparitorem.

PRO. Absens causa studiorum,abesse non videtur.l.quæsitum.vbi Bart.ff.de leg.3.

Absens causa studiorum, integrè debet fructus sui beneficij percipere, c.super specula.extrà de magist.c.tuæ.de cleric. non resid.& c.2.de priuil. in 6. exceptis tamen distributionibus quotidianis.in c. licet.de præbend.in antiq.

PRO

PRO. Absentia causa studiorum est iustissima,in l.necnõ. ff.ex quib.cau.maior.

PRO. Absentia ei,qui reipub.causa abest, non obest.l.j.ff. ex quib.caus.ma. nisi dolo malo & data opera abesset:vt l. itē 1.& l.qui data opera.ff.eodem titulo. I.Bellon.

ADDITIO. Ita etiam dicit Ang.in l.liberto. §.litē in iudicium. ff.de neg. gest. vbi quilibet amicus sicut põt in causa criminali allegare absentiam amici.l.seruũ quoq;.§.j.ff.de pc. ita & in ciuili causa. probari autem tũc etiam debet absentia per ipsum allegantem,vt ibi per Ang.in §.1.nu.3. nec talis allegans tenetur appellare nisi procurator fuerit, Quid autē si fuerit inimicus ille allegãs? Vide Ang.in d.§.litē.n.2.l.Fichar.

Limita hanc communem si velit defendere tanquam procurator:quia tunc non admittitur sine mādato, Ias.in l.is qui. nu.7.C.qui testam.fac.pos.communem dicit. Villalob.

ADDITIO. Hanc limitationem sublimita in duobus casibus,primò ꝙ hoc intelligat in causis ciuilibus,cum in criminali procurator non audiatur nisi in pecuniariis. Ang. in l. seruum quoque.§.publicè.nu. 1.& 6.ff.de proc.Secundò sublimita, nisi de potestate & licentia Principis absoluta procurator compareret, sed de ordinaria non possit, Ang.ibid.n. 5. Inn.in c.veniens.de accu. 'm.in l.pen.§.ad crimen.& ibi Alex. ff.de pub.iud.cum aliis.& hæc est communis.Contrariam tamen opi.tenuit Bar.in d.§.publicè.qui licet inspecto toto corpore iuris ciuilis,vbi is ferè semper & vt plurimum,verè nec mendosè locutus fuit, Nihilominus aliquibus in locis (paucissimis tamen)errauit:cuius opi.nõ seruatur in practica.cùm quandoque bonus dormitet Homerus, prout in d.§.publicè. vbi dicitur procuratorem admitten.in causa criminali ad innocentiam excusandam,cuius opin.non seruatur,vt ibi dicit Ang.& alij sequuntur,ac alios errores, qui in seq.additionib. venient in proposito adnotabo. Quorum errorum aliquos etiam collegit Mart.Laud.in quodam libel.Notularum Bart. & Ant.Nic.recollegit.contrarietates eiusdem,in suo lib.contrariet.Bart.

De iure regio habes l.10.tit.5.pag.3.& l.5.& 14.lib.1.titul. 10.For.ll.de quo per tex.in c.1.de proc.ꝙ coniuncta persona, quæ non excedit quartum gradum: & maritus pro vxore,& socius pro socio, & cohæres pro cohærede, & alij,de quibus in d.ll.cum cautione admittuntur de rato. tam ad agendum, quàm ad defendendum. Extraneus autem solùm admittitur ad defendēdum cum dicta cautione.Et citra d.l.10.nota vnũ, ꝙ si à principio egit sine mandato,& lis est contestata,non petita cautione,ꝙ amplius per reum non põt peti cautio,quod videtur contra l.licet.C.de proc. cùm exceptio falsi procuratoris possit opponi etiam post litē contest.vt concludit Alex. ibi cum reddat iudicium retro nullum, sed tamen pro concordia,dic,ꝙ d.l.10.loquitur, cùm coniunctus agit pro coniuncto,& concordat cum l.Pomponius.§.fi.ff.de proc.gl.in c. 1.de proc.de quo per Bologn.in add.ad Io.de Ana.cons.104. post Cyn.in l.inuitus.C.de proc. Lex autem licèt,loquitur in extraneo agente sine mandato. de materia falsi procuratoris, vide Io.de Ana.cons.96.& Bologn.in addit.

Nota etiam, ꝙ licet maritus possit agere pro vxore sine mandato,tamen si semel mandatum recepit,ampliùs non potest agere sine mandato,Ias.in l.maritus.C.de proc.nu.8.communem dicit. I.Fich.

Absentia intitulati. Allegans causas absentiæ intitulati ad eum excusandum quia nõ compareat, admittitur etiam sine mandato vel satisdatione. fm gl. quæ dicitur singularis in l.in eo.§.1.ff.de reg.iu.Ang.& do.Sandilia.in l.seruum quoque.§. publicæ.ff.de proc.Inn.in c.veniens.ext.de acc.nisi fm eos allegaret causas absentiæ iuris, vt ꝙ locus non est tutus intitulato,vel iudex non est competens. Ignoratur enim,an intitulatus talibus exceptionibus vti velit. ideoque sine mandato non admittitur. Balb.decis.277.

Absentia vel alia iusta causa cum ignorantia concedit restitutionem in integrum secundum communem per Bursat. cons.61.nu.7.lib.1.post Alex.cons.163.nu.3.lib.2.

Absolui iniudiciis non ꝑt quis vbi adest iurm,& quis incurrit periurium,vt excipiat contra instrumentum,si talis absolutio detur per ordinarium.Ab.in c.1.extr.de iureiur.quia tunc necessaria est absolutio pontificia.Et quando concessa est absolutio per ordinarium, etiam quis in periurium incidit: dic ꝙ eo casu absolutio est nulla: & iudex etiam laicus de inualiditate cognoscere potest.ex not.in ca.2.de sponf.Ferrat.caut. 11.Et ꝙ periuro non concedatur absolutio à iuramento, scribit Ias.in l.Labeo.ff.de iureiur. Fed.de Sen.cons.300.factum. Rom.cons.226.Deci.cons.151.nu.11. vbi ꝙ causæ cognitio adhiberi debet quando conceditur. Curt. sen. cons.44. & ibi col.7.vbi dicit ꝙ errāt iudices ecclesiastici.qui absolutionem concedunt, vt quis agere possit,nisi fiat causa cognita & parte vocata.Anc.cons.382.Prædictam conclusionem ꝙ iudex secularis possit talem absolutionem spernere, sequitur Deci. cons.82.Et ꝙ iniusta absolutio teneat, vel excuset à periurio, not.Ias.in l.patre furioso.nu.16.ff.de his qui sunt sui vel al.iu. l.nec quicquam.§.vbi decretum.n.24.ff.de of.procon.& leg. vbi diuersimodè loquitur.Et an pars sit citanda,Dec.in c.qua fronte.nu.9.de appel. Quòd autem periuro non prosit absolutio à iuramento.not.Fel.in c.1.de iureiur. Et an & quando absolutio peti possit per Dec.cons.452.quibus adde.ꝙ quando quis petit se absolui à iuramento, non potest eodem libello petere contractum declarari nullum.Soci.in l.rogastii.§.1. ff.si cert.pet. vbi ꝙ coram eodem iudice petenda est declaratio nullitatis instrumenti,coram quo petita est absolutio à iuramento. Qua in materia absolutionis, quando, qualiter, & per quos concedi possit, pulchrè docet Anc.d.cons.382. aliqua ponit Afflic.decis.30.Et licet Papa non possit iuramentũ sine causa tollere: potest tamen ad tempus illud suspendere, vel quo ad vnum actum absoluere. vt per Io.de Selua, tract. iuram.in princ. vers.limita.de quo etiam not.Deci.cons.350. & in rub.extr.de iudic.col.1.& 2.Quid de iuramento apposito super illicito?vide per Alex.cons.222.col.3.lib.2. Et ꝙ absolutus non ligetur,per Corn.cons.78.col.2.libr.1. Curt.sen. cons.44.quæ absolutio ab episcopo iurantis cõceditur.Cald. cons.691.& 182.& ille absoluit à iuramento,qui potest condemnare ad obseruantiam.Fel.in c.cum inferior.col.2.de maior.& obed.& non est sine causa concedenda.Cald.cons.116. Quid si iurauit absolutionē non petere?Cald.cons.505.Curt. sen.d.cons.44.& dic ꝙ remanet obligatio ex contractu, licet sit concessa absolutio à iuramento. Ab.d.c.1.de iureiur.Cor. cons.45.60.& 71.libr.2. Bald.& Soc.in l. hæc scriptura. ff. de cond.& dem.Quid de absoluto qui iurauit ꝓtra legem?Alex. cons.125.lib.1.& cons.38.lib.4.Ab cons.5.& cons.107.lib.2. & periurus non opponit, teste Aret.in §.equè.Instit.de excep. Et rescriptum dicitur surreptitium, vbi non est facta mentio iuramenti. Bald. & alij in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil.pub.Alex.cons.38.lib.3. Castian.Put.

Absoluere non debet iudex reum diffinitiuè,quādo habet conscientiam ꝑ reum,& accusator non probasset.Sed tñ debet absoluere ab obseruatione præsentis iudicij, ꝙ intellige, quando non fuisset aliquis terminus accusatori assignatus ad probandũ.Sed quando fuit assignatus,& non probauit, tunc communis est opinio, ꝙ iudex debet ipsum reum diffinitiuè absoluere.Capr.reg.32.nu.33. Bonacoss.

Absoluere potest proprius prælatus, etiamsi extra inclaustrum religiosus percusserit,vt est cõis opi. de qua Soc.sen.in c.officij.nu.118. de pœn.& rem. & deficiente priore, aut qui similem locum habeat,est recurrendum ad proprium episcopum.vt est communis opi.ibi.nu.125. Bonacoss.

Absoluere potest sacerdos parochus ab excommunicatione maiori,vt est communis opi. de qua D. Hiero.à Monte,in suis quæst.q.15.nu.18. Bonacoss.

Absolutus diffinitiuè semel pro delicto, non potest denuò inquietari pro eodem delicto,etiam ꝙ noua superueniant indicia,secundum communem per Bursat.cons.34. nu.1.lib.1. ex Claro in pract.§.fi.q.57.l.si cui.§.iisdem. vbi Bart.ff.de acc. Bos.tit.de sent.nu.64.post Alex.cons.11.n.7.cum apost.lib.1.

Absolutio à iuramento vbi dubitatur, vtrum quis absolui debeat ab ipso iuramento, vel ne, nullus inferior à Papa potest de hoc cognoscere,vel talem absolutionem facere,secundùm Io.de Im.in c.cùm contingat.in 3.memb.in fi.de iureiu. Alex.cons.42.vol.1.& 223.vol.2.Soci.cons.115.vol.j.Corn. cons.71.volum.3.& hoc idem videtur innuere,& habere pro constanti Afflict.decis.220.num.9.& 11.& Feli.in c.ex literis Syluani,de sponf.Licet ipse,& malè,variauerit, in c.1.extr.de iureiur. Et absolutio ista nihil prodest impetranti parte non citata, quoniam requiritur citatio in obtinendo absolutionem prædictam,secundùm Ioan.Andr. in addi.Spec.in tit.de iureiur.super rubr.in add.l.fin.Ant.Imol.& Card.in ca.debitores.de iureiur.Fede.de Sen.cons.300.factum proponitur esse tale.Anc.cons.199.prædictis subtiliter. Alex.cons.36.vol.3. & cons.90.visis actis.volu.2.cum aliis cumulatis per Curt.in cons.43.& cons.65. vbi concludit ꝙ pars semper citanda est, quando absolutio concedi non potest sine causa,quod tenet etiam Soc.cons.59.vol.3.nu.15.& Corn.cons.45.lib.2. vbi dicit,& firmat, ꝙ semper pars quæ læditur citanda est, quando iuramentum est confirmatorium contractus,& Paul.Castr.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.inquit fatuos esse iudices,qui putant posse absoluere à iuramento confirmatorio,& opi.hanc

sequitur etiam Alex. in l. hæres absens. ff. de iudic. vbi ponit esse veram, & eandem magis communem asseuerat, sequendo, & approbando Marsil. in repet. l. de vnoquoque, nu. 193. & seq. ff. de re iudi. & consulendo Io. de Amicis cons. 34. nu. 7. & seq. & pro ista parte ait se pluries consuluisse Cardi. in d. c. debitores. Licet Doct. in c. 1. de iureiur. videatur ponere regulam, absolutoriam à iuramento posse concedi parte non citata, & q̃ habilitatio seu absolutio à iuramento quo ad effectum agendi fieri possit, etiam parte non citata, & est communis opinio omnium scriben. teste Alciato, in d. c. cum contingat, nu. 124. & magis cõmunem fatetur Afflict. in d. decis. 220. nu. 10. Nihilominus quo ad numerum illustrium Doct. iudicio meo, prior opinio videtur magis communis, ideò rationabiliter dixit eam magis communem Marsil. in loco prę citato, & eam tanquam veriorem, & communiorem ipse sequor, & amplector, & sequitur quoque pluribus rationibus, atque limitat in sex casibus Tiraquell. in tract. res int. al. ac. in limit. 30. Sed vbicunque pateretur absolutio à iuramento ad finem, & effectum dissoluendi contractum penitus, & omninò citatio requireretur, & necessaria esset absque dubio aliquo, secundum Doct. omnes vno ore, in d. c. cùm contingat, vbi Alciat. meminit istam esse communem opinionem. Et dato, citra veri præiudicium, q̃ concedi possit absolutio à iuramento interposito in contractu ex causa iusta allegata in rescripto Apostolico quo ad effectum agendi absque partis citatione secundũ communem præmissam, tamen si Papæ fuit obreptum, vel subreptum in impetratione huiusmodi absolutionis, talis absolutio non valet, neque tenet. Et iudex secularis potest cognoscere de istis causis, & subreptionibus absolutionis prædictę à iuramento, secundum Anchar. cons. 382. retento ordine, vbi tenet q̃ iudex secularis non obtemperat ecclesiastico iudici, nisi, quãdo ipse processit iuris ordine seruato, aliàs secus, & sequitur Fel. ad id plura adducens, in c. cũ sit, de foro competen. & sic oppositione facta per partem q̃ absolutio est subreptitia potest de hoc cognoscere iudex secularis, & ita fuit decisum per sacrum consilium Neapol. fm Afflict. in dicta decis. 220. nu. 9. & 11. Ideò aduertere debent impetrãtes rescripta à summo Pontifice ab absolutione à iuramento quo ad effectum agendi, vt petere debeant relaxationem à dicto iuramẽto nedum ab vno, sed ab omnibus iuramentis præstitis in contractu, seu contractibus gradatim, ordinatim, & successiuè, ac explicitè & expressè, non autem relatiuè, & implicitè, fm Socin. in dict. cons. 59. nu. 10. & Fel. in d. c. debitores, vbi allegat Bald. in l. 2. ff. de iureiur. in repet. Et similiter animaduertere debent impetrãtes isti absolutionem à iuramento, vt faciant mentionem in rescripto apostolico, q̃ impetrans ipse iurauit in contractu ei non contrauenire, sed oia, & singula vera esse, & nõ petere absolutionem, etiam ad effectum agendi, vbi hoc in contractu ipse promisit modo, & forma, vt s. & prędictis clausulis appositis, aliàs hoc non expresso specificè, absolutoria contra tale iuramentum non valet, & sic impetrans iste non est absolutus, neque habilitatus, fm Bald. & Io. de Imo. in l. hæc scriptura. ff. de cond. & demon. Curt. in d. cons. 43. & Socinum in d. cons. 59. nu. 10. Ant. & alios in d. c. 1. de iureiur. & Afflict. in dicta decis. 220. nu. 11. & seq. Cæterùm casu, quo quis habilitatus esset à iuramento ad effectum agendi, atque excipiendi, censeretur quo que absolutus ad effectum rescindendi contractum, secundũ Paul. Cast. cons. 259. volumine 2. Afflict. in constitu. obscuritatem. sub nu. 24. rub. 40. lib. 2. & sacrum regium consilium Neapol. teste Afflicto decis. 322. Dominus. sub nu. 11, & seq. In contrariam verò partẽ, videlicet, q̃ necessariò peti debeat iterum absolutio, & q̃ prima nequaquam sufficiat, inclinauit Fel. in d. c. 1. de iureiur. & Rota Bononiẽsis, vt deducit Petrus de benitendis decis. 14. quidam fuit absolutus, quorum quidem opinionem tanquam tutissimam, verissimamq́ue ipse sequor. F. Viuius.

Absoluere potest solus Episcopus incidẽtem in canonem, Si quis suadente diabolo. de sententia excommunication. vt est cõis opin. de qua D. Hier. à Monte d. q. 15. n. 17. Bonacoss.

Absolutio excõmunicationis valet, non seruata forma iuramenti, vt est cõis opi. d. Hiero. à Mon. q. 75. n. 37. Bonacoss.

Absolutoria lata in vno casu, non obstat in alio casu. vt est communis opin. de qua Bossi. tit. quomodo procedatur per excep. Bonacoss.

Absolutus semel in iudicio criminali, de eodem delicto sæpius quæri non debet, cõmunis est opinio Clar. q. 57. in prin. quod intelligitur, si fuit absolutus, quia verè non deliquit, secus si fuisset absolutus, quia probatum non fuisset delictum. Clar. ibi vers. Et hæc quidem amplia. Et in dubio quis censetur absolutus per sententiam, ex eo, quia non fuit probatum, & quando fuit absolutus, quia crimen non commisit, debet in sentẽtia simpliciter absolui & diffinitiuè. Sed si absoluitur quia non est probatum, absoluitur in sententia, cum clausula, Rebus sic stantibus, prout stant. Et si superueniant noua indicia, semper pceditur, secus si fuit simpliciter absolutus. Clar. q. 62. vers. Forma autem. vide j. in vers. sententia. Si quis tamẽ fui absolutus ab offensis, culpis & pœnis præteritis, & sub certis pactis, hoc adiecto, q̃ non auderet de cætero similia attentare, & si secus faceret, reincideret ipso iure in primas pœnas, vtrum, si ꝓtraueniat, incidat in primas pœnas? Vide per Bart. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. de quo Alex. ibi nu. 16. Bonac.

Absolutus reus in foro canonico de crimine, quod est vtriusque fori potest puniri, etiam à iudice laico, & econtrà, vt est communis opi. Cla. q. 37. vers. Sed hic occurrit. Bonacoss.

Absolutus semel inquisitus non potest amplius accusari, cõis est opi. Clar. q. 37. vers. procedunt. Ruin. cons. 34. lib. 4. n. 5. cõem dicit. Et ibi defendit reum, qui bannitum de ciuitate Ferrariensi occidit extra territoriũ Ferrariense, statuto Ferrariensi nõ refrangante, qa non debet puniri, seu saltem puniri pœna statuti loci in quo bannitus fuit occisus, vel de iure cõmuni, vt est communis opi. de qua ibi Rui. nu. 10. Et not. q̃ si iudex est dubius, puta, si habet sufficientia indicia contra accusatum, qui pluries tortus non est confessus, nõ debet eum diffinitiuè absoluere. Saly. in l. si qui, nu. 6. C. ad l. Iul. de adult. Amplia superius dictũ etiam de iure canonico, Clar. ibi. vers. Sed hæc quidem amplia in denunciatione. vt est communis opi. Clar. ibi. ver. idemque amplia etiam si à principe fuerit liberatus, & gratia dispensatus. Fallit, si fuit in loco delicti condemnatus, & etiam in loco originis contumaciter, quia non sufficit gratia ab vno ex principibus loci, vt est cõis opi. Clar. q. 37. vers. Habet etiam. Si autem quis fuit absolutus in foro pœnitentiæ, poterit nihilominus vlterius etiam de illo crimine accusari & puniri. communis est opi. Clar. d. q. 37. vers. sed nunquid. Bonacoss.

Absolutus, quia non commisit crimen, obstat exceptio rei iudicatæ, secundum communem opinionem de quã Bossi. titu. de sentent. nu. 77. Aliàs secus, vt ibi, vide Paris. cons. 150. nu. 24. in 4. vol. Bonacoss.

Absolutionem excõmunicationis petens ad cautelam extra iudicium nõ fatetur delictum. Secus si in iudicio. extra iudicialiter inquam, & non solenniter, sed ad cautelam, ad mitigandum dolorem partis, vel ex quadam humilitate, & tunc non præsupponit culpam. cõmunis est opinio, vt per Corset. in add. ad repert. Abb. in ver. absolutio. nu. 7. Idem si petatur venia, Blancus in repe. l. fi. n. 308. ff. de quæst. & in pract. crim. q. 49. ver. Sed hic incidẽter. Et magister meus D. Alcia. in cõs. 108. nu. 10. & seq. libr. 5. vbi ampliat, etiam in eo, qui gratiæ, aut clementiæ Principis se submittit, qa iuri suo ideò renuntiare non videtur, vide Fran. Mar. decis. Delph. 389. n. 2. in 2. par. & vide infrà, ver. gratia. Bonacoss.

Absolutoria. Probato dominio per agẽtem rei vendi. sed non possessione aut detentatione in conuento, est tantũ absolutoria ferenda, & non declaratoria dominij, per casum in c. Raynaldus, in §. pen. cum gl. vbi, in verbo, petitis, extr. de testamen. Licet gl. videatur tenere contrarium in l. si à te. ff. de exce. rei iud. per illum tex. in §. si quis fundum. Panor. autem quem sequitur Fel. in c. pen. ext. de excep. dicit primam opinio. procedere, quando antequam constaret de iure actoris, constat reum non possidere aut detinere. Secundam quãdo prius de iure actoris constat, & post apparet reum non possidere, vel detinere. Balb. decis. 73.

Absolutio ab excommunicatione valet, & tenet etiam nullo pstito iuramento ab absoluto secundum gl. in c. cùm desideres. de sent. excom. cum qua sentiunt Abb. cæteriq; cõiter ibi teste Decio in c. quæstioni. nu. 5. de appellatio. vbi ipse sequitur quoque istam communem, & limitat. Sed hoc, iudicio meo, absque dubio pcederet in excommunicatione iniusta, & non aliter, quia absoluendus ab excommunicatione iniusta, iuramentum ipsum præstare non tenetur, secundum glo. fin. in c. ab excommunicato, de rescript. quam sequuntur omnes Doct. communiter, vt meminit ibi Barbat. nu. 61. & seq. F. Viuius.

In Absolutione à iuramento, vel etiam in simplici habilitatione requiri partis citationem. Hoc magis communiter teneri à doctoribus attestatur Hippo. Marsi. in repeti. l. de vnoquoque. nu. 163. ff. de re iud. vbi allegat Maria. Sozi. in repet. Rub. de dila. & Socin. in cons. 59. in causa. vers. præterea talis. vol. 3. plenè in hac materia loquentem. F. Turza.

PRO. Absurdum est euitandum in iure: valet enim argumentum ab absurdo euitando. l. ratas. C. de rescind. vend. in l. nec audiendus. ff. de ope. lib. l. nam absurdũ. ff. de bo. lib. in c. 1. de cle. non resid. in 6. in c. de maiorib. extra de præb. I. Bell.

PRO. absurdum est quem redire ad id cui renunciandũ putauit. l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit.

PRO. Absurdum videtur, licere eisdem partim iudicium defuncti comprobare, & partim euertere. l. nam absurdum. de bon. libert. I. Bello.

PRO. Abundans cautela non nocet: superflua enim non vitiant actum. in l. testamentum. in fin. C. de testa. in l. si seruo. in fi. ff. de adim. leg. in l. pediculis. in §. Labeo. ff. de aur. & arg. legat. vbi non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio. & in l. quæ extrinsecus. ff. de verb. obl. in reg. non solent. ff. de regul. iur.

OB. Contrà, inutilis adiectio vitiat actum. in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & in §. seruus alienus. Inst. q̃ testa. tut. dar. pos.

SOL. Vbi superfluitas est contra formam, & naturã actus, est vitiosa, vt ibi: aliàs minimè, vt hic intelligitur. I. Bell.

Abusiua inuestitura quando, scilicet Dominus inuestit aliquẽ traditione ensis, vel anuli, non transfertur possessio feudi in vasallum, sed censetur illi data licẽtia, vt eam propria auctoritate apprehendat. Communem dicit Iulius Clarus lib. 4. Sent. §. feud. q. 26. R. P. Fich.

Accedens ad hostes, non vt eis auxilium impendat, nec ad iacturam domini, sed vt sibimet prosit, ne offendatur, dicitur dolo carere, & non esse in culpa, vt est communis opi. de qua Rol. à Valle in cons. 1. nu. 9. in 3. vol. vide Osascum in eius disputatione, post decisiones Pedemontanas. Bonacoss.

Accessus ad solutam nõ est propriè adulterium fm cõem & veriorem quam not. Rol. cons. 74. nu. 12. & seq. lib. 1. Dec. cõs. 311. col. 2. licet largo modo cum soluta dici adulterium fateatur idem Rol. d. cons. nu. 20. cui accedit Guid. Pap. cons. 159. tametsi contrarium videatur velle cons. 153. col. 2. Quę omnia plenè tractat Osasc. decis. 119. vbi num. 4. concludit vxoratum ad aliam accedentem, fornicatorem esse, & adulterum: qa iure diuino nullus coitus admittitur nisi cũ vxore.

Acceptilatio vni ex pluribus correis expressim singulariter indulta aliis correis nec oberit, nec proderit vt magis frequenter placitum affirmat elegantis doctrinæ, atque eruditionis vir egregius, & mihi multis nominib. obseruandus Io. Ronchengallus Guold. in l. 2. nu. 11. ff. de duob. reis. Suarez.

PRO. Acceptilatio est imaginaria solutio. §. item per acceptilationem, Instit. quib. mod. tol. oblig. I. Bell.

PRO. Accessorium sequitur naturam sui principalis. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. c. accessorium. de reg. iur. in 6.

OB. Contrà de l. 1. C. de iudi. vbi sublato principali contractu, non tollitur accessorium.

SOL. Hic loquimur de accessorio, quod non pt esse sine principali, quo sublato, tollitur & accessorium: ibi de accessorio qd pt esse sine suo principali, ideo sublato principali, non tollitur accessorium, vt ibi not. gl. quæ approbatur cõiter.

PRO. Accessorium cedit principali. l. & si non sunt. in §. peruenianus. & l. si quando. ff. de aur. & argen. legat.

Accessorium an extincto principali extinguatur? dic q̃ sic, si principale est extinctum iure communi: secus si iure speciali vel singulari. ita Doct. in apostil. ad Bart. in l. in summa. §. Lucius. ff. de cõdict. indeb. vbi loquũtur de restitutione facta super principali, an extendat ad accessorium. & fac. quæ ad eũdem not. Doct. in l. Lucius. ff. de constit. pecu. vbi si instrumẽtum est nullum, nulla etiam est cõfessio in eo apposita. Qñ autem inspiciatur principale, licet accessorium maioris sit valoris, vide Bart. in l. si in emptione. nu. 2. ff. de contrah. emp. vbi ponit exempla notab. In qua materia, & qñ attendatur principale ante accessorium, vide Bart. in l. fi. §. Titia. ff. de liber. leg. in l. 1. ff. de rer. permut. in l. si cui. §. si à filio. ff. de leg. 1. Ias. de iur. emphyt. col. 84. vbi q̃ pœna adiecta à statuto, intelligitur de actu principaliter intentato, non autem secundariò. & in prælud. feu. col. 10. Barb. cons. 2. cons. 4. col. 5. lib. 1. Alex. cõs. 113. col. fi. lib. 2. cons. 1. lib. 3. & cons. 4. cons. 7. col. pe. & fi. eo. Ang. tract. malefic. vers. cum vno stocho. col. 1. & 5. Put.

PRO Accidens non potest esse sine suo subiecto. l. 2. ff. de vsufruct. I. Bellon.

Accrescendi ius in successione feudali locum non habet, communis est, I. Claro vbi suprà. q. 77.

Accrescendi Ius locum habere in feudis à Principe simul concessis, magis cõem dicit Iul. Clar. §. feud. q. 77. V. Sed certè contrarium tenent Cy. in l. vnic. in fi. C. quando non pet. par. & Apostil. ad Alex. cons. 20. nu. 8. lib. 1.

Accrescendi Iuri in emphyteusi regulariter locus non est. Claro ibid. q. 39. P. Fichar.

Accrescendi ius in hæreditatis emptorem, aut alium non generatim succedentẽ non transit, tametsi in legatis honestatos transeat commune ponũt Ias. n. 106. Rip. n. 90. Poli. n. 44. Crot. nu. 44. in l. re coniuncti. ff. de leg. lib. 3. Suarez.

Accrescendi iuri tum locus nullus est, cum portionis defectus hæredis culpæ, delictoue adscribitur. vt communem opinionem esse renuntiat Ant. Gom. de testa. c. 10. n. 30. Suar.

Accrescendi ius, & in emphyteusi, & in feudo silet. communia refero infra ver. emphyteusis. & ver. feudum. Suarez.

Accusare licet pœnitentẽ de delicto. Hãc dicit cõem Fran. Areti. in c. accusasti. nu. 5. de accusa. in antiq. B. Villal.

Accusatio, sicut & inquisitio, debet continere locum, & tempus. Aret. in c. qualiter, & quãdo. *el secundo.* §. debet. n. 115. de accus. communem ait. Idem.

Accusatores plures quando non persequuntur suam, vel suorum iniuriam, si velint vnum accusare, parte opponente, Iudex debet eligere vnum, qui persequatur accusationem, si tamen pars non opponit, valet iudicium, communem testatur idem Aret. in c. olim. nu. 10. de accus. in antiquis. Idem.

Fallit si plures constituunt procuratotem ad accusandum, tunc procurator nomine omnium prosequitur causam, vt ipsemet Aret. ibidem cõem dicit, & respõdet ad dictum Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. dicens q̃ quando accusator non prosequitur suam, vel suorum iniuriam: non potest instituere procuratorem. Quod intelligit, quando accusator non se deberet inscribi ad pœnam talionis, secus tñ, cùm per obligationem suorum causam iam psequitur, qd not. Idem.

Accusare regulariter potest maior viginti annis, quamuis sit minor vigintiquinque, vt notat, & firmat Bart. post gl. in l. 2. in verb. pupillus. ff. de accusat. quorum sententiam ait esse cõem Abb. & Moder. in c. 1. de accusat. vbi eam comprobãt hac ratione, qa qui potest in criminalibus testificari, multo facilius potest accusare, maior enim habilitas in teste quàm in accusatore, requiritur, quia crimina per testes, non autem per accusatores probantur, c. licet Heli. desimonia, c. de cætero. & fi. de testi. sed maior 25. annis potest in criminalibus testificari. l. in testimonium, cum ibi notatis. ff. de testib. ergo & cætera. Imò valet argumentum de teste ad accusatorem, argumento notatorum per glossam, & Bart. in l. qui iudicio. ff. de accusat. quod procedit affirmatiuè hoc modo qui admittitur ad testificandum in criminalib. ergo & ad accusandum admittetur. c. testes. 4. q. 3. F. Viuius.

Accusare non potest infamis infamia iuris, & sic ab accusando omnino repellitur. l. qui accusare. ff. de accus. vbi Bart. & c. infames. 6. q. 1. & idem Bart. in l. infamem. ff. de pub. iud. Sal. & omnes Legiste communiter in l. criminis. C. qui accus. non poss. Ang. in tract. maleficiorum. in ver. ad querelam Titij j. scripti super ver. accusare non potest ille, qui est infamis. nu. 23. Abb. nu. 7. & omnes Canonistæ communiter in c. 1. de accusatio. & opinionem istam dicunt esse cõmunem tam Legistarum, quàm Canonistarum Modern. ibi, & Hieronym. Chucalon in addit. ad Ang. in tract. maleficior. in loco præcitato, & illa dicitur infamia iuris ne ignorentur termini præmissæ cõis secundum Abb. in d. c. 1. quæ est secundum leges ciuiles, vel ipso iure, prout ipso iure quis infamis efficitur, vt in l. 1. & seq. ff. de iis, qui no. infam. vel mediante sententia, vt habetur in l. infamem. ff. de pub. iud. & in c. prohibentur. 2. q. 2. & in d. l. qui accusare. Et iste infamis, seu potius infamis ex damnatione publici iudicij minimè potest in exceptis criminibus accusare, vt per gl. elegãter in l. qui iudicio. ff. de accus. quam sequitur Bart. ibi, & Beroius in d. c. 1. nu. 43. vbi recitat communiter approbari, quãuis regulariter inhabiles in crimi nibus exceptuatis admittãtur ad accusandum. l. famosi. ff. ad leg. Iuliam maiest. l. mulierem. ff. de accus. & notat Spec. in ti. de accusatore. in §. 1. circa finem. Idẽque obseruari videmus in infami infamia facti, qui ab accusando repellitur, secundũ gl. Abb. nu. 7. & omnes Canonistas cõiter in d. c. 1. Gofr. in c. omnipotens Deus, de accus. & Spec. in d. §. 1. & opinio ista pcedit de iure Canonico, & est communis, vt per Mod. in c. 1. Sed de iure ciuili iste infamis infamia facti accusare potest, & ab accusatione ipsa nullo pacto repellitur secundum Bart. in d. l. qui accusare. nu. 7. Abb. Maria. Soc. & Io. de Im. in d. ca. 1. & istam scribunt esse cõem opinionem Beroius ibi nu. 44. & Hier. Chucalon in add. ad Ang. tract. de malefi. in loco s. citato, & ista infamia facti dr, quando est læsa fama, seu æstimatio alicuius pp factum ab eo commissum apud bonos, & graues viros, vt per Dyn. in c. infamib. de reg. iur. lib. 6. & Bart. in l. 1. de iis qui no. inf. & dicit Bald. in l. neminem. C. de incest. & inutil. nupt. q̃ habens vnam vxorem, & vnam concubinam est infamis ipso facto, & non admittitur ad accusandum de

publico crimine, & similiter habens duas concubinas, q̃ a infamis est, vt voluit glossa secundum eum, in §. fin. in fine, in authentica, quibus modis naturales efficiãtur legitimi. imò iste concubinarius accusare non p̃t eum, qui eius concubinam carnaliter cognouit, nisi esset eius patronus secundum Bart. in l. si vxor. in principio. ff. de adulter. & ibi per Alexan. Item subditus non potest accusare suum superiorem, & præsertim eo casu quãdo superior in accusatione instituta, vel instituenda aduersus eum opponat, q̃ subditus iste est criminosus, vilis opinionis, & malæ famæ, ita voluit Abb. in c. nulli episcoporum, nu. 7. de accusatione, vbi refert ita tenet Innocent. & cõmuniter omnes. Idemque videmus in seruis, familiaribus & libertis, qui nullo modo accusare possunt eorum patronũ seu dominum. l. pen. & fin. C. qui accus. non poss. & ita firmat Ang. in dict. tract. malefi. in vers. ad querelam Titij. nu. 27. & Gand. in tractat. de malefi. sub rubrica, qui accusare possunt. nu. 2. imò seruus, vel familiaris ipse non solùm repellitur ab accusando dominum, sed etiam puniri debet. l. iniquum. C. qui accus. non poss. & c. fin. §. si quis. 3. q. vlt. & hoc limitat, declaratque Fely. in quatuor casibus, in dicto cap. nulli, qui tex. intelligitur, ac interpretatur in familiari crimino so secundũ cõem intellectum, de quo per Decium in c. dilecti. de except. Sed si accusatio facta foret à personis istis p̃hibitis, parte non opponente, certè p̃cederet & valeret p̃cessus fm Doctores oẽs in d. c. 1. Bart. & ibi Alex. in l. 1. §. accusationem. ff. ad turpil. Follerius in pract. crimi. in vers. audiantur exceptiones p̃ponendæ per eos, nu. 41. Ang. in dict. vers. ad querelam Titij, nu. 40. & ista est communis opinio teste Aret. in d. c. 1. & Hieronymus Cuchalon in additio. Angel. in d. versi. ad querelam Titij. super nu. 40. F. Viuius.

Accusari potest Iudæus absolutus per pœnitentiam de crimine ante baptismum cõmisso, & sic baptismus ipse non tollit accusationẽ & pœnam delicti. vt voluit gl. Hosti. Inn. Ant. Ab. & Pet. de Perusio in c. gaudemus. de diuor. Card. Alex. in c. deinde. 26. dist. Abb. Maria. & Aret. in ca. de his. extra de accusa. vbi Io. de Ana. & Augustinus Beroius nu. 15. asseuerant istorum opinionem esse magis communem. & idem fatetur Dec. cons. 130. & Marquardus de Susannis in tractatu de Iudæis, & infidelibus, in 3. par. c. 5. n. 1. & additionator ad Tho. Ferrat. in cautela 24. super nu. 4. in litera A. In contrariam verò partem, videlicet, q̃ Iudæus per baptismum euitet accusationem criminis per ipsum perpetrati, inclinauerunt glo. in c. quod autem. 32. q. 1. Calderi. Ant. Io. de Im. & Felyn. in d. c. de his. & Ruinus in cons. 13. vol. 5. vbi scribit, quòd in iudicis arbitrio residet eligere hanc vltimam sententiam, hoc idem sequitur Marcus Ant. Blancus in pract. crimi. in cautelis p̃ reis defendendis, cautela 1. n. 3. & seq. & Thomas Ferrat. in d. cautela 24. nu. 4. post medium, vbi refert q̃ ita tenẽt communiter Theologi, & in facti contingentia mediante patrocinio præstito p Ruinum cuidam Iudæo effecto Christiano post commissum magnum furtum fuit obtentum Paduæ, & demum istorum opiniones non parum conatur reducere ad optimã consonantiam, & concordiam Beroius in d. cap. de his. num. 15. & 19. sed ego amplector istam vltimam opinionem tanquam magis piam, & canonicam ob rationes citatas & assignatas per omnes Doct. relatos. F. Viuius.

Accusare nemo eum cogitur à quo ostẽsus est vt commune inquit Didac. à Couarru. li. 1. resolut. c. 2. ad fi. Suarez.

Accusare plures tunc simul possunt cùm illorum vel officij vel alterius vtilitatis nomine interest cõe aiunt Aret. in c. olim. nu. 10. de accusat. hieronym. ad Ang. de malefic. vers. & ad querelam. nu. 65. & qui hac de re accuratè disserit Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 8. vbi etiam quãdo plures simul accusari possint, vel vnus pluribus delictis vnum in libellum congestis, infestari queat, cum receptis sententiis memoriæ p̃dit. Suar.

ACCVSARE potest quilibet qui non est expressè de iure prohibitus, cõem regulam esse dicit Ant. Gom. c. 1. delictorum. nu. 31. Clar. d. §. fi. q. 14. in prin. P. Fichard.

Accusam potest iudex expedire, & nouum quoque processum formare, si accusator ab accusa desistat, vel nolit accusare, ex generali consuetudine ipsi iudici attributa. Clarus q. 3. versic. superflua. Bonacoss.

Accusans testes de falso, & eos producentem, facit vt iudicium ciuile suspendatur, donec super criminali fuerit pronũciatum. Potest tamen in iudicio ciuili p̃cedi vsque ad conclusionem in causa, sed non sententia p̃ferri. vt est cõis opi. Clar. q. 2. vers. sed quero. Sed non ecõuerso, vt est cõis opi. ibi. Bon.

Accusari quis potest de pluribus criminibus separatim coram eodem iudice, secus, si diuersis iudicibus. Clar. q. 13. vers. item quæro. Et si bona sint publicanda, debet ex dictis bonis interim ali. Alber in l. si quando. C. de ord. cogni. Bonacoss.

Accusari quis potest vno & eodẽ mmet tẽpore, de pluribus delictis diuersis, non modo ab alio accusatore, sed etiam ab eodem, qui suam vel suorum prosequatur iniuriam. Et ita hodie indifferenter omnes querelæ admittuntur, communis est opinio. vt per Clar. q. 16. vers. quæro nunquid. Bonacoss.

Accusari potest bannitus pro alio delicto bannitus, & puniri, vt est cõis opinio. Et potest petere saluum conductum p̃ primo banno, & de secundo se defendere. Clar. q. 16. vers. sed nunquid. communem dicit. Bonacoss.

Accusari potest pœnitens de homicidio commisso. vt est communis opin. Clar. q. 16. vers. item quæro. Bonacoss.

Accusari possunt officiales durante officio, si barataria p̃miserunt, & cõdemnari, & officio priuari, secus si p̃ delicto, p̃ quo non essent remouendi ab officio, vt est cõis opi. Clar. q. 16. vers. præterea. idem erit, si officialis foret fur. ibi. Bonac.

Accusari potest ciuitas, vniuersitas, collegium si præcessit (scilicèt) præuia p̃silij deliberatio: Aliàs non. quia puniuntur singuli de vniuersitate. & c. qui tantum deliquerũt. vt est cõis opinio. Clar. q. 61. vers. Vlterius quæro, quomodo puniatur ciuitas. Clar. ibi vers. sed quomodo. Bonacoss.

Accusari potest tutor suspectus, & à quolibet: licet sit priuatum crimen, communis est opi. Clar. q. 17. ver. 1. Bonacoss.

Accusari possunt operarij, Fabri, ac alij laborantes nomine alieno, vt est communis opinio. de qua Plotus in l. si quando. fallit in vndecim casibus, vt ibi per eum. nu. 780. vsque ad numerum 792. Bonacoss.

Accusare ciuiliter potest vasallus dominum, non criminaliter, vt est communis opi. Clar. q. 14. vers. sed quæro. Et no. q̃ verbum accusare & accusatio habet se ad iudicium ciuile, in dubio autem habet se criminale. Soc. post gloss. in l. qui accusare, nu. 1. C. de eden. plura Corsetus in reperto. Abb. in versi. accusatio. Bonacoss.

Accusare quis non potest alieno nomine, sed suo. Fallit in syndico vniuersitatis, qui potest accusare nomine vniuersitatis, & in iudicio interesse pro vniuersitate, & eam quoque defendere, & ita seruat consuetudo. Clar. q. 14. Bonacoss.

Accusare etiam potest filius spiritualis (filiaster dicitur) p̃ iniuria, vel offensa facta eius patrino, seu patri spirituali, vt est cõis opi. Clar. q. 14. vers. quæro an compater. Bonacoss.

Accusare potest naturalis filius p̃ iniuria, seu offensa patri illata vt est cõis opi. Clar. q. 14. vers. quæro an filij. Secus si esset spurius. nisi agnosceret eius proprium patrem vt ibi. Accusant tamen spurij de morte matris, dummodo non sint nati ex coitu damnato, & à lege punibili, vt est communis opi. vt ibi versic. sed an tales. Bonacoss.

Accusare quis per iudicem cogi non potest, si non vult, vt est communis opin. Clar. q. 15. vers. item quæro. benè potest cogi offensus cum iuramento narrare iudicialiter seriem rei, & potest dicere sine querela vel cum querela. vt ibi. Bonac.

Accusare possunt consanguinei pro iniuria illata p̃sanguineo omnes secundum q̃ eos admittit consuetudo patriæ, scilicet vsque ad talem gradum, vt est cõis opi. de qua Maranta in sua pract. tit. de inquisitione. nu. 62. Bonacoss.

Accusare de nouo, & iterum quis potest, qui primam ignorauit accusationem, si suam, vel suorum prosequitur iniuriã, & probabitur ignorantia per iuramẽtum ipsius accusatoris, nisi de scientia appareat. Et debet esse verisimilis hæc ignorãtia, & debet subesse aliqua magna causa, & debet præstari fide iussio de omnib. impensis & damnis, in casu, quo delictũ non probaretur. Clar. q. 57. versi. sed pone. Nam aliàs accusatus de crimine, si fuit absolutus, nõ potest iterum accusari. Benedic. de foro Sempr. in reperto. ad Fel. in vers. accusatus. Limita, vt ibi per eum latius. Bonacoss.

Accusare non ideò minus p̃t tertius illum, q̃ pacem habuit ab offenso, si publicũ sit crimẽ, vel suam aut suorũ p̃sequitur iniuriam, vt est cõis opin. Clar. q. 58. vers. sed pone. Bonacoss.

Accusare p̃t adultus, q̃ sit maior 22. annis, etiam si non p̃sequatur suam iniuriam. cõis est opi. Nouellus in tract. ad defensam, tit. quæ p̃sonæ accusare non p̃ñt. nu. 13. fo. 38. Bonac.

Accusare licet pœnitentem de delicto. Fran. Aret. c. accusasti. nu. 5. de accusa. communem dicit. Bonacoss.

Accusare non potest, qui est in peccato mortali, vt est cõis opin. de qua Fel. in c. à nobis. nu. 12. de except. Ille tamen, qui commisit semel & pluries peccatum mortale, & semper dolet cõmisisse, p̃ponens confiteri tpe debito de talibus peccatis mõmẽtaneis, non dicitur interim ante p̃fessionem esse in peccato mortali. Idem Fely. in sermone de indulgentia plenaria, col. 6. vers. & vt diligenter. Sed dũmodò sit peccatum cõtinuatum non accusat, vt per Felinum d. c. à nobis. Et hæc qui dem

dem exceptio, Tu nõ potes accusare, impedit litis ingressum, vt per Felinum in d. c. nu. 39. Accusare tamen prohibitus admittitur, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Fel. in ca. eum dilectus. nu. 7. de accus. Stante igitur statuto, q̃ de homicidio quilibet volẽs accusare admittatur, intelligi debet quilibet, s. qui sit habilis ad accusandum. Curt. iun. in consil. 325. nu. 15. in 3. vol. & qui ab accusatione repelluntur, enumerantur per Bald. Fusius in rub. C. qui accusare nõ possunt. Bonac.

Accusare quis non cogitur à quo est offensus. Soarez vers. accusare. nu. 18. communem dicens. Bonacoss.

Accusare quilibet de populo potest, vbi pœna applicatur fisco. Fallit in crimine furti, q̃ a is tantum admittitur ad accusandum, cuius interest, vt est cõmunis opinio, de qua Romanus cons. 152. nu. 2. Bonacoss.

Accusare plures simul possunt, cum illorum, vel officij, vel alterius vtilitatis nomine interest, vt est communis opinio. Soarez vers. accusare. nu. 19. Bonacoss.

Accusare quilibet de populo potest, quando crimen est publicũ, vt læsæ maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij peculatus, falsi testĩ, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarũ, annonæ. & est cõis opi. Clar. in §. 1. in prin. Gom. de delic. c. 1. n. 4. Et p̃ surripientem instrm, vel scripturam vltimę voluntatis, publica est accusatio, Bald. in l. instrumenta. C. ad exhiben. Et dicit Clar. vbi s. q̃ omne delictum, qd principaliter fit in offensam Dei, dicitur publicum & quilibet de populo potest accusare. & ita communiter tenetur. Gom. vbi s. & omne delictum in offensam principis dicitur publicum, & ita cõiter tenetur. Clar. vbi s. idẽ est in quocũque instrumento falso accusat. vt est communis ibi. Clar. & no. q̃ quilibet accusans teneẽ iurare, Rimi. cons. 554. in prin. vol. 3. Clar. q. 14. in prin. Bonac.

Accusare possunt plures aliquem in eodem libello, vt est communis opin. Clar. q. 13. distinguendo, vt per eum. Et plures etiam accusari possunt in eodem libello. ibi. Bonacoss.

Accusare de pluribus criminibus quis potest vnum, aut aliquem, plures verò de diuersis delictis in eod. libello non p̃t, communis est opi. Clar. q. 13. vers. sed nunquid. Bonacoss.

Alimenta filijs naturalibus & spurijs à patre præstantur omni iure secundum magis communem, ac etiam filijs ex dãnato coitu natis, si non habeant vnde viuant, secundum communem, & filia spuria dotatur, iuxta magis communem per Bursat.consi.62.nu.9.libr.j.& consil.83.nu.2.nu.8.eodem.vbi loquitur de natural.

Alimenta, qui ex necessitate præstat, & medicinas affecto corpori necessarias necessariò præstabit. cõe ait Dec. in l.de alimentis.C.de transact. E.Suarez.

Alimenta, eisdem ex causis pater filiis negare potest, quib. illorum exhæredandorum ius habet. cõe dicunt Palat.Rub. in c.per vestras de donatio. inter virum & vxorem .fusè Did. à Couarru.de spons.ij.par.c.vlt.§.vj.nu.17.Anton.Gomez de testa.c.xxj.nu.13. E.Suarez.

Alimenta monachis, nihil proprium, peculiaréve habentibus, legata, iudicis officio debebuntur.commune dicit Anto.Gomez de testamen.cap.vlt.nu.46.quamuis ea de re dubitare non de nihilo quis possit. E.Suarez.

Alimenta liberis ex incestu, & damnato coitu decernens Pontificis constitutio, vbique seruari debet, silente ea in re iure Cæsareo.vt commune aiunt Areti.in prin.Institut.de iure nat.gent.& ciuili.Sylu.Nupt. libro tertio numero 25. Did. à Couarru.de spons.secunda parte capitulo vj.nu.6.versi. cæterum. E.Suarez.

Alimentorum causa tunc demum pia dicitur, cum pauperi legantur commune aio ex Bart.in l.alio.numero 4.ff.de aliment.& cibar legat.Aret.consi.xcvij.Imol.in l.cum pater.§.j.ad fi.ff.de legat.libro secundo.Alexand.consilio lxxv. libro iiii. Ias.in l.cum is.§.si mulier.ff.de condict.indebi.Deci. consilio lxxii.in princip.& consilio cccccxxvi.& consilio & dcccccxj.Soarez in l.quoniam in prioribus.C.de inoffic. testam. Gomez.in §.præiudiciales.numero.5.Institut.de actio. Grat. consilio cxl. numero 7.libro secundo .Oldendorp. de iure sing.numero 43.li.primo.cum autem ditioribus relinquuntur, inter gratiosas, ac fauorabiles causas ponuntur, vt commune pronuncio ex Ale.&Dec.nu.9.Alciat.n.19.in l.si certis annis.C.de pact.Iason in l. prima, limitat. iii.C. de fideicommiss.Bald.Nouel. in repetit.l.primæ, numero 53.ff.solut.matrimo.Guliel.in repetit.c. Raynutius.versic. si absque liberis. in ij. tract.de leg.nu.279. E.Suarez.

Alimenta præstare obligatus, seu qui alere tenetur, tenetur quoque medicinas præstare, sine quibus corpus languens sanari non potest, secundum. Specul. in titul. qui filij sint legi.versicul.sed nunquid is, qui præstare, quem sequitur Alexand.in l.si cum dotem.§.sin autem, ff.solut. matrimo. Corne.consilio cxlv.numero.9.& sequent.volu.ij.Papiens.in sua practi.in forma libelli pro lega. rei singu. numero 100. & ibi Ziletus, in add.in litera N. & Dec. in l. de alimentis, C. de transact. vbi meminit istam esse communem opinionem, quæ quippè de plano & absque dubio procederet, qñ alimẽta ipsa deberentur ratione sanguinis iuris dispositione secundum Bar.in l.qui filium in j.lect.ff.vbi pupi.edu.debeat, & in tractat.aliment. quæstione secunda & Iason in l.cum hi. §. qui transigit, de trãsact.& appellatione alimentorum veniũt quoque omnia necessaria ad vitam, & sine quibus corpus ali, ac nutriri non potest, prout no.Barto.in tract. de aliment. & appellatione alimentorum venit pariter habitatio l. legatis ff.de alimen.leg.venit etiam calciarium, l.cum hi.§. de calciario.ff.de transact.quòd voluit expressè Bar.in d. tract. vbi firmat quod venit etiam lectus, & præmissa similiter veniunt appellatione victus, quoniam vt inquit Barto.vbi suprà idem iudicandum est de illo, qui debet victum, quod iudicatur de eo qui debet alimenta.l.verbo victus.ff.de verbo. signific. & cætera ad materiam ipsorum alimentorum concernẽtia ponit latissimè Papien.in dicta for.libelli pro lega.rei singu. per totam. F.Viuius.

Alimenta debentur à patre vel suo hærede filiæ naturali tantum, secundum communem per Bursat.consil.60.numero 7.libro primo.Cui adde quòd non debentur filio naturali quando habet artificium aliquod vnde viuat, secundum magis communem per eundem consilio 83.numero 2.eod.lib. & numero 18.& consilio 62.nu.12.

Alimenta filij naturalis non sunt soluenda à fideicommissario defuncto patre grauato, qui ad ea tenetur ex fructib. perceptis ex portione sua, secundum communem per Bursa. consi.83.nu.18.lib.j.Et sic fideicommissarius non tenetur ad alimenta filii naturalis ad quæ pater defunctus grauatus tenebatur pro fructib. perceptis ex portione sua. filiis autẽ naturalib.& spuriis à patre alimenta præstari omni iure secundũ communem scribit idem, Bursat.consilio 62. numero nono eodem libro.

Alimentorum causa fauorabilis est, & tractari potest diebus feriatis.l.prima.§.primo.ff.de fer.vbi Iason limitat, si agatur de alimentis.Item in his quæ debentur officio iudicis: vt quando petuntur per patrem à filio, vel econtra. non autem si promissa fuerint per stipulationem. quia his casibus non sunt fauorabilia, vt ibi. & an in causa alimentorum sententia habeat executionem paratam, vel possit ab ea appellari, vide Angel. in l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. Et quando alimenta videãtur donata, si infans expositus fuit alimentatus vide Abb.in c.vnic.de infant.expos.vbi doct.in apostil.disputant ad quẽ spectat onus alẽdi expositos. De appellatione autem an sit prohibita in causa alimentorum vide Nat.consi.108.col.1. Put.

Cui adde quòd alimenta præterita debita iure sanguinis & officio iudicis non repetuntur nisi interpellatio interueniat, & æs alienum dicta occasione contractum fuerit, secundum communem per Bursat. consilio 83. numero 7. libro primo vbi numero sequenti plura notat in materia alimentorum. Et quid de alimentis filij naturalis, vide d. consi.nu.18.

Statutum excludẽs filias dotatas & maritatas à successione patris extantibus masculis vel filiabus non nuptis, illas nõ excludit ab alimentis super bonis paternis, eis non habentibus vnde se alant, secundũ domi.Cato.in l.1.in §. ius gẽtium. ff.de iustitia, & iure. Cum tale statutum ad alimenta relatum esset iniquum, ff.d.liber.agnoscẽ.l.necare. Ad hoc facit quod notat.in Authen.nouissima.C.de inoffic.testamen.& text.in Auth.contra rogatus.in fine. C.ad Treb. vbi hæres grauatus restituere quod ex hæreditate superesset, potest de quarta quam seruare debet, fideicommissario diminuere, si non habet aliunde vnde se alat. Balb.decis.210.

Alimenta in domo testatoris: quãdo alicui relinquuntur si commodè potest in ea habitare extra domum præstari non debent, secundum veriorem sententiam per Rol.cons.89.nu. x.lib.3.& nu,14.vbi si quis non possit morari cum aliquo ex iusta causa, non perdit legatum, teste eodem d. consil. col.4. in prin.vbi inquit, ꝙ & si alimenta præstanda veniant in domo hæredum & non extra, id tamen non procedit, nec locũ habet, quando non stat per legatarios quominus in domo pcipiantur alimenta, sed per hæredes, iuxta not.per Barto. in l. Caio.§.imperator.ff.de alim.& cib.leg. vbi ꝙ ille qui cum aliquo morari debet: si non potest ex iusta causa: non perdit legatum, per l.meuia in fin.de Ann. lega. & ideo subdit quòd si testator reliquit alimenta vxori in domo ipsius testatoris, si non potest ibi commodè morari quia est iuuenis & aliqui sunt ibi, qui verisimiliter luxuriarẽtur cum ea, potest petere alimenta, & recedere à domo. ex not.per doc.in l.j. C. de legat.de quo p eundem Rol.dict.consil.89.col. 4. per tot. vbi quòd si ab vno hærede relicta fuerint alimenta in domo, & per eum fit quominus legatarius cum eo stare possit: tunc alimenta extra domum peti possunt. In casu aũt dicti consilij stetit per hæredes quominus legatarij perciperent alimenta in domo ipsorum, cum ipsi non viuant in communione & in eadem domo de qua sensit testator. Quam conclusio. declara vt plene per eum dicto consilio, & vide quæ scribit Mising. centur. prima, obseru. 64. vbi quòd vxori debentur alimenta ex bonis mariti & si habeat vnde viuat.

Aliquis comprehendit etiam fœminã: communem dicit, Deci.consilio lvij.numero 1.idque per l.j.ff.de verbor. sign. B. Villalob.

Alius alia aliud est dictio repetitiua similium. Curt. Iunior consilio cclxxxiij. numero secundo communem dicit. B. Villalob.

Allocutio ad aurem non facit indiciũ contra reũ, nisi tria concurrant, vt est communis opi.de quã Bursa.cons.35.num. 32. Bonacoss.

Allocutio ad aures nõ facit indiciũ contra mandantẽ, nisi fuerit secreta, concurrat inimicitia capitalis, & incontinenti sit sequutum homicidium.vt est cõmunis opin.Bursa. consi. 20.nu.2. Bonacoss.

Allodialia omnia in dubio præsumuntur, nisi contrarium pbetur, ne seruitus vel feudũ præsumatur, secundũ cõem p Bursat. cons.46.nu.23.lib.j.vbi hanc conclusionem procedere dicit, etiamsi prædia vicaria essent feudalia, ac de iure cõi etiam ꝙ esset castrũ in quo homines & vasalli adessent præsumetur semper allodiale, non autem feudale, nisi probetur.

Allodialis quælibet res præsumitur, nõ autem feudalis, secundum cõem per Bursat. cons.9.numer.36.libr.j.consil.10. num.12.eod.

In materia alluuionis, factum hominis, & naturæ æquiparantur ad vtilitatem habẽtium prædia vicina.Ita in simili determinat Bart.in l. quominus.x.quæst.ff.de flumin. vt pereũ. cũ quo est communis opinio, vt ibi per Iason.& nouissimos Et Barto.etiam refert, & sequitur Socin.Sen.in consi.lxxix.super.q.quæ vertitur.versic.quinimò dicit Bart.iii. volũ. Et est in simili decisio Bart.Ange.Paul.de Castro & aliorũ.in l. fluminum, in princ.ff.de damno infec.Ac ita id cõi Interpretum snĩa receptũ affirmat Soc.Iun.cõ.xxviii.n.8.vol.iiij.E.Muscul.

Alluuio iurisdictionis, vel territorii (vt doctores fantur) fines nõ minuit. cõem aiunt Soc.cõsil.cxxvij. nu.5.li.j.Bossius in pract.crim.tit.de prin.& prin.nu.280.& qui dissentit. Cur. Iun.consil.lvj.Briscianus de confinib.c.xxiiii. nu.6. E.Suarez.

Alluuio fluminis hoc est additio, vel detractio, quæ fit à flumine ipso per alluuionem suam transfert dominium.l. ergo si in insula.§.alluuio.ff.de acqui.rerum domi.& §.præterea. in stit.de rerum diui.sed hoc limitatur: vt non habeat locum in iurisdictione, & cõfinibus alicuius territorij, qui non mutantur aliquo modo per alluuionem, nec inde deminutionem, seu augmentum recipiunt, secundum Bar.in tract. de flumi. in j.par.ver.acquiritur nobis, Bald.in rub.ff.de rerum diuisio. Cæpol.in tract.seruit.rusti.prædio.in titul.de flumine priuato, capit.32. Corne.con.322.lib.primo, & cons.cclxxxvii, lib.iij. Ias.con.cxlvj.volumi.ij.Riminal.con.lxiiii.& Soc.con.cxxvii. nu.5.vol.j.explicat istam esse communem opinionem, & admonet ab ea non fore recedendum in iudicando.& sequunt quoque & aiunt esse cõmune Riminal.in §.j.instit.quib.alie.licet, vel non.nu.51.& Hierony.Briscianus in tract. de cõfinibus, c.xxiiij.nu.6.& Egid.Bosi.in pract.crimi.in tit.de principe & priui.nu.280.Contrariam verò partem tenuit Curti.iunio.cons.lvj.per plures rationes, argumenta, & authoritates ponens consi.illud fuisse factum per collegium Papiense, tñ quicquid ipse suadeat sequor opinionem Bart.& sequacium quam fatetur communem esse ipsemet Curt.ibi, & duas alias limitationes, seu casus, in quibus ius alluuionis non vendicat sibi locũ ponit Rimin.in d.§.j.nu.48.cum aliis seq.& Beroius cõs.xxiiij.n.31.& seq.Papiens.in sua prac.ĩ forma libel.actio. real.nu.13.seq.Riminal.loco de quo supra nu. 39. cum multis.seq.non solùm limitat prędictam regulã in princip.positã, verùm ampliat etiã tribus modis plenè, & doctè, more suo F.Viuius.

Pro.Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. in l.fin.C.de acquir.posses.vbi ex aliena malignitate pręiudicium alicui generari nõ debet.& in l.si vnus.in §. ante oĩa. ff. de pac.vbi cõuentio cũ vno facta, alii nocere minimè debet.

Ob.Oppono de pupillo qui obligatur alij cum auctoritate tutoris.in §.j.Instit.de auc.tuto.

So.Dic ꝙ pupillus obligando se cum auctoritate tutoris, in nullo dãnificatur: omne enim damnũ de suo tenebitur resarcire pupillo tutor in redditione rationum: vt in l.si tutor.ff. de auct.tuto.seu cur. I.Bellon.

Pr.Alteri stipulari nemo potest.l.stipulatio ista.§.alteri.ff. de verb.obli.§.alteri.Instit. de inuti.stipul. I.Bellon.

Pr.Alterius odio nemo debet pręgrauari.in l.si quis in suo in §.legis.C.de inoffic.test.Vnde solet iactari vulgò pũerbiũ: Filius non portabit iniquitatẽ patris.in l.crimen.& in l. si pœna.ff.de pœnis.& in l.sancimus.C.de pœnis.& in capite, si habes.xxiiij.q.iii.in cap.si compromissarius.de elec.in vj.

Ob.Contrà de l.quisqs.§.filij.C.ad leg.Iul.ma.& de c. vergentis.extrà de hęretic.vbi ob delictum patris filius punitur.

So Speciale est ibi in crimine læsę maiestatis & hæresis.Regulariter contrà.

Ob.Opponitur etiam de l.sati s.C.in quibus causis pignus tacitè, ve hypothec.contrahit.vbi mulieris dos tacitè obligatur p primipilo, ita, ꝙ si bona primipili exhausta sint, distrahit.

So.Dic ꝙ ibi vxor tenetur pro marito in causa tantùm primipilari: non alias.l. lex Iulia.ff. de fundo dot. & §.j. Institut. quibus ex cau.alien.licèt vel non.

Ob.Prætereà obstat.l.cũ hęres. ff.de diuers.& temp.pręscr. vbi vitia defuncti transeunt in heredem.

Sol. Vitiosa defuncti vsucapio continuatur in hæredẽ, vt ibi. Cùm pro vna eademque persona testator, & hęres reputentur.in §.j.in authent.de iureiu.à mori.præst. I.Bellon.

Alteri stipulari nemo potest, tametsi in eum, cui stipulatur propensus, atque adeo meritis obligatus sit, vt comune aiunt Ias.in l.huiusmodi nu. 21.ff.de leg.lib.j.& cons.xlj.lib.iij.Dec. in c.ad nostrã.nu.iij.de probat.Excipe nisi sit iureiurando vallata stipulatio, vt commune dicit large Alc.in ca.cùm cõtingat.nu.221.de iureiurand.Quæ intellige iure Cæsareo processura, nã regulariter iure canonico alteri alter vtiliter stipulatur, vt frequenter placitum efferunt Roman.in l. stipulatio ista.§.alteri.nu.6.ff.de verb.obli.Ang.Aret.in §.alteri.nu.2. Instit.de inutil.stip.quãuis verius in contrariã partẽ ierint Imol. Rom.& Ias.nu.5.Zas.nu.22.in d.§.alteri.Fab.in §.si quis alij. n. 8.Instit.de inutil.stipul.Alex.in c.cum contingat. nu.226.de iureiur. E.Suarez.

Pr.Alternatiua, vel, ponitur pro, id est, quando ponitur inter duo idem importantia.gl.in rub.ff.si ager.vect.vel emph.

Pr.Alternatiua est incerta.l.vbi aũt nõ apparet. in §. qui illud aut illud.ff.de verbo.obligation. I.Bellon.

Alternatiua locorum actori electionẽ tribuit vbi reũ conueniat in altero ipsorũ locorũ, non reo vbi velit conueniri, per tex.qui dicitur singularis in l.3.§.proinde. ff.de eo quod cer.lo.& est ad limitationẽ l.plerunque. ff. de iure dot.& iurium dicentiũ, quod ĩ alternatiuis electio est debitoris. Balb. decis.316.

Alternatiua in fidei cõmissis vbi cedit ordinata affectu successionũ ordinem importat secundũ cõem per Bursa.cõs.67. nu. 3.lib. 1.quã procedere dicit etiã si patris & filij cõiunctio fieret declarãdo vt per eũ d.cõs.nu.24.

Alteruatiuę est electio creditoris, cum vnum est in obligatione, aliud in solutione secundũ cõem per Bursat.cõs. 112. n.20.li.j.post Bart.in l.quãuis.ff.de pig.act.Ias.in §. nunc autẽ. nu.10.Institu. de act.

Alternis debitor ex stipulatione ad ipsum relata eligendi ius habet.cõmune ait Rip.in.c.inter cætera.nu.70.de restitut. E.Suarez.

Pro. Altius vsque ad cœlum tollere quis potest ædes suas, nisi seruitutem debeant.l.altius.C.de ser.& aqua. Bellon.

PR.Ama scientiã scripturarum, & carnis vitia non amabis. in ca.nunquam.in prin.non.de consecr.dist.v. Bellon.

PR.Ambitiosa decurionum decreta rescindi debent.l.ambitiosa.ff.de decret.ab ord.faciend. Bellon.

PR.Ambulatoria est voluntas hominis vsque ad vltimum vitæ spiritum.in l.iiij.de adimen.leg.can.vltima voluntas.xiij. q.ij.in cap.cum Marthæ.extrà de celebr.missar. Bellon.

Amicus nõ põt agere pro amico sine mãdato.l.tutori.ff.de neg.gest. Alex.in l.exigendi, C.de procurator.in le.j.§.lex Falcidia.ff.ad legẽ falc.Ias.verò in d l.exigendi.asserit, ꝙ ĩ puncto iuris posset sustineri contraria opinio, & intelligit ꝙ amicus admittatur pro amico quotiescunque est cõiunctus maxima amicitia, Felyn.tamẽ in c.corã, de offic. deleg.Alex.& Moder. in d.l. exigẽdi, Rip.in c.cum M.Ferrariensis.nu.61.de constit. & Blancus in trac.de cõpromissis.in iij.q.nu.48. ver.amicus. attestantur cõem opin.esse amicum non admitti pro amico ad agendum absque mandato. Hoc verò.s.ꝙ amicus non admittatur pamico sine mãdato, fallit, cùm cauet de rato, sicut coniunctus pro cõiuncto secundum Tiraque.post alios congestos per eum in trac.de pœnis temperandis, aut remittẽdis in causa xxiij.nu.34.Guliel.de Cugn.in l.sed & hæ.ff.de procurat.licet ibi Fulg. intelligat hoc de amico coniuncto maxima amicitia, de quo per Rom.ĩ versic.amicus & per Barto. in l.non solum.§.qui alieno nu.1.Alex.in addit.ad eum. ff.de procur.&.ibi per Alex.vbi dicit quòd amicus agit interdicto recuperandæ.l.j.C.si per vim vel alio modo, & per eundẽ.in l. cum alienam C.de leg.& in l.exigẽdi.de proc.& per Fely.in d. c.corã.& Marcũ Mãtuæ in suis apophtheg.apophtheg. lxxv. interpretatur etiã hoc non pcedere de iure municipali, nam stante statuto exorbitãte, disponenteque coniunctos, seu affines agere sine mandato pro cõsanguineis, extenditur ad amicos, vt not.Guliel.de Cugn.in d.l.sed & hæ. in prin. Dyn. Sal.ĩ d.l.exigẽdi Bar.in d.§.q alieno.Spe.in tit.de aduo.§.obiicitur.ver.est quartus ordo, & Io.And.in c.fi.de postulat.F.Vi.

Amicitia nihil de fide testiũ detrahit, cõe autumat Marc. Anto.in tractat de indiciis nu. 170. E.Suarez.

Pro.Amor,& vinũ æquiparantur.in §.fi.instit.de succes.quę fie.per bon.& ibi.glos. Bellon.

Pro.Amor pecunię est quasi materia omnium criminum. in cap.his igitur.xxiii.dist. Bellonus Tolos.

Amicitia,quã habet iudex cum reo facit,ꝙ possit pœnã remittere,quando pœna esset arbitraria.Princeps aũt potest indulgere.Clar.q.60.ver.legit. Et an teneatur ob id in syndicatu.vide Pari.de Puteo.in tract syndi.& in §.Potestas.& Menochium de arbitrio iudicis Bonacoss.

Amor excusat à pœna ordinaria,& mitius punitur, qui ꝓpter amorẽ delinquit,vt est cõis opinio.Clar.c.60.vers.amor. Tiraquel.de pœnis intemperan.causa 51. Bonacoss.

Pro.Amicorũ oĩa sunt communia.capite dilectissimis. xij. quæst.j.Bel.

Amicitia simplex non inducit talem tantámque præsumptionem in testem,vt repellatur à testimonio,Marcus Ant.in tract.de iud.nu.170.communem dicit. B.Villal.

Pro.Amplius,aduerbium est repetitiuum superiorum.l.legata inutiliter. ff.de leg.i.l.si sic locutus.de leg.iii. Bellon.

Anatomia dãnatorũ hodie conceditur, vt est cõis opinio. Soar.vers.isto.num.178. Bonacoss.

Anatomiæ exercendæ cadauera damnatorum concedi debere generali vsu admissum est, vt attestantur Ant.Gomez. de delic.c.xiiii.in fin.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.vlt.versi. quæro nunquid. E. Suarez.

Pro.Anima est multò pretiosior corpore.c.cum infirmitas. extrà de pœ.& remis.in antiq. Bellon.

Pro.Anima est præferẽda cæteris rebus corporalibus.l.sancimus.C.de sacrosan.eccl.c.præcipim⁹.xii.q.j.c.solitę. de maior.& obed. Bellon.

Pro.Animæ defunctorum quatuor modis soluntur, oblationibus,precibus,iciuniis & eleemosynis.can.animæ defunctorum.xiii.quæst.ij. Bellon.

Pro.Animal brutũ caret sensu & rõne,ideoq; iniuriã inferre nõ dr.l.j ff.si quad.pau.fecis.dicat.nec per cõsequẽs puniri.

Obiec.Contrà de c.mulier.xv.q.j.vbi pecus mortem mori debet,& Leuit.30.

Sol.Ideo punitur ibi,vt tali flagitio contaminata indignã refricet facti memoriam,non propter culpam.

Animal irrationale si delictum aliquod commisit,vt hominem interficiendo,&c.de iure communi non debet puniri pœna mortis.quia merum imperiũ non exercetur in belluas. Cõmun.dicit Sapia.in lege imperium nu.6.ff.de iurisdi.oĩum iudicum.De consuetudine ramen in multis locis contrariũ seruatur,vt attestatur Guido Pap. decis.ccxxxviii.Si animal. Sed hæc consuetudo Claro non placet,nisi in vno casu,quando scilicet homo cùm bestia carnaliter commiscuisset, quia tunc etiam lege diuina cautum reperitur, vt ipsa bestia cum homine occidatur Exod.xxj.Clar.d.lib.v.§.fi.quæst. xcix. ver. quæro etiam. P.Fichard.

Animal rationis expers ob maleficia non punitur. cõmune ait Sapia.in l.imperiũ nu.6 ff.de iurisd.omn.iud. & qui limitat.cum vna qui cum illo coierit,plectendus erit, Iul.Clar. in prac.§.fornicatio.ver.cum animal,& §.vlt.q.xcvj.vers.quęro etiam. E.Suarez.

Animal irrationale,si quod delictum committat, hominẽ interficiendo,non debet mori.Nisi quis cum bellua rem haberet,qa vterque mori debet,vt est cõis opinio.Cla.q.99.ver. quæro etiam.Soarez ver.animal.nu.179. Bonacoss.

Pro.animos est facti.l.bonaũdei emptor.ff.de acquir. rerũ dom. Bellon.

Animus & præmeditatio ad homicidiũ deprehenditur ex donatiõe oĩum bonorũ suorũ.vt est cõis opinio. Blan.in l.fi. n.19.ff. de quæstio. Si habet inimicitiã cũ occiso. Bonacoss.

Animus dicentis præsumitur ex iis, quæ dicuntur extra iudicium,etiam parte absente Bar.in l.Fulcinius. §. is qui fraudationis causa,vbi glo.ff.quib.ex caus.in posses. eat. Quod ẽt dicit Carol.Ruin.in consil. lxiii.quæritur vtrũ legatum, nu. 13.volum.ii.& clarius in con.x.viso processu.nu.10.volum.v. Inquit enim,quod animus hominis probatur, & recognoscitur ex iis,quæ prius dicit,allegat gl.prædictam,& alia plura,vt per eum.Et inter cætera,allegat pulchram doctrinam Bart.cõmuniter approbatam in l.ii.ver. quæro ex quibus præsumat ista voluntas.ff.de vulga.& pupil.quam refert & sequitur Socin.Iun.in consil.iiii.nu.31.volum.iiii. E.Muscul.

Annus inceptus non habetur pro completo, quando ex dispositione iuris,vel statuti requiritur, quod contrahentes sint alicuius ætatis:secus, si dicit ꝙ ab eo existentibus in tali ætate contrahitur.secundũ glos.in clem.ii. de ætate & qualit. quam communem dicit Franc.Cur.Iun.consi.cxiii.vol.j.quã refert.Coua.in epi.iiij.c.ij.nu.2. B.Villal.

No.illam communen ad intel.l.vj.tit.j.par.iiij.

Annus qui datur, & ex causa biennium ad persequendũ appellationẽ,dicitur ad inchoandum processum,& appellationẽ exercendã Gui.Papæ cõsi.lxxiii.in prin.cõmu.dicit.B.Vil.

Etiam idem Guid.in sing.ccx v. primũ fatale, vbi etiam de tertio anno,& Franc.Marc.in decis.mil. clxxxiiii. num. 26.& seq.Et an & quando concedatur secundus & tertius annus aliqua per M.Anto.Bard.in tract.de temp.vti.& contin. in c. 6.per totum. I.Fich.

Concor.cum l.iii.tit.xvj.lib.iii.ord.Et nota circa istam.l. ꝙ si post terminũ istius legis sententia proferatur pro appellante:est ipso iure nulla,secundum Bald.in l.superuacuam. C. de tempo.in integ.restit.nu.3.quem refert glos.in l.viii.titu. xix. par.vj.Et nota etiam circa d.l.in fine. versi. *es por culpa del,&c. fincare de lo librar pague las costas y damos alas partes*, quod verbum est intelligendum,si cum instãtia partis, & protestatione necessaria post conclusum in causa petatur à partibus:aliàs sententia remanet deserta.de quo vide Philip.Franc.in cap.ex ratione.i. de appellat. & præposit.nu.36. & vide quæ habes infrà in verbo instantia & vide etiam in verbo Appellatio. nu. 25.vbi tractatur de impedimentis,quæ impediunt appellationem prosequi. I.Fich.

Annus cœptus licet in magistratibus gerendis pro cõpleto habeatur,iuxta l.ad rempub.ff.de munerib.& honor.tamẽ in iudiçib.regulariter annus debet esse completus, c. cùm in cunctis.de elect.c.ad nostram,de regular.c.significatum,& similibus ibidem in gloss.allegatis.& c.idẽnitatibus,in prin.de elect.lib.vj.c.vnico.de ætat.& qualit.eodẽ libr.vj.quod Arch. & D Floria.in c.fi.de iudic.regulariter obtinere dicũt nisi cõtrariũ in iure reperiatur expressum, & videtur sentire gl.d.l. ad rẽpub.in verbo fauoris causa.aut nisi ageretur de fauore, quo casu annus cœptus pro cõpleto habebitur:nisi diuersum in iure sit expressum,vt voluit gloss.magna in l.iii.§.minorem ff.de minorib Et si fauor suadeat de momento ad momentũ fiet anni cõputatio,vt voluit Archid.ind.c.fi.fec⁹ si esset odiũ: vt voluit. d. glossa in d.l.ii.§. minore. ff.de minoribus, quam communiter teneri asserit Bened.Cap.reg. xxxj. nu. 27. vide plura infra in verb. minor. Bened.cap.

Annus infra quẽ hęres legata exoluere tenetur nisi velit priuari falcidia & omnibus emolumentis hęreditariis, licet cõputetur à die monitiõis ꝓ iudicẽ factæ. Auct.hoc amplius, C.de fideic.& ibidẽ Bar.c.nos qdem,de testam.gl.in Auct.de hęred.& falcid.§.si qs non implens,idque cõiter teneri refert Bened.Capra.reg.cx.nu.22.id tamen fallit si per testatorem aliud tempus intra quod volũtatem suam explendã iussisset præfixum sit,tunc enim hoc ipsum à iure præstitutum erit attendendum,per not.in l.ita tulib.§.hærede.ff.de statulib.l.fi.§. fin au.ẽ.C de iure delib.prout voluerunt Ancha. innoc. Nicei.& cõmuniter Doct.in d. c.nos quidẽ,de testamentis.quẽ ad ibidem nu.28.refert idem Bened.Capra.

Annui reditus emptio nullo iure interdicitur, cõe inquit Rip.lib.j.de lega.c.xix.nu.9.Did à Couarru.lib.iii.resolut.c.ix & c.x. E.Suarez.

Annuum legatum vel republicæ vel ecclesiæ factum per verbum semper,& in perpetuum,non amplius q̃ centum annos durat.cõem aiunt Alex.con.lx.li.j.Couar.lib.iij. resolut.c. ix.num. 10. Sed certè contraria sententia,& verior est,& iam hodie magis communis,vt tempet duretaiam illam asserunt Rogerius,Alber.alios antiquos referens,Cũ Ang. Corn.Soc. Ias.Rip.Ctor Põtan.Parpal.Verrat.Riminal.quos eũ aliis laudat Couarr.vbi supra,Viuius lib.j.opin.cxcvij.& Anto. Gomez meus iuris præceptor,de cõtract.c.xv.nu.18. E.Suarez.

Annuæ obligationes,& si xxx.annis semel atque omnino præscribantur,annua tamen relicta nõ semel,sed illorũ vniuscuiusque anni obligatio eo tempore præscribetur,commune renũcio ex Cum.in l. de pupillo.§. si in pluribus.ff.de nou. ope.nun Fulg.in l.cùm notissimi.§.in his.C. de præscri.xxx.an. Consi.xxii.nu.23.lib.iii. Alex.nu.3. Ias.in l.si Stichũ.§. stipulatio.ff.de verb.oblig.Feli.in c.auditis de præscrip.Balb. de præscrip.iiij.par.iiij.art.quæst.iiii E.Suarez.

Pro.Annui reditus inter immobilia computãtur à iure.clemen.exiui de Paradiso.§.cumque de verb.sign. Bellon.

Pro.annua si debes tunc inspicies caput anni.

Anno si debes,in fi.tenebris anni.gl.in §.qui hoc anno Institut.de inut.stip.in verb.præteritis. Bellon.

Annuũ si qd ꝓmittitur in ɔ̃ctib.an ante finẽ temporis peti possit,vide Ias.in l.si ita stipulatus fuero.nu.4.ff.de verb.obli.

Annui reditus emptio de iure licita est.Ioan.de ripa.in lib. j.de legi.c.xix.nu.6.communẽ dicit.& vide Ioan. de Ana.c.in

ciuitate de vsuris.& de hac materia copiosius vide per Didacũ Pic.carro.I tract.de cõsi.in ɔ̃s.sup statuto villę de gãdapipe.

Annuos redit⁹ ex sua ꝓpria natura nec mobiles nec immobiles esse (q̃tũ ad ius cõe attinet)sed tertiã quãdã speciẽ cõstituere tradit And.Tiraq.lib.j.de retract.§.j.glo.vj.in ver.Rentes num.3.secundũ Panor.in cap.nulli.de reb.Eccles.non alienã. & quosdam alios quos ibi allegat.Si tamen ad alterutrũ eorũ trahẽdi sint certè immobilium naturam eos secuturos ait.Et inde fieri,vt plerique omnes dicant annuos reditus inter immobilia censeri per l.si quis in glino.ff.de lega.j.& expressum textum in Clementi.exiui.§.cumque annui reditus, de verb. signi.vbi dicitur,Cùmque annui reditus inter immobilia cẽseantur à iure &c.& Iubemus.ij.C.de fac.sanc.eccles.I.F.

Idem tamen postea.nu.7 limitat hoc ita procedere,si reditus sint perpetui,aut certè ad longum tẽpus constituti,secus si ad modicũ:per multa ibi allegata.tales autem videtur census redimibiles,de quib⁹ annotaui.in ver.redditus. Villal.

Antidotalis,vt doctores fantur,obligatio nõ impedit repetitionẽ soluti ꝑ errorẽ,vide infra vers.errore soluti. E.Suarez.

Antiquitas delicti facit,vt mitigetur pœna,nam si ante decenniũ cõmissum est reus non debet mori,sed mitius punirj, vt est communis opinio Clar.q.60.vers.pręterea. Bonacoss.

Antiquitas delictorum pœnas illis infligẽdas imminuit,vt commune proferunt Did.à Couarru.lib.ij.resolut.cap.ix.nu. 2.Ant.Gomez.in l.lxxvj. Tauri.nume.6.& delict.c.j.nu.8.Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.lx.versi.pręterea. E.Suarez.

Antiquitas delicti facit vt pœna mitigetur, vt si ante decẽ annos commissum esset, nam eo casu non debet puniri reus pœna mortis,sed mitiori.ita ex l.si diutino.ff.de pœnis,Doct. & communiter deducere ait Didacus libro ij.resolut.capit.9. numero ij.verticul.j.posse.& Antonius Gomes. capitul.j. delict.numero 8.& super l.lxxvj. Tauri numer.6.Afflict.decisio. cclxxvij.Clar.libro v.sentent.§.final.quęstio.lx.versic.pręterea potest. P.Fichard.

Antiquum factum dicitur spacium quadraginta annorũ, secundùm opinio.Anto.de Butr. in capitu.veniens. 1.extr.de testibus.Plures authoritates adducit Barthol.Chassan.in cõsi. 15.nume. 19.Alij voluerunt quod hoc iudicis arbitrio relinqueretur, quando tempus dicatur de antiquo in materia probationis.Anto.de Butr.in cap.quoniam contra.ext.de proba. Alexand.de Imol.in consi.4.numer.12.in 2.libr.cõ.Matth.de Afflict.in Decis.S.C.Neapo.Decis.83.numer.7. Alij dixerunt, ꝙ requireret tempus centum annorum metam excedens.Alexan.de Imol.in consi.7.in 1.vol.con.Quod latiùs declarant Philip.Deci.in capit. 1.numer.7.ext.de appel.& in con.13.incip pro tenui facultate mea.num.8.Ias.in l.cum aliquis.C.de iure deliber.& notissimè Crauet.in tracta.de antiquita.temp. §.j.incip.circa primam partem.& sparsim in eo.tracta. & ibid. nu. 5.dicit hanc tertiam opinionem communem esse, quæ tamen non procederet,quando non ageretur de magno preiudicio quia tunc sufficeret 40.annorum spacium, ad inducendam plenam probationem,prout exemplificari posset in finibus D.œcesum, quia non sunt magni præiudicij, secundùm Abb.in ca.cùm causam.in j.notab.ext. de proba. seu arbitrio iudicis relinqueretur.Hiero. de Monte post alios in tract.de finibus regen.cap.70. Kirchouius.

PR.Antiquitatis notitia est necessaria.§.j.Insti.de testa.ord. in ca.fuerunt.vij.dist.Bellon.

Antiquum dicitur,quod excedit metas centum annorum ad hoc, ꝙ credatur de solennitatibus extrinsecis, Ias.in l.cum aliquibus.nu.7.C.de iur.delib.communem dicit. B.Villa. Hãc & Cagnolus in l.velle.ff.de regul.iur.communem esse ait.

Eandem communem dixit Alex.in l.cum aliquis.C.de iure delib.Et pluries in consil.& rursus Ias.in j Lectu.l.admonẽdi, nume.246.ff.de iureiuran.Et post multas allegationes Aymõ Crauetta in celebri suo trac.de Antiqui.rẽp.par.j.nu. 5.I.Fich.

Antiquum tũc dicitur ad hoc ꝙ testes de auditu,aut de credulitate admittantur,vel ad hoc quòd fama peobet si decursi sunt centum anni. Aymon.in tract. de anti.temp.in j.part. numer.4.communem dicit approbata opinione Innocen.in ca.veniens.de verb.sign. B.Villal.

in Antiquis licet probationes leuiores sufficiant tñ quando apparet iustitia rei,vel possidentis: plena probatio requiritur contra eum,Aymon in d.tract.in verbo viso de fama. numer.32.communem dicit ex Innocen.in cap.cùm causam.de proba. Villalob.

de Antiquo vt aliquid dicatur esse requiritur tempus 100. annorum.Est communis opin.secun.Ias.in consi.lxxxj.in hoc puncto.vol.j.

ex Anuli delatione(præsertim in locis,in quibus hoc signũ à mulieribus solet passim circũferri) an probet matrimoniũ pręsumptiuè,& similiter ex sola fama,vel cum mutuis tractatibus pro viro,& vxore, aut ex sola dotis, & donationis propter nuptias nominatione in instrumẽto facta,seu ex sola cohabitatione matrimonium probetur esse contractum: controuertunt Doctores in c.illud.de præsumpt.& ca.per tuas.de probat.receptior tamen Doct.est opin.matrimonium nõ probari,vt tradit Socin.in consil.xxxix.visis, & inspectis.in j.par. F.Turzan.

Antiquum est quod centum annos supergreditur,vt commune inquit Cagn.in l.velle.in fi.ff.de reg.iur. Vnde tanto tẽpore metietur antiquitas, vt de solennitatibus extrinsecis nascatur pręiudicium,vt ait receptam Ias.in l.cum aliquibus.nu. 7.C.de iure delibe. Vt etiam tum testes de auditu,vel credulitate admittãtur,vel fama probet, vt commune effatum testatur Aymon in tract.de antiq.temp.j.part.nu.4. E Suarez.

Antiqua licet leuibus probationibus regulariter egeant, tamen iustitia cum reo,aut possessore faciẽte plenis opus habent. commune infit Aym. de antiquit.ver.viso de fama.numero 32. E.Suarez.

Antiquum tempus consideratur prout mero iudicis arbitrio consistit, maximè in pręsumenda rectitudine & iustitia sententiæ,fm communem per Bursat.consi.24.num.18.li.1.

Aperiens literas alienas,vt illas ostẽdat aduersario, falsum cõmittit,Communẽ dicit August ad Angel.de malefi.in verbo Falsario.nu.10.quem refert Pract Conradi.in prin.Clar.li. v.sent.§.falsum.versi.operiens. P.Fichard.

Apocha sola non iuuata aliquo adminiculo, facit solummodò fm cõem opin.aliqualem ꝑsumptionẽ.Bart.& alij in l. admonendi.ff.de iureiur.Abb.& Fel.in c.2.extrà,de fide instr. & hoc ꝓpter ꝑsumptionẽ,q̃ est,ꝙ quis de facili non faciat falsam scripturã.Alex.de Imo.in ql.239 nu.7.ver.vbi aũt scriptura priuata nõ subscripta à testib.&c.in 6. vol.cõsi.Et hanc sententiam cõiter approbatã esse refert Ias.in cõsi. 129.versi. Tñ communior est pcedens opinio,vbi ipse hũc articulum egregiè & copiosè explicat.in 1.vol.cons.& post eum quoq; Rolan.à Valle,in cõsi.26.nu.14.in 1.Tom.consi.tradit. Kircho.

Apostata non minus ad pœnitentiã admittetur,quã hæreticus.vt est communis opinio Soarez vers.apostata.n.190. Bonacoss.

Appellans potest dicere,tempus finiendæ appellationis incipere currere à die appellationis,in scriptis interpositæ,& non antè,licet, prius viua voce appellauerit.Est magis cõmunis opinio secund.Alexã.in consil.lxxxii. viso processu, circa fi.vol.vj. Math.Cherian.

Appellans non potest deserere appellationẽ si appellato interest:vt appellationẽ persequatur,& sic,eo inuito, nõ potest renuntiare appellationi. Gomes.de triena.q. 54. ver.volunt.cõem dicit. B.Vill.

Appellantiimpedito persequi suã appellationẽ per principem,non currit tempus primi anni. Deci. in c. ex ratione. num.6.de appella.communem dicit.

Impedito,facto inferioris iudicis,conceditur secundus annus.Deci.in d.c.ex ratione.nu.7.communem dicit.

Impeditus in secundo anno,restituitur solùm ad tempus, in quo durauit impedimentum.idem ibi.nu.12.cõem dicit.

Nota ꝙ impeditus etiam ex facto iudicis ad hoc,ꝙ restituatur,vel concedatur secundus annus: non requiritur ꝙ ipse ꝓtestetur,Hiero.Cagnol.in l.in omnib.ff.de regulis iuris.nu.15. cõem dicit. Et ne putes contrariari huic communi quæ posita sunt in verbo Annus supra, illud est quando stat per partes quod nõ petit & ꝓtestẽ cũ instantia,hic aũt nõ stat ꝑ partes, sed solũ,ꝑ iudicẽ.Et nota oĩes istas opini. cões ad intel. & ampliationẽ,& limita.l.iij.tit.xvj.li.iij.ord.de qua in d.nu.3.B.Vil.

De impedimẽto ad appel.& pseqũ.tradit M.Anto.Bard.in Tract.de tempo.Vti.& contin.in capitu.4.per totum. Vbi de impedimento ex facto appellati, ex facto Principis seu Iudicis, ex facto appellati ex facto appellantis, & appellati simul,

& ex facto tertij prouenientis, & an & quando tale tẽpus curat. I.Fichard.

Appellans quid probare debeat: vt ei biennium ad prosequendam appellationem concedatur: vide Doct.in cap.ex ratione,de appell.in Auth.ei qui offeratur.C.de temp.appel.& dic non aliter appellanti ad prosequendam appellationem biennium concedi debere: nisi in primo anno diligentiam à se adhibitam fuisse probauerit,si verò iudex in culpa fuerit qn causa finiatur: tunc necessariam esse protestationem, alias in iudice negligentia non præsumitur, teste Alex.consil. 64.li.1. 64.li.6.Affli.Decis.xj.col.fi.Fel.in c.causam.de proba.quo casu,nec semel tãtum protestari sufficit: nisi cum nil in cã aliud remaneat:quàm pronuntiatũ dicere,ex not.per parid.de Syndic.ver.instãtia ver. dicit pstitutio in fi.qua in re dixerunt aliqui per Rotam determinatum fuisse:sufficere loco protestationis impedimentum probare, vt testis est Gomes. Reg.de Annal.posset.quæstio.76.Quibus adde quæ scribit Osasc.Decis.12.numer.6.& sequent. vbi post plura concludit vnicam protestationem seu interpellationem sufficere declarando tamen vt ibi per eum, pro quo vide cautel. quam tradit Rol. de ord.iud.c.54.nume.23.c.& quæ ponit Fel.in cap.ex literis. colum.6.ante numer.9.de consti.

Appellandum est in scriptis ab interlocutoria de iure Cano.& ciuili iuxta veriorem sententiam teste Osasc.Deci 6.numero 5.vbi dicit, ꝙ si aliquis fuerit primo grauatus & appellauit in scriptis, Deinde iteratò grauatus appellat & dicat appello prout in scriptura primæ appellationis quam produco & peto actis inseri,non dicetur appellasse in scriptis propter formam quæ requiritur in appellatione, ex not.per Fel.in ca. inter cæteras.colum.2.de re iudicat.& ideo cum quæstio esset in facto in causa appella.in qua deerat appellatio allegabatur ab aduocato in hæc verba,si quis apud Acta prouocan.cesset: debet dicere appello,& id sufficit, tũ ex forma iuris cõmunis 12.ff.de appell.tum etiam ex forma Ducal.Decr.patriæ Subalpinæ quæ forma ad vnguem seruanda est l. cum ij.§.si prætor.ff.de trans. Neuiz.consi.77.num.2. Deci. consil.36. num. 5.alias nihil agitur,Decis.consi.532.numer.5. & hic nulla legitur appellatio ergo pro non appellante est ꝓnuntiãdus, nec prosunt illa verba relatiua ad cedulam, quia in formis non admittitur æquipollens.l.qui per salutem,de iureiur. Quinimo illud clarum est in iure quòd quando requiritur appellatio scripta cum insertione causarum: Si quis semel appellauerit à capi. 2. grauamine non potest dicere appello ex causis de quibus in eadem cedula super producta, Fel.in capit.cum venerabilis.colum.xv.extra de except.Alexand.con.126.numero xj.libr.6.Osasc.d.Deci.6.numero 6.& sequent. Quibus adde,ꝙ licet quando appellatur ab interloquutoria debeant causæ grauaminum nominatim exprimi ꝙ si appellans, eas exprimat per relationem ad aliud satis est. Secundum Alexã. con.80.colum.4.in princip.numer.9.libr.j.& d. consilio 126. libr.6.

Appellans confessus spontè,etiã si testibus conuictus non sit,nec in ciuilibus,nec in criminalibus regulariter auditur,& sic ad appellandum non admittitur aliquo modo, text. est in ca.cum speciali.§.porrò,& in cap.Romana.§.finaũt.de appellatio.in vj.vbi Io.And.Domi.Francus,Abb.& cæteri cõmuniter in d.§.porrò,Capella Tolosana,& ibi Aufre.n. 176.quorum sententia cõis est,de consuetudine quoque obseruatur, teste Carterio in practi.crimin.in prin.nu.17.In contrariã verò partem inclinauere glos.in d.§.porrò,& plerique alij tenẽtes admittendã esse appellationẽ eius,qui ex propria tantùm confessione damnatus fuerit,sed opinio hæc ꝓcederet, iudicio meo,si causa iusta expressim fuerit in appellatione dicta, tunc em est admittenda appellatio,gl.est in d.§.finaũt,in ver. mandetur,cum qua transeunt ibi omnes,& Dec.in ca.iii.& in c.consuluit.in j.de appellat.notat Bar.in l.à sententia ff.de appel.Cuman.consi.lx.& Lanfran.in clemen. dispendiosam, de iudic.vbi verò error,seu alia iusta causa in appellatione non allegaretur,tũc quippè procederet prima opinio cõis, & iudex non obstante appellatione simpliciter interposita,sentẽtiã exequi posset,vt clarius,& latius prosequitur Follerius in practi.crim.in ver.pœnis debitis feriantur.sub nu.6. F.Viui.

Appellans conuictus,simul & confessus tam in criminalibus, quàm ciuilibus non auditur,nec à iudice qui sententiam pronunciauit,nec ab eo,ad quẽ pronunciatũ est,l.ij. & ibi gl. Bart.& omnes.C.quorũ appella.non recipi. Aretin. in tracta. maleficiorum in vers.prætente Caio.glo.Abb.nu.5.Præposi. nu.7.& cæteri in c.cũ speciali.§. porro. de appellat. vbi Dec. asserit istã esse communẽ opinionẽ, & eam sequũtur Dyn. Bart.Imol.idẽ Areti.qui pariter fatetur cõmunẽ fore in l. creditor §.iussus.ff.de appel.Iaffredus decis. ccccl.j. & latè tradit Carreri.in pract.cri.in prin.& ponit pro reg.cum viij. limitationibus. Petrus Duennas in regula clvj. cõuictus legitimis probationibus, & sequitur Aegidius Bossius quoque in sua pract.in tit.de appel.nu.27. F. Viuius.

Quando Appellatur ab interlocutoria, licet iudex à quo possit procedere, nisi fuerit sibi inhibitum,istud tamen locum nõ habet in interlocutoria lata super tortura, vel alibi vbi nõ posset reparari per diffinitiuam: teste Bald.in l.generaliter.§. sed iuramento.c.de iureiurand. Quibus autem casibus ab interlocutoria appellari possit, not.Bart.in l.arbitro.ff.qui satis. cogant.quæ appellatio ab interlocutoria regulariter non suspendit iurisdictionem iudicis à quo. Sed limita vt per Fel.in cap.dilectus.cl ij.de rescript.col.vlt. Et quod vbi est certa sententia, vel clausula irritum.vide text.in clement.j.de concess. præbend.vbi Card.not.Alex.consil.97.libr. 5.vbi quando admittitur appellatio,si & quatenus, & cum clausula irritum.& ibi quòd vna est conditionalis.& an alia sit pura. Et de intellectu c.non solũ.de appel.in vj.vide Alex.cõsi.89.lib.1. Et quod dicitur s.de clausula irritatiua,dic ꝙ habet locum quando nõ est facta præsentatio literarum admissionis appellationis, & inhibitionis. Put.

Appellatio conditionalis an & qñ valeat,& sustineatur,& ꝙ nõ valeat,vt text.in l.nõ quẽ admodũ. ff.de iudi.cũ tractus futuri tẽporis nõ spectet ad iudicem: & actus huiusmodi non recipiant diem neque conditionẽ.l.actus legitimi.ff.de regul. iur.in vj.Doct.in d.l.non quemadmodũ. Bart.in l.admonendi.col.1.in princ.ff.de iureiur.tex.in l.j.§.biduũ.vbi Bar.Alber. & Ang.ff.qñ appell.sit.text.in l.iudex posteaquam.ff.de re iu. Bald.in l.cũ iudex.& ibi pulchrè Salic.C.de sentent. Cast.in l. j.C.de senten.quæ sine cert.quant.& in l.petendæ.C.de temp. in integ.restit.Spec.tit.de senten.§.j.Dec.in c.præterea.ij.nu.7. extra de appell.Felin.in c.cũ contingat.de offic.deleg.glos.& doct.in l.itẽ eorũ.§.sed si ita.ff.quod cuiusq.vniuer.nom. Put.

Appellans salua facultate appellandi in scriptis potest vti ea appellatione quæ sibi videbitur:vt not.Grat.cõsi.122.nu. 1.lib.1.& vide Bart.& doct.in l.cũ procurator.§.si dominus.ff. de no.oper.nuntiat. Put.

Appellationem non esse actionem, vel exceptionem, sed officium iudicis,dicit Bar.in l.j.§.solent.ff.quando appel.sit.de quo vide quæ scribit Iasc.in l.arbitro.colũ.2.in fi.& col.seq.ff. qui satisd.cogan.

Diffinitionem autem appellationis vide per Abb.in rub. col.j.extra de appel.vbi dicit ꝙ diffinitio Bar.in l.j.ff.de appel. non est ampl. Put.

Appellatio per quæcũq; verba formari potest, teste Grat. cõs.100.nu.5.lib.j.intellige dũmodo apta sint,& ad id ordinata, nec repugnet intentio.idem d.cõsi.nu.38.Quid de appellatione conditionali,an & qñ valeat. vel vbi illatum iam fuit grauamẽ,& petatur reuocari,aliàs appeller, vel petatur aliqd fieri de nouo,& si non fiat,vel nõ concedatur, appellet,vide tex.vbi Innoc.& Io.And.in c.significauerũt.de testib.vbi etiã Imo.& Abb.Quid de appellatione geminata,& quid si appellatũ fuit in voce,saluo iure appellandi in scriptis.& postea ẽt in scriptis appelletur,quid operetur:& quot appellationes cẽseantur,not.Bart.& doct.in l.cum procurator.§.si dominus ff. de no.oper.nuntiat. Put.

Appellari licet non possit à sententia quæ transiuit in rem iudicatam,poterit tũ dici de nullitate.Spe.tit.de appel. §. iuxta in fi.Soc.consi. 10.col.fi.lib.4.Roland.consi.85.nu.16. lib. j.fallit qñ nullitas etiã est notoria stante forma decreti prefigentis tempus decem dierum ad appellandum, & dicendũ de nullitate,vt per Rol.vbi §.de quo vide quæ scribunt Ale. consil.105.col.2.libr.5 consi.125.col.3.lib.vj.paris. consi.95. col.4.in fin.lib.j.

Ille qui obtinuit in prima instãtia,si in causa Appellatiõis succumbat,nõ intelligitur propter primã sententiã habuisse iustam causam litigandi,vt euitet condemnationem expensarum,quando ex eisdem actis succumbit,secundũ gl.in c.iuris ignorantia.de reg.iur.in vj.Innoc.& Host. in c.finem litib. extra de dol.& contumac.Bart.in l.ꝓperandũ.§.finautem.C. de iudic.qui omnes ita intelligunt & limitant gl.in l.generaliter.§.finautem C.de reb.credit. Put.

Licet qñ appellatur ab interlocutoria, debeãt causæ grauaminum nominatim exprimi,si appellans exprimat eas per relationem ad aliud,satis est:vt not. Alex.consi.80.col.4.nu. 9.lib.j.de quo vide quę idem scribit cõsi.126.li.vj.Doct. in apostil.ad Bart.in l.eius qui,nu.2.ff.de appel.recip. Put.

Appellatione deserta sententia habetur pro veritate: & est exequenda.l.fi.§.illud.iuncta gl.& auth.ei qui. C. de tempor. appel.

appel.scribit Neuizan.consi.36.nu.11.Et an deserta causa appellationis,vel illi renuntiato, dicatur deserta nullitas: vide Neuizan.cõsi.41.nu.38.Cagnol.in l.2.nu.279.C.de pact.int empt.Iasc.in l.Titiæ textores.§.nihil.col.j.ff.de leg.j.Nat.consi 217.nu.4.Sebast.Vant.de nullit.c.6.nu.38.

Appellare non potest verus contumax, siue sit ꝓcurator, siue principalis.l.ex consensu.§.fi.ff.de appel.l. & post edictũ. §.fi.vbi Bald.& Cast.ff.de iudic.Grat.consi.100.nu.9.lib.j.Quę conclusio ꝓcedit indistinctè siue fuerit contumax ad processum agitandũ,siue ad sententiam audiendã.Grat.d.cõs.n.10.

Appellatione pendente possessor molestari non debet. ꝙ si fiat,restitutio ante omnia fieri debet.teste.Dec.consi.97.Et innouans appellatione pendente priuatur beneficio appellationis.Neuizan. cõsi.36.post nu.10.ver.tertio moueor.Put.

Appellationi alterius ad hoc vt quis possit adhærere pro suo interesse, requiritur ꝙ intra decem dies datos ad appellandũ ratificet appellationem.Bald.in auth.hodie.ad fin.C.de appel.Et illud quod dicitur appellãtem non posse renuntiare in præiudiciũ eorum qui adhærere possunt: adde ꝙ idem sequitur & confirmat Alex.in apostil.ad Bart.in l.si prolusorio. §.sed & agere.post nu.2.ff.de appel.Quid de appellato? dic ꝙ potest vti appellatiõe partis,tanquam communi. l. fi.in prin. C.de appel.l.per hanc.C.de temp.appel.& eo inuito.Ale. cõs. 36.nu.21.lib.4.etiam si appellans ipsi appellationi renũtiauerit.Aymo consi.80.nu.10. Put.

Appellat quãdo quis salua nullitate, an tunc iudex ad quẽ possit super nullitate pronuntiare vide Alex.consi.59.lib.4.Et si nullitas deducta fuerit cum appellatione. Dic ꝙ operatur deuolutionem non solum causæ nullitatis, sed etiam ipsius negotij principalis.Calcan. consil.16.nu.51.De qua materia nullitatis vide quæ scribit Abb.in c.Dilecto.de appel.Imol.in l.si expressum.ff.de appel.Et an possit iudex nullitatis reuocare attentata in præiudicium appellationis,vide Alex.consi.2. col.fi.lib.3.Et an causa nullitatis deuoluat totam causam ad iudicem,vt causa appellationis.not.Bart.in l.si vt proponis.C. quom.& quando iud.Et an nulliter gesta peti possint confirmari ex nouiter deducendis.Rom.consi.158.& 281. Ale.in l.si finita.in princ.ff.de dam.infect.& consi.79.lib.2. Et an dici possit de nullitate sententiæ quæ fuit confirmata.Rom.cõsi. 378.Et quando quis petit sententiam infirmari:dic quòd concernit non solum nullitatem,sed etiam iniquitatem,teste Iasc. in l.j.in prin.ff.de fer.Quando verò iudex ad quem,si peratur, possit & debeat reformare sententiam,& in qua parte,sit reformanda:vide doct.in apostil.ad Bart. d.l.si vt proponis. Alex.consi.53.lib.2.Pract.Papiens.form.appel.à sentent.diffini. ver. fuisse & esse nullam.Dec.post alios in rubr. extra de appel.nu.12.Alex.in l.si tibi.C.de carbon.edict.Abb.consi.191. in fin.& in c.cum cessante.vbi doct.extra de appell. Iasc.in l.à diuo Pio.§.in venditione.col.3.ff. de re iudic. in l.si pacta.in 5.notab.C.de pact.Curt.Iun.consi.127.Aym.consi.154.Put.

Appellare non licet a iudicibus,quos communi consensu partes sibi elegerint.c.a iudicibus.ij.quęst.vj.I.Bellon.Tolos.

Appellare non licet à iudice nõ impartiente officium suũ non postulatum.Communem inquit Ripa.in l.iiij.§.hoc iudicium.numero 87.ff.de dam.infect. B.Villal.

Appellari ab interlocutoria de non exequendo non potest.Felyn.in cap.quod ad consultationem.versicu.à pronuntiatione.de senten.& re iudic.Deci.in cap.nouit.iiij.notab.de appel.Craue.consi cclxxiij.nobilis nomine commissari. hãcque sequitur sententiam tanquam a Doct. communiter obseruatam Alexand. quem etiam ipse refert consilio xcv. visis processibus.libr.ij.

PR. Ab executore sententiæ non appellatur. in l. ab executore.ff.de appel. Bellon.

Appellatur de iure canonico a possessorio, non autem de iure ciuili.Cur.Iun.con.consi.clxviij.nume. 39. communem dicit,quam intellige ꝙ non appellatur, id est, appellatio executionem non impedit:tamen bene procedit appellatio, Io. Cota.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.nu.8.ff.de. acquir. possess.in antelud.repet. Tolos. B. Vill.

Bar.in l.ij. ff.de appel.recip.dix.quod etiam de iure ciuili à possessorio appellatur quamuis executioni sententia mittatur. Quæ opini. communiter non tenetur,vt per Bald.in l.ij. C.de episcop.audient.gloss. & Bart. Cyn & Bald.in l.j.C.si de mom.posses.fue.appel.

De iure regio si sunt duæ conformes sententiæ in iudicio possessorio,non appellatur,lib.xviij.in ord.de Madrid.

Idem dicit Maranta in suo Speculo par. vj. versi. secundus actus principalis.numer.294.vbi etiam dicit magis communem esse,vt limitetur illud,appellare non posse in possessorio,&c.quo ad effectum retardãdæ executionis. Appellatio enim procedit quidem, & operatur, vt causa deuoluatur ad superiorem,sed interim executio latæ sententiæ non impeditur.Et subiungit, ita seruari in practica. Nec enim verum est simpliciter, causam possessorij esse modici præiudicij, maximè quando agitur de perdenda possessione, vt pulchrè declarat Io.Coras.in l.naturaliter.§.nihil commune,nu.26.ff.de acqui.poss.Et plenius atque notabilius Maran.in d.versi. secundus actus.nu.301. I.Fich.

Appellari an possit a sententia iudicis recursus, & dic, ꝙ non secundum Rom.consi.27.col.2.c fi.consi.cclxj.in princ. Abb.in c.venerabilis.nu.40.de iureiur.consi.ij.col.ij.consi.38. col.ij.lib.j.prac.pap.for.lib.ad compromissum.vers. nec reductio.col.fi.& hæc opi.verior existimatur, licet aliqui contrarium voluerint,vt baptista a S. Blasio trac.de arb. q. pen. Distingue tamen,vt per.Rom.d.consi.cclxj.col.ij.ver.tertia fuit vbi alle.Bal.in l.vnic.C.de his quę.pæn.no. ꝙ aut iudex recursus grauat in modico: & tunc ab eius sententia non appellatur,aut enormiter,& secus, quam opi. sequitur Rom. ibi & inde Alex.consi. 106.nu.vj.nu.xv.lib.3.Boer.q.cclxxxiiij. col. 9.& seq.Socin.Reg.24.appellatio xv. fall. De quo vide etiam Bald.in Rubr. C. de appellatio. versicul. Sed nunquid iure Cano.Rom. d.consil.xxvij. vers.aut dictũ fuit ꝙ vt arbitrator ꝙ appellari non possit Nam aut arbitrator ledit in modico, & eius sententiæ standum est,aut enormiter lædit: & tunc nõ appellatur,sed petitur reductio ad arb.boni viri sequtur Rom. consi.cclxv.Iasc.in l.nemo põt, j.lec.nu.lxv.de leg. j. & est cõis opin.per Abb.consi.77.col. vlt.lib.ij.in fin.de appell.col. xxij. nu.cj.cuius dicta transcribit soc.Reg.xxiiij.appellatio.xj. fall.

Appellari licet nõ possit ab executione.l.ab executione.C. quorũ appellationes.l. ab executore.ff de app.illud tũ fallit in sententia lata de exequendo vel nõ exequendo.Ita voluit gl.in verb.ab executione.in d.l.ab executione. Et huius glo. sententiã communẽ esse,& seruari inquiunt Lanfra.de Oriãno.in repe.c.qñ cap. 10.de interloc.& appella.nu.60.ver.potest tũ appellari.& Bartho.Socy.in tractat. fallent. regul. 24. inci.appellatio in qualibet causa permissa est.nu. 2. versi. fallit in executione.Sed contrariam sententiã,scilicet,appellari à sententia executionis,siue de exequendo,non licere,multi alij Doct.eamque magis communem opinionem esse voluerunt Alex.de Imo.in consi.95.nu.4. ver. quod autẽ à sententia.in 2.lib.consi.Petr.Philip.Cornę.in consi.71.numer. 20.in fi.in 1.volu.consi.Philip.Dec.in c.nouit.nu.4. extrà. de appella.Roland.à Valle.in con.43 nu.5.in 1.Tom.consi. kirchou.

Appellare non licet à sententia Principis.Senatus,vel Prefecti prætorio.l. 1.ff.à quibus appel.non licet. l. prefecti ff. de minor.Guido Papa in suis Decis.quæstio.50.Supplicare & reclamare tamen ab ea licebit.l.si quis aduersus.Authent.quæ supplicario.C.de precib.Imp.off.Hippo.de Mars.in suis Sing. singul.647.glos.in ver.supplicauit.& Doc.in c.ex literis.11.de resti.in integ. Propterea inquit ibi Abb. ꝙ in omni materia Legis,rescripti vel instrumenti,vbi non liceret appellare,semper sit licitum supplicare, cùm sint diuersa remedia. appellatio & supplicatio.Et hanc communẽ opinionẽ esse Docto. inquiunt Philip Decius in l.fin.nu. 50.C.de edict. Diui Adria. tollen. & Roland. à Valle, in con. 94. numero 4.in 1. Tom. con. kirchouius..

Appellari à sententia arbitri an posit Doc.inter se non cõueniũt.Bar.in l.arbitro.nu.6.ff.qui sat.cog.l.nemo.potest.nu. 13.14.& 15.ff.de leg. 1.in l. 1.nu.2.& 3.C.de rece. arb. Nã in illis casibus,in quibus oritur hodie actio, iuxta l.cùm anteà & l.ne in arbitris.C.de arbit.voluit Bar.admitti appellationẽ. Et huius sententiam Pau.de Ca.in d.l.arbitro.nu.4.approbat. Ita refert.Ale.de Imo.in d.l. nemo potest.nu. 56. Propterea Io.Fran.à Ripa eius decisionis illam rationem reiecta explicatione Iasc.esse,cur non appellaretur,voluit,quia sententia arbitri nullum parit iuris effectũ:nam non producit actionẽ.in d.l.nemo.nu.92.Sed commu. opi.in contrarium esse contra Bar.per multas rationes,& fundamenta duo illi recentiores interpretes Ale.de Imo.& Iasc.de May.referunt in d.l. arbitro. nu.9.& in d.l.numo.nu.19.& Iasc.ibid.n. 56.cum seq. Licet de iure Canonico appellare liceat, cùm de æquitate canonica, omnis qũocunq; oppressus appellare possit.c. ad Romanã. & gl.in c.à iudicibus. 1.q.6.Bal.in d.l.j.nu.j.ver.tertiò oppono Pau.de Cast.in l.nam & postea.§.si minor.nu.9.ver.nõ sic cõpromittẽdo.ff.de iurei.Ale.de Imol.in d.l.nemo.n.21.ver.itẽ iuxta p̃dicta,per multas authoritates ibi ab eo relatas,dicens ibidem,hanc communem Doct.esse opin. & in practica seruari.Hoc etiam affirmant Ripa in d.l.nemo.nu.91.ver. quintò fallit. Mar. Ant. Blanc.in tract. de compromiss.in 10.q.de appel.

appel. & redu.ad arbi.bo.viri.nu.9.ver.q exactè hanc disputa.cognoscere voluerit,videat Alexan.& Ias.in d.locis.& Pa. in c.cum dilec.nu.17.ext.de arb.& Rob.Mar.in trac.de or.iu. in par.6.princ.cap.de appel.nu.250.cum seq.Nec non d. Blācum in d.tracta. de compromiss. d. 10. quæstio. de appella. vbi ipsi & materiam explicant, atque infinitas authoritates allegarunt. Kirchouius.

Appellari nequit à sententia interlocutoria de iure ciuili secundum Bart.Paul. Castren.ceterosque cōiter per text. ibi in l.j.ff.de apoc.recip.gl.Bar.& Angel.in l.fin.C.de sent.& interlo.omnium iudi.Bar.& Bal.in l.ij.C.de episcopa. audien. Marant.in tract.iudicio.in vj.par.tertiæ par.actu.ij.nu.292.& Io.de Amicis cons.cxxviij.nu.2.vbi meminit istam esse communem opinionem legistarum, & hoc ponit pro regula cū iij.limitationibus Lanfranc.in c.quoniam contra de probatio.in c.x.de interlocutoriis,& appellatio. numer.68.& Petr. Duennas cum xiiij.fallentiis,in regu.lij.appellari à sententia interlocutoria.de iure verò canonico contrarium sancitum reperitur,appellaturque ab interlocutoria,vt voluit Bart.in l.j.§ fin.ff.à qui.appel.non licet, Berous in quæstionibus familiaribus quæst.liij.num 9.Maranta.vbi suprà,& omnes Canonistæ communiter,in c.sicut Romana,de rescri.vbi Ripa,nu. 22.cum aliis seq.recitat istam esse Canonistarū opinionē,sed retenta prima opinione aduerte quòd appellari minimè debet,ac permittitur ab interlocutoria quotiescunque grauamen illatum per appellationem à diffinitiua reparari posset, vt firmauerunt Cyn. Paul.Castren.& cæteri, in l.post sententiam.C.de senten.& interlo.om.iudi.Bal.Ang.Saly. Paul. Castren.Fulgo.Iason & omnes in l.arbitrio ff.qui satisda. cogan. Barto.Imol.Paul.Castren. aliique in d.l.ij. de appel. recipien. & Io.de Amicis,in d.cons.cxxviij.n.3. & seq. vbi ita cōsuluit, & attestatus fuit istorum opinionem esse communem ac nullum habere contradictorem. Tamen reperio Petrum de Benintendis decis.xl.simul.cum Bald. aliisque signatis per eum concludere expresse contrarium. F.Viuius.

Appellari non potest à sententia arbitri,nec reclamari,nec reduci ad boni viri arbitrium de iure ciuili, etiam in casibus, in quib.oritur actio ex compromisso.l.j.C. de arbit. vbi Bald. & Imol.Are.Ale.nu.19.Ias.nu.56.in j lectu.cæterisque in l.nemo potest.ff. de leg.j.qui fatentur istam esse communem opin.contra Bar.ibi contrarium assenerantem, & Maranta, in tract.iudiciorum,in vj.par.in c. de app. nu 259. Sed limitatur primò hæc communis sententia non procedere de iure,canonico,nam eo iure à sententia arbitri licet appellare, secundum gl. in c.à iudicib.ii.q.vj.Hostiens.& Ant.in c.quintaualis de iureiu. Ancha.in cle.sæpe,de ver.sig.Glos. Hostien. Ioā. And.& Abb.in c.ij.de arbit.Bal.& Salyc. in d.l.j.& Alexand. cū multis aliis signatis per eum,in d.l.nemo potest,n.21. vbi inquit istam esse communem opinionem, atque in practica obseruari. Limitatur secundo non habere locum sententia arbitrorum iuris, electorúmque ex forma, ac necessitate legis,præcepto iudicis,vel statuti,a qua potest appellari,secundum Bartolum in l.prima.C. de nouo C.compo. Antonius in in d.c.quintauallis,Oldr.cons.xvj.Dom.de S.Gemi.in c.ab arbitrio.q.vj.de offi.deleg.Marantam in d.c.de appellatione,n. cclxj.& seq.vbi docet practicam in hoc regni Neap.& Iaffredum in decis.cccclxvij.vbi meminit ita per Doct. communiter teneri. F.Viuius.

Appellari potest à sententia lata in mero possessorio, etiā de iure ciuili,quando per petitorium non posset esse consultum possidenti,seu detinenti aliter,quam per retentionem, vt in casu l.qui per exceptionem § si pars.ff.de condi.indeb.secundum Bartolum.Ange.& Docto.in l.ij.ff.de appellat. reci. quia tunc agitur de magno præiudicio,& l.1.C.si de momen. possess.secūdum eos procedit,vbi victus aliquo remedio petitorio potest possessionem reuocare.Idem quādo iniquitas & causa appellandi esset euidēs & in promptu,secundū Guil. de Cuneo in l.si ex causa.§.nunc videndū ff.de minorib.Bald. in l.consentaneum.C quomodo & quando iudex. & in dicta l.1.Do.Præposi.in ca.dilecto.col.xxix. extra de appel. De iure autem Canonico appellatur indubitanter a tali sententia, vt per Io.Andr.& communiter Canonist.in c.pastoralis.extr.de officio delegat.Innocen. in c. significantibus extra de operis noui nunciatio.est tex.in ca.ex conquestione. extra de restitutione spoliatorum.Balb.decis.445.

Appellans,si innouet aliquid appellatione pendente,priuatur beneficio appellationis,& in causa principali procedi poterit appellatione non obstante.Ita notabiliter Ioan.Andr.in capitu.non solum de appella.in 6.in glo magna, versi. vnum scias.Ange.& Nicel.in l.si cuius. ff. de appel. reci.Innocen.in c.ex parte.ij.col.extra de rescript. sentit quod si appellans spoliet post appellationem victorem,videtur appellationi renunciare.Faciunt notata per Docto.in c.an sit.& in cap. cum teneamur.extra de appel.Balb.decis.443.

Appellare etiam quando sententia transiuit in rem iudicatam,potest tertius pro suo interesse intra. 10. dies a tempore sententiæ secundum Barto. Angel. communiter Doctor. in l.ab executore:in §.alio.ff. de appellatio. per illum text. But. Panor.ac Felin.in c.cum super extra de re iudi.Bart.in l.a sententia.in prin.& in §.hæres.ff.si de appellat. Balb.decis.134.

Appellans consulitur.Consiliū est vt appellans dicat simpliciter,appello:vel,appello ad iudicem cōpetentem, & sufficit, secundum Bartol.& Imolam in l.1.§.si quis in appellatione ff.de appellationib.Specul.eod.titu.§.nunc tractemus. versi.sed quid si quis simpliciter dicit.Bal.in l.apertissimi.circa med.C.de iud.per glo.in l. cum ꝓponas. C. de bonis auto. iudi.poss.& ibi.Ange.& Salice.Idem Ang.& Imo.in l.qui Rome.§ penul.ff.de verbo.oblig.tenetur tamen secundum Spec. vbi supra, sic appellans declarare intra tempus appellationis interponendæ de quo intellexerit,alias nō procederet appellatio,& secundum Domi Præposi.in c.dilecti.col.8. extra de appellationibus per glo.in ca.si is,cui.de offic.deleg.in 6.licet Panorm.in ca.ij.in c.vt debitus. extra de appellationibus teneat cōtrarium prædictæ decisionis. Communiter tamen tenetur secundum præfatos Doctores. quod prædixi in principio,maximè de iure ciuili, vt procedat talis appellatio, licet nō fiat declaratio,vt supra,& secundum Dominos de Rota decisio. 213. in nouissimis in rubrica, de appellationibus. Balb.decis.454.

Appellari potest à diffinitiua etiam ex hac sola causa,vt nō probatum probetur,& nō allegatum allegetur,licet attentis agitatis sententia non sit iniqua,secundùm glo.in l.creditor. §.iussus.ff.de appellat.Barto.in l.1.§.quæsitum. eod. tit. in l.ait pretor.§.Permittitur.ff. de minorib. Bald.in l.eos C.de appel. Do.Præpo.& Feli.in rubri.extra eod.probatur in l.nō tm.ff.e. in l.2.C.quorū appel Nō tamē per hoc poterit appellans aliquid noui petere,qđ in primo iudicio petitū nō sit, & si possit noua allegare circa petita,secūdum Panor. & Feli. in c.significauerūt.extr.de exceptionib.qđ est nota.ad limitationē l.per hanc.C.de tempor. appella.Balb.decis.452.

Appellans finito tempore prosequitur. Licet finito tempore instantiæ causæ appellationis nō possint partes procedere coram iudice ad quem.clemen.si appellationem,de appellat.tamen appellato ante tale tempus finitum prosequente poterit appellans etiā prosequi & finire,etiam finito tali tēpore secundùm Roma.& Nicel.l.2.ff.de re iudica. per cap. 2. de rescrip.Do.Anto.de Butri.in cap.sæpe.extrà de appella.& tunc appellans ex persona appellati prosequentis consequit, quod non haberet ex sua,secundùm Butrig.vbi suprà, & Panormi.in cap.ex parte.in 2.co.de rescrip.Do. Præposi. in cap. personas.in vlti.col. extrà de appellat. argu.l. petendæ. C. de tempo.in integ.restitu.perend.& l.si post mortē.§.fi.ff.de bono.possess.contra tabu.& eius quod vult Innocen. in cap.ex cōquestione extrà de restitu.spoli.Plus dixit Roma.in dicta l.2.quod appellans ex persona sua poterit prosequi,& finire post tale tempus finitum quando eo durante incipit prosequi. Et clemen.prædicta,secundùm eum debet intelligi, qñ ante tale tēpus prosequendæ finitum,& eo durante nullus comparuit.Et pro hac opinione quam sequitur Nicel.in dicta l.2.facit C.de temp.appella authen.neutro.dū dicit neutro occurrente sententia firma permanet. Balb.decis. 473.

Appellari potest à sententia lata in possessorio,in quo etiā tractatur de amissione proprietatis,aut de pœna,vt in remedio l.si quis in tantam.C. vnde vi.seu alicuius statuti imponētis pœnam in casu possessorio vltra restitutionē possessionis aut satisdationem de non turbando de cætero,vt est communiter per istam patriam, etiam de iure ciuili, secundùm glo. communiter approbatā in l.momentaneæ.C.vnde vi. ad fin. & hoc quantū concernit proprietatē vel pœnā:in eo quod possessionem concernit,non potest appellari,secundum Cy. in l.1.C.si de momen.possess.fuer.appella.in l.incerti.C.de interdict.per dictam.l.1.& l.quisquis.C.quorum appel.cum gl. ibi in verbo,mittantur.& secundum eam in eadem sentētia fuerunt Pileus,& Pet.non poterit tamen de iure ciuili in tali causa,appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiuā: quia cùm à diffinitiua possit appellari,poterit illud grauamen in ea reparari,iuxta doctrinam Bar.in l. 2.ff.de appel.recip.Balb. decis.477.

Appellans tutius facit litem ante contestatam in causa appellationis petere reuocationem, attentatorum per iudicē à quo post

quo post appellationem,ne aliàs videatur renunciare priuilegio attentati,secundùm Specu.titu.de appella.§.nouissimè. versi.sed pone,.petij.Archid.in c.non solum.eod.titul. in 6.qđ non placet Ioan.Andre.ibi: & Pet.de Ancha. ac Angel.in l.si cuius.ff.de appella.recip.& Do.de Rota decisio.60.in nouissi. vt refert Do. Præposi.in c.dilecti.extrà de appel.limitans istā secundam opinionem per quatuor fallentias notabiles. Nā attentato illicitè probato, debet illud per iudicis appellationis merum officium in pristinum statum reduci, secundum Ange.vbi supra:etiam & pendente iudicio super huiusmodi reuocatione non currit fatale tempus,secundum Do.de Rota in nouissi. decis.105.ideo vtile est appellanti ante omnia ipsam reuocationem petere,vt suprà.Balb.decis.476.

Appellari ab exequutore non potest aliquo modo,vt l.ab executione.C quorum appella.non recipi.& in l.ab executore,& ibi Bart.ff.de appella.& hoc pro regula ponit Soci.in tracta.fallen.in reg.xxvj.cum v. limitationibus, & Pet. Duennas in reg.xlj.appellare ab executore permissum nō est, cum viij. fallentiis,& limitat etiam Bertachi.in suo reperto. in ver. appellatio ab executione,versic.j.& Maran.in tractatu iudiciorum in vj.par.iij.partis in ij.actu.num.248.fol.paruo.clxxxij.& licet appellari nequeat ab executione,nihilominus à pronūciatione,sententiáve iudicis de exequendo appellatio permissa est,secundum Glo.Bar.Iaco.But.& Ang.in d.l.ab executione.vbi attestatur ita in practica seruari,& sequitur ibidem Salice.exprimens istam esse communem opinionem,& Lanfranc.in c.quoniam contra de probatio.in ca.x.de interlocutoriis,& appellatio.sub nu.60.& sententiæ huic inhæret quoque Glo.& Ray.in d.l.ab executore,& Specul.in tit.de appellatio.§.quibus,versi.v.Bar.in l.si cum exceptione.§. huic autē in fin.ff.quod met.caus.Abb. in c. quo ad consultationem,de re iudi.Ioannes de Anania consilio xxxvj. in princi. & Augustinus Berous.q.cxxxj. latis pluribus sententiis conformibus nu.3.& Iaffredus decis.ccccxlj.executor recusari. In contrariā verò partem,videlicet quod à sententia de exequendo appellari non possit inclinauere Odofred. Cyn. Bartol.contra morem suum sibi contrarius.Bal.& Imol.in d.l.ab executore, Gui. de Zuz.& Fulgo.in d.l.ab executione,Alexan. consilio xcv. col. ij.vol.ij.& Deci.in c.nouit,num.6.de appell. & Corn.consilio lxxj.numero 20.vol.j.in quibus locis fatentur istam esse magis communem sententiam, cæterùm explosa istorum opinione resideo cum prima Glo.aliorúmque opiniōe,que realiter communis est,seruatúrque in praxi teste Lanfranc. loco de quo supra,& Alex.consilio.cxiij.col.fi.vol. v. & ita consuluit,obtinuitque Florētiæ Syluester Aldobrādi.prout ipse testatur in addit.Decij in d.c.nouit.in litera a. F.Viuius.

Appellari ab arbitris & si iure ciuili nequeat, tamen & eodem iure ab arbitris ex necessitate lectis,& ab omnibus generaliter arbitris iure canonum appellari licebit, illud commune ait Iaffred.decisio.cccclxvij. hoc attestatur receptum Alc. in lege nemo potest.num.21.ff.de leg.lib.j. E.Suarez.

Appellari potest à sententia lata in crimine læsæ maiestatis,quando quis fuisset dux alicuius factionis, idest proditionis,vt est communis opin.Bossius tit.de appella.nu.2.nisi expressè sit prohibita,vt est communis opinio.Soarez vers. appellatio.numero 191.nisi quis sit conuictus,vel confessus,& confessionem nunquam retractauerit,vt est communis opinio.ibi, nu. 192. item fallit,nisi crimen innotescat, vt est cōis opinio.ibi.num.193. Bonacoss.

Appellare non potest reus criminis à sententia interlocutoria mera,nisi grauamen non possit reparari per sententiam diffinitiuā, ex sacrosancto Tridentino Concilio.Tit.de appella.c.1.fol.190. Bonacoss.

Appellare iuxta cōem Doctorum sententiam licet procurator teneatur,tamen secundum aliam etiam cōiter receptā sententiam eandem prosequi non tenebitur, nisi initio vsq; ad finem vtriusque instantiæ, prosequendam suscepisset, aut nisi generaliter ad omnes causas, aut etiam ad vtranque instantiam,aut procurator in rem suam constitutus fuisset, aut ab interlocutoria prouocasset,aut aliter statuto vel consuetudine receptum esset,vt refert Benedict.Capra,regula lxv.nu. 29.& sequent.Qua de re infra plura vide in verbo procurator. Bened.Capra.

Appellatus non potest appellantem inuitum cogere ad ꝓsequendum suum appellationem,nisi in vltimo mense anni dati ad prosequendum,seu tale tempus ei diminuere, secundum.Archidia.in c.Romana.§.qualiter.versi.porrò.de appel. in 6.Ioan.Andre.& Butrig.in c.oblatæ.extra eo. & ibi Panor. in penul.notab.Spec.eo.tit.§.nunc breuiter,versi.item pone, præfixus aliàs in §.qualiter.circa fi.Domi. de Rota decisione 290.in rubrica de appellationibus in nouissi. Do. Præpositus in c.personas.vltima col.extra de appellationib. post Federic. consilio 303.licet Iacob. Butrig. & Iacob. de Beluis. quos refert & sequitur Salice.in authen.ei,qui.C.de temp.appella.teneat contrarium. Balb.decis.474.

Appellare confessus & conuictus non potest.ij. quæ. vj. c. sunt quorum.l.ij C.quorum appellat.non recip. idque procedit non tantum in ciuilibus sed etiam in criminalibus,iux.not. in gloss.d.l.ij.& ita communiter teneri refert Bened. Capra.ī tractatione notarij,post reg.lxv,posito iiij. memb.nu.113.nisi allegaret aliquam iustam causam contra ipsam confessionē & probationem, quo casu in arbitrio Iudicis relinquitur an deferatur appellationi vel procedatur ad executionem. glos. d.leg.ij.& in lege.abstinendam.C.quorum appellat. non recipiuntur. Bened.Capra.

Appellatio ab interlocutoria non pōt fieri viua voce, sed in scriptis à diffinitiua tamen sic dūmodo fiat incontinenti, Maranta ibi.nu.124.communem dicit ex Cornęo.consi.xcv. vol.iiij.& Bald.in l.litigatoribus.C.de appel.

Incontinenti,in hoc dicatur,dum iudex sedet pro tribunali non se diuertens ad actus extraneos, etiam si per totum diem stet in foro pro tribunali Marant.in d.tract.de ordin. part.vj. num. 525. cōmunem dicit quem videas.B.Villalob.

Simile in teste,qui debet incontinenti dictum suum corrigere,quia intelligitur antè,quam à præsentia examinantis discedat,& quid,si nō diuerterit Abb.Bal.Fely.in c.præterea,de test.cogen.Si verò testis notæ fidei,& auctoritatis fuerit, poterit se corrigere vsque ad publicationem,per M.Anto.Bar.in Tract.de temp.Vti.& contin.in c.xj.nu.2.cum tribus seq. ꝓut etiam in testamento,vt ibi per eum. I.Fich.

Nota istas communes ad intel.l.xxij.tit.xxiij.part.iij.& l. v. titu.xvj.lib.iij.ord.& nota quòd licet per d.l.v. contumax nō appellet: potest tamen tertius pro suo interesse appellare. Barto.in l. j. §. interdum. versicul.quæro.Imperator.ff.à qui. appel.non licet.Et not.l.iij.titul.ij.lib.vj.ord.quòd citatus nō dicitur contumax etsi compareat coram iudice in secunda hora,licet sit citatus ad primam, si solitus est ius reddere etiam in secunda.

Appellatio non debet pronuntiari deserta per iudicem à quo ex solo lapsu anni,sed requiritur quod labatur biēnium,Maran.nu.220 magis communem dicit ex Bart.in auth. ei, qui appel.C.de tempor.appel. B.Villal.

Appellatio,cum copia iudicis non pōt haberi, necesse est quod fiat corā honestis viris saltē corā vno viro honesto, & tabellione,& testibus.Præpo.in c.si iustus metus,nu.8.de appel.communem dicit. B.Villal.

Et hoc cum protestatione de absentia aut alio impedimēto iudicis,c.fi.& ibi scrib.cōiter de appel.etiam si fiat corā simplici sacerdote,refert M.Ant.Bard.in Tract. de Temp.Vti.& contin in ca.iij.nu.2. I.Fichar.

Nota istam communem ad intel.l.xxij.tit.xxiij.part.iij.

Appellatio extraiudicialis facta iudici requirit expressionē causę,vel probabilis coniecturæ:secus tamen,si fiat parti, Panorm.in ca.cùm sit Rom.nume.10.de appellat. communem dicit. B.Villal.

Appellatio tam iudicialis, quàm extraiudicialis non suspendit factum de præterito.Deci. in c.bonæ. numero 17. de appellat.communem dicit,& sic intelligitur.cap. constitutis, de appel. B.Villal.

Appellationis tempora à iure cōi statuta seruanda sunt, etiam in causis feud.com.Clarus.§.feudum.q.xcj. P.Fich.

Appellationis iudicem indistinctè nō debere prius cognoscere appellationis articulum, quàm principale negocium. Doct.communiter tradunt in c.vt debitus.de appel.Sed si appellans petierit,vt,omisso appellationis articulo, Iudex ipse principale negotium cognoscat,id facere poterit,per tex. in c.cordi.eod.tit.de appel.in vj.& latius per Abb.in d.ca. vt debitus. F.Turzan.

Appellationi nunquam esse per iudicem deferendum, nisi euidenter sibi constet illam esse admittendam, voluit Ioan. And.in ca.ad Rom.ij.quæst.vj.Innocen.autem in c.pastoralis de offi.delega.tenet appellationi semper esse deferendum, vbicunque Iudex in iure,vel in facto meritò potest dubitare háncque opinionem cōem esse testatur Collecta. in c. vt debitus.de appel. F.Turzan.

Appellationi,reclamationi,nullitatis dictioni,& reductioni ad arbitrium boni viri compromittentes renuntiare posse,voluere Bar. Bald.& Salic. in l. societatem. §. arbitrorum. ff.pro socio.Castr.consi.ccliiij.aliàs cclxj. visis compromisso, laudo, puncto. & aliis per text. in l.non distinguemus. §.cùm quidam.

quidam.ff.de recep.arb.quibus tamen cõtradicit Alb.de Rosa d.§.arbitrorum,versi.item quæro,an renuntiari possit,concludẽs siue re ipsa, siue arbitratoris dolo iniquũ sit,laudo reclamari posse,iuramento & renuntiatione non obstantibus. vt plenè per ipsum,in l.si quis arbitratu Lucij,versi.item quæro nunquid renuntiari possit.ff.de ver.oblig.& in l.non videtur fraudare.ff.de reg.iur.Idem concludit Dy.in c.scienti.de reg.iur,lib.vj.Cast.con.123.ver.ii. videdũ est,in no.impress. Spec.in tit.de arbit.§.sequitur.versic.quid si compromissum. & ibi Ioan.And.in verb.viri.latè Cap.Tolos.decis. cclxvii. & Guid.pap.quæst. cccccxix. & latissimè Boer. decis. cclxxxiiii. nu.18.versic.sed Paulus de Castr. & hoc communiter teneri affirmat ipse Alberi.d.§.arbitrorum,prout etiam refert idem Boer.vbi suprà. F.Turza.

Etiã in Appellatione ab interlocutoria,si pars est præsens, debet lis contestari, sicut diffinitiua. Est magis commun.secund. Aretin.in consil.xx. in quæstione, circa fin.numero 5. Matt.Cheria.

Appellatus non potest præfigere terminum appellanti, sicut potest appellans sibi præfigere,Panor.in c.personas.nu.6. de appellat..communem dicit. B.Villal.

Pro.Appellatione domini vsufructuarius non continetur. in l.falsus.in §.fin.ff. de furt. vbi vsufructuarius dominus non est.ad idem text.in l.rectè dicimus.ff.de verb. & rerum signif. vbi vsufructus pars dominij non est.

OB.Contrà de l.in venditio.ff.de bon.auct.iud.possid.'vbi appellatione domini vsufructuarius quoque continetur. & l.iij.ff.de vsufruc.vbi pars dominij est vsus fructus.

Sol.Vsufructuarius est dominus impropriè,scilicet in vsufructu:vnde dominus est vtilis,non directus. gl.& ibi Baldus in l.proprietatis.C.de probatio. Bellon.

Pro appellatione clericorum veniunt presbyteri,diaconi, subdiaconi,lectores,& cantores.§. presbyteris.in authentic. de sanct.Episcopis collat. ix. Bellon.

Pro.Appellatiõe filiorum veniunt nepotes.l. liberorum.ff. de verborum significatione.

Ob.Contra de l. quòd si'nepotes. ff. de testa.tut.& §.finali. Institu.qui test.tut.dare possunt.vbi aliter filij,aliter nepotes appellantur.

Sol.Filij aut nominantur à lege,aut à testatore:si à lege cõtinentur nepotes:si verò à testatore in testamento, minimè. I.Bellonus.

Pro.Appellatione liberorum non veniunt adoptati.l.fidei commissum.ff.de condi.& demonstra. Bellonus.

Pro.Appellatione præparati præparatorium continetur. l. in argento.ff.de aur.& argen.legat. I.Bellon.

Pro.Appellatione sententiæ simpliciter prolatæ intelligitur definitiua.ita not.glo.in l.j.§.biduum.ff. quand. appellan. sit.& in l.quod iussit.in verbo,sententiis.ff.de re iud.Bellon.

Pro.Appellatione partis simpliciter dimidia intelligitur, in l.de ætate.§.si interrogatus,ff.de interrogato. action. Hoc intellige in iudicio.Nam quandoque pars de minima intelligitur.in l.insulæ.ff.de iudic.vbi insulę sunt pars prouinciæ, & tamen pars minima sunt.& vide pro hoc gloss.in capit.auaritię.in verbo,aut earum parte.de elect.in vj. Bellon.

Pro.Appellatione facti continetur non factum.l.ij.§. item si in facto.ff.de verbor.oblig. Bellon.

Pro.Appellatione materiæ continetur materiatum quod ad sui naturam reuerti potest. l. quæsitum.§.illud.ff.de legat. iij. Bellon.

Pro.Appellatione residui totum continetur,l.ij. C. de hæred.instit. Bellonus.

Appellatio ea amplius non dicitur:quæ fuit deserta quinimo censetur ac si appellatũ non esset,c.licet de sent. excom. in 6.c.Aegid.Dec.207. adeo vt si appella. temporibus elapsis sententia in principali negotio proferatur:sit ipso iure nulla, Anch.consi.345.Alex.consi.59.lib.4.64.82.li.6.79.lib. 7.137. lib.2.Afflic.Decis.283.nu.4.Decis.consi.34.in fi.Quot autem modis dicatur appellatio deserta: & quis dicatur desertionis effectus, not.Guid. pap. consi. 77.& an deserta appellatione: nullitas deserta dicatur,vide doc.in l.si expressim de app. vbi Barto.nullitatẽ minime cõcidere sustinet,cui contradicit Bal. in l.tale pactum,§.qui prouocauit ff.de.pac.pro quorum conciliatione:plura ponit Missing.cent.2.obser.77.vbi distinguit inter nullitatem incidentet,vel principaliter propositam, vt si appellatio & nullitas simul proponantur:appellatione deserta:nullitas quoque accessoria pereat,secundum Bal.sententiam,alias secus pro opin.Bar.Sed inde non infertur, quin in alio nouo iudicio nullitas intra 30. annos principaliter deduci possit,nam eo casu p̃dicta ratio accessorij cessat, de qua scribit Guid.pap.consl.x.con fil. 185.pulchrè Neuiz.consi.41. nu.38.Accedit,q̃ appellatio & nullitas simul cumulari possunt,secundum cõem per Franc.in c.dilecto.q. 21. de appell. Imol.in l.si expressim.ff. de appel.Rot.decis. 145.in antiq.Sed an appellatione prohibita nullitas etiam prohibita intelligatur.dic q̃ non secundum cõem,cũ hęc duo quædam sint iuris subsidia adinuicẽ separata,iuxta,not.per Guid. Pap.q.38. Curt.Senior. consi. 59.nu.10.Ale.consi.186.lib.2. Hipo. sing. 473.Curt.Iunior.consi.104.nu.4.Deci.consi.49.nu.2.consil. 533.vbi dicit cõem,quam intellige,quando seorsum & principaliter ab ipsa appellatione nullitas proponitur:secus si appellationi mista fuerit.quia tunc nullitas prohibita censetur,ea rõne,quia effectu inest ipsi appellationi .Bald. in l. eos §.ne temere.C.de appellat.Felyn.in c.si autem.col.4.de rescr. Sebast.Vant.de nullit.cap.4. tit.quis possit dicere de nullitat. nu.36.Verum appellare prohibitus officium iudicis implorare poterit,quod nunquam exclusum censetur,teste;Rom. cs.325.Abb.in c.ex parte.ij.de offic.dele.Soc.cõs.39.li.4.Ias. in l.j.ff.de iurisd.omn.iudic.in l.vbi pactũ.C.de transact.hipol. in pract.§. opportunè,nu.52.Grammat.decis.35.nu.4.

Pro.Appellatio extinguit sententiam.in l.j.§.fi.ff.ad Turp.

Ob.Contrà de l.furti.§.j.versi.si autem.ff.de iis,qui not. infa.& l.fi.§.illud.C.de temp.appel.vbi appellatio suspẽdere videtur iudicatum.

Sol.Dic q̃ verum est,quod per appellationem extinguitur pronuntiatum.quod autem in contrariis dicitur,si appellatio non prosequatur retro habere effectum sententiam,illud est fictione iuris,secundum gloss.ibi. I.Bellon.

Appellatio,inspecto præsenti statu, extinguit sententiam: sed futuro considerato, solum suspendit, Anto. de Tremo.in addi.ad Bona.in practi.exceptionem in rubri.de impe.execu. nu.1.communem dicit.

Fallit in executione,vel mandato exequendo,quia nõ suspendit nec extinguit:ad hoc quòd executio impediatur.Ale. in l.j.§.si quis ita.ff.de verb.obligat.communem dicit, tamen valet appellatio,vt in simili de possessione Io.Cora.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.8.ff.de acqui.poss.& sic debet intelligi Oria.in cap.quoniam cõtra falsam, de proba. in verbo interlocutiones.& Soc.in tracta. fallen. in verbo appellatio. re.ij.& Alex.consi.xcv.nu. 5.

Nota istam communem ad intellectum.l.clxj.styli.

Fallit etiam prima in casib. expressis in l.xj.tit.xvj.li.iij.ord. & in l.xvj.& xiij.& xiiij.tit.xxiij.par.iij.& in aliis casibus,quos enarrat Nice.in concor.gl.concor.vj. vbi ponit cxxi. casus in quibus non habet locum appellatio,quẽ vide.Et nota q̃ per d.l.xvi.euacuatur vnum quod quotidie torquet Doctores: an in criminalibus, in quibus condemnatus non admittitur appellans:an sit necessarium q̃ sit conuictus, & cõfessus vel si vnum sufficit, d. l. declarat vnum ,tamen sufficere ibi, *por que los testigos o por su conocimiento*, cum ad veritatẽ disiunctiuę sufficiat q̃ vna pars sit vera,vt tradunt doct. in c. inter cæteras.de re script. B.Villal.

Appellatio reducit causam ad illum pristinum statum in quo erat post lit.contest.Maran.in Spe.Aureo de ordi.iudic. par.iiij.dist,vi.nu.16.communem dicit. B.Villal.

ADDITIO. Ideò Capic. in deci. xxviii. in causa magnifici. nu.6.dixit,q̃ quæ opponi debent in causa principali ante litẽ contestatã,non possunt opponi in causa appellationis.& cõdẽnatus in prima instantia,pendente secunda,non potest solue ad effectum euitandi,quadruplum vel aliam pœnam vt in ciuilibus interesse,nec potest moram purgare,nisi fortè libellus alternatiuus esset vt tradit M.Ant.Bard.in tract.de tẽp. vti,& cont.in.in c.iii.nu.3. I.Fich.

Appellatio non potest tolli per statutum.Ant.Nice.in cõcord.gl.concor.vj.in fi.communem dicit.

Intellige in statuto inferiorum,Io.de Ripa.in c.1.nu.45.de rescri.communem dicit. B.Villal.

Appellatio in causis feudal.debet fieri ab inferiore dño ad ꝓximiorẽ,qui sit superior,& ab illo ad magis superiorem,cõmunem dicit Iul.Clar.Sentent.5.feudum. quæstio.,xc. versic. vltim. I.Fich.'

Appellatio sub his verbis,appello ad competentem iudicem,valet:Rober.Maran.in in ord.iud.par.vj.nu.120.cõmunẽ dicit ex Bart.in l.j.§.j.si quis.versic.quæro,quid, si aliquis. ff.de appel.

Amplia ad appellationem alternatiuam.Felin.in c.ii.nu.2. vbi latissimè.de appel.communem dicit.

Intellige istas communes,si certioretur,ad quẽ appellet intra decem dies:qui dantur ad appellandũ.Alex.in con. lxxix. in causa.nu. 5.vol .vij.communem dicit. Villal.

Appel-

Appellatio prima est ꝓsequẽda, Maranta par.vj.nu.132.cõmunem dicit ex Bar.in l.cum procurator.§.si dominus. ff. de no.ope.nun.

Amplia,si secunda sit ĩ scriptis:& prima fuerit viua voce incõtinenti à sententia definitiua facta. Idem Maranta cõmunem dicit ex Bar.in d.§.si dominus.& Pau.consi.vij. vol. j. & consi.cclxx.& Lud.Roman.consi.xlj.in præsenti,nu.2.Pan.in c.dilecto.de appell.licèt Alexan.in d.§. si dominus, tenuerit contrarium.

Limita,nisi prima appellatio esset inualida,quia tunc secũdæ validæ possit adherere appellans.ita Minsf.obser.vij.cent.j. vbi dicit hoc cõiter Doctores tenere,in d.l.cum procurator. §.si dominus,& c.Si enim quis pluries appellauit, tum in ipsi' stat arbitrio, quam velit persequi.vna tñ electa,cæteræ concidunt.Idem Minsing.obs.lxj.cent.ij. I.Fich.

Appellatio huiusmodi appello saluo iure dicendi de nullitate censetur conditionalis, scilicet, quatenus sententia sit aliqua,teste Alexã.consi.59.col.5.lib.4. Idem est si diceretur, Dico sententiam nullam,& si qua est,appello,qui appellandi modus in praxi recipitur,secũdum Bart.in l.si expressim.ff.de appel.Fran.in c.dilecto.q.21.extra eo.tit. Sed an tũc nullitas cũ appellatione cumulata:intelligat principaliter vel ne in iudicio deducta,& dic,q̃ princ.secundũ receptiorẽ sententiã,ꝑ Alex.consi.2.nu.13.lib.3.Dec.d.c.dilecto.nu.7.Seb.de nullit. c.6.quot & quib.mod.nu.x.& seq.Alex.d.consi.2.col.fi.con. 59.lib.4. quem plenè examinat Ias. in l.titiæ textores.§.nihil. de lega.j. eues.libro arg.loco à natura copulæ.col.2.pro quo vide quæ scribit Dec.in l.nemo ex his.n.2.vbi cagnol.nu.11. ff.de reg.iur.Alex.consi.230.lib.6.vbi docet iudicem appellationis quomodo pronuntiare debeat eo casu, quãdo quis dicit sententiam nullã & si qua est,appello. Quibus adde,q̃ nullitas cum appellatione deuoluitur in diffinitiuis, non autem in interloquutoria,iuxta not.per doc.in c.vt debitus.& c.Romana.de appel. Guid. Pap. trac.appel.q.67.vbi q̃ quando appellatur à diffinitiua:tunc ad iudicẽ appel.etiam nullitas tacitè deducitur, adeóq; super vtraque cognoscere potest, teste Guid.Pap.lib.supra.q.46.Bar.d.l.si expressim.col.pen.l.j.C.qñ ꝓuoc.Alex.consi.179.lib.2.Dec.consi.275..Abb.in c.cum lo. in fi.de fid.instr.

Appellationi aduersarij qui vult adherere : hoc intra decẽ dies agere debet,Ratio est,quia appellatio cõis est, teste Frã. in ca.directe.col.pen.concl. 5.de appel.cui appellationi intra decẽ dies adhærendũ esse dixit Alex.consil.101.125.lib.2.gl. & doc.in c.vt circa.§.alioquin ver.adhærentes de ele.in 6.Bal. in auth.hodie.col.2.C.de appel.Guid. Pap.q.13.78.436.fel.in c.super in fi.de re iud.& est cõis, adeò vt postquã appellationi appellatu sadhæserit: non possit appellãs eo inuito suæ appellationi renuntiare, iuxta tradita per Doc.in l.omnẽ honorẽ c.qñ prouoc.nõ est necess.Purp.in l.postquam liti.nu.112. C.de pac.Tiraq.de vtroq; retrac.ad fi.titu.§.36.nu.25.& hanc cõem dicit Gomes.de trien.pos.q.54.ver.hinc voluit,de quo vide quæ scribit præpos.in c.interposita.§.ille deniq;.nu.7.de appel.vbi x.tradit limit.ad Reg.Illius tex.q̃ appellans renuntiare potest suæ appellationi.

Appellatione pendente non p̃sumitur pro processu,nec ꝑ sentẽtia,& ideo satis erit appellanti introducere appellationẽ interpositã: eamq; & apostolos petitos intra legitima tẽpora:ac ipsam sententiam à qua appellatum fuit,exhibere, secundum Dec.consi.295.nu.2.Quapropter diligens & cautus sit appellans: vt intra fatalia procuret causam terminari:aliàs appellatio erit deserta,& firma remanebit prima sententia,ꝑ qua tunc præsumetur,teste osasc.Decis.13.col.fi.post num.4. vbi post plura,inquit,fateor tñ q̃ si sententia quæ producitur appareat lata iam lapso biennio:tunc pro ea præsumitur sine actis,c.cum inter.& c.sicut de re iud.Quo casu cautus esse debet appellans vt fidem faciat de actis,si ex eis putat intentionem suam posse iustificari,quã opi.dicit seruari à senatu, qua in re, mihi placet prac. quam docet.Dec.in c.cum in ecclesia 2.not.de appel.vbi q̃ appellans tria probare debet,j.se appellasse 2.ex causa legitima,3.intra tempus.

Appellationis causa pendente,si feratur sententia qua pronuntietur appellatio deserta:ab ea appellari potest, secundũ Franc.in c.ex ratione.col.23.de appel.sed appel. euitandæ cãcautius est,vt iudex à quo, absque alia iudicis ad quem pronuntiatione,sententiam exequatur,Franc.d.c.col.antepenul. in fi.Bal.,qñ.390.lib.3.Ang.consi.140.Rob.de ord.iud.6.part. ver.appel.n.190. Quis autem iudex p̃nũtiare debeat appel. desertam:vel à quo,vel ad quem, & dic,q̃ si ex non prosecutione deserta sit appellatio,& iudex ad quẽ nunquam aditus fuerit:iudex à quo suam exequetur sententiã,sine alia pronũtiatione,ne præbeatur materia appellandi,tametsi super desertione pronuntiare velleт: non erit inutile,quia appellantem in expensis condemnabit,Abb.in c.sæpe.col.3.de appel.si vero iudex ad quem aditus fuerit,& coram eo appellatio introducta,tunc ad eum spectabit pronuntiatio, teste Alex.& alijs in l.præses.ff.de re iud.Fel.in c.ex parte 2.col.6 de rescrip.hoc tñ casu,qñ sententia confirmatur ex desertione primę: per lapsum fatalium non ageretur ex ipsa sententia confirmante, cum sit interlocutoria,neque actionem parit,sed ex prima ageretur,secundũ cõem per Ias.in l. res iudicata.nu.14.ff.de re iud.in l.à diuo pio.in prin.nu.26.vbi Alex.nu.xx.eo.tit.Secus qñ aliter quàm ex cap.desertionis prior sententia per iudicẽ appell.confirmatur,nam tunc ex illa confirmante: non ex cõfirmata agerеt,Ias.d.l. res iudicata.nu.11.vbi dicit cõem,quã sequitur Rip.ibi.nu.xv.qua in re illud notandum est, nõ esse necessarium:q̃ à parte de ipsa desertione opponatur, cum iudex ex officio appellationẽ desertam esse pronuntiare possit, & debeat, vt per Franc.d.ca.ex ratione.col.xx.ver.quoad fm. Quibus adde,q̃ licet sentẽtia super desertione appel.vel causæ,vel q̃ nõ liceat tertio ,puocare,sit interlocutoria,habet tñ vim diffinitiuæ,secũdũ Bal.in l.2.col.pen.in fi.C.de episc.aud. & ab ea appellari potest,teste Corn.consi. 14.262.li.4. quando autem, ac quibus ex causis appellatio censeatur deserta, dic,vt per Mising.cent.3.obser.22.& in specie,an sententia super desertione appell.sit interlocutoria vel diffinitiua: scribit idem Mising.d.cent.3.obser.36.vbi distinguit,& Guid.Pap.q. xj.& 12.

Appellatio. iudex Appellationis ab interloquutoria inhibere non debet,nisi prius super appellationis iustitia cognouerit,aliàs inhibitio nullius erit efficaciæ teste Spec.tit.de appel.§.de officio.ver.sed quæritur.tex.in ca. Romana.§.si verò & §.si autem,de appel.in 6.Fel.in c.dilectus.2.col.pen.de resc. insuper dicta inhibitio vt valida sit: parte citata fieri debet, secundum Aret.consi.26.col.pen. ver. causa secundũ.consil. 34.col.3.Alex.consi.91.col.pen.lib.2.consi.9.lib.4.in l.titia in fi.ff.sol.mat.vbi refert cõem in l.4.§.cõdemnatũ .ff.de re iudi. Ias.in l.si opus.nu.6.ff. de no.ope.nun.in l.nec quicquam.nu. 31.ff.de off.proconf.de qua inhibitione,& an ac quando permissa sit vide Mising.lent.3.obser.87.

APPELLATIO
SVMMARIA.

APPELLATIONEM simpliciter, & generaliter interpositam,etiam proprio iudicis,ad quẽ appellatur,nomine non expresso,valere.q.1.

Appellationem ab interlocutoria in casibus à iure permissis, indistinctè interponendã in scriptis : à definitiua verò incontinenti etiam viua voce, ex interuallo autem in scriptis fieri debere.q.2.

Appellatio incõtinenti fieri dicitur,donec Iudex sedet adhuc pro tribunali,licet etiam ad alios actus iudiciales processerit.secùs si ad actus penitus extraneos diuerterit.q.3.

Appellans viua voce cum protestatione de appellando in scriptis , si deinde appellet in scriptis, valere adhuc primam appellationem,& ab illa incipere currere tempus prosequendi eam.q.4.

In appellatione ab interlocutoria exprimendas esse causas grauaminis,secùs in appellatione à definitiua.q.5.

Sequestrationem fructuum,quæ propter metum dilapidationis fieri solet,ẽt pendente appellatione,ea nõdum præsentata iudici ad quẽ,& recepta,faciendam ꝑ iudicẽ à quo, aliàs per iudicem ad quem.q.6.

Pendente appellatione agi posse contra iudicem,qui sententiam vel nullam,vel iniquam dixit,ad expensas litis, damna,& interesse.q.7.

Appellatione ab interlocutoria pendente ligatas esse manus iudicis,ita vt vlterius procedere non possit: facta scilicet ei legitima inhibitione ꝑ superiorẽ,hoc est,cũ causæ cognitione,& parte citata.q.8.

Tempus 30.dierũ,qui dantur ad petendos apostolos,currere à die latæ.Nisi grauatus sententiã latam esse ignorauerit: tunc enim currere à die scientiæ.q.9.

Appellatione per annum deserta, iudicem posse post lapsum anni exequi sententiam:Si de impedimento ipsi non cõstet,parte tamen citata,vt de impedimento, si quod iustũ habeat,doceat,q.10.

Appellans ad hoc,vt possit restitui,debet de impedimẽto in primo anno protestari.Maximè si stet per iudicem.Atq tutius esse,vt semper protest etur.q.11.

A sententia de exequendo non esse appellandum.q.12.

Patrib.

Partibus consentientibus, vt Iudex sententiam ferat secundum consilium sapiētis, appellationem nihilominus esse permissam.q.13.

A sentētia lata super possessorio, appellare nō licere, nisi magnum sit grauamen, & præiudicium. Idque tum Iure Canonico questione 14.

A iuramento in litem appellare non permittitur de iure ciuili, secùs quidam aiunt esse de iure Canon.q.15.

A sentētia subdelegati, si delegatus primus totam causam delegauit, appellatur ad primum delegantē. Si verò partē causæ sibi reseruauit, & partem subdelegauit, appellatur ad proximum subdelegantem.q.16.

Clausulam, Appellatione remota, solitam adijci in delegationibus non nocere tertio, quo minus ipse appellare possit. questione.17.

Appellatione deserta, nihilominꝰ agi & tractari posse causam nullitatis simul in iudicium principaliter deductā questione.18

Ad summum Pontificem appellari posse, omisso medio, ꝙ aliàs non licet.q.19.in prin.

Appellatio omisso medio ꝓposita, causæ cognitionem deuoluit, etiam vbi appellari omisso medio ad superiorem non potest.q.19.

Attentata, pendente appellatione esse reuocanda: Idq; obseruandum & in his, quæ post sententiam ante appellationē propositam acciderunt.q.20.

Attentatam reuocationem an ampediat notorius Iuris defectus.q.21.

Reuocationem attentatorum non concedi ijs casib. quib. de Iure non conceditur appellatio.q.22

Appellatione ab interlocutoria pendente, non reuocari statim attentata: nisi probata causa, scilicet, si quid attentatū sit in causa principali: Item nisi inhibitū sit iudici per superiorem.q.23.& 24.

Pendente appellatione extraiudiciali, non nisi vera appellandi causa probata, reuocari attentata.q.25.

QVÆSTIO I.

QVAERO, An valeat appellatio simpliciter & generaliter facta nomine iudicis proprio non expresso, ad quē appellatur. Respon. quod sic, & ista est communis opinio, quæ fundatur in l.2.ff.de appell. vt testatur Rober. Maran. in Spe. par. 6. Rubr. de appella.n.120.& eam tenet. Bar. in l.1.§.si quis.ff.de appel. Abb. capit. inter cætera. ext. eod. Eandem dicit esse communem opinionem Ias. in l. qui Romę. §. Seia. numero 8. ff. de verb. oblig.

QVÆSTIO II.

QVAERO, Vtrum appellatio semper debeat in scriptis fieri, An verò sufficiat, ꝙ viua voce interponatur? Respon. ꝙ in hoc articulo solet distingui secundum communem & receptam Doct. opinionem inter appellationem ab interlocutoria & à definitiua.

Primo casu appellationē indistinctè in casibus à iure permissis fieri debere in scriptis cōiter receptū est, de quo tex. est expressus, qui ꝓbat in c. cordi nobis. de appel. in 6. Et hanc esse communem opinionē tam Canonistarum, quàm Legistarum firmat Dec. in c. vt debitus. de appel. Paul. de Castr. in con. 270. in prin. vol. 2. Roma. con. 41. & eam tenet Bald. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. Ferra. pract. for. appel. ab interloc. verb. causis & rationibus.

Secundo casu, placuit appellationē etiā viua voce fieri posse, incontinenti, non ex interuallo, quia tunc in scriptis interponenda est, ad hoc vt valeat. Ita probat text. in l. 1. & 2. ff. de appell. & in l. litigatoribus & ibi gl. Bart. Bald. & omnes. C. eod. tit. vt refert Corn. consil. 95. & con. 96. vol. 4. Ferra. pract. for. apppell. à definitiua, in prin.

QVÆSTIO III.

Quando autem dicatur incontinenti vel ex interuallo interponi appellatio, inter Doct. diuersæ sunt opiniones, quas refert. Bald. in d. l. litigatoribus. Verior tamen & communior est sententia quòd incontinenti dicitur appellatio fieri, donec Iudex sedet adhuc pro tribunali, licet etiā ad alios actus iudiciales processerit. Secùs si ad alios actus penitus extraneos, qui fiunt extra iudicium, diuerterit. Ita tenet Spe. in tit. de appel. § qualiter. & ibi Andræ. in add. verb. diuerterit. & ita intelligi debent Doct. licet non ita clarè loquuti sint. Bart. in d. l. litigatorib. vbi dicit ēt incōtinēti fieri, licet Iudex diuerterit ad extraneos actus puta iudiciales, qa ꝓcessit ad alias causas expediendas. Idē Bar. in l. j. §. libelli. de appel. Bald. in l. diuꝰ. ff. de in integ. restit. Hanc opinionem communiter approbatam firmat Dec. c. si iustus. de appel. Gemi. & Doct. in d. c. cordi. eam quoque sequitur Lanfran. de Oria. in repet. c. quoniā contra. verb. interlocutiones & appellat. vers. sequitur aliqua videre. ext. de probat.

QVÆSTIO IIII.

Sed pone ꝙ aliquis appellat viua voce, cum ꝓtestatione, de appellando in scriptis: & deinde appellat in scriptis, nunqd valebit prima vel secunda appellatio? Respon. quòd non obstante controuersia Doct. in l. cùm procurator. §. si dominus ff. de oper. no. nun. magis communis & verior est sentētia, ꝙ prima appellatio valet, à qua etiam incipit currere tempus ꝓsequendi eam, vt testatur Ioan. Imol. in d. §. si domin', & Paul. de Castr. in con. 7 vol. 1. licet contrarium teneat cum Alex. in d. §. si dominus. Eandem opinionem vt veriorem sequitꝰ Dec. in c. tua nobis. de appell. Rom. con. 41. Abb. in c. dilecto. de appellat. dummodò tamen prima appellatio valuit, secùs si fuit inualida, vt quia viua voce ab interlocutoria appellatū est. Namq; tunc valet secunda in scriptis facta, & tēpus prosequēdi à die secundæ appellationis incipit currere.

QVÆSTIO V.

Quæro, An in appellatione causę grauaminis sint exprimendę in specie, vel sufficiat generaliter fieri eius mentionem? Respon. secundum communem & receptam Doct. sententiam, quòd in appellatione à sentētia definitiua nō requiritur causę expressio, sed sufficit, quòd appellans generaliter dicat se esse grauatum. Ita probat text. in d. l. 2. C. de appella. & tenet gl. & Doct. c. cùm in ecclesia. ext. eod. tit. Secùs in appellatione ab interlocutoria, quia expressè & specialiter sunt nominandę causæ grauaminis, alias non valet. tex. est expressus in c. vt debitus. ibi, corā eodē iudice causa probabili appel. exposita. ext. de appellat. quam opinionem ibi communiter sequi firmat Rober. Marant. in Spe. par. 6. Rub. de appel. nu. 141. Eandem opinionem tenet Gemi. per. tex. ibi, c. cordi nobis. de appellat. lib 6. Abb. & Doc. d. c. cùm in ecclesia. Socin. con. 45. vol. 1. bald. in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. & ꝓbat tex. in Clemē. appellanti. & ibi Doct. de appel. Ferra. pract. for. appel. ab interl. verb. causis & rationibus.

QVÆSTIO VI.

Vulgaris conclusio est, quòd Iudex etiam pendente appellatione potest fructus sequestrare, quando timetur de dilapidatione, tex. est in l. Imperatores. & ibi Doct. §. fin. ff. de appel. cfin. vbi communiter hoc tenet, de sequest. fruct. Matthæ. de Afflict. 188. decis. num. 7.

Sed dubium est. per quem iudicem fieri debeat sequestratio: Resp. Communis & recepta est sententia, ꝙ si petitur sequestratio antequam appellatio sit præsentata iudici ad quē & per eam recepta, tunc debet fieri per iudicem à quo, aliàs per iudicem ad quē, ita tenet Abb. & Doc. in d. c. fi. & dicit cōmuniter teneri Alex. in add. ad Bar. in d. l. Imperatores. Eandē dicit esse commu. opinionem Rober. Maran. d. par. 6. Spec. ad uocat. Rub. de appel. nu. 177.

QVÆSTIO VII.

Quæro, An pendente appellatione possit agi contra iudicem, qui sententiam vel nullam vel iniquam dixit, ad expensas litis, damna & interesse: Respon. ꝙ sic, ita tenet Bart. in l. 3. §. ex quibus. ff. de alie. iud. mut. causa. facta. Et idem in q. 9. incip. Iudex per imperitiam. Eandem tenet opinionē Alex. l. 4. §. fin. ff. de dam. infect. Bald. in l. obseruare. § proficisci. nu. 12. ff. de offic. procon. Et eam dicit esse cōem Socin. in con. 24. nu. 8. & 9. cum seq. volu. 1. Felin. c. pastoralis. §. quia vero nu. 18. & 19. ext. de offi. deleg.

QVÆSTIO VIII.

Quæro, An pendente appellatione ab interlocutoria sint ligatæ manus iudicis, ita vt vlterius procedere nō possit: Respon. secundum receptam Doct. sententiam, ꝙ non possit ꝓcedere vlterius, quando ei per superiorem facta est inhibitio. Ita est tex. in c. non solùm. de appel. in 6. Aliàs secùs, vt not. in l. intra vtile. & ibi Bar. ff. de minor. Bart. in l. eius q. ff. de appel. recip. Ang. in consil. 217.

Hanc commu. conclusionem intellige procedere, dūmodo inhibitio fuerit legitimè interposita, & cum causæ cognitione, & parte citata, aliàs non valet. Ita tenet Felin. c. dilectus el. 2. de rescrip. Gemi c. Romana, §. si verò, & §. si aūt, per illum tex. de appella. lib. 6. Et hanc dicit esse communem opinionē Alex. in l. Titia. ff. solut. matri. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & eam tenet consulendo in consil. 91. vol. 2. & in con. 9. Franc. Aret. consil. 20. & consi. 33.

Appellans tenetur infra 30. dies apostolos petere, de quo est text. in l. iudicibus. C. de appel.

QVÆSTIO IX.

Quæro Quando incipiat currere illud tēpus: Respon. Doc. in hac quæst. sententijs variant. Quidā existimant, quòd currant à die latæ sententiæ isti. 30. dies. Et hæc sentētia probatur per tex. expressum in d. l. iudicibus.

Contrarium tenet Hostien. c. 1. de appell. in 6. ꝙ scilicet currant à die appellationis interpositæ. Sed prima opinio magis communiter approbata est, dummodò appellans habuit notitiam sentētiæ latæ, iuxta tex. d. l. iudicibus. Aliàs si ignorauit sententiam latam, à tempore sciētiæ tm̄ currūt isti 30. dies, sicut & tps ipsum appellationis interponendæ iuxta Auth. hodiè. & quæ ibi no. gl. & Bar. Et hæc opinio verior & æquior & menti legum consona. Quomodo enim dici potest ignorāti per 30. dies lapsum esse tempus petendi apostolos, cui tēpus appellandi lapsum non est. Hanc opinionem dicit esse magis cōem Maran. par. 6. Rub. de app. nu. 309. & tenet Rot. dec. 29.

QVÆSTIO X.

Quæro, An per lapsum anni dicatur deserta appellatio, ita vt Iudex indistinctè possit sententiam exequi, si aliter nō cōstat sibi de impedimēto. Respon. ꝙ nō, sed debet expectari, vt labatur secūdus annus. Ita est tex. in Auth. ei qui appella. C. de tempo. appel. & in Clem. sicut, de appel. Hanc opinionē tenet expressè Bar. in d. Auth. ei qui, & in l. j. ff. nil. no. app. pēd. Dec. post Abb. in c. ex ratione. de appel. Bal. in l. eos. C. eod. tit. Et eā dicit esse communē Rober. Maran. in Spe. par. 6. Rubr. de app. nu. 220. licet ipse teneat contrarium, ꝙ scilicet elapso anno, si non constat de impedimēto aliquo possit statim sententiā exequi, parte tamen citata, per d. ca. sicut. Cuius opinio mihi quoque satis probatur, atque puto quoque id esse de mente Doct. qui tenēt communem, ꝙ licet debeat expectari lapsus biennij, si tamen velit, possit citare appellan. ad docendum de impedimento, & si non docuerit, sententiam exequi.

QVÆSTIO XI.

Sed quæro, Nunquid ipse appellans in primo anno debeat protestari de impedimento, ad hoc vt restituatur? Resp. vera & communis conclusio est, ꝙ quando stat per iudicem, tunc debet protestari, ita firmat Alex. in consil. 19. vol. 2. & Docto. communiter in d. c. ex ratione. & in l. properandum. §. sin aūt. C. de iudic. licet tutius sit, vt semper protestetur, teste Dec. d. capitu. ex ratione.

QVÆSTIO XII.

Bannitus etiam ꝑditoriè interfici poteſt. Ita tenet Decius in c.quæ in eccleſiarum, nu.14.in fine,de conſtitut. & ita ſeruari atteſtatur Boſſ.in titul.Banniti quid amittant.num.1.vbi etiam dicit,quod liceat eos occidi facere per pecuniam,& ſic 10 per aſſaſſinium.Contrariam tamen ſententiam quod non licet,tenet Mantua.conſ.200.lib.2.nu.29.vbi dicit quod prædicta Decij opinio communiter reprobatur Igneus in l.3.§.ſi ex ſtipulatu.nu.54.ff.ad Sylle.Clarus tamen dicit primam ſeruari ſed ſi quis fidem expreſsè dediſſet bannito,de non offendendo putat Clarus eum decapitandum, quia etiam hoſti fides ſeruanda ſit. dicto §. Homicidium. verſiculo, ſed an licebit. P.Fichard.

bannitus qui gratiam habuerit à principe, ſed tamen non ſit cancellatus de albo bannitorum, impunè offendi poteſt. 20 Communem dicit Iaſon.in lege ſi creditoris. n.2. & ſequent. C.de fideicommiſſis.Boſſ.in titulo Banniti,quid amittant,numero 3.Marſil.ſingulari 340.Blancus,in practica criminal.numero 165.in fine.Angel.in l.filio quem.in princ. ff. de liberis & poſthum.vt eum refert Alexand. in eadem lege in principio nu. 6.& ſequent. Contrà verò quod occiſor teneatur curioſè inquirere an bannitus gratiam habeat necne tenet Cepolla.conſil.39.crimin. Nellus de Bannitis in prima parte.tertij temp.quæſtio.ſecunda,vbi dicit Doctores communiter tenere contra Blancum. Et licet hæc opinio Claro quoque æquior videatur, tamen Alexand. in dicta l.filio dicit priorem magis communiter approbari, modò nulla culpa ipſi offendenti aſſcribi poſſit.Clarus dicto §.Homicidium, verſi.Item quæro pone. P.Fichard.

bannitus ſi proteſtetur quod habeat gratiam, & tamen fidem de ea aliter non fecerit,nihilominus occidi poteſt. Communem dicit Ripa in capitulo cum M.numero 56. de conſtitut.Marſil.conſilio 55.num.5.in fine Gozad. conſilio 56.numero 9.Clarus dicto §.Homicidium.verſicul.ſed quid ſi bannitus. P.Fichard.

Bannitus non poteſt impunè occidi,ſi bannum eſſet nullũ & occidens de eo notitiam haberet, Communem dicit Alexand.conſi.76.num.5.lib.3.quem refert Gomeſ.Arias ſuper lege 74.Tauri.num.35.& practica Conrad.in 8.ampliatio.& Blancus in practica criminal.nu.96.in fine.Marſil. conſ.10.n. 16. Si verò occidens non habebat notitiam illius nullitatis, debet puniri pœna extraordinaria. Commu.dicit Vantius de nullit.n.44.Clarus tamen putat talem in totum excuſandum d.§.Homicidium verſ.maior eſt. P.Fichard.

Bannitus pendente appellatione à ſententia banni non po 50 teſt impunè offendi. com.dicit Socinus in lege 3.§.ſi ſeruus. verſ.prima concluſio.ff.de acqui.poſſ.& Iaſ.ibidem Imò nec eo quoq; tempore infrà quod appellare licet offendi poteſt. Com.dicit Blanc.in pract.crim.nu.108.& ſeq.Apoſtil.ad Fel. in c.quærenti.n.2.de offic.Deleg.Clar.d.§.Homicidium.verſ. ſucceſſiuè. P.Fichard.

bannitus captus per familiam officialis non poteſt impunè occidi.communem dicit Afflict.ſuper 2.part.conſti.regni rub.3.nu. 51.Ant. Gomeſ.ſuper l.76. Tau.nu.17.verſic.item adde.Alberi.in 4.parte ſtat.q.36.Ang.de malefi.in verb.fama 60 publica.numero 58.Clar.d.§.Homicidium.verſiculo quæro etiam pone. P.Fichard.

bannitus etiam extra territorium ex quo bannitus eſt impunè occidi poteſt. Bald. in l.cunctos populos. num.9. C.de ſumma Trinit.& hanc commun.dicit Gomeſ.in capit.2.§.ſtatuto.num.42. de conſtit.in ſexto. Boſſ. in titulo Banniti quid amittant.numero ſexto intellige tamen ſi occidens vel offendens caperetur in territorio illo vbi tale ſtatutũ de offendendo vigeret,vt in d.l.cunctos.loquitur Bald.& Mell.de Banni. in 2.parte 2.temporis,q.57.quem refert Iaſon.in l.fina.nuſn. 70 vigeſimoſecundo de iuriſd.omnium iudic.Cagnol.in eadem l.fin.num.18.Marſi.conſ.57.num.35. Clar.d.§.Homicidium. verſ.vlterius quæro. P.Fichard.

Bannitus ſi defendẽdo ſe occideret aggreſſorem ſuum,debet puniri,quia illi non licet ſe defendere.Communem dicit Claud.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.in lect.numero 23.quæ tamen opinio Claro dura videtur.d.§.Homicidium.verſ.in hoc etiam. P.Fichard.

Bannitus eſt capax ſucceſſionis ab inteſtato,dummodò ex forma ſtatuti non poſſit offendi,vt eſt communis opinio. D. 80 n.Alc.conſil.54.nu.3.lib.5.Boſſius tit.banniti quid amittant, num

num. 14.communem dicit. Fichar.ad Villalob.nu.6. Portius conf.48.num.1.& conf.49.Et potest testari.vt est magis communis opin.Benedic.de foro Sempro.in repert.ad Fely.vers. bannitus. Bonacos.

Bannitus licèt per sententiam possit occidi infra tempus, cum agitur contra bannum,vel sententiam per viam nullitatis, vel appellationis.vt est communis opin. Villalob. in vers. bannitus. Bonacos.

bannitus pro maleficio testificari potest. vt est communis opin.Chircouius in suo communi conclu.Centuria. 1.concl. 23.lib.1. Bonacos.

bannitus ritè potest ex statuto occidi, secùs si non ritè. vt communis opin.Chircouius communi concl. Centu. 1.conclus.24.Turrius inter consilia crimin.conf.81.n.85. Et ideo si contra occidentem bannitum iudex inquirit,quomodocunque constet iudici de banno occisi,etiam per allegationem factam à tertio ad impediendum processum inquisitionis, non poterit iudex vlterius procedere contra ipsum inquisitum,vt est verior opi.de qua Alex.in l.vbi pactum.n.8.C.de transact. & not.q̃ bannitus de proximo cassandus,non dicitur propriè bannitus, nec potest à sciente offendi. Soc. in l.possideri. §.si seruus.nu.18.ff.de acq.pos.Et non potest semper impunè occidi bannitus.Bened.de foro Sempr.in repert.Fel.in ver.bannitus.col.2.Et bannitus,qui communi opin.reputabatur pro non bannito,non poterit impunè occidi. Etiam stante statuto,q̃ bannitus possit impunè occidi.Mars.in pract.crim. §.aggredior.nu.24.de quo Maccagnanus de communi opin.lib.3. nu.10.& not.q̃ lapsus termini banni ex forma statuti non habet vim confessionis, nisi absenti factum sit plenarie declaratum.Bal.in l.si filius.ff.de interr.act.item not.q̃ si quis accusat non bannitum pro bannito, sciens eum non esse bannitum, debet puniri similitudine supplicij. Pau.de Cast.in l.& si legibus.C.si contra ius,vel vtil.pub. item bannitus contumax,ex sola contumacia, non dicitur bannitus ex maleficio, & ideo non potest occidi,vel puniri. Sed si ex forma statuti sit ex contumacia bannitus,dicitur bannitus propter maleficiũ,& ideo impunè occidi potest.vt est communis opi.de qua D.Prosper Pasothus conf.188.nu.2.vide omnino Cast.in l.raptores.n.8. C.de episc.&cler.quod intellige,si bannitus ille mortem esset propter delictum passurus,quia de leui maleficio bannitus of fendi non posset, nec occidi impunè, vt est cõis obseruantia, vt inquit Cæpol.conf.crim.48.n.5.& stante statuto,q̃ bannitus possit impune occidi,bannitus ex sola contumacia(prout tota die cõtingit)non posset occidi virtute d.statuti,quia non est propriè maleficium,sed culpa. & ista est magis cõis opi. de qua Ias.in l.si plagij.nu.6.ff.de verb.obl. Bonacos.

bannitus,qui potest impunè offendi,& cui denegatur petitio sui iuris,priuatur tam beneficio statuti,quàm iuris cõis,vt est cõis opi.de qua Ias.in conf.166.nu.2.in 2.vol. Bonacos.

bannitus, ex quo est bannitus potest impunè offendi, sibi denegatur audientia,vt est cõis opin. de qua Gratus resp.44. nu.4.& stante statuto,quod bannito non reddatur ius,nec agendo,nec excipiendo,si ago contra ipsum,poterit deducere & excipere,quod nullam habeo actionem,replico,non debet audiri propter statutum ipse replicat, quod non est ipse ille, qui me repellit,sed defectus actionis,sine qua agere non possum, & sic licèt ego repellar, non propterea redditur ius sibi, & sic nihil fit contra statutum, licèt mihi denegetur, & propter defectum iuris rei,quia actor non metitur,ius ex defectu iuris rei, sed metiri oportet ex persona sua. Et si proceditur contra aliquem criminaliter,eo q̃ occidit Titium,qui tamen Titius erat bannitus,& poterat impunè occidi.Tamen inquisitus non audet comparere,ne eum ponat iudex ad torturam. Comparet tertius,dicens domine iudex non potestis procedere cõtra illum,quia nullum maleficium commisit,cum potuerit illum occidere,quia erat bannitus,& producit ad notitiam bannum in publica forma, certe debet audiri. Paul. de Cast.in l.vbi.nu.8.C.de transact. Bonacos.

bannitus non est seruus pœnæ, quando in potestatem venit.vt est communior opin. Bos. titul.banniti quid amittant. num.12. Bonacos.

bannitus nondũ captus nec seruus pœnæ bona non amittit.cõis est opin.Bos.tit.banniti quid amittant. Bonacoss.

bannitus in contumaciam,si sit captus,debet prius fateri se esse illum,qui maleficium fecit,vt est communis opin.Bos.ti. banniti quid amittãt.Et ideò boni assessores,quando capiunt bannitum, faciunt statim ipsum confiteri, q̃ sit idem corpus, & q̃ sit ille, qui fuit citatus & bannitus, ad hoc, vt de improprietate corporis non possit postea dubitari, & tunc falsa demonstratio,puta,quia dixit Petr.Martini,cum deberet dicere Petrus Ioannis non vitiat bannum, vel condemnationem,vt dicit Bal.in l.demonstratio falsa.ff.de condi.& dem. & bannitus in contumaciam potest offendi ex forma statuti.Cast.in l. fi.§.fi.nu.7.ff.si quis ius dic.non obtemp. Bonacos.

Bannitus restitutus bona in alios translata non recuperat, vt est communis opin.de qua Rui.conf.21.n.1.vol.5.&conf. 22.nu.1.eo.vol.& conf.60.nu.4.Gratus resp.106. vol.1.n.1. vbi dicit esse communem theoricam doctorum,quod gratia concessa bannito sit consideranda, & in quibus terminis loquatur,quia non extenditur,nisi inquantum loquitur.vide j. in ver.gratia,fallit vt per Rui.ibi nu.10.vol.5. Bonacoss.

bannitus non potest testari, vt est communis opin.Gozad. conf.96.per totum. quod intellige de iure statutario loci, secus de iure communi,vt s.dixi. Bonacos.

bannitus de iure communi non potest impune offendi. communis est opin.Clar.in §.homicidium. Bonacos.

bannitus impunè occidi potest ex statuto,quod vtique valet.communis est opi.Clar.in §.homicidium.ver.plerunque. Etiam in foro conscientiæ,vt est magis communis opin.Clar. ibi. Bonacos.

bannitus impunè occidi potest,etiam si statutum loquatur de impunè offendendo, & non expressè de occidendo. Clar. in d.§.homicidium.ver.est tamen.cõem dicens. Bonacos.

bannitus censetur factus hostis ciuitatis à qua est bannitus, & ei in dictum bellum.communis est opi.Clar.in d.§.homicidium.ver.stante hoc statuto. Bonacos.

bannitus etiam proditoriè occidi p̃t, etiam per pecuniam, & sic per assassinium.Et ita seruatur,licèt cõis opi.videatur ꝯ. Clar.in §.homicidium.vers.sed an licebit.nisi fuerit affidatus. quia tunc debet seruari fides etiam hosti. Bonacos.

bannitus,qui gratiam habuerit à principe,sed tamẽ non sit cancellatus de albo bannitorũ,impunè offendi potest. si quis tamen curiosus esset non debet inquirere gratiam Principis extare, vel ne. Licèt sit æquius, eam inquirere, magis tamen communiter non tenetur, nisi fuerit in alia culpa offendens. Clar.in §.homicidium.ver.item quæro pone. Bonacos.

bannitus,si protestetur,q̃ habet gratiam,& tamen de ea alii ter fidem non facit,potest impunè occidi,vt est communis opin.Clar.in §.homicidium.ver.sed quid si bannitus. Bonac.

bannitus non potest impunè occidi, si bannum esset nullum. Et occidens de eo notitiam haberet, sin minus, punitur extra ordinem.communis est opi.Clar.in §.homicidium.ver. maior est.Clar.tamen putat talem in hoc tantum in totum excusari. Bonacos.

bannitus pendente appellatione banni,non potest impunè offendi.idem est in termino,infra quod appellare potest.cõis est opin.Clar.in §.homicidium.ver.successiuè. Bonacos.

bannitus captus per familiam officialis, non potest impunè occidi.communis est opin.Clar.in §.homicidium.ver.quero,etiam pone. Bonacos.

bannitus,etiam extra territorium, ex quo est bannitus impunè occidi potest,si occidens,vel offendens caperetur in territorio illo,vbi tale statutum vigeret.communis est opi.Clar. in §.homicidium.ver.vlterius quæro. Bonacos.

bannitus,si se defendendo occidat aggressorem, debet puniri,quia sibi non est licita defensio. Clar.in d.§.homicidium. ver.in hoc etiam.communem opi.esse dicens. Bonacos.

bãnitus amittit ea,quæ sunt iuris ciuilis ciuitatis,in qua est bannitus tm̃.Cur.iun.in conf.182.nu.4.cõem dicit. Bonac.

bannitus non potest impunè offendi infra tempus datum ad appellandum,vt est communis opi. de qua Bened.de Vad. foro Sempron.in reper.Feli.vers.reus damnatus ad mortem. vbi dicit hanc veram & communem opin.& si statuto bannitus posset offendi, non potest offendi pater à filio, Bal. in l.libertus.in fin.ff.de stat.hom. sed mulier prægnans bene potest offendi d.statuto.Bal.in l.imperator.ff.de stat.hom. si sit bannita. Bonacos.

bannitus postquàm est bannitus, & à familia. postmodum captus Potestatis non potest impunè offendi,quia cũ per hoc sit in fortiam cõmunis positus, ipsa respublica videtur occupasse.Et ideo etiam si Potestas talem bãnitum occideret, non per viã iuris,sed per viam facti,videretur q̃ deberet puniri,vt est communis opi.de qua Bald.in l.libertas.§.serui.ff.de statu hom. Bonacos.

bannitus frangens fines banni,infra decenniũ,s.iussus exulare, sibi duplicatur tempus, quod restabat standum in banno,si erat per 10.an.bannitus,aut vltra, perpetuatur exilium. Si iussus erat exulare perpetuò, punitur pœna mortis. vt est communis opi.Clar.q.70.ver.quæro. Bonacos.

Bannitus arbitrio iudicis durat bannitus,etiam quo ad successorem in officio.Clar.q.70.vers.item quæro. Bonacoss.

Bannito ex statuto prohibetur loqui, non comprehendit scribentem literas.communis est opin.Clar. q.82.vers.statutum.2. Bonacoss.

bannitus non efficitur seruus pœnæ, quando est in contumaciam bannitus.vt est communis opinio.Clar.q.70.vers.vlterius.Bossius tit.banniti quid amittant. Bonacoss.

bannitus in vna ciuitate, non censetur bannitus ab aliis ciuitatibus confederatis.communis est opinio Clar.q.70. ver. vlterius quæro.& vers.quero modo.nisi hoc specialiter sit dictum. Bonacoss.

bannitus restitutus à Principe,etiam quò ad bona,non recuperat iam alienata, nisi id expressè caueat. communis est opinio.Bursatus conf.54.nu.12. Bonacoss.

bannitus ex contumacia non dicitur infamis. communis est opinio.Bursatus conf.119.nu.6. Bonacoss.

bannitus non obstante alio statuto successibilis dicitur eorum, quæ veniunt ex lege, vel iuris communis dispositione, non autem ex statuto bannientium.communis est opin. Bursatus conf.54.nu.24.Turzanus communi opin.148.& decis. Perusina 11.n.8.Gabriellius in conf.123.nu.34. Bonacoss.

bannitus in contumaciam non efficitur infamis, vt dixi. communis est opinio.Clar.q.70.ver. quero nunc.Rationem adducit Bald.in c.nisi.nu.5.de renuncia. Et ideò potest esse testis,& sibi efficitur saluusconductus,vt veniat ad testificandũ. Clar.ibi.vers. præterea quæro plura de bannito. Duennas regula 68.Et bannitus ex forma statuti, licèt habeatur pro confesso,non tñ sequitur,q̃ semper sit condemnandus,si ex defectu inquisitionis veniret absoluendus.l.principales.§.si actor. vbi Cast. nu. 1.C. de iureiur.per calum. & statutum puniens bannitum, vel condemnatum de maleficio, habet locum in bannito per contumaciam.Cast.in l.si mora.nu.14.ff.sol. matri.quia de contumacia est delictum.

Bannitus,qui ex sententia mori debet,si ab ea appellet,non potest occidi, nisi succumbat, & appellatio euanescat. vt est communis opi.Soarez vers.bannitus.n.9. communem dicit. Riminaldus. conf.38.num.35.& seq. vbi communem probat. Bonacoss.

bannitus vi potractus ad locum,vbi sit bannitus, debet remitti in pristinam libertatem, nec debet puniri, communis opinio.Soarez.vers.bannitus.nu.10. Bonacoss.

Bannitus statim,q̃ est captus, cogitur cognoscere bãnum, & se eũ esse,qui sit bannitus,fateri, & statim debet postea puniri.Nisi exceptionẽ opponat,quæ si ab initio fuisset opposita,non cogebat iudicium subire.communis est opin.Soarez. ver.bannitus.nu.11. Bonacoss.

bannitus, q̃ bãnitum occidit, põt per procuratorẽ opponi facere per se occisum fuisse bannitum,communis est opinio. Soarez.vers.bannitum.num.12. Bonacoss.

bannitũ maritũ tenet vxor alere ex dote & paraphernis. cõmunis est opinio.Soarez ver.bannitum.n.13. Bonacoss.

Bãniti nostri tẽporis æquiparãtur relegatis vt est cõis opi. Cur.iun.ꝯ.182.n.8.Alex.in l.ex facto.ff.ad Treb. Bonacoss.

banniti bona possunt dilapidari, vt est communis opinio. Io.Bolog.in l.vt vim.ff.de iusti.& iur. Bonacoss.

bãniti cũ publicatione bonorũ executores testamẽtarij esse non possunt.Nisi quò ad actũ nudi ministerij, vt est cõmunis opinio,de qua Capra in trac. de executoribus. in 2. membro, nu.20.communem dicens. Bonacoss.

bannito occidẽti etiã præmiũ cõstitui põt,fm cõem opinionẽ.Dec.in c.quæ in ecclesiarũ.n.14.de cõsti.&bãnitus p̃t aliũ bãnitũ occidere,stãte stãtuto, q̃ bãnit° possit impunè occidi. Abb.in c.dilecti.n.10.de exceptio.vbi etiã d̃t n.seq.q̃ bãnitus ex forma statuti non potest,nec agere,nec excipere,nec vnus bannitus potest agere,nec excipere ꝯ alium bannitũ. Bonac.

Banniti,vt fandi doctoribus mos est,proscripti vè, vt antiqui monetæ latinæ cusores locuti sunt: banniti,inquam, nostræ ętatis æquiparantur relegatis atque ea tantum amittunt, quæ sunt eius ciuitatis, à qua sunt banniti,non verò & alia etiam iuri ciuili accepta referenda.cõe vtrunque ait Curt.Iun. cõs.182.nu.4.&8.vnde nec patriã potestatẽ amittunt iis etiã in locis à qbus sunt relegati. vt cõe inquiũt Bossius in pract. ti.de bonorũ publicat.n.69.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.lxxj.ver. successiuè, idémque gñaliter ꝓcedet, & in illis bonis, quæ in proscriptionis loco sita sunt,vt frequẽti doctorũ sentẽtia ꝓbatũ testat Gozad.ꝯ.xcvj.n.7.ꝓctuò tñ bãniti deportatorũ numero hñr,vt cũ Crauet.post alios ꝯ.ccxx.n.13.& ꝯ.224. n.1.attestat diligẽter Iul.Clar.ĩ pract.§.vlt.q.lxxvij.vers.deportatio,& copiosius,atque accuratius q.lxxj.ver.dixi autem,cui adde Ioan. Ceph. egregiæ doctrinæ virum consil. xxij. num. 18.& consil.lxxix.num.13. E.Suarez.

banniti nec dicuntur, nec idcirco cẽsent vagabundi,vt doctores fantur. cõe inquiunt Alber. in 4. patr.statut.q.lxxx.& eum laudat Cepol.ꝯ.crim.lix.vers.sed dubiũ est. E.Suarez.

bãniti in cõtumaciam nec infames censentur,nec testimonij dictione interdicũtur,vt cõia latè attestat I. Clar.in pract. §.vlt.q.lxxj.vers.quæro nunc,cum ver.seq. E.Suarez.

bãniti,ac bonorũ ꝯfiscatione simul multati, licet bonorũ eo loci existentiũ, à quo cũ proscriptione bonorũ sunt relegati, sint incapaces, atque etiã eorũ bonorũ reddãtur expertes,quæ alibi existẽtia ex statuto loci,à quo sunt bãniti,deferunt: tñ illorũ bonorũ capaces prorsus erũt, q̃ alibi sita ex iusto,ac legitimo testamẽto ad illos pertinẽt,vt cõe effatũ testatur Alex.conf.xxvj.circa primũ.li.j.& qui de vtraque testamẽti factione,q̃ bãniti habent,vel nõ habent,sedulò,ac scriò disserit Iul.Car.de testament.à q.xv.vsque ad q.xxj. E.Suarez.

bãniti quin iterũ proscribi, ac bãniri possint, nihil phibet. commune aiunt Nellus de bannit. 1.parte. 1.tempore.quæst. 3.Viuius lib.2.opin.31. E.Suarez.

banniti nostri tẽporis,quocũque modo sint bãniti,aut perpetuò,vel ad tẽpus,& cũ publicatione bonorũ,vel sine, non æquiparãtur deportatis,minúsque relegatis.sed est tertia species de p se.Sed certè stãdũ est,vel decisionib° bãnorum ĩ specie,vel ꝯsuetudini de eis loquenti.Clar.q.70.Et no.q̃ si accusans sit postea bãnitus,accusatio tenet.Bart.in l.Vrani°.ff. de fideiusso.Et iõ(inquit)p̃t ex statuto ꝓcedi ꝯ accusatũ.Bart.in l.si is q̃ reus.n.15.ff.de publ.iudic.& p̃t bãnit° cœptã accusationem postea ꝓsequi.Bart.in l.deferre.n.2.ff.de accusa.Et stante statuto,qd capitaneus debeat sub pœna bãnitum,qui venerit in fortiã suã facere decapitari cito.Nã põt differre 30. diebus,& in pœnã nõ incidit.Ang.in auth.de manda.prin.in pr. & si ex forma statuti licet occidere bãnitũ, licitũ est vulnerare,& bona auferre.Cast.in l.in suis.nu.4.ff.de libe.& posth.Et si statutum dicat,q̃ filius bãniti non possit stare in ciuitate, intelligitur de filio banniti viui, & non mortui. Alex.in l.si filius à patre.ff.de lib.& posthu. Bonacoss.

banniti nõ amittũt patriã potestatẽ.cõis est opinio.Clarus q.70.vers.successiuè.& no.q̃ bãnitus probatur, q̃ sit bãnitus per librum in quo describuntur rebanniti. secundum Salyc. in l.moneor.C.de seruis exportan.de quo Alexan.in l.decem. in fi.ff.de verb.obl. Et de hoc extat statutũ Ferrariæ, de quo memini s. Et de quo etiam Menochius de arbitrio iudicis.q. 90.& not. quod si bannitus sperat infallibiliter cancellari de banno,vt quia obtinuit gratiam, licet adhuc non sit cancellatus,si agat nõ potest repelli,Castr.in l. mulier.§.non est dubitandum.ff.ad trebellia. Bonacoss.

bãniti nostri temporis æquiparãtur relegatis,& ideo amittunt dũtaxat ea,quæ sunt suæ ciuitatis, à qua sunt bãniti, sed nõ alia,ẽt iuris ciuilis,cõis est opi.Soarez in ver.banniti.n.1. vnde nec patriã potestatẽ amittũt,etiã sui loci, à quo sunt relegati,vt est cõis opin.ibi.nu.2. Neque gñaliter amittũt,q̃ in loco proscriptionis sita sunt,cõis est opinio.ibi.nu.3.banniti autem perpetuò deportatis æquiparantur,vt ibi. Bonacoss.

banniti non dicuntur vagabundi, vt est communis opin. Soarez vers.banniti.nu.5. Bonacoss.

banniti in contumaciam non sunt infames, & ideo testificari possunt.vt est communis opinio.Soarez ver.banniti.nu. 6.& infra. Bonacoss.

banniti licet sint incapaces bonorum loci,à quo sunt banniti,tamen capaces sunt bonorum extra,quæ sibi deferuntur, & quæ alibi ex iusto ac legitimo testamento ad eos pertinent.vt est communis opin.Soarez vers.banniti.n.7. Bonac.

Banniti semel, etiam iterum banniri possunt, communis opinio.de qua Soarez vers.banniti.nu.8. Bonacoss.

banniti perpetuò,& à ciuitate exclusi,stante statuto,quòd impunè possint offendi, sunt omnino incapaces bonorum, & successionis sibi delatæ,vel ex iure communi, vel ex statuto in territorio bannientium.communis est opinio Bursatus conf.139.numer.24.& conf.54.numer.1. fallit, prout in statuto nostro Ferrar.sub rub.de iis,qui non reperiuntur descripti in libris Missariæ communis,lib.3.cap.30.fol.228.& vide Menoch.conf.201.nume.8. Vanti.de nullitatibus processus, fol.146.num.51.& seq.Bos.tit. banniti quid amittant. Corn. conf.59.vol.1. Bonacos.

banniti de præterito si constitutione noua inducatur indulgentia ac remissio pœnæ modò tantum soluatur,tantundem soluendo liberantur à pœna,vide j.constitutio. B.Cap.

Bannitus pro pecunia ex dispositione statuti ita expressè statuentis, non potest occidi, quia cùm nulla iusta causa subsit,ob quam mors infligi possit,tale statutum non tenet.Cõ-

 munem

munem refert Bened.Capra.reg.10.nu.23. vide j.ſtatutum.

bannitus ſi conſuetudo vel ſtatutum diſponat, quòd poſſit impunè offendi & occidi, iuxta communem poterit offendi & occidi. vt refert Bened.Capra. concl.11.nu.14. vide infra ſtatutum.

Banniti noſtri temporis an æquiparentur deportatis. vide Bart.in l.4. C.de iur.fiſc.lib.10.in l.illicitas,§. qui vniuerſas.ff. de offic.præſid.in l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi. & an amittant ea quæ ſunt iuris, vt eſt facere teſtamentum. Alex.conſ.26.col.2.in fin.lib.1.not.in l. 1.§. deportatos.ff.de leg.3.Soc.in l.cum auus.col.antepen.de condic. & demonſt. Alex.in l.ex facto.§.ex facto. ff.ad Treb.hr̃ in l.1.C.de hæred. inſtit.quibus adde quòd bannum non infamat,teſte Salic.in l.ea quidem.nu.56.C.de accuſat. Put.

Bannitus non obſtante alio ſtatuto ſucceſſibilis dicitur eorum quæ veniunt ex lege, vel iuris communis diſpoſitione, non aũt ex ſtatuto bannientium,ſm̃ communem,per Burſat. conſ.54.nu.24.lib.1.

Bãnitum non poteſt etiam ex cauſa reſtituere princeps ꝓ damnis illatis parti, ſeu pro pœna concernente intereſſe priuatim,ſecundum communem per Buſat.conſ.54.nu.18.lib.1.vide quæ ſcribit Rol.conſ.45.lib.4.

banniti noſtri temporis æquiparantur relegatis,Curt.iun. conſ.182.nu.8. Alex.in l.ex facto. ff.ad Trebel. communem dicit. Villalob.

banniti tantum ea perdunt, quæ ſunt ſuæ ciuitatis, ex qua banniuntur, non autem quæ ſunt iuris naturalis,& communis, vt ſunt ſucceſſiones teſtamentariæ, vel ab inteſtato, &c. communem dicit.Nellus in dicta prima part.nu.5.& queſt.5. Item Petrus Girar. in Singula.n.14.Fran.Curt.conſ.60.Lud. Bolog.conſ.70.in pr.Corn.conſ.55.vol.2. Bald.in l.ex facto. ff.ad Trebel.qui omnes dicunt hanc eſſe communem,vt eos refert & ſequitur Iac.Nouel.in tract. Protomi.§.6.n.58.I.Fic.

Bannitum dominum vaſallus non poteſt impunè offendere.communem dicit Alberic.in 4.part.ſtatutorum.q.27.quẽ refert Cepol.conſ.crim.v.verſ.7.Clar.d.§.Homicidium. verſ. ſed quæro in fin. P.Fichard.

bannitum patrem filius impunè occidere poteſt.communem dicit Marſil.in l.1.§.præterea.nu.33.ff.de quæſt.Gomeſ. in §.rurſus,nu.22.inſtit.de action.Berous in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtit.nu.114.quæ tamen opinio(vt quidem meritò)Claro non placet.dicto §.Homicidium. verſicul.ſed hic quæro. P.Fichard.

bannitum is quoque impunè occidere poteſt, qui cum eius inimicus eſſet antequam bãniretur pacem cum eo fecit, etiamſi promiſiſſet.tunc eum non offendere ſub pœna.communem dicit Alex.in l.qui ſeruum.nu.2. verſic.in text.ibi intereſt.ff.de verborum oblig.quem refert Iaſ. ibi num. 5. Nouell.in pract.crimin.num.54. Ripa in l.fin.nume.86.C.de reuocand.donat.Clar.d.§.Homicidium.verſicul.quęro.aliquis fecit. P.Fichard.

bannitum occidens quem ignorabit eſſe bannitum, gaudet nihilominus priuilegio ſtatuti de offendendo bannito. communem dicit Nell.de Bannit. in 2.parte.2.tempor. quæſtio.25.quem refert Decius conſ.327.num.4.Si tamen ſtatutum etiam præmium promitteret occidenti bannitum, tunc talis occidens non mereretur præmium. Hanc limitationem cõiter teneri dicit Afflict.in Rubr.3.ſuper 2. parte.conſtitut. regni.n.53.Clar.d.§.Homicidium.ver.fuit etiam. P.Fichar.

bannitum occidens, non poteſt inquiri contra ipſum de homicidio.Et poteſt tertius comparere,& allegare,quòd occiſus erat bannitus qui poterat impunè offendi ex ſtatuto,& iudex debet ſuperſedere inquiſitioni, vt eſt communis opin. de qua Feiy.in c.dilectus.2.nu.61.de reſcrip. Bonacoſ.

Bannitus,præſertim in contumaciam rectè deponit,ſi agatur de matrimonio contrahẽdo,vt eſt communis opinio, de qua Alex.de Neuo in conſil.8.num.18.vide Iul Clar. quæſt. 81.verſic.præterea quæro.Secus ſi agatur de diſſoluendo matrimonio. Bonacoſſ.

bannitũ qui eum eſſe vult probare,cuius occiſi accuſatur, id per procuratorem facere poterit,vt commune atteſtantur Alber.in quarta parte ſtatutorum quæſt. 38.numero 4. Nellus de bannit. in 2. parte ſecundi tempor. quæſtio. 14. & qui ritè declarat Iul.Clarus in pract.§.vltimo.quæſtion. 32.verſi. quęro modo. E.Suarez.

Bannitum virum alere non ſolùm ex dote, ſed & ex paraphernis vxor tenetur,vt receptum efferunt Gyg. & qui cum laudat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.82.ſtatut.1.verſ.vlt.E.Suarez.

Bannitam mulierem, ſtante ſtatuto quod banniti offendi poſſint,non licet adulterare. communẽ atteſtatur poſt Bald. in l.fin.poſt num.4.C.ſi contra ius vel vtilit.pub.Decius in c. quæ in eccleſiarum.de conſtitut.num.16.quem refert Gigas de penſion.quæſt.18.num.2. & Anton.de Padilla in l. tranſigere.num.73.C.de tranſact.Clar.dicto §.Homicidium. verſi. ſed an ſtante. P.Fichard.

bannitorũ bonis publicatis, intelliguntur ſolum preſentia, non etiam futura.communem dicit Nel.in tract. de Bannitis in 1.parte ſecundi temporis.nu.18.ſiue in 18.q. B.Villal.

banniri quis poteſt in loco,etiam non ſuppoſito de cõſuetudine generali,vt poteſt etiam exemplificari in non ſeruante mandata.cõmunis eſt opi.Clar.q.70.ver.vidi ego. Bonac.

Bannum.ſeu proſcriptio ſic.pendente quæſtione etiam altioris indaginis indigenti, de ſnĩa nulla retardatur, atque impeditur,vt bãnito impunè noceri nequeat, quemadmodum frequenter interpretibus placitum ꝓnunciant Matth.de Afflict.in 2.part.conſtit.Regni rubr. 1.nu.15.Iul. Clar. in pract. §.vlt.q.94.verſic.ſcias autem, & ij, quos laudaui ſuprà verſic. 1.bannitus. F.Suarez.

Banna de iure.& de conſuetudine,& ſtilo curiæ Romanæ, edicta proponuntur pro inueniendis delictis,& delinquentibus,vt eſt communis opinio.de qua D.Brunorus in vnico c. ius conſ.crim.nu.124. Bonacoſſ.

Banni pœna hodie ſecundum magis communem opinionem,vbi bona non publicantur,equiparantur pœnæ relegationis. Maran.in Specul.fol.50. num.6.in 2.iudiciorum.diſt. Bonacoſſ.

Bannum. Si ſtatuto caueatur, ꝙ citatus non comparens ponetur in banno:de quo non exeat,donec ſoluerit cõdemnationem. Et quidam citatus & poſitus in banno & condem natus ad certam ſummam, vult potius ſtare in banno quàm ſoluere condemnationem pecuniariam:fiſcus autem vult interim condemnationem exequi in ſumma, de qua in ea & in bonis, hoc non poteſt fiſcus. Quia in alternatiuis electio eſt debitoris.&ꝗa ſtando in banno ſatisfacere videtur.ff.de cõd. ob cau.l.dedi.in principio. Ita Bal.in Auth. bona damnatorũ. C.de bon.proſcri.dicens etiam ꝙ mortuo tali bannito in banno non poterit fieri executio ꝯ eius heres. Balb.deciſ.93.

banno pendente etiam, quòd quæſtio requirat altiorem indaginem,non poteſt offendi quoquo modo bannitus ipſe. communis eſt opinio.Soarez verſ.bannum.n.14. Bonacoſſ.

banni,ſeu exilij pœna hodie eſt multum in vſu. Et contra præſentes, & contra etiam contumaces. Et imponitur quandoque in perpetuum, quandoque temporaliter, & quandoque arbitraliter.Clar.q.71.in prin.Caſus autem in quib.quis bannitur.Clar.ibi.ver caſu. Bonac.

banni pœna infertur officialibus,rectorum prouinciarum, qui ruſticanos, vel eorum ſeruos, aut iumenta ad aliqua cogunt obſequia,nec non & ruſticani, ſe ſpõte dictis obſequiis ſubiicientes,puniuntur pœna exilij perpetua, & confiſcationis bonorum.Clar.vbi s. Bonac.

BAPTIZARI non poſſunt paruuli in matris vtero, c.ſi ad matris corpus.& c.ſeq.de conſecr.diſt.4.vbi text oſtendit rationem,quia cùm natus non ſit, regenerari nequit, vt hoc aliis quamplurimis rationibus approbat Franciſ.Marc. deciſ. 952.ſed vbicũque puer haberet caput extra matris ventrem, quamuis omnia alia membra incluſa in eo forent,ſi tunc ſub eſſet periculum aliquod,poſſet omni dubio remoto baptizari,ſecundum Gul.Lau.& Card.in cle. 1.de ſum.trin.Ang.Clauaſ.in ſummam,in ver.bapt.Henri in c.maiores.de bapt.Petr. Aur.Laur.Thom.& Ric.in 4.ſent.diſt.4.q.1.& iſtam opin.ſequitur quoque,& cõmendat,ac profitetur eſſe communem, tam Canoniſtarum,quàm Theologorum,Boer.in tract.de autoritate magni conſilij, nu.21. qui tractatus poſitus reperitur in fine ſuarum deciſionum, quia baptizato capite totum corpus cenſetur baptizatum,ſm̃ gl.Alex.nu.20.& cęteros,in l.2.ff.de acq poſſ.item baptiſmus neceſſitatis tempore,& per cõſequens in articulo mortis licitè ab hæretico,& excõicato quoque ſuſcipi poſſet ſm̃ cõem opi.oĩum Theolog.quam ſequitur,& declarat,& citat Couarr.in cõſtit. alma mater. de ſent.exc.§.7.ſub nu.8.& Franc.Marci.deci.950. F.Viuius.

Baptiſmus an valeat præſtitus puero nondum vterum matris egreſſo:& dic vt per Iaſ.in l.3.1.reſp.nu.29.ff.de acq.poſſ. vbi concludit ꝙ ſic,ſm̃ cõem ibi.cuius tamen contrarium tenent doct.ad Capel.Toloſ.q.156. vbi vide diſtinctionem. & quę ponit Viui.com.opin.lib.2.concl.32.idem Iaſ.in l.vxoris abortu.C.de poſth.hæred.inſtit.vbi etiã quærit an monſtruoſi debeant baptiſari. & de principali quæſt. an ſufficiat baptiſari membrum aliquod,vt quis ſit chriſtianus:vide Bartol.& doct.in l.3.C.de poſthum.hæred.inſtit.

Baptiſmus tollit omnem pœnam ſpiritualem,non temporalem.

Communem dicit Ioã.de Ana.in ca.de his.de accuſ.& Deci.conſ.130.n.2. B.Villal.

Baptizatus baptiſmo Ioannis,iterũ deberet baptizari baptiſmo Chriſti.Præpoſit.ĩ c.dedit baptiſmũ.j.q.j.cõẽ dicit.B.Vil.

baptiſmus nihil remittit ex foro iudiciali,quin ſuis puniatur. cõis eſt opi.Tiraquel.de pœnis.cauſa 25.n.6. Bonacoſſ.

baptiſmus(vt vulgo loq mos eſt)ſeu aquarũ initiatio,pœnã tẽporariam(vt doctores fantur)ſeu corpori infligendã nõ tollit.cõe aiunt Ioannes de Anan.in c.de his.de accuſat.Dec. conſ.130.n.2.& ij,quos refero infra ver.iudæus. E.Suarez.

barattariam committens iudex, priuatur officio,nec dign⁹ eſt in futurũ alio.Clar.q.73.Et cogiť reſtituere ablatũ in quadruplũ, vt eſt cõis opinio. Clar.ibi ver.iudex. Et datũ amittit dans,etiam ꝙ iuſtam ſententiam daret.Non autem amittit,ſi quis iudici dederit, vt iuſtitiam celeriter ſibi miniſtraret, & ideo poterit repetere. & not.ꝙ blandis verbis intrans camerã iudicis, & perſuadens vt pro ſe ſententiam ferat, non perdit litem,ſed punitur pœna centum aureorum.Clar.ibi nam perſuadere eſt pluſquam cõpellere.l.1.§. perſuadere.ff.de ſeruo corrupto. facit illud Ciceronis. Nihil quidem hoc plus mali facere videtur,qui oratione,quàm qui preci iudicẽ corrũpit, ꝙ pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt,dicendo autem poteſt, Si tamen pecunia ſit data iudici poſt ſententiam, non dr̃ barataria,Marſ.ſingu.190.& not.ꝙcõfeſſio nõ nocet alteri,etiam in crimine baratariæ,vt dicit Bald.in cõſ.498.ad fi.in 1.vol.& pœnæ ſtatutæ contra aliquid accipientes per barattariam,videntur inſtitutæ contra dantes.l.1.C.de cupreſſis. lib.10.Bal.in lege prima,col.2.C.de calumniato. Bonac.

barbarius de quo ĩ l.Barbari⁹.ff.de officio Præto.nec liber, nec ver⁹ Prætor fuit. Iaſ.in dicta l. Barbarius.n.1.& 19.& 23. communem dicit. Bapt.Villal.

PRO. Beatius eſt dare quam accipere, ſecundum Apoſtolum actuum 20.in fi.& in c.cum Marthæ.§. ſanè.extra de celebrat.miſſa.ratio eſt, quia dando homo placet capiendo verò diſplicet. Bellon.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat.

Det,capiat,quærat,plurima,pauca.nihil.

PRO.bella ſunt permiſſa de iure.l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur.in §.ius autem gentium.Inſt.de iure nat.gent.& ciuil.& l. qua actione.§.j.ff.ad legem aquiliam.

OBIEC.contrà, imò ſunt prohibita per l.vnicã. C.de glad. lib.12.& cano.monomachiam.2.q.4.

SOL.Ibi de ſingulari certamine,hic de bello pub. vel ciuili.Bell.

bellum non debet inchoari,niſi præcedat diffidatio partis, ſecundum Bald.in l.ſi manumiſſori.C.de obſequi.patro.præſtan.per illum text.iuncta gl. eundem Bald.in l.ex hoc iure.ff. de iuſt.& iure.Io.Andr.in c.pro humani.de hom.li.6.Hoſt.in ſum.in tit. de treuga & pace.in ver.quid ſit bellum. Et habẽs ſuperiorem non poteſt ſine eius licentia,niſi requiſitus iuſtitiam miniſtrare deneget,bellum indicere,22.q.1.c.dominus noſter,cum ſeq. facit l.ſi alius.in §. belliſſimè. ff. quod vi aut clam. Iuſtam autẽ cauſam belli inducit paſſagium denegatũ. 24.q.2.ca.vlt. Et quando iuſtitia denegatur de exceſſibus & damnis datis,dicto c.dominus. Bella verò prius nouit imperium Romanum,quàm leges.ff.de capti.l.poſtliminium.in §. filius,& ibi gl.Capta in bello iuſto fiunt capientis.l.naturaliter.§.fi.ff.de acq.re.do.inſt.de re.diuiſio .§.item ea.23.q.5.ca. dicat aliquis. & ibi gl.Sunt tamẽ talia capta præſentãda duci exercitus,vt ea inter milites diſtribuat,ſecundum gl.in d.c.dicat.Et diffidatus non teneť dare reſponſum,ſed ſtatim poteſt ad bellũ prorũpere contra diffidantẽ ſecundũ Albe. vt refert & ſequitur domi.Cato.in d. l.ex hoc iure. per l.quos hoſtes. ff.de verb.ſign.& l.hoſtes.ff.de capti. Balb.deciſ.122.

bellum iuſtum facit occupatorem prædæ verum dominũ, etiam in foro cõſcientiæ, dummodo offeratur,& ſecundum merita per Duces belli diuidatur,l.1.in prin.vbi Iaſ.ff.de acq. poſ.Aret.in §.ius autem gentium.de iur.nat.gen.&ci.vbi docet quod ſit bellum licitum, de quo etiam per Rip. d.l.1.nu. 69.& Dic,quòd preſumitur illicitum:niſi contrarium probetur,teſte Barb.conſil.39.nu.1.libr.1. Qualiter autem dicatur iuſtum:vide Nat.conſ.284.n.7.& ſeq.Iac.in inueſt. ver.& ꝓmiſerunt.col.3.& ſeq.vbi ponit 7.ſpecies belli.

bellum indicere poteſt Papa pro tuenda religione ſecundum Luc.de pen.in l.vnic.C.vt vſus arm.lib.12.& contra Imperatorem ſchiſmaticum & hæreticum eccleſiæ libertatem vſurpantem eſt contra infideles, de quo bello plures no.Ab. in ca.ſicut n.7.& ſeq.de iureiur.Bal.in c. olim ex literis.de reſcriptis. & ex his cauſis Papa iuſtè indicit ſuperindicta,ex no. per Luc.in l.vnic.C.de ſuperindic.lib.10.qui pontifex ratione publicæ vtilitatis de communi ſubſidium petere poteſt, nec aliquis reperitur immunis,teſte Oldr. conſ. 104.col.2.in prin.etiam fi.no.Doct.in l.ſi ex toto.de leg.1. Aym.cõſ.294. col.7.& vaſſalli Imperatoris ſchiſmatici vľ hæretici à iuramẽto fidelitatis abſoluuntur, c.nos ſanctorum.15.q.6.23.q.3.c. maximus. Io.Plat.d.l.vnica.C.vt arm.vſus. De bello autem iuſto vel illicito vide Abb.d.c.ſicut.de iureiur.Luc.de pen.in l.vnic.C.ne ruſt.ad mil.obſeq.lib.11.& licet Dominus dixerit Petro,Conuerte gladium in vaginam.Math.26.ad Rom.12. non tamen voluit alterum eſſe ſuperfluum, ſecundum Old. conſ.180.col.3.& nõ abſtulit imperium, ſed duas poteſtates neceſſarias eſſe ſignificauit,quas etiam habere ſummum pontificẽ not. gl.& Doct.in c.nouit.de iudi. Old.ꝯſ.69.83.col.1. Bar.in l.2.de req.reis.Dec.d.c.nouit doct.in c. 1.de homicid. in c.per venerabilem in c.cauſam que.qui fil.ſint leg. Oldr.d. conſ.83.Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit, & propterea prælati res eccleſiæ gladio defendere poſſunt,15.q.6.c.autoritate.& not. Inn.in c. olim.de reſtit.ſpol. Oldr.conſ.62.col.fi.conſ.71.

PRO.benefacienti nobis eſt benefaciendum.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hæred.

Beneficiatus contrahens matrimonium, ipſo iure perdit beneficium.Couar.in epiſt.4.c.6.§.4.n.4.& per Raue.in compet.iuris de cler.coniuga.communem dicunt.

Intellige dictam communem in matrimonio de præſenti, ſecùs tamen in ſponſalibus de futuro. Panor.in ca. 1.de cler. coniug.communem dicit.

beneficium ſimplex reſidentiam continuam requirens, licet acceptatione ſecundi ſecundum Inn. in dicto c.clericos. & ca.ex tuæ,de cleric.non reſiden.quem in dicto ca.clericos. ſequitur Petr.de Peruſio,Petrus de Anchara.& Calde.ipſo iure vacat,adeò, vt poſſit ſine alia priuatione alteri conferri, tamen curia ſeruat aliam opinionem,ꝙ non vacat primum per acceptationem ſecundi,in beneficiis ſimplicibus, etiam reſidentiam requirentibus, vt refert ibidem Calde. quam curiæ opinionem videtur quoque tenere Io.And.in addit.ad Spec. in tit. de cleri.non reſidentibus argumento,ca.referente.cap. præterea. vt ca. ad hoc. de præb. quæ in ſimplicibus perinde atque in curatis, dignitatibus & perſonis per ca.de multa.de præbend.non videntur correcta.l. præcipimus. C.de appellatio.quod & originaliter tenuit Oldr.conſ.185.Innoc.do.Antonius,do.Flor.& d.Nicola.in d.ca.clericus.& Petrus de Anchara.dicto capitulo, de multa.& veriorem dicit Bened.Capra, regula 90.nu. 113.cùm in natura pœnali, & correctoria non fiat extenſio, prout communiter notatur in l. ſi verò §. de vno. ff. ſolu. matrimo. & Auct.quas actiones. C.de ſacroſanct.eccl.& in clem. 1.de electio.quare non eſt eadem ratio in ſimplicibus,quæ eſt dignitatibus,perſonatibus,vel curatis beneficiis.ſecundum Inn.dicto c.clericos. iuxta not.in gl.21. q.1.c.relatio.& Lapum in allegat.116.& ita communiter teneri,ibidem refert Bened.Cap.

Beneficium in tertij præiudicium expreſsè cõceſſum quoties publica verſatur vtilitas,licet valeat l.ſecunda. §.ſi quis à principe, & ibidem notat, ff.ne quid in loco publico.l. item ſi verberatum.§.fi.ff.de re iud.l.Lucius.ff.de euict.l.ſi quis ſepulchrum ff.de relig.& ſumpt.funer.ſecundum gl.in l.fi. C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam. ídque procedit etiam ſi non vertatur publica vtilitas, & læſio non ita magna ſit.l.2. C.de precib.Impe.off.& Bart.d.l.fi.& Inn.in c. cùm dilecti.de donatio.l.ſi quando.C.de bon.vacant.lib.10. Bart. in l.ſed vt reprobari.§.fi.ff.de excuſatione tutorum, tamen vbi publica vtilitas non vertitur & de graui alterius prȩiudicio ageretur, priuilegium alteri conceſſum non valeret,ſecũdum gl.in dicta l.2.C.de precibus Imperat.offerend. & gl.in dicta l.fi.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & ibidem Bart.quod cõmuniter teneri refert Bened.Cap.regu.102.n.12.

Beneficium curatũ,vt ſi atque cadat ſub cõſtitutione,capituli de multa.de præbend.& extrauag.execrabilis.eodem titulo,non ſat eſt quod curam habeat temporalem, ſed requiritur quod habeat perpetuam, vt innuit dicta extrauag. execrabilis, in fine. quòd etiam voluit Inno.dicto cap.de multa. quod in clementi. vnica, de officio Vicarij. communiter tenent Modern. & Oldr.conſil.115.quos ſequitur Imol. doct. Nicò. dicto cap.de multa. inde Nicolaus ibidem refert, ꝙ acceptans ſecundum beneficium, temporalem curã tamen annexam habens, non perdat primum, vt refert Benedict.in regul.90.n.69. Similiter intra alia fallit, quando ſecundum beneficium eſſet curatum, habitu tamen & non actu, quare ad hoc,vt locum habeat,pœna,dict.ca.de multa requiriť vt actu & non habitu tantùm curatum ſit, prout voluit Hoſt. in ca.

quare nonnulli de cleric. non resident. argumento l. nomen. §. habere. ff. de verbo. signific. & nota per gl. & Archidia. in c. licet cano. de elect. libr. 6. & Paul. de Leatza. in clem. vnica. de offic. vicar. idem tenuit Frideric. cons. 132. & ita communiter teneri refert Benedict. in reg. 90. n. 76. addens periculum animarum quod Canones perpenderant non videri subesse, nisi actu & habitu sit beneficium curatum, secundum Do. Anto. d. cap. de multa. Et licet Inno. & Abb. ibidem teneant contrarium, tamen idem Cap. nu. 78. à communi non esse recedendum suadet.

Beneficium simplex non habens annexam curã, nec dignitates, si eiusmodi sunt, vt residentiam nõ requirant, prout habetur, 15. q. 1. c. quia. & not. c. 1. de consuetud. & cap. cùm omnis. de constit. non perditur per acceptionem secundi, neque etiam primo renuntiare videtur, vt sentit gl. in capit. clericos. & ibi Inno. de cleric. non resident. & ita communiter teneri refert Benedic. regula 90. n. 92. quod licet regulariter verum sit, tamen fallit quando plura eiusmodi beneficia habens nõ deseruiet neque per se, neque per substitutum, iuxta no. in c. cùm omnis. in fi. de const. quod verum est. nisi valde exilia essent. iuxta no. in c. cum te, de ætate & qualitate, prout voluit Do. Ant. in clem. gratiæ, de rescriptis. quem sequitur Imol. in d. c. clericos. cum quibus cæteros transire di. reg. 90. n. 99. refert Benedict. Capra.

Beneficium. In interdicto retinendæ in beneficialibus: an sufficiat probare antiquiorem possessionem, an verò requiratur probatio tituli saltem colorati, ad iustificationem ipsius possessionis, Dic, vt per Osasc. decis. 55. n. 4. & 5. vbi quòd requiritur probatio tituli, cum in beneficialibus non possit acquiri possessio sine titulo, arg. eius quod dicit, quòd in beneficialibus: agens remedio reinteg. & per viam attentatorum, quod est priuilegiatum, & fauorabile, debet illud iustificare cum titulo saltẽ colorato, præsertim si aduersarius edoceat de sua proprietate, teste Osasc. d. decis. 55. n. 6. vbi dicit hanc esse communem, & ibi ꝓ titulus tũc dicitur coloratus: qñ habitus est vel à summo pontifice, vel ab ordinario, ex not. per Guid. Pap. q. 85. Deci. consil. 220. vel ab alio habẽ ius conferendi virtute alicuius priuilegij, Quibus concl. adde, quòd in beneficialibus possessorium continet causam proprietatis, cum sit mixtæ naturæ, arg. l. 2. §. quædam. ff. de interdict. & ꝓ iudex secularis super possessorio beneficiorũ cognoscere potest, Osasc. d. decis. n. 8. & dicitur titulus coloratus quando ꝓcessit ab habẽ potestatem, vt ibi per eum, Quid in remedio recuperãdę possessionis in beneficialibus: an obstet exceptio defectus proprietatis, & an iudex secularis in remediis possessoriis beneficiorum cognoscere.

Beneficium si permutatur irrequisito patrono, tenet permutatio, licet veniat annullanda. Bertr. consi. 193. vol. 2. n. 2. communem dicit.

beneficia in dubio censentur realia, Bello. cons. 20. num. 8. cõmunem dicit ex Bart. in l. fi. ff. de serui. lega. & Dec. ꝓs. 262.

beneficium ecclesiasticum si vni conferatur, & iterum secundo, præfertur prior: & si secundus adeptus sit possessionẽ. Couu. in resolutio. c. 16. lib. 13. communem ait ex Dyn. ĩ reg. qui prior. de reg. iur. lib. 6. B. Villal.

Beneficium ecclesiasticum, ordinem præsertim annexum habens, homicidam retinet non posse, ẽt post peractã pœnitentiam probatur ex tex. in c. miror. 50. distinct. & in c. in qui busdam. de pœnis, secundum Io. And. ibi, quod ideò est, quia ille, qui non potest dicere officium non potest obtinere, & recipere beneficium. ca. quòd à te. & c. diuersis fallaciis. de cler. coniug. c. cum secundũ. de præb. quia beneficium datur propter officium, ca. fi. de rescript. in 6. & tradũt Legistæ in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. ecclesiis. Homicidam ipso iure non esse priuatum beneficio, sed priuandum volunt communiter Doctores in c. inquisitionis. de accusa. & in ca. cùm non ab homine. de iudi. & in c. cum nostris. de concessio. præbend. vbi præsertim Innoc. ante finem glo. primæ: quam conclu. tanquam commu. sequitur Felin. in d. cap. inquisitionis. versic. in contrarium. tradens cautelam, vt ante priuationem homicida taliter renuntiet amico, qui post absolutionem, & dispensationem ei retrò cedat. Fallit tamen dicta conclusio in homicida committente homicidium qualificatum, puta cum assassinio secundum ipsum Fel. in d. c. inquisitionis. Quare talis homicida ipso iure est priuatus beneficio per tex. in c. 1. de homicid. in fi. libr. 6. ibi ipso facto &c. & quantumcunque aliquis beneficiatus, vel prælat⁹, sit notoriè criminosus, non propterea est priuatus beneficio, neque dignitate, nec depositus ipso iure, & si sit homicida, dummodo non qualificatus, vt dixi secundum Bald. in l. cum fratrem. versic. circa instrumentum. C. de his qui. vt indi. dicentem notorium nunquam habere vires ad aliquem deponendum, vel priuandũ, nisi sequatur sententia priuationis, vel depositionis. & dixit Anch. in cap. peccati venia. de regul. iur. in prima opposit. lib. 6. illud certum esse, quòd si homicida promoueatur ad beneficium, recipit titulum. Allegat Innoc. in præallegat. cap. in literis. de concess. præben. voluit quòd Abb. in c. fi. no. v. de excess. prælat. quòd homicida, vel irregularis non sit ipso facto beneficio suo priuat⁹, si homicidium, vel irregularitas secuta est collationem beneficij, vt optimè probari dicit in ca. ex literis. codẽ tit. & in cap. clericis. ne cler. vel mo. & Fed. de Sen. consil. 50. quod incipit à collatione. & cap. voluit quòd collatio facta periuro, non sit nulla, sed annullanda: allegat Ioan. Andr. post Compost. in ca. capitulum. de rescript. in glo. vers. quid si eligitur. Adde, & vide Rot. decis. 262. incip. religioso. in Nouis. F. Turzan.

PRO. beneficium principis latissimè est interpretandum l. beneficium. ff. de const. prin. ca. cum dilecti. extrà, de donat. ca. cum olim. extrà, de verb. signific.

OBIEC. contrà de l. si quando. C. de inoffic. testamen. vbi si concedatur rescripto principis libera testandi factio, intelligitur communi tantum iure non limitari.

SOL. ibi ea ratione, ne videatur princeps, qui iura communia tuetur, totam obseruationem testamentorũ, quæ fuit tot vigiliis excogitata, vno verbo velle euertere, vt ibi dicitur.

OBIEC. Secundò contra de l. 2. §. si quis à principe. ff. ne qd in loco publ. & l. nec auus. C. de emancip. lib. & l. quoties. C. de precib. imp. offer.

SOL. Non plenissimè sunt interpretanda beneficia, vt lædant alium.

OBIEC. Vltimò contrà de ca. quamuis. de præb. in 6. vbi rescripta Principis strictè interpretanda sunt.

SOL. ibi in literis beneficialibus hic in beneficiis. Bellon.

PRO. beneficium inuito non datur. l. hoc iure. in §. nõ potest. ff. de donat.

OBIEC. contrà, Liberatio debiti inuitis nobis per alium cõtingit. l. solutionem. ff. de solu. l. soluendo. ff. de neg gest. ad idem tex. in l. seruus vetãte. ff. de verb. oblig. vbi inuito domino seruus acquirit.

SOL. melior cõditio nostra, etiam inuitis nobis, potest fieri p obliquum. scilicet per alium, sed directò nemini inuito liberalitas confertur, vt hic. Bellonus.

Beneficium curatum habens potest id cum habente simplex vel non curatum, permutare, & vice versa. prout tenuit Io. de Ligna. sicut refert Petrus de Anchar. in cap. exhibita. de rerum permutatione. Sufficit enim quòd ambo sint intitulata, licet qualitates sint diuersæ. capitulo vnico. de rerum permutatione. lib. 6. & ca. cùm olim. eodem tit. Inn. d. c. exhibita. idem voluit Petrus de Perusio in ca. quæsitum. de rerum permutatione. & ita teneri communiter refert. ibidem n. 36. Bened. Capra.

beneficio nemo priuari debet, nisi per sentẽtiam priuetur propter homicidium, vt est communis opin. Gabriell. consil. 196. n. 1. & seq. Bonac.

beneficij curati apprehensione, aut si per acceptãtem stet, quò minus possessionem apprehendat, licet primum beneficium ipso iure vacare censeatur: quia habens curatum, aliud recipiẽdo, censeatur primum pro derelicto habere, glos. in capitulo de multa. de præb. id tamen inter alia fallit quãdo acceptasset secundum beneficium curatum sine licentia superioris beneficij primi, quare tunc licet vacet primum quò ad se, non tamen vacat quò ad superiorem, d. capit. de multa, & ibidem glo. & notat in capit. admonet. & capitulo. quo in dubiis. de renuntiatio. quare non poterit vt vacans impetrari, nisi superior ipsam renunciationem expressam vel tacitam ratam habuerit, iuxta nota. in cap. si tibi absenti. de præb. lib. 6. & Imola, in ca. ex ore. de his quæ fiunt à maior. parte. ca. quod communiter teneri contra gl. d. ca. de multa. refert Benedict. Capra, regula 90. nu. 46. & licet nonnulli argumento. c. super hoc. de renunciat. similiter id fallere putãt, quoniam primum beneficium erat pingue, & secundũ tenue, ea tamen opinio secundum Capram, ibidem n. 62. communiter reprobatur, quare sibi imputare debet acceptans tenue, iuxta nota. 74. distinct. quorundam.

Beneficij collatio ad capitulum, siue canonicorum collegium vbicunque pertinet, si fiat, absentibus canonicis, qui tamen sunt in ciuitate, non vocatis, est nulla, vel saltem nulla decernenda & declaranda. Felin. in cap. cùm omnes. Dec. versicul. 3. conclusio & ibi communiter alij scrib. de constitut. in antiq. Quinimo voluit Oldrad. consilio 159. impugnatur, quòd

de his quæ fiunt à maior.part.ca.cùm qua communiter transire Doct.asserit Benedict.Cap.reg.9.n.7.& seq.accedit.quod notat Inno.in ca.vestra.de locato.& voluit Floria.d.ca.1. & Inn.& Io.And.in c. in nostra. de iureiur.& in c.cùm in ecclesiarum.de const.vide infrà Vniuersitas.Cap.

Capitulum seu vniuersitas iurans seruare statutum, & id quod in statuto continetur si cõtraueniat, tollit quidem statutum sed periurium incurritur, vt voluit Io.Andr.& d.Ant. in c.cùm in cunctis. de his quæ fiunt à maior. par. Pau.& Lignan.in clem.vt professores,de regularibus,& ita communiter teneri asserit Bened.Cap.regu.9.n.94. Secus si simpliciter iurant seruare contenta in statuto,quia vtrũque tollatur statutum, non tamen incurritur periurium, vt voluit Petrus de Perus.& Floria.in c.dilecto.de preb.vt refert idẽ Bened.Cap. ibidem n.95.& seq.

capitulum vel maior pars eius, vno etiam contradicente, non potest statim ecclesiæ alterare vel dirimere, vt clerici in communi viuant,si ante separatim viuebant.c.quod omnes, de reg.in li.6.c.2.de verb.signific.lib.6.d.Nicol.in c.quoniam de vita & honestate cleric.&ita communiter tenetur.Bened. Cap.regu.93.in fi.

capitulum vacante sede, potest authoritatem præstare in permutatione beneficiorum, quorum collatio spectat ad ipsum, vel ad ipsum & episcopum, iuxta ea quæ habentur in c.his quæ.de maior.& obedient.& ca.vnico.ne sede vacante, libr.6. quando autem ad solum episcopum spectat collatio, licet capitulum non posse perficere ipsam permutationem, tamen poterit recipere resignationem ex causa permutationis,quam post creatus episcopus perficiet,prout voluit Petr. de Perus.in ca.quæsitum.de rerum.permut.& Innoc.in ca.exhibita.eod.titu.cum quibus cæteri communiter transierunt, vt refert Benedict.Cap.in tract.permut.post regul.88.posito. numero 77.

capitulum si vna cum episcopo testamenti exequendi potestatem obtineat,mortuo episcopo,licet nõ succedat in executione,tamen succedit in executionis compulsione: vide infra ver.Executores.Cap.

capituli consensus in arduis requiritur:in leuiorib.verò cõsilium,iuxta communem per Bursat.cons.26.post n.23.lib.1.

captatoria testatoris dispositio, vt quæ pendeat ex alieno arbitrio, vel in alienum arbitrium confertur, licet regulariter non valeat,tamẽ in relictis ad pias causas valet: communem adfirmat I. Clarus.§. testamentum quæst.66. versi.4.infertur. P.Fich.

captatoria volũtas ad pias causas valet:magis communem dicit Alex.cons.14.n.9.lib.1. B.Villal.

PR.O.captatoriæ institutiones reprobantur à iure, quæ cõferũtur in secretum alienæ voluntatis.l.captatorias.ff. de hæred.instit. Bell.

captatoria voluntas, quæ ab arbitrio alieno pendet, vel in alterius arbitrium confertur,si ad pias causas pertineat.valet, ac firma est,vt commune affirmant Alex.cons.14.n.9.libr.1. Dec.n.19.& 20.Ias.num.12.in le.captatorias.C.de testamen. milit.Paris.cons.83.num.29.lib.2. Socyn.419.n.10.libr.4.& latissimè cumulat Iul.Clar.de testam. quæstione sexta vers. quarto infertur. amplia vt idem sit, si quis simpliciter bona sua committat alicuius dispositioni,nam & testamentum valebit, & ad pias causas testatus videbitur, vt receptum affirmant Com.cons.156.lib.2.& cons.300.lib.4.Iul. Clar.vbi s. vers. quinimo & fortius nam per ea verba is institutus hæres videtur cuius dispositioni bona committuntur, & grauatus idem censetur,vt bona in pias causas distribuat,quemadmodum frequenter placitum testificantur.Imol. in ca.cum tibi. nu.16.de testam.Iul.Clar.vbi supra,ver.& per huiusmodi verba. Et si propriè nec hanc, nec illas institutiones captatorias dici debere verissimè tradiderint contra interpretum vulgus Christoph.Castel.in l.Senatus.§.legatum ff.de leg. libr.1. Raph. Cuma.in l.captatorias. ff.de hær.insti.Ludi.Teixera in l.vtrum.§.cum quidam.ff.de reb.dub.Ant.Aug.emendat.l.4. c.15. Did.à Couar.in c.cum tibi n.2.extra de testam. Emanu. à Costa Select.interpret.li.1.c.21.n.7.Franc.Connan. li.10.c. 6.& reliqui omnes eruditores: quos alibi & refero latius, & auctoritatibus ex bonis literis de promptis,iuuo. E.Suarez.

PR.caput est pars hominis principalior,per quam cognoscimur.l.cùm in diuersis.ff.de reli.& sumpt.funer. Bellõ.

PR.capite ægrotante, omnia membra ægrotant. in Cano. sicut.7.q.1. Idem.

carcer est mala mensio & damnũ irreparabile, vt est communis opi.Soarez.ver.carcer.n.13. Bonacoss.

PR.carcer ad cõtinendos homines,nõ ad puniendos dari debet.l.aut damnum.§. solent.ff.de pœnis.l.fina. C.de custodia reor.

OBIEC.contrà,imò carcer nõ solùm datur ad custodiam, sed etiam ad pœnam,vt c.quamuis:de pœnis.lib.6.

SOL.ibi de iure canonico. Bellon.

Carcer damnum irreparabile afferre censetur,vt commune ausim asserere ex Bald.& Paul.in l.vna. C.de in integ.resti. Paul.& Alex.n.29.in l.5.§.condemnatum.ff.de re iud. Pan.in c.suscitata n.8.ver.sed aduerte.de in integ.rest.Rhod.Soar.in primo lib.post l.quoniam in prioribus.in III.Castellę.tit.*de los gouiernos*.q.4.Boer.deci.65.n.6.Fel.in c.cum super nu.17.de re iud.etsi.Ias.n.24.sub.Rip.n.26.in d.§.condemnatum & Dec. cons.73.perperam reluctentur. E.Suarez.

carcer non inuentus ad pœnã,sed ad custodiam.Et ideò,vbi alia pœna imponi potest, nunquàm imponitur pœna carceris,vt est communis opinio.Clar.q.80.versiculo pœna autem.secus est in clericis. Excepto, quod iudex ecclesiasticus non potest condemnare laicum ad perpetuos carceres, vt est communis opinio. licèt efficiatur de foro ecclesiastico, nisi propter hæresim,vt ibi.& not.quòd aliud est ponere in carcerem, aliud in vincula, & carceratio & vinculatio non fit ad pœnam,sed ad custodiam.Et ideò ex his non dicitur cæli persona,nec ex sola captura & positione ĩ vinculis, quis dicitur inferre personalem lesionem.Socinus senior in capi.nuper à nobis.numero quinto, & seq. de sententia excommunic.vbi dicit not.esse pro statutis, quæ loquuntur de personali læsione. & not.quòd carceri quis se obligare non potest, etiam cum iuramento.vt est communis opinio.Soarez versic.isto. num.14. Bonacoss.

carceres frangens non habetur pro confesso, quando fuit indebitè & ordine iuris non seruato incarceratus.vt est communis opin.de qua Rolan.à Valle in consil.7.num.46.& seq. in 1.vol. vide fusius per Alber. in l.in eos. ff.de custodia reorum. Bonacossa.

carcerem priuatum exercens punitur pœna capitis. communis est opinio.Clar.q.68.ver.priuatum. fallit in cardinali. item fallit iure ordinario:quia non capite,sed extra ordinem punitur. Bonacoss.

Carceribus perpetuo mancipatus, non potest testari, si sit laicus,vt est communis opinio.Soarez versic.carceri, numero 21. Bonacossa.

carcerum domus sunt ciuitatis, carceratorum autem custodia pertinet ad Principem. Clar. quæst. 46. versic. & quoniam. Bonacossa.

carceris custos non tenetur, quando captus rumpit murum,vel aliter exit, nõ per portam. vt est communis opinio. de qua Cataldi.inter consilia criminalia, cons.22.in secundo. Alias punitur custos pœna mortis.l. milites. ff.de custo. reorum.Maran.in pract.fol.47.num.64.& in trac.de carceribus. Corneus cons.93.in 1.volumine.Ias.in cons.27.in tertio volumine.Aretinus in cons.38.per totum. Barb.cons.76. volumine quarto Dec.cons.473.num.7.& nume.12.& not.quòd non liberatur custos carceris à custodia recommendati per potestatem, licèt ipse potestas miserit postea ad custodiam famulos.Bart.ĩ l.si vt certo.§.si de me.ff.commo.&si carceris custos dimittit aliquem de mandato rectoris, non tenetur, sed ipse rector. Bar.in l.si quis vxori.§.si fugitiuum.ff.de furt. Debet tamen primò habere ab ipso bulletinum relaxationis. vt per Ang.in l.neque.§.1.ff.de ĩ ius vocan. & ita practicatur, quia semper custodes petũt bulletinum vt dicit Pau.de Cast. in d.l.neque.§.1.nu.2.& ibi etiam Soc. num.5. Et potest relaxari de nocte.Ang.in l.more.ff.de feriis,si periculũ est in mora. vt ibi per Bald. & Alex. item nota quòd si çarceris custos propter misericordiam alleuiat aliquando captiuos alienos, tenetur creditorib.ad interesse,si aufugiunt.Aretinus in §.cæterum.num.1.institu.de lege aquilia.item not.quòd si carceratus moritur, ante mortem debet adhibere medicos, & debet inde extrahi instrumentum, quòd talis incarceratus est mortuus ex morte naturali, secundum sententiam medicorum.ita Ange.in l.si quis ex argentariis.§. prætor.in fi.ff.de eden,Soarez.ver.carceris.n.24. Bonacossa.

carceri sese obligare nemo potest:vt commune dicunt aggregati à Ripa in l.generali.num.24.ff.de pign.&à Viuio lib. 1.opi.185.nec ea obligatio iureiurando firmabitur commune ac magis commune pronunciat Alci.in c.cum contingat. n.69.de iureiur. E.Suarez.

Carceri addici nemo potest ob causas pecuniarias, ante exactam,ac plenam vt loquendi mos est,excutionem,& excussionem bonorum vt commune inquit cum aliquot luculentis testibus.Rip.in l.generali n.20.ff.de pign.Ias.in prin. n.90.

instit.de actio.Boer.decisio.cccxlix.n.7.Ias.in l.arbitrio.ff.qui satisd.cog.Deci.cons.lxxv.Fel.in ca.quo ad consultationem. num.10.de re iudic. E.Suarez.

Carceri mancipatus & tunc fideiussoribus præstitis exolui potest.cum pœna corporis infligenda non erit,& cum innocens alioquin in carcerem conditus videbitur,vt effert communia Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xlvj.vers. in hac autem materia cum seq.vbi multa.ad hanc. materiam attinentia memorat. E.Suarez.

carceri & si nemo ex domo propria ob pecuniarium debitum ablatus tradi possit tamen si illi iudicis præcrptùsiat, vt compareat sub pœna fisco applicanda, & non comparauerit, & extrahi de domo poterit ob prædictam pœnam, & semel in carcerem conditus à creditore ob suum debitum iure retinebitur vt commune aiunt latè Cotta in memor.verb.domus vnicuique in 2.Viuius libr.2.opinio xxxvj.quod & si vti le reip.arbitrer,iuri contrarium affirmo. E.Suarez.

carceri qui nec rectè, nec ritè traditus est, non relaxari debet si denuo in carcerem trudi concedendum erit. commune aiunt latè Curtius Iunior consilio cxxvij.numero 5.Craueta consil.xlvj.nu.7.& vide infra vers.nullum. E.Suarez.

carceri in perpetuum deuotus,ac damnatus testari nequit si sit laicus,vt frequenti doctorum numero probatum asserũt Bertran.cons.cxciiij.numero 2.lib.iiij.&qui non de nihilo dissentit Iul.Clar.de testament.quæst.xix. E.Suarez.

carcere detenti, & si iure nullos valide contractus generant, vt ait receptum Hipp. in pract.§. attingam.nu.2.tamen de consuetudine,& procuratores rectè,ac ritè constituent,& fideiussores præstabunt,& cæteros contractus inient. vt attestantur Alb.in l.qui in carcerem.ff.quod metus causa, & qui illum laudat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.xlvj.vers.plerunque verò,ad finem. E.Suarez.

carceris custos ob fugam carcere detenti, qui capitis pœnas alioquin luiturus non esset,iudicis arbitrio solùm plectitur,commune aiunt Bossius in prati. de carcere num.10. Iul. Clar.in pract.§.vlt.q.lxviij.ver.custos carcerum. E.Suarez.

carcerandus an sit reus,vel fideiussoribus relaxãdus, iudex decernere habet, & hoc certè est in iudicis arbitrio. Paul. de Cast.in consil.328.in secundo, vbi subdit, Consulto tamen, ꝙ faciat in actis apparere, qualiter ex tali, & tali iusta causa, quæ animum suum mouerunt,pronunciauit non esse illum personaliter detinendum,sed sub fideiussoribus dimittendũ. Et cum hoc sit arbitrarium, non potest redargui iudex, quia semper præsumitur moueri ex iuxta causa.Pau.de Cast.in ꝓs. 199.n.4.vol.4.nec tenetur in syndicatu. vt per Pari.de Puteo in tract.syndica.& per Menochium de arbitrio iudicis.Et perfecto reorum examine, factisque debitis confrontationibus testium, iudices reos ad carceres duci facere consueuerunt. vt est communis opinio.Clar.q.46. in prin.vt scilicet custodiantur, non autem vt in vinculis existant, vt est communis obseruantia.Vbi tamen qualitas delicti &personę hoc exposceret, posset iudex in arctos coniicere reos, & prohibere, ne cum aliquo loquerentur,& ita faciunt practici indices,secundum Clar.vbi suprà. Bonacoss.

carcerandus non appellat,si se ad carceres videt duci.communis est opinio.Clar.q.46.vers.sed quid. Bonacoss.

carcerandum eximens à manibus familiæ,vel committens vim ne quis ducatur ad iudicium quõ puniatur, no.Bart.in l. lege Iulia. ff.ad leg.Iul.de vi priuat. in l.furti.§.ope.ff. de furt. Guid.Pap.q.579.Hippol.sing.177.273.&376.Ias.in l.3.§.qd̃ prætor.ff.ne quis eum qui in ius voc.& si quis faciat aliquem captiuum, non facta fide de commissione, & eximatur ita captus,tunc eximens non punitur.Ang. in l.j ff. ne quis eum, &c. quia mandatum principis non præsumitur. hoc tamen non procedit in officiali iam administrante.quia contra eum non potest ita præsumi.Quod autem sine mandato,vel de facto exequenti resisti possit, not. gl. vbi doct. in c.ex literis.de offic.deleg.Alex.cons.35.col.2.lib.2. Et eximens captiuum à manib.familię,qualiter sit puniendus,ponit Ias.in l.vnic.§.j.in ff. si quis ius dic. non obtemp. Et pariter de pœna eximentis carceratos,vide Luc.de Pen.in l. quoties.C. de exactorib.tributlib.10.Et de pœna eximentis captiuum à manib.familię, vide doct. in apostil.ad Bart.in l. 4.ff.ad leg. Iul.maiest. & in l. 4.ff.ad leg.Iul.de vi priuat. Put.

carcerari non potest doctor ex leui crimine,secus pro graui.communis est opinio.Clar.q.28.ver.item quæro. Bonac.

carcerantur hodie mulieres, etiam honestæ, in criminalibus.Clar.q.28.ver.quæro igitur.Si tñ mulier sit nobilis & honestę conditionis,non debet conduci ad se facere iudex cum dedecore,neque statim in carceribus detrudi facere,sed dare domum pro carcere, vel monasterium aliquod monialium. Nisi esset atrox delictum. vel sub idonea fideiussione relaxare. Bonacoss.

carcerari possunt clerici à suo iudice,si iudici constat de delicto.Aliàs esset excommunicatus prælatus,etiam ꝙ clericus esset fugitiuus. communis est opinio.Clar. dicta quæstio.28. ver.quæro nunquid. Sed hodie de consuetudine aliter obseruatur, quia clerici mali carcerantur à iudice, etiam laico.carcerari non possunt clerici, nisi reperti sint in flagranti crimine, vt suo statim tradantur iudici, vt est communis opinio. Clar.ibi.ver.si verò.itidem & à quolibet laico priuato, clerico reperto in flagranti crimine,capi potest,& tradit curiæ ecclesiasticę.Itidem si clericus delinquens verisimiliter esset de fuga suspectus. Bonacoss.

carcerati debent sæpe visitari per visitatores,qui habent inquirere ex qua causa detinentur, & operari, vt expediantur, ne macerentur.Clar.d.q.46. Sed proh dolor hodie prius macerantur, & marcescunt, postea visitantur, vel seu ponuntur in titulo pro derelicto. Bonacoss.

carcerari aut detineri licet à priuata persona ob crimen,de lictum,vel debitum,& sic ob causam ciuilem vel criminalem liber homo non possit,nec debeat,vt patet ex not.in l.ob æs. & Auct.imò C.de oblig.& act.tñ qñ quis repertiꝰ in flagranti crimine,quod capitalem vel corporalem pœnam indicat, poterit à priuata persona capi,& ad viginti horas,& non vltetius detineri,intra quas ad iudicem deduci debet.l. capite.v. ff.de adulte. & ibidem notat. & cap. cùm non ab homine. de iudiciis,Bart.in l.cum eo.ff. ad legem Iul.peculat.& ita communiter teneri refert Bened.Cap.reg.lxxv.num.10.

carceratio & retentio imputari pro maleficio fieri non potest,nisi in primis præcedant legitima indicia. vt est communis opi.de qua Nouellus in prac.crim. fol.13.n.7. fallit in reo fugitiuo, vagabundo,& suspecto. quia præhabita aliqua.informatione potest illico iudex procedere ad capturam &carceationem.Et fallit pluribus aliis modis,vt ibi per eum,n.8. & plurib.seq.& not.quod regulariter omnis cõdemnatus nõ soluendo existens, carcerari potest, donec soluerit debitum, facta tñ prius excussione legitimè, & non prius. Ant.de tremolis ad practicam Bonacur. titulo, de excep.fol.96. Notetiã ꝙ licèt reꝰ sit absolutꝰ p sentẽtiã,attamẽ custos carceris põt ꝓ expẽsis ipsũ retinere ĩ carcere, vsq; quo fuerit satisfactꝰ. vt est cõis opinio.Cla.q.62.vers.sed hic incidenter. Bonacoss.

carcerari,seu in carceres detrudi mulieres honestè ac castè viuentes non possunt ex peculiari priuilegio ꝓ debito priuato. si bona defecerint, nec pro pecunia fiscali debita, nec pro quolibet crimine commisso. auth. sed nouo iure. C. de cust. reorum,& l.j.cum auth.seq.C.de offi.diuer.iud.& hoc ꝓ cõstanti,seu ꝓ regula tradit Marsil. in pract.crim.in §.attingã.n. 63.& Gram.dec.33.n.9.& seq.& Pet.Duen.in reg.312.fœmina prodebito,cum multis ampliationibus,& limitationib,& Iaffredus deci.cccxciij. non incarcerantur mulieres pudicam vitam agentes,& de crimine etiam inquisitas puniuntur pœna capitali,vt est tex.in §.qm, in auct.vt nulli iud. sed hodie ꝓ crimine de consuetudine contrariũ seruatur, quod mulieres detineri possint in carceribus separatis à carceribus masculorum,teste Marco Ant.Blan.in pract.crim.ĩ rub.j.n.27.in prin. dictæ practi.Follerio in pract.crim.in ver.notatos capiat de p sona,n.28.& seq. & aliis quã plurimis congestis p Gram.in d. dec.43.n.9.cum aliis seq.hoc tamen non procedere,aduerte, vbicũque mater tutrix filiorũ ante susceptã tutelã renunciaret omni legũ auxilio sibi ꝓ petẽti,tũc quippè ꝑ renũciationẽ istã ob pecuniã filiis debitam ratione tutelæ põt personaliter capi,& in carceribus poni,secund.Gart.in l.si quis sub conditione,n.18.ff.de test.tutel.& in auth.matri,& auię n.13.& ibi Salyc.n.14.C.qñ muli.tu.offic.fung.pos.Io.And.Dom.& Frãcus, in c.ij.de iud.in vj.Rom.Alex.Soc. & Ias. in l.plerique.ff. de in ius vocan.idẽ Rom.ꝓs.cxviij.& in l.aliã.§.elegãter,n.11. sol.matr.& Matthesil.in sing.cix.& Pet. Duen.in d. reg.412. nu.post.alios infinitos relatos ꝑ eum,& istorũ opinionẽ rèciat esse cõem,prout cõis est Couarr.in suis resolutionibus,li. ij.c.j.n.3.tñ ibi refert aliquos scribẽtes contrariũ asserẽtes, & tandẽ ipse quoque leui quodã,&vulgari fundamẽto conatur à præmissa cõi discedere,qd̃ fundamẽtũ ante eũ adduxit Marsil.in d.§.attingã,n.64.& seq.vbi,& ipse etiã infringit dictam cõem,cæterũ fatuũ esset in actu practico ob opinionẽ istorũ à dicta cõi sententia tot illustriũ Doct.recedere quæ est in iure verissima, & per curiosos, & veritatis defensores optimis. & facillimꝰ rationibꝰ tueri posset, & eã sequitur quoque tanquã sanctã,& cõem Ang.& Plat.in l.nemo carcerem.C.de extract.lib.lib.x.Ias.in l.pen.n.4.ff.si cer.pet.&Caccialupus,ĩ tra

cta.de debitore suspecto & fugiti.q.vj. F.Viuius.

Carceratus si infirmatur, debet custos certiorem, reddere iudicem, & si moriatur, debet per notatiuum rogari de eius morte.Clar.d.q.46.ver.sed in hoc.& not. ꝙ semel excarceratus,non debet amplius excarcerari. Et sic bis ex statuto priuilegium excarcerationis consequi non debet.Bart. in l.2.C.de episcopis audi.Et possunt carcerati contrahere absque egressu.Ang.in l.qui à latronibus.ff.de testam.vbi dicit,ꝙ sunt deridendi, qui dicunt carceratos non posse contrahere, sed semper debere extrahi de carceribus. Bonacoss.

carceratus,vt è carcerib.fideiussoribus relaxetur,intercessor debet hanc petitionem & instantiam in scriptis redigi facere,Aliàs.iudex eum relaxari facere non tenetur. Et fideiussionem in actis similiter apponi facere,vt est communis opinio & practica.Clar.d.q.46.ver.plerunque,carceratus tamen ob crimen falsi fideiussoribus non est relaxandus,stante statuto de carceratis relexandis. vt dicit Bart.in l.Lucius.n.2.ff.ad sena.consul.turpilia. Bonacoss.

carceratus de consuetudine potest procuratorem constituere,satisdare & alios contractus facere.Et ita quotidie practicatur.Clar.q.46.ver.plerunque. Bonacoss.

carceratus,vbicunque pro crimine est pœna corporalis infligenda,nõ est fideiussoribus relaxandus.communis est opi. Clar.q.46.ver.in hac autẽ.Secus si non venit imponenda pœna corporalis,quia fideiussoribus est relaxandus.vt est cõmunis opin. Et relaxatur fideiussoribus carceratus ante sententiam absolutoriam, si constat de eius innocentia in processu, nec amplius,& sæpius de eodem delicto quæri,vt est communis opi.Cla.ibi.ver.pariter etiam. Si tamen iudex sperat noua indicia superuenire,potest iterum in carceres intrudere, vt ibi. Potest tamen quandoque inspecta qualitate personarum & delicti iudex,vel fideiussorib.reum relaxari facere, vel tradere custodi custodiendũ in loco tuto extra carceres, vel statuere palatium,domum,vel ciuitatem pro carcere sub pœna, quando iudex credit illum non esse culpabilem.Clar.d.q.46. ver.in dubio. vbi dicit hanc esse æquam & communem practicam. Et debent præstari idonei fideiussores, qui si non sunt idonei notoriè, & plus quàm soluendo, iudex faciat sibi dari approbatores & collaudatores, qui illũ collaudent & approbent pro idoneo,& sufficienti.Clar.ver.cæterum.Sed vt plurimum consueuit practicari,ꝙ notarius recipiat fideiussores, quia officiales sunt forenses, & non habent notos homines, & eorũ facultates.Fideiussor itaque ille dicitur idoneus,non tantum,qui possidet bona immobilia,sed qui tot bona mobilia possidet,quæ de facili asportari nequeunt, vt si quis habet magnam apothecam, vel multa nomina debitorũ. Et ita seruatur inquit Clar.d.q.46.ver.cæterum. Et debet semper dari fideiussor in loco iudicij,vbi reus degit,non in loco originis ipsius.vt est communis opi.Clar.d.q.46.ver.pone.Pauper autem non relaxatur præstita iuratoria cautione,vt est communis cõsuetudo.& maximè si est mulier. Si autẽ non esset reus pauper multum grauatus in processu,posset sub pœna relaxari.Reus autem suo iuramento probare potest,se non esse idoneum facultatibus,& ideo non posse reperire fideiussores,licèt melius faceret iudex,si summatim se informaret de facultatibus ipsius,& postea eum relaxari facere.Clar.d.q.46.vers. sed quomodo. Bonacoss.

carcerantur etiam viri illustres,nec fideiussoribus relaxantur,& ita consuetudo exigit.Clar.d.q.46.ver.scias autem. Debet autem fideiussor pro carcerato promittere de eum consignando sub certa pœna,& ita communiter obseruatur.Ex quibus verò locis quis extrahi non possit,vt incarceretur,plenissimè tradit Soc.in l.plerique.ff.de in ius vocand.& ex quibus possit.ibi. Bonacoss.

carceratus,Processus contra carceratum agitatus quod valeat, & non sit nullus, communior opinio est, vt dicit Maria. Socin.in tract.de cita.in v.prin.ar.q.28. quia iniquissimum esset propter impedimentum vnius,perire ius alterius.Vide tamen eum ibidem pulchrè distinguentem. I.Fich.

carceratum dominum propter debita vasallus non tenetur liberare, nisi facto, vel culpa vasalli dominus debita illa contraxisset.Communè ait Clar.Sent.§.feudum q.23.P.Fich.

carceratus citari quando possit?vide quæ not.Bart. in l.2. in fi.vbi doct.ff. de in ius voc. qui tamen cum limitatione ibi reprehenditur per Cast.& Ias.Quid de bannito, & an in loco banni citari possit.Alber.in l.iuris ordinem.C.de iurisd.omn. iudi. Et quid quãdo citatur aliquis qui tenebatur comparere. Bart.in l.2.§.1.ff.de custod.reor.Afflict.decis.182.Ang.cons. 68.Bart.in l.si qs reus.col.fi.ff.de publ.iud.& in l.2.de custod. reor. Et an accusato possit dari fidãtia vt tutè veniat,habeatque meatum& remeatũ,ita ꝙ talis fidantia seruari debeat:vide Salic.in l.cum indulgentia.C.de sent.pass.Quid de citatione facta per principem,seu eius nomine?dic ꝙ illa non requirit causam.Ang.in l.1.§.inuitum.ff.de postul.Calcar.consi.2. col.vlt.Et ꝙ in citatione in causa criminali non debeat inseri causa,not. Bald.in l.2.C.de exhib.reis.& hoc sequitur Sali.numer.7. Pur.

carceratus cognoscens carnaliter carceratam quæ sit meretrix, non propterea puniendus est. Communem dicit Boeri. decis.317.nu.10.& 14.Clar.lib.5.sent.§.Fornicatio.vers.cum carcerata. P.Fichard.

carceratus,vbi imponitur pro delicto pecuniaria pœna,debet relaxari cum fideiussione de iudicato soluendo,& sequuta sententia cõdemnatoria,fit executio contra ipsum fideiussorem,& absque nouo processu.Clar.d.q.46.ver.vbi verò,& q.95.circa prin.vbi communem dicit.Fideiussoris autem cautio pro reo talis esse debet ꝙ promittit stare & soluere quam cuique condemnationem fiendam contra principalẽ,etiam in causa appellationis, quia fideiussio data in prima instantia expirat lata sententia,& ideo in causa appellationis non tenetur vt est communis opinio.de qua Boerius decis.315. sed in criminalibus non datur appellatio.Et hodie fideiussores percipiuntur pro certa summa,non pro incerta.Clar.d.q.46.ver. sed quæro,communem dicẽs.Et fideiussor liberatur,lata sententia criminali,nec amplius tenetur, etiam ꝙ superueniret aliud delictũ,pro quo reus fugeret, quia iudex debebat prius monere ipsum fideiussorem,vt præsentaret reum.Clar.ibi fusius versiculo,quæro pone.& fideiussores omnes expresè tenentur (& ita debent recipi) de consignando ad omnem requisitionem.Et toties quoties,in forma ꝓsueta & debita,&c. Qui si non faciunt, pœna applicatur fisco ex obseruata consuetudine. Clar.q.46.ver.successiuè. vide Soarez ver.carceri. num.21. Bonacoss.

carceratus detinetur in carcere iudicis primi à quo si fuerit appellatũ ab interlocutoria in criminalibus,donec fuerit cognitum de grauamine per iudicem ad quem, quia adhuc durat sua iurisdictio in carceratum, vel saltem pendet. Et ab hac sententia nullus discrepat.vt dicit Natta in cons.553.n.12.Si autem à diffinitiua, Dic vt ibi per eum pulcherrimè distinguentem. Bonacoss.

cardinalis potest à Papa impetrare licentiam testandi de bonis quæsitis ex fructibus suorum beneficiorum.idẽ §.testium q.27.ver.Sed ante poterit. P.Fich.

cardinales percutiendo, capiendo, vel hostiliter inuadendo & in sequendo sunt excommunicati,& diffidati apud omnes,ita quod possunt ab omnibus offendi.communis est opi. Clar.q.77.ver. offendentes. Bonacoss.

cardinalem offendens incidit in crimen læsæ maiestatis,& puniri potest quemadmodum si percussisset propriam summi Pontificis personam,ac maiestatem,secund.Io.And.in ca. ad apostolicæ.§.perpetrauit,de sent.& re iud.in 6.in versi.Cardinales,Præpos.in c.in primis.§.de persona,num.11.quæst.1. Anch.in c.felicis, de pœ.per illum tex.And.de Isern.in const. Regni Neap.exordiente,vt participatio,& Afflict.in c.1.in ti. quæ sint reg.in vsib.feud.quorum opinionem latè probat.sequitur,& dicit communem Hieron.Gigas,in trac.de crimine læsæ maiestatis,in lib.1.q.5.n.1.cum aliis seq.sed hoc fallit nõ procedere vbicunque quis offenderet Cardinalem ad sui necessariam defensionẽ, tunç enim hoc impune permissum est, secundum gl.in c.fi.in ver.percusserit de pœ.in 6.quem sequitur ibi Io.And.Ang.Ias.n.1.& Dec.n.7.in l.vt vim.ff.de iust.& Iure,& Curt.Sen.consi.20.n.29. F.Viuius.

Carnifex si publicus non suppetat quiuis liber humilis ad sententiam exequendam inuitus creabitur vt cõmune aiunt Gaspar.valasc.in l.imperiũ n.18.ff.de iurisd.om.iud.Iul. Clar. in pract.§.vlt.q.99.vers.sed pone. intellige personarum rationem esse habendam,vt alibi vberius. E.Suarez.

castratus se ipsum, punitur pœna mortis, vt est communis opi.Clar.q.68.ver.castrans.licet alias Ciculæ castrarẽt semetipsos propter regnum Dei. Bonacoss.

PR.castitas sola est quæ potest cum fiducia animas hominum Deo præsentare.in §.sancimus.in auth.de leno.

P.A.castitatis atque pudicitiæ obseruatio,præcipuum debitũ est ingenuis atque illustrib.mulierib.l.si qua illustris. C.ad Officia. Bellon.

castro concesso, cui nulla adhæret iurisd. nec mixtum nec merum imperium à Principe translatum, censebitur, sed remanebit sub iurisdictione illius loci seu ciuitatis cui antea adhærebat.Aliud erit,si Princeps expresse iurisdic.quoque contulisset.Curt.iun.in l.1.ff.de iur.om.iud.communem dicit,sequitur

quitur Didacus Pract.quæst.cap.1.ver.10.n.6.Adde 1.in ver. iurisdictio. I.Fich.

Castro concesso in feudum,iurisdictio & pertinentiæ cum eodem concessa creditur,per l.fi.ff.de constitut.prin.l.si quoniam.C.de bonis vacantib.lib.x.& ibidem Barth.l.1.§. initio. ff.de offi.præfect.vrbis.cap.cùm dilecti. de donatio.& ibid.gl. fi.& gl.in c.olim.de verb.sign.& ita communiter teneri refert Bened.Capra.regul.102.nu.3.

castro legato vel concesso cedunt omnia castra adiacentia etiam sola destinatione testatoris,secũdum communem per Bursat.cons.2.n.49.lib.1.post doct.in l.1.ff.de acq.possess.ex l. quod in rerum.§.si quis post testamentum.& l.plane.§.1.ff.de leg.1.l.prædiis.§.Titio.de leg.2.Quinimo agri,molendina,& cetera immobilia quæ tempore concessionis sunt castro distinatione adiecta,secundum Bald.in c.1.de cap.qui cur. vendid.Burs.d.cons.2.nu.49.

castro cum omnib.pertinentiis quæ sunt in territorio,concesso in feudum, bona non præsumuntur in dicto territorio feudalia, sed allodialia, nisi contrarium probetur, secundum communem per Bursat.cons.46.n.26.lib.1.præsumuntur tamen esse sub iurisdictione.

casus fortuitus est solum,quando à persona domestica fit, vt est communis opin.Cheria. communi opin. versicul. furtum. Bonacoss.

Casus fortuitus appellatur quandoq; iniuria iudicis.Bald. in l.pignus.C.de pigno.act.p quo vide quæ not.doct.in apostil.ad Bart.in l.exceptione.post nu.4.ff.de fideiuss.& dic ꝙ allegans casum fortuitum,illum probare debet.l.2. C. de naufrag.lib.11.Alex.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis caut.Specu. in tit.de pignorib.in princ.Alex.consi.54.libr.2.de eo autem qui renuntiat, & suscipit in se omnem casum fortuitum, vide Ias.cons.107.lib.j.Grat.cons.94.lib.2.&practicã probandi casum,vide per Bart.d.l.2.C.de naufrag.lib.11. Masuer.

casus belli valde insolitus, & non cogitatus verisimiliter à concedẽti immunitatem : non comprehenditur etiam in concessione immunitatis iuratæ per viam contractus,secundum communem per Bursat.cons.16.num.71.lib.1.pro quo vide Osasc.decis.39.nu.21.Mandel.Alb.cons.1.n.7.doct.in l. si ex toto.de leg.1.

casus fortuiti non sunt considerandi inconducẽti Rem aquis,vel aliis casibus fortuitis suppositam, secundum communem per Bursat.cons.11.nu.27.30.31.lib.1.

PR. casus omissus dispositioni iuris communis relinquitur.l.commodissimè.ff.de lib.& posthum.

PR.casus superueniens non tollit legitimè factum,in l.2.ff. de itin.actuq̃ priua.in l.is cui.ff.de testa.in l.1.§.si quis autẽ. ff.de bono.posses.contra tab.in l.qui furere.ff. de statu homi. l.patre furioso.ff.de iis,qui sunt sui vel alieni iur.in l.in ambiguis.§.non est nouum.ff.de reg.iu.& c.factum legitimè.de reg.iur.in 6.

OBIEC.cõtrà de l.si quis filio exhæredato.in §. irritum.ff. de iniust.rupt.irrit.facto testam. & l.qui ex lib.in §.testamento.ff.de bonor.posses.secundum tab.vbi testamentum ritè factum à principio rumpitur per amissionem libertatis vel ciuitatis,vel propter condemnationem ad bestias,vel alios casus superuenientes.

SOL.vbi aliquis incidit in crimen punibile,tunc ritè prius factum tollitur,vt ibi,Vbi autem incidit in crimen non punibile,secus est,vt in furore:ob furorem enim nemo punitur.in l.diuus.ff.de offic.præsid.

Vel dic,ꝙ ibi loquitur in institutione hæredis,quæ non tenet irreuocabiliter: ambulatoria est enim voluntas defuncti vsque ad vltimum vitæ spiritum, hic verò in actu irreuocabili. Bellon.

PR.casus dementis correctio fit sapientis,gl.in §.titulos.in auth.de manda.princip. Idem.

PR.casus fortuiti nõ præstantur in bonæ fidei iudiciis,nec stricti iuris.l.quæ fortuitis.C.de pign.act.l.2.§. si eo tempore. ff.de administrat.rerum ad ciuit.pertinen.in l. contractus. de reg.iur.ff.

OB.contrà,de l.subtracto.C.de fur.vbi casus fortuitus præstatur.

SO.ibi in odiũ furis vel raptoris,quos nullus casus fortuitus excusare debet.l.1.C.quod met.cau.in l.1.§.rectissimè.ff. de vi & vi arma. cum semper sint in mora alienas res contrectantes inuitis dominis.l.in re.& l.fi.ff.de condictio.fur.

OB.secundò,contrà de l.fin.C.de cond.infer.vbi feruus tenetur,de casu fortuito.

SO.Ibi ratione libertatis, quæ est inæstimabilis. l. libertas. ff.de regulis iuris. Bellon.

Casus vnius fortuiti expressio vel specificatio,facit extendi verba generabilia ad alios fortuitos, non specificatos. Est communis opi.secundum Alex.consi.3.viso instrumẽto,ver. fortificantur prædicta vol.1.

Suscipiens in se periculum,etiam omnium casuum fortuitorum,licet casus omnino extraneus,& insolitus occurrat,tamen obligatur.Est communis opi.Doc.in l.sed &si quis.in §. quæsitum.ff.si quis cautio contra Bart. ibi secundum Dec. in consil.7.vol.1. M.Chærian.

casus non expressus habendus est regulariter pro omisso.l. commodissimè.ff.de lib.& posth.& ibi Doctor.& in l.Gallus, §.& quid si tantũ.eod.ti.cum traditis per Dec.consi.394.verba testamenti,& Soc.cons.5.in primo.n.4.vol.3.Hoc verò nõ procedit,vbicunque ex coniecturis appareret testatorem voluisse ad casum omissum extendi dispositionem suam. l. Lucius.ff.de lib.& posth. ideoque substitutus post mortem vxoris cui prædium relictum erat, donec vidua permanere, prædium habebit statim muliere ad secũdas nuptias transeunte, secundum Ioan.And.in addi.Specul.in rub.de secun.nupt.& Baldum in auth.quod locum.C. de secundis nuptiis. Paul. de Cast.in l.si mater.C.de instit.& substit.sub condit. fact. Alex. in d.§.& quid si tantùm,& in l.mulier.C.ad Treb.& cons.100. visa parte testamenti.vol.4.Ex hoc etiam deciditur,ꝙ si testator filium nasciturũ instituerit,eique si in pupillari ætate, vel postea quandocunque decederet,aliquem substituerit,substitutus,etiam non nato filio,admitteretur.l.fin.C.de posth.hæred.insti.secundum Gul. de Cun.quem post Bart.refert & sequitur Soc.in l.1.ff.de vulg.& pup. & faciunt notata per eundem cons.5.in prin.vol.3.& per Dec.cons.227. in casu, est & communis opi.ꝙ substitutio extendatur de casu ad casum,vt per Doct.in d.§.& quid si tãtùm.cùm iis,quæ scribit Ias.cons. 203.Vannoctus vol.1.nisi ex verisimili testatoris mente aliud dicendum esset.vt per Anch.cons.357. ex serie testamenti & Fulg.cons.49.ex facto proponitur,de quo latè disputat Barb. in c.Raynutius.de testamen.Interpretatur quoque ista communis opi.si substitutio esset facta in pœnam instituti, secundum Bartol.in l.pater Seuerinam.ff.de condit.& demonstratio.& Dec.cõs.273.in casu in cons.ccxc.domina.&cons.298. vel tractaretur de extẽsione facienda de persona ad personã, quæ nũquam sit etiam de verisimili mẽte testatoris.l.Titius. in princ.ff.de liber.& posthum.cum aliis relatis per Dec.consil.394.pro vera resolutione.& Iasonem consil.220.testator. volum.2. F.Viuius.

PR. casum aduersamque fortunam expectare non debemus.in l.inter stipulantem.in §.ff.sacram.de verb.oblig.

OB.contrà,de l.diuortio.ver.sed etsi facere. ff.de neg.gest. vbi habetur ratio casus fortuiti.aduersæque fortunæ.

SO.ibi spectatur,quod in futurum contingere potest,propter delictum gestoris,qui à se non exegit.vt ibi not.

casuum fortuitorum obligationes de solitis,non autem in solitis,inconsuetis.vel non verisimilib.euenire intelliguntur. l.fistulas §.frumenta.ff.de contrah.emp.Bar.in l.sed & si quis. §.quæsitũ.n.3.cir.fi.ff.si quis cautio.Pulchrè consulendo scribit Bal.in cons.119.ver.in contrarium videtur.in 1.vol.cons. Quia de talibus non est verisimile fuisse cogitatum,quamuis dictum sit,ꝙ traheretur obligatio ad incogitata.Ale.de Imo. in cons.28.n.10.vers.sed his non obstantibus.in lib.j.& idem Alex.in cons.107.in 3.lib.cons.& in d.cons.28.tradit Alex.n. 12.id etiam procedere,etiamsi iuramẽtũ interuenisset. Quia iuramentum non trahitur nisi ad illos,ad quos traheretur renunciatio non iurata.Et iuramentum non ampliat,sed confirmat l.fin. C.de non num.pecu. Et hanc sententiam approbat Philipp.Cornæ.in consil.23.incip.videtur in hac consultatione.in 2.vol.cons.& in cons.12.inci.licet diffusè & egregiè discutiat.in 4.vol.cons.vbi ait,ꝙ omnes casus fortuiti,dici possint insoliti & inopinati,sed secundùm magis & minus. Nam quidam sunt qui facilè à quocunque possunt præuideri, quidam qui non,nisi à prudentibus viris,qui solum à prudentissimis,quidam verò,quos nullus etiam prudentissimus vir facilè cogitaret, & inter istos ponit casum belli. Et prædictam sententiam Bart.communem esse,scribit Io.Fran.de Ripa.in tract.de peste.§.de priuileg.contract.causã pest.n.83.circa fin. & nu.99.& Iac.Mandellus,in consi.1.n.7.in fi.in suis cons.Licet multi Doct. contrariam sententiam secuti fuerint, quorũ veriorem opinionem esse arbitratur Alex.de Imol.in d.§.quæsitum.num.15. Et Iason appellat hanc sententiam magis cõmunem,in cons.107.versi.nec huic fundamento obstat.in 1. vol.cons.sed priorem tanquam communi voto approbatam sequor,quam multos Doc.approbare certum est.And.Barb. in cons.21.nu.11.cum seq.in 2.vol.cons.Fran.Curt.in addit.

ad Alex.in d.§.quæsitum.verb.tu veriorē.Carol.Mol. in add. Alex.in d.cons.28.in ver.insolitus.vbi ab ipsis plures authoritates Doct.adducuntur. kirchouius.

Casuum fortuitorum generalis renuntiatio, nullo eorum speciatim expresso,eiusdem momenti,ponderisque est,cuius specialis casuum sigillatim expressorum renuntiatio, vt commune aio ex Alexandr.nu.10.Ias.n.14.in lege.sed & si quis.§. quæsitam.ff.si quis caut.Imo.in c.1.n.43.de commod.Cornę cons.128.n.13.lib.2.Ias.consi.107.lib.1. E.Suarez.

casuum fortuitorum renunciatio casus insolitos non complectitur commune asseuero ex Ale.cons.28.n.10.lib.1.Soc. cons.123.n.11.lib.4.Corn.cons.23.lib.2.Ias.in l.sed si quis.§. quęsitum.n.33.ff.si quis caut.eodem as.ad Porc.in §.item is. nu.4.litera S.Insti.quib.mod.re contrah.Ripa de peste.2.par. n.75.Fel.in c.sedes.n.3.de reseri.Turz.opinione 143.vers.aduertendum.& si contrarium cōmune dicant Dec.cons.7.Ias. cons.107.lib.1.& defendat ab aduersantium. argumentis Arius Pinel.in l.2.par.1.c.3.n.29.ver.sed in eo.& nu.3.C.de rescind.vendit. E.Suarez.

casum alleganti,vel rem sibi restitui petenti,tenetur probare dolum interuenisse,vel latiorem culpam,siue latam culpā, vt est communis opi.Cur.iun.in cons.270.n.19.in 3.vol. vbi & alia ad rem.Et qui dicit casum, vel culpam, debet probare, vt est communis opi.ibi n.20.& quidem perspicuis argumētis probare debet dolum,vel culpam, vt est communis opin. Curt.ibi.nu.23. Bonacoss.

catastrum seu æstimum, vel registrum, facit, vt forensibus possideñ bona in loco possit collecta imponi, licet aliàs imponi non posset,Bal.cons.434.licet iudex.lib.3.Aym. consil. 111.nu.14.& ita etiam de ecclesia loquitur Bal.in auth.sed & periculum C.sine cens.vel reliq.Quod quidem catastrum seu estimum augeri debet per cēsitores,quando predia catastrantis seu registrantis bonificantur, & augentur in bonitate, vt puta,quia de campo fit altenum,l.forma.ff.de censi.& ita consuluit quidam doct.in cons.posito post trac.petri vbal.de collec.vol.6.pag.94.col.2.vbi respōdet ad l.fi. C.de alluuio.quæ videtur facere contra dum dicit,ne doleant diligenter ac diligentiam suam sibi damnosam intelligant, Quibus Adde ꝓ quando fit estimum vniuersale alicuius territorij:debet vocari syndicus villæ,& sufficit, absq; eo ꝓ singuli de oppido requirantur, quando verò æstimatur predium vnius particularis, vel mensuratur,ille requiri debet,l.susceptores vbi Bar. C. de suscep.& arch.lib.11.Io.de plat.in l.2.in fi.C.de Anno.& trib. libr.10. quòd autem possit registrum ex causa renouari, not. Aym.cons.195. Put.

catastri emendationem intra annum quis petere potest, illudque pro rebus à flumine exportatis, vel aliter deteriorātis,minui debet,vt scribit Bart. in l.forma. §. illam.& §.si quis veniam.ff.de cēsib.vbi doct.in apostil.plura notāt.Et quando à catastratio alicui præiudicet,vel non, facta de bonis suis.vide Bursat.cons.16.nu.82.lib.1. Put.

PR.causa intelligitur de proxima &immediata & etiam de remota &immediata.l.vxori.ff.de auro& argen.leg.vbi Bart.

PR.causa debet præcedere ipsum effectum.l.quod dictum. ff.de pactis. Bellon.

PR.causa, vel lis semel finita, retractari non debet.l.causas vel lites.C.de transact.& l.postquam liti.C.de pact.

Ob.contrà,de l.admonendi.ff.de iureiu.vbi causa de nouo retractatur.

SOL. Illud fit propter instrumenta de nouo reperta, quib. quis vsurus est. Bellonus.

causa iusta præsumitur in Principe, nec admittit̄ probatio in contrarium,vt est communis opi.de qua Rui.in cons.46.n. 1.in 1.volu. Bonacoss.

causa iusta litigandi excusat à pœna,est cōmunis opi.Curt. iun.in cons.192.nu.56.in 3.vol. Bonacoss.

causa quælibet,seu credulitas iniusta,fatua& bestialis excusat à dolo & delicto.Ant.Gabriellius lib.7.conclu.8.Amplia, & limita vt ibi fusius per eum.Et à pœna ordinaria eximit delinquentem,vt est communis opi.Clar.q.60.ver. & generaliter.Nouellus regula 168.vbi & ipse tradit fallētias.vide Arete.cons.80.nu.2.vbi limitat.Bart.consi.91.nu.6.in 1.Zasi.consi.12.in 1.vol.Ang.in l.prætor.§.hæc autem actio.ff.de vi bonorum raptorum.Zasi.cons.vlt.n.9.in 1.vol.Cagnol.in l.1.§. fi.nu.20.& seq.ff.si quis ius dicenti non ob.Soc. in cons. 118. nu.7.in 1.vol.& in cons.131.col.4.cir.fi.ver.amplius.Dec.cōsi.565.in fi.Cæpol cons.4.Bald.cons.319.li.1.Cast.consi.205. col.fi.in 2.Bald.cons.414.in 1.vol.Personalem,in suo de Adipiscen.nu.227.vide etiam D.Brunorum à Sole in eius vnico consil.num.73.Et hæc sufficiant,quia non est honor multa alegare,ne quis parum multa scire videatur.vt inquit Areti.in cons.6.columna 1.Neuiza.consilio 67.in prin. vbi dicit, ꝓ licèt aliàs laboriosum esset dicta maiorum variis in locis tradita in vnum colligere, in præsentiarum tamen admodum facile est,vt inquit Dec. in procemio tituli extra de appella. vide Petrum Rauen.in suo aureo Alphabeto.in ver.fama.Nam & de pluribus legibus sufficit vnam bonam legem allegare. vt dicit Bar.in l.scire.§.quod non sufficit.ff.de excusa.tuto. Aliàs esset,vt dicit Neuiza.in Sylua nuptiali.lauare synapum.cōtra illud Plinij iunioris. libro 5.Epistola 5. quem ad hoc refert Soarez in eius Thesauro, litera A, Abortui. numero 1.in fin. Bonacoss.

causa meri & mixti imperij & fori, potest delegari propter infirmitatem.Ant.de Tremol.ad Pract.Bonacur.tit.de excep. nu.7.rub.de impetra.excep.qui contra rescrip.in ver.proficisci,communem dicit. Bonacoss.

causa,vel credulitas iusta excusat à pœna.Curt.iun.consil. 132.nu.11.communem dicit. Bonacoss.

causa delegata. Si princeps in suo rescripto dicat simpliciter,Delegamus tibi talem causam,intelligitur mandasse cognitionem& decisionem.Secus si dicat delegamus tibi talem causam cognoscendam,quia tunc tantùm cognitionem mādasse videtur,secundum Bart.& communiter doct.in l.1.C.si contra ius vel vtili.public. vel per mendacium fue.ali. post. vel impe. Balb.decis.322.

causa iusta & publica vtilitas in re dubia nō præsumitur in principium ac legum definitionibus contra non subditum,secùs verò contra subditum.Ita pulchrè Panor.in c.quæ in ecclesiarum.n.15.ver. Item limito vt præsumatur pro principe respectu subditorum tantùm, non autem respectu aliorum. Et Fel.n.60.61.& 62. ver.limita tertiò. vbi plures authoritates Doc.ab ipsis,& ab Apostilla:ad Commentaria Pan.in ver. respectu subditorum allegantur.ext.de const. Et hanc cōmunem opinionem esse,cum adiecta egregia declaratione illius materiæ,dicit Vasquius Menchacensis,in lib.1.controuers.illust.c.2.nu.2. kirchouius.

causa criminalis dicitur,quando pœna applicatur fisco:ciuilis,quando parti.communis est.opi.Clar.in q.1.ver. quarta igitur.& ver.secundus autem casus.Et ibi,quando dicatur iudicium merè ciuile,quando criminale, & quando mixtū. Vide Maran.in pract.in 4.parte.in prin.num.2.fol. 37. vbi nu.5. dicit, ꝓ quando quis egit ciuiliter, potest agere criminaliter ex eodem facto,& econtra,vt est communis opi. cum distinctione tamen,vt per eum.vide Corneum consil.119.in 2. vbi ponit,quando iudicium dicatur criminale,& quādo ciuile,& quot modis dicatur crimen leue & graue,ponit Bal.in consi. 388.& 402. in 4. vol. & à causa criminali ad ciuilem arguere non licet,cum diuersi sint ordinis.l.properandum.C. de iudi. iuncto tex.C. vt intra certum tempus causæ criminales terminentur.Menochius de arbitrio iudicis.casu 246.versi.4.fallit, vbi eadem subest ratio.Alberi.in quæstio. ad Statuta.lib.3.q. 1.Corne.cons.134.lib.3.& q.63.n.4.eo.lib.& quidem sumendo similitudinem à genere,videlicet,ꝓ ambæ causæ sint graues.vt per Boeri.cons.40.Neuiza.consi.61.nu.34.Soc.consi. 45.sub n.4.ver.tamen validum est arg.in 1.vol.Et è conuerso procedit argumentum de criminalibus ad ciuilia,hoc modo, Quia si licitum est in criminalibus,ergo & in ciuilibus.Alberic.in l.ꝓ & lex.§.hoc interdictum.ff. de libero homine exhibend.& quando dicatur causa criminalis,vel ciuilis vltra suprascripta,vide Marsil.singul.437.& Arno.comentario 107. Bonacoss.

Causa criminalis tanquàm maior facit cessare causam ciuilem,etiam ꝓ ciuilis non esset præiudicialis ad criminalem,vt est communis opi.de qua Plotus inter cons.crimi.cons.73.n. 1.tomo 2. vbi subdit communem esse opinionem, ꝓ si ego ago contra te criminaliter de quocunque crimine, ꝓ tu non potes agere contra me ciuiliter de quocunque debito,nec in petitorio,nec in possessorio, occasione aliquorū bonorum, & hoc ratione maioritatis & præeminentiæ causarum criminalium,quæ faciunt cessare,donec iudicetur in causa criminali,omnes causas ciuiles, siuè sint annexæ,seu depēdentes à criminalibus,siuè sint separatæ,& nihil penitus cōmune habentes,nec vna sit præiudicialis ad aliam,siuè principales,siuè incidentes sint,& ista est cōmunis opi.vt ibi.Parisius cons.150. num.24.in 4.vol.Corn.in cons.209.in 2.volum.& no. ꝓ per verbum,accuso, intelligitur esse intentatum iudicium criminaliter.Ang.in l.qui accusare.nu.6.C.de eden.Item no. ꝓ causæ criminales & fiscales differunt. Ias.in cons.100.in 1.vol.an autem quando actio ciuilis & criminalis competit contra aliquem, sit necesse ꝓ prius agatur criminaliter quàm ciuiliter, vide

vide per Bal.in l.2.ff.de carbo.edict.& causæ criminales &eorum instantiæ non durant nisi biennio.Paul.de Cast.in l.properandum.n.3.C.de iudi.& Saly.in l.fi.C.vt intra certum tempus crimi.quæstio termi.n.1.fallit in clerico,quia durat instātia duob. mensib.in auth.vt clerici apud proprios episcopos, in fi.& ibi Ang.col.6.pro iniuria autem illata, & ciuiliter & criminaliter agi potest,& in quolibet priuato delicto ordinario &extraordinario,ac pecuniaria.Odofredus in l.eorum patrimonia.C.de iure fisci.lib.10.Et ꝓ causa dicatur criminalis, cū fisco applicatur pœna,vltra allegata s. vide Soarez in ver. criminalis.n.331.Corse.in Addi.suis,in reperto.Abb.in vers. accusatio.n.7.& in ver.iudicium.Plotū in l.si quando.n.297. C.vnde vi.Bondenar.inter cons.crimi.cons.54.n.58.tomo 2. communem dicunt.& Cur.iun.in cons.350.nu.4.in 3.vol.vbi diffusè. Bonacoss.

Causa noua superueniens excusat à pœna conuentionali &à dolo secundum decisiones communes &vulgares,vt per Parisi.in cons.166.nu.28.in 4.vol. Bonacoss.

causa noua iniuriæ in treuga facta allegari non potest ex cōsuetudine, vt est communis opinio.D. Hierony. à Monte in suis quæstionibus.q.25.nu.3.& quæstione 27.num.3.& seq. Bonacoss.

causa,vel credulitas iusta excusat à pœna,Cur.iu.cōsi.132. nu.11.communem dicit. Bapt.Villal.

causa non præsumitur in dispensatione Principis contra ius gentium.Alc.de præsump.regu.3.præsump.8.nu.3.communem dicit.

causa in qua agitur ad pœnam applicandam parti: etsi agitur pro delicto,dicitur ciuilis: secus, si pœna applicetur fisco. Ias.in rub.de iudi.ff.nu.2.communem dicit. B.Villal.

causa meri,& misti imperij non potest delegari propter infirmitatem.Ant.de Tremo.in additio.ad Bon.in pract.excep. in rub.de impe.& excep.quæ contra resp.in verbo proficisci. nu.7.communem dicit.

De iure regio ordinarius non potest delegare causam in quam venit imponenda pœna capitis vel mutilationis membri,vel in causa status,nisi sit absens de mandato Regis,&tūc delegatus cognoscit in causa vsque ad sententiam:& superseded vsque ad aduentum ordinarij qui causam decidat lib. 18. titu.4.parte 3.& vide in verbo.delegari.n.37. B.Villal.

causæ minimæ quæ dicentur,relinquuntur arbitrio iudicis Ias.in l.imperium.num.32.ff.de iurisd.omn.iud.communem dicit. B.Villal.

causa dicitur magna,vel modica secundum qualitatem psonarum inter quas versatur, vt per Bartolum & alios communiter in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bonæ fidei. C. eo.ti.& Canonistas in c.fi.ext. de iureiur.Ratio assignatur isthæc,quia inter aliquos causa decem librarum erit magna,inter aliquos verò negocium centum florenorum esset parua, vt notat scribētes post gl.in l.sed & si susceperit,§.sed & si proponas.ff.de iudiciis, vbi gl. in verb. modica ponit exemplum in regina Mathilda dicente: Aliquantulum terræ dono illi ecclesiæ,quæ tamen in effectu donabat 30.milia iugera terræ in territorio Cremonensi, & licet contentio esset de re magna tamen si ea de possessione,non autem de proprietate contenderetur,eo casu profectò non diceretur causa magna l.vnica. C.si de momenta.poss.& l.momentaneæ,C. qui legitim. perso.non habent stan.in iudi.secundum doctrinam. Io. And. in c.ex insinuatione extr.de procurato.communiter approbatā per Doct.Bar.& alios in præcitata l.admonendi, quamuis conetur ibi Curti. per plures rationes suadere contrarium, & malè. F.Vi.

causa, propter falsitatem quæ in testibus vel instrumentis committeretur,non perditur.l.Diuus Hadrianus.ff.de re iud. l.qui agnitis.ff.de excep.secùs, si circa acta falsitas esset commissa,Bar.in l.in fraudem.§.quoties.ff.de Iure fisci.Abb.in ca. cùm venerabilis.n.30.ver.secundò principaliter noto. extrà, de excep. Et hanc sententiam communem opinionem esse, scribit Decius ibidem numer. 21. in glo. in verb. per vitium. vbi ipse post Abb. eam materiam latius & eleganter prosequitur. Kirchouius.

causa credulitatis etiam iniusta,pœnas delicto alioquin infligendas atterit:vt commune effantur Cur.iun.cons.132.numer.11.Ioan.de Amic.cons.83.nu. 5.Latè Iul.Clar.in pract.§. vlt.q.60.ver.& generaliter. E.Suarez.

causa non præsumitur in principis dispensatione,cōtra ius gentium: vt commune profert Alc.de præsumpt.reg.3.præsump.8. E.Suarez.

Causæ minimæ quæ dicantur, iudicantis arbitrio relinquitur,vt commune affirmat Ias.in l.imperium.n.32.ff.de iurisd. om.iud.& vide suprà ver.Arbitrio. E.Suarez.

Causæ instantia quo tempore euanescat,vide j.ver.instantia. E.Suarez.

causa limitata limitatum producit effectum.l.in agris.ff.de acq.rer.dom.not.Ias.in l.age.n.2.C.de transac.& vide quę scribit Ang.in l.qui sella.ff.de seruit.rusti.præd. vbi per illum tex. decidit quęstionem Gonellę qui bannitus fecit se duci super curru & terra empta. & not.Bart.in l.sub prętextu.la 1.col.fin. C. de transf. vbi ꝓ qualiter lex seu dispositio limitatur secundum casum suum.aliam decis. ponit Bald. in ca.dilectis filiis, col.5.de appel.l.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest.fallit hæc regula vt per Ias.in l.iusiurandum & ad pecunias. §.ait prætor.vlt. not.ff.de iureiur. vbi iuratur vltra formam datam. Secundò fallit quando quis verberat laicum consanguineum clericis quia est etiam excommunicatus ac si clericum percussisset.c. sciant cuncti.de elect.lib.6.c.quicunque.de sent.excom. li.6. & hoc ideo est,quia ibi percussio fit occasione & respectu clericorum. Put.

causæ à centum aureis j.dicuntur paruæ, & abinde s. teste Ias.cons.43.lib.1.& vide Bart.&doc.in apostil.in auth.nisi breuiores.C.de sent.ex breuic.recit.

PR.causarum merita partium assertione panduntur.in l.fi. C.si per vim vel alio mod.c.1.tum ex literis.extrà de in integ. restitu. Bellon.

causæ criminales,tametsi iure canonico indistinctè delegari possunt,iuxta communem:id tamē fallit,quoties electa est industria personæ, quia tunc subdelegare iure canonico non potest delegatus,etiam à principe datus,Iure autem ciuili delegatus causas criminales subdelegare non potest, nisi datus fuisset à principe,imò ordinarius inferior principe easdem delegare non posset,communem refert Bened.Cap.reg.76.n.2. 5.& 13.vide j.Crimen.

cautela. Si post conclusionē in causa altera partium malitiosè neget aliquid,quod ante pars produxit:puta instrumētum non esse publicum,vel eum qui interposuit decretū curæ aut tutelæ non esse iudicem:tunc consultè facit pars,si producat iudici in iudicio instrumentum tabellionatus eius qui recepit tale instrumentum,seu literas officij ipsius, qui negatur iudex tūc fuisse:quia tūc iudex ex suo officio poterit supplere declarando id sibi esse notorium,secundùm Bald.in l.1. C. vt quæ desunt aduo. licet contrarium videatur tenere in l. fi.col.15.ibi item consideret.&ibi sed dubitatur.C.de edic.di. Adri.tol.primum tenēt etiam do.de Rota in nouissi. decis.6. dicentes ꝓ tunc iudex poterit etiam testes recipere super tali negotio. Balb.decis.407.

cautela est, vt quando appellans nō potest habere copiam sententiæ,petat interrogari victorem, an eius fauorem sit lata sententia,qui si respondeat ꝓ sic,sufficiat appellanti:si nolit respondere,imponetur ei silentium,secundùm Innoc.in c.G. perpetuus.extrà de fide instrum. Balb.decis.446.

cautio iuratoria non admittitur, vbi alio remedio consultū esse potest vtrique parti,quam per iuratoriam cautionem.Ita vult tex.in l.si constante.§.quotiens.vbi Pau.de Ca.n.3.& Alex.de Imo.ver.sed contra istum tex.annotarunt.ff.fol.ma.Et hanc communem Theoricam esse refert adiunctis exemplis & declarationibus Roland.à Valle,in cons.43.n.49.cum seq. 2.Tom.con. Kirchouius.

cautio in vsufructu prestanda non potest à testatore indulgeri.vt commune asserunt Ias.cons.40.lib.1.& complures relati j.ver.vsufructuario. E.Suarez.

cautio de non offendendo, & regulariter omnibus dari debet,vbi causa aliqua subest & fideiussoribus muniri,& ad tantum tempus durare ducitur, quantum iudicis arbitrium fuerit.vt latissimè communia ait Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.46.per totam. E.Suarez.

cautioni de non offendendo cum pœnæ adiectione nō fit locus,cùm is ex noua causa,ac noua rixa offenditur,vt nec etiam locus erit,cùm vter prius offenderit, haud liquet. commune attestatur Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.46.ver.quero nunc, & ver.seq. E.Suarez.

cautio an intelligatur cum fideiussore gl.in l.si mandato.§. fi.ff.mand.in l.prætoriæ.in fi.ff.de prætor.stipul.Bald.in auth. cui relictum.col.3. C.de indict.viduit.tollend. Alex.in l.1.ff. qui satisd.cog.Old.cons.68.Et quando sufficiat promissio cū generali hypotheca bonorum,vide Bart.in l.quicunque.la 2. C.de fund. patrim. lib.11. Et quæ intelligatur cautio idonea, vide Bart.in d.l.si mandato.§.fi.ff.mand. Put.

cautio de iudicato soluendo præstita, fori declinatoriam non excludit,teste Afflict.decis.133.nu.4.

cautio de nō offendendo non præstatur nisi ad instantiam partis

partis.Communem dicit Parisf.consil.168.nu.10.libr.4.Clar. lib.5.sen.§.fi.q.47.ver.sed nunquid. vbi addit se plerunque vidisse contrarium seruari. P.Fich.

Cautio de non offendendo præstanda est, etiam si pars petens causam dederit inimicitiæ.Communem dicit Ripa.in rubric.de iudic.numero 14.versicul.præmissa. Anto. Gomes.c. 12.delictorum.numero 14.Clar.d.§.fi.quest.47.ver.sed pone quod. P.Fich.

cautio de non offendendo durat 30.diebus tantum,ita cõmunem dicit Alberic.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi. præsid.n. 4. Alij verò dicunt ꝙ tempus hoc relinquatur arbitrio iudicis,& hanc communem esse dicit Ripa. in rubric.de dam.infect.numer.23. quem refert Plaza. capitulo septimo. libro primo delict.numero quarto.Clar.d.quæst. 47. vbi addit ab hac posteriore opinione non esse in practica recedendum. P.Fich.

cautione de non offendendo præstita,si non seruetur,tunc pars prior læsa potest non seruantem cautionem impunè offendere.Communem dicit Alex.in l.cùm proponas.nu.6.C. de pact.& Alex.cons.115.n.7.lib.4.Dec.cons.380.n.3. Paris. cons.164.n.23.lib.4.Claud.in d.l.cùm proponas,nu.6.Cephalus cons.35.num.27.lib.1.& hoc etiam si apposita sit clausula, quod pœna toties committatur quoties cõtra factum sit, & hanc communem attest.Alex.in d.consil.115.nume.8.Petrus Bellus de re militari.nu.52.Clar.d.quest.47.ver.sed quoniam. P.Fich.

cautio seu promissio facta de non offendendo, sub aliqua pœna,si postea ex noua rixa superueniente vnus eorum alterum offendat,non dicetur pœna commissa.Communem dicit Corneus in consi.42.in litera B.Alexand.in l. qui insulam. num.4.de verborum obligationib.Parisien.consil.165.num. 26.libro 4.refert Trig.in practica crimi.cap.14.nume. 6.in fi. Soc.Iun.cons.103.numer.7.lib.3.Bald.in c.1.in prin.nu. 2.de pace tenenda.Ita quoque consuluit Roma.consil.258.Mantuan.cons.169.libr. 1. Intellige tamen quando appareret de noua causa verisimili,& quando ille qui offendit nõ dedit occasionem causæ vel rixæ nouæ.Clar.d.§.fi.q.48.versic.quæro nunc. P.Fichard.

cautio de non offendendo debet præstari à carcerato antequàm relaxetur,communis est opi.Clar. quæst.47.versi. & in primis.Nec iudex in hoc debet interponere eius officium,nisi petatur,vt est communis opi.Clar.ibi.vers.sed nunquid.Licèt contrarium seruetur,propter scandala euitanda. vt ibi. Et licèt pars petens talem cautionem sibi præstari, dederit causam inimicitiæ,tamen tenetur ille præstare sibi d.cautionem. cõmunis est opinio.vt per Clar.ibi.ver.sed pone.Et talis cautio debet præstari idoneo fideiussore dato , vt est communis opi.ibi.Clar.ver.sed quæro.Etiam,ꝙ ille esset diues.sed si esset pauper,& non haberet fideiussores,debet potius eiici de ciuitate. Et durat d. cautio vsque ad tempus arbitrio iudicis taxandum, vt est communis opinio.Clar. ibi. versic.item quæro. Bonacoss.

cautio de non offendendo non præstatur , nisi ad instantiam partis. Clar. quæstio. 47. communem dicit. versicul. sed nunquid.Contrarium tamen seruari vidisse dicit. Bonac.

cautio de non offendendo durat 30. diebus tantum, vt est communis opinio. Sed communior est , quòd arbitrio iudicis relinquatur duratura.Clarus quæstione quadragesimaseptima,vbi dicit hanc secundã in practica seruandam. Bonac.

cautione de non offendendo præstita,si nõ seruetur,prior pars læsa potest non seruare , & non seruantem impunè offendere. Etiam si apponatur clausula, Quod pœna toties, committatur,quoties contrafactum fuerit, vt est communis opi.Clar.q.47.ver.sed quoniam. Bonacoss.

cautio , seu promissio facta de non offendendo sub aliqua pœna, si postea ex noua rixa superueniente vnus eorum alterum offendat,non dicetur pœna commissa,vt est communis opinio.Clar.q.48.versi.quæro nunc.Quod intellige,quando apparet de noua causa verisimili,& quando ille, qui offendit non dedit occasionem causæ , vel rixæ nouæ , vt ibi per Clarum. Bonacoss.

cautio de nõ offendendo ex noua causa non rumpitur , vt est magis communis opinio Hercula,in tract.de cautione de non offenden.c.13.num.3,vers.Hæcque proculdubio.fol.51. Bonacossa.

cautio de non offendendo,non tollitur per bannum,secũdum magis communem opinionem.Maran.in i.is potest.nu. 124.ff.de acq.hære.Herculanus in tract. de cautione de non offend.c.23.num.3. Bonacoss.

cautio de non offendendo potest peti, licèt quis sit certus, ꝙ vsque ad 15.dies ipsum non offendet,sed ꝙ post,sic,vt s.ad ueniente die mihi cauebis.iuxta l.in omnibus.ff.de iudi.quæ lex habet locum etiam in contractibus stricti iuris,vt est communis opi.Hercula.de cautione de nõ offen.c. 50.n.45.Bon.

cautio Mutiana in contractibus locum non habet. Est cõmunis Doct.opi.in l.siue apud acta.C.de transact.& in l. fi. de cond.ob caus.per tex.sing.in §.si quis ita.Inst.de verb.obliga. M.Chæria.

cautio,verbum quando est prolatum à lege ciuili intelligitur de nuda promissione:si autem à lege prætoria,est cum pignore,aut fideiussore.Ias.in l.sancimus.nu. 1.C.de verb.signi. communem dicit. B.Villal.

cautio, cùm est præstanda de consilio sapientis:simpliciter non adiecto quod præstetur idonea,vel sufficiens,vel similis, non tenetur præstare fideiussorem , aut pignus , nec sapiens hoc potest declarare. Ias.in d.l.sancimus. nu.4.communem dicit. Idem.

cautio quæ est præstanda,per vsufructuarium nõ potest remitti à testatore.Ias.consi.40.vol. 1.communem dicit.

Nota istam communem ad intellect.l.31. & 22. titulo 31, part.3. Idem.

PR.cautionis verbo nudam promissionem significamus.l. sancimus.C.de verb.sig. Bellon.

cautionis verbum à lege ciuili elatum significat nudã promissionem , at à lege prætoria expressum promissionem vel pignore , vel fideiussore munitam præ se fert. commune ait Ias.in l.sancimus.numer. 1.C.de verb.signi. E.Suarez.

cautio de rato. Etiam vbi exigitur mandatum speciale, & de mandato dubitatur:admittitur cautio de rato.l.illud.§.qd si de speciali.ff.de minor. Quod fortè non procederet in eo, qui dicit se habere mandatum ad recipiendum vel exequendum sententiam,secundum gl.mag.circa fi.in l. Pomponius. §.rati.ff.de procu.in l.non solum.§.qui alieno.eo.tit.Cy.in l.j. C.eo.licet Bar.in l.si sine.§.cum autem.ff.rem ra.ha.teneat cõtra dictas glos.super quo vide d. Alexan.limitantem in d.l.1. Balb.decis.54.

Cautionem de præstandis legatis,vel fideicommissis testator potest remittere,l.2.C.vt in possess.quo.lega. istã conclusionem sequuntur Doct.in l.nemo potest.ff.de lega. 1. quam amplia primò vt etiam procedat si hæres esset dilapidator bonorum, adhuc testator potest ei remittere huiusmodi satisdationem,l.fi.in princ.ff.vt lega.nomine caue. Amplia,& secundo loco ꝙ similiter testator potest remittere cautionem Mutianam.l.fi.ff.de manu.testa.& ita notat Ang.in §.præfatæ autem,per illum tex.in auth.de nuptiis.hæc conclusio ita declaratur vt non procedat in cautione de vtendo , ac fruendo arbitrio boni viri,quæ quidem à testatore remitti non potest l. scire debetis.C.vt in posse.lega.&l. 1.C.de vsufructu,nam illa cautio concernit fauorem heredis , quam testator remittere non potest,secundum gl.in d.l.scire debetis.communiter approbatam à scriben. in d.l.nemo potest,& vltra Doct.inibi at testantur de communi Guid.Papæ cons.63.in secũdo dubio, & Crauetta,cons.174.n. 3.cum aliis seq.vbi ipse per complura conatur sustinere , fulcireque ꝑriam partem.Ista verò cõis vera esset,qñ vsusfructus reperiretur cõstitutus in vlt.voluntate.secus si inter viuos:quia inter viuos põt cõstituí vsusfructus.§.cõstituitur.Instit.de vsufruct. & tunc principalis cõstituens potest remittere talẽ cautionem,vt per Bart.in l.j. C.de vsufruct.& ita debet intelligi d.l.scire debetis. & eodẽ modo debet intelligi argumẽtum à ꝑrio sensu (ibi minimè in testamẽto remitti posse)ergo extra testamẽtum siue per heredẽ,siue ꝑ testatorem bene põt remitti,qa quilibet põt sibi preiudicare: hic nõ ab re inuestigãdum esse arbitror, quæ sit rõ diuersitatis,cur testator possit remittere satisdationẽ heredi de præstãdis legatis,vel fideicõmissis d.l. 2.& tñ nõ potest remittere satisdationẽ de vtẽdo fruendoque arbitrio boni viri l. 1.C.vsuf.&d.l.scire debetis,Gl.igitur ibi assignat duas rões diuersitatis.quarum primã reprehẽdit Bar.in d.l.nemo põt,& sequitur secũdam 1.quia testator inuitaret ad delinquẽdum,hanc rõem tenet idẽ Bart.in l.pactũ inter heredẽ.ff.de pact.& in d. l. 1.C.de vsufr.qñ huiusmodi remissio de vtẽdo,ac fruẽdo arbitrio boni viri sonat in turpidinẽ,qd vsufructuari possit dilapidare, & abuti:ideoq; nihil valet huiusmodi cautionis remissio,& dato exploratũ sit testatorẽ nõ posse remittere satisdationẽ de vtẽdo boni viri arbitrio , tñ eam potest remittere heres,vt probat tex.in d.l.scire debetis. in verb.testamento.à cõtrario sensu gl.Bart.in præcitata l.j.C.de vsufr.quorum opinionem audacter scribit esse cõem Alber.in l.4. C.de vsufr.& Dec.consil.418.cui aduersatur Ias.& Crotus in d.l.nemo potest. Ias.inquam in secunda lect.circa fin. F.Viuius.

PR.cautius est negotiãdũ.l.inciuilẽ.C.de furt. Bel.Tolos.

Cautum & securum si quis aliquem facere promiserit, an ad cautionẽ, vel pignora teneatur,scribit Bart.in l.j.§.iudiciales.post nu. 13.ff.de prætor.stipul.vbi doc.in apostil.videntur concludere ꝙ sic.distingue tamen vt per Castr.qui hoc declarat in l. 1.ff.qui satisd.cog.&ibi an qui tenetur satisdare,possit dare pignora & excusetur.& vide etiam quæ not.Bart. in l.si mandato.§.fi.ff.mand. Put.

PR.cedens bonis eisve cadens,neque agit,neque conuenitur.l.item si vnus.ff.de arbitr.

cedens bonis non liberatur obligatione naturali,nec ciuili,sed competit exceptio.Ant.de Tremo.in additio. ad bona. in pract.exceptio.rub.de impe.excep.quæ contra resp.nu. 10. in verfecerit.communem dicit.

Nota istam communem ad intellectum l. 1.tit. 5.part. 5.& vide in verbo Condemnatus. B.Villal.

cedens non potest esse testis pro cessionario:communem dicit Lanfranc.in repet.c.quoniam.in vers.testium depositiones.de proba. I.Fich.

cedere volens bonis condemnatus ad pecuniam soluendã ex actione iniuriarum cõtra ipsum intentatam,non debet admitti ipse reus ad dictum beneficium cessionis bonorum,sed isthæc pœna debet conuerti in corporalem,vt per Doct.in l. 1.qui bonis cedere possunt.& latissimè per Didac. Couarruuias in tractatu variarum resolutionum iuris Pontificij & Cęsarei,in 2.lib.c. 1.n.8.Ista conclusio videtur probari per textũ expressum in l.sed si vnius.§.si cùm antè.ff.de iniuriis. vbi seruus fuerat condemnatus ad certam pœnam actione iniuriarum,dominus autem poterat soluendo noxam redimere seruum ab iniuria,& nihilominùs tradidit illum seruum verberandum,& fuit liberatus : & hoc similiter procedit de plano si dictus condemnatus non posset totam summam soluere,super qua extiterat condemnatus,excepto vno denario, secundum communem opinionem omnium Doctorum,quam sequitur,commendat,& citat Gomesius in §.pœnales.num.38. Institut.de actionibus.& Boer.decisio.349.numer.8. vbi latè disputat. F.Viuius.

cedens bonis etiamsi renuntiauerit beneficio cessionis,carcerari nõ potest,l.1.C.qui bonis,ced.poss.prout voluit gl.cõmuniter approbata,in c.lator.de pignorib.quia huic beneficio secundum benigniorem,& magis communem Doctorũ sententiam renunciari nõ potest.vtcunque contraria opinio videatur de iure verior,Specul.in tit.de renunciatione & conclus.§. 1.vers.item est beneficium quare etiam secundum Floria.in d.c.lator.magis communis erit sequenda,quam tenuit Richard.Malum.vt refert &sequitur Bart.in l.alia.§.elegãter, ff.fol.matr.& Bal.d.l. 1.quod verum est,nisi cedens dissipasset omnia bona in fraudem,aut si sciens se non soluendo debitũ contraxisset,quia tunc tenet renuntiatio, vt refert ibidem ex Bartolo.Bened.Capra.reg.75.nu.26.& 29.

cedentis confessio seu liberatio facta post cessionem: non nocet cessionario,secundum veriorem sentẽtiam per Osasc. decis.45.sed distingue,vt latius per eum ibi, post num.4.ver. ego tamen.

cedenti bonis nec vestes necessariæ,nec artis instrumenta, quibus victum comparat,auferri possunt.commu.ponit Did. à Couarru.lib.2.resolut.cap. 1.n. 5.ad fi.cui adde Fab.in §. vlt. n. 10.instit.de action.quæ tamẽ ab illius hærede posteà extorqueri poterunt, vt decernit Bald.frequentius receptus in l. 1. nu.29.C.de iur.fisc.lib.10. E.Suarez.

Cessio. Ei qui habet beneficium , ne conueniatur vltrà quàm facere potest,est dimittendum tantum de suo patrimonio,quòd eius fructus illum possint sustentare,per casum singularẽ cũ Bar.in l.q bonis.ff.de cessio. bono.Balb.decis.174.

cessio alicuius debiti magni si facta sit, requiritur insinuatio,sicut in donatione simplici.communem dicit Clarus Sen. §.donet.q.16.versic.Idemque. P.Fich.

cessio ex causa donationis non insinuata,est nulla.Cur.iun. cons.126.nu.14.communem dicit. B.Villal.

cessio quãdo non est facta ex causa onerosa, exceptio quæ obstaret cedẽti,indistinctè obstat cessionario. Est communis opinio secundum Alex.in l.si cum dotem.§.si patri.ff. soluto matrimo.& Dec.in cons. 59.licet in causa. circa finem. volumine 1. Matt.Chæria.

cessionis bonorum beneficium non est concedendum illi qui anteà habuit quinquennale,quod effluxit.gl.nota.in l.cũ sol.in fine.C.qui bonis cedere possunt.Et illam in hoc cõmuniter omnes Doctor.sequi,dicit Matth.de Affli.decis.378.numer.2. I.Fich.

cessio donationis causa facta si summam quingentorum aureorum excesserit , non minus insinuatione egebit , quam quælibet donatio.cõe ait Curt.iun.cons. 126.ad fi. E.Suarez.

cessio bonorum in criminalibus fieri non potest. Sed qui non potest soluere,luat in corpus.communis est.Cępolla cõsil.crim.9.nu.3. Bonacossa.

cessio facta per laicum clerico,præsumitur in dubio esse simulata,secundùm gl.in c.2.extrà,de alie.iudi.mu.causa fac.q̃ ibi sequitur Io.And.dum in quadam apostilla super tex.se refert ad eam. Idem firmant Pe. Cy.& Bal.in l.qui stipendia. C. de procura.Licet Panor.in d.c.2.distinguat,an cessio sit ex titulo oneroso,an lucratiuo.Sed gl. prædicta loquitur indistinctè,quam sequitur Spec.in tit.de cessio.actio.§.1.versi.præsumitur.Host.in summa de alie.iudi.§.an actio.ver. item præsumitur. Vbi ex consuetudine clerici trahunt laicos in foro suo,vt est cõiter,secus si coram iudice laici. Balb.decis.87.

cessio bonorum nec naturalem , nec ciuilem obligationẽ tollit,sed tantùm exceptionem præstat.commune dicit Ant. de Tremor ad Bonacurt.in prac.exceptio.in rub.de impend. & except.quæ contra in ver.fecerit.nu. 10. E.Suarez.

cessioni bonorum nec cum iureiurando vtiliter renuntiatur, quippe quia in id frequentius itum à doctoribus author est Alciat.in cap.cum contingat.n.69.de iureiur. E.Suarez.

cessioni bonorum locus nõ est,cùm bona à debitore fraude alienata reuocari nequeunt , vt commune autumo ex Ias. in §.vlti.n.6.& 18.Insti.de actio.Fel.n.67.Dec.n. 3.inc. quæ in ecclesiarum.de consti.Segura in volu.repet.Tiraq. in l.si vnquam.ver.bona n. 40.C.de reuoca. donat. Nec cùm creditor iuri renuntiat quod habet debitores in carcerem detrudẽdi, vt commune ponit Viuius li. 1.opi.62.Nec cum debitor bonorum suorum partem detexit,partem dolo texisse,ac celasse probatur, vt asserit commune idem Viuius eod.in lib.opi. 63. Nec cum quis ob iniuriam in pecuniariam pœnam multatur,commune insit Did.à Couarru.li.2.resolu.c. 1.n.8. Nec generaliter in obligationibus ex crimine descendentibus, vt frequenter placitum affirmant Alber.in rub.n. 14.C.qui bon. ced.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.95.ver.sed pone. E.Suarez.

Cessioni bonorum renuntiari non potest.Bald.post Richardum Malumbre,in l.alia.§.eleganter.ff.solu.matri. & ibi Bart. Cy.teste Bald.in l. 1. C. qui bonis cedere poss. & ibi Salic. canon.in cap.Odoardus.ext.de solu.Iaco.de Beluiso,in auth.de fideius.§.quod autem.Licet Iaco.de Arena,&Ang.in d.§.eleganter.tenuerint contrarium.Quorum opinio secundũ Bar. vbi s.procedere posset in duobus casibus,s.quando tempore contractus debitor sciebat se non esse soluẽdo,per l.pen. vbi casus notabilis.ff.de iure dot.Et quando debitor in fraudem creditorum dissipasset bona.l.fi.in fi.ff.de his quę in fraudem credi.Et generaliter vbicunque debitũ descendit ex delicto, vel dolo,secundum canon.in cap.olim,el 2.de restitut.spolia. teste Panorm. in d.cap. Odoardus.vbi dicit hoc sentire gloss. Balb.decis.4.

cessionis instrumentum , si dicat ex causa donationis , pro bene meritis & seruitiis,an cessionarius debeat probare merita,dic,ꝙ non,quia in instrumẽto cessionis requiritur titulus, qui ibi est titulus donationis,&ideo non requiritur probatio meritorum,secundum Bal.in l.2.col.2.cir.fi. C.ne lic.pot.vbi quot modis cessio impugnari possit,sed an cedens contra debitorem cessum agere possit : & ad quem spectet cessi nominis periculum, dic, vt per Osasc.decis.62. & an cessio iurium duobus fieri possit:distingue,vt per eundem decis.63.

cessionarius agens suo nomine non tenetur à principio facere fidem de cessione. Communiter ita teneri dicit Alex. in l.Aristo.ff.de acq.hæred.refert Dec.cons.311.n.1. B.Villal.

cessionarius dicitur propriè esse creditor, secundum Iaco. Butr.in j.ff.si cert.pet.quem sequuntur communiter doc.ibi: & ita consuluit Roman.cons. 142.ꝙ cessionarius. in princ.& cons.202.non est dubium.mouentur præfati Doct.ad sic cõcludendum per l.2.C.de donatio. vbi appellatur debitor cessionarij ille,cui nomen cessum fuit,similiter facit quia priuilegia concessa principali,conceduntur etiam cessionario.l.2.in fi.C.de priuil.fisci & cessionarius ipse dicitur dominus,vt per Bald.in l.eos.§.fi.C.de appellationibus.& ad hoc etiam facit, quod scribit Bald.in l.si sic.ff.de leg. 1.vt tradit ibi Alex.Istam communem sequitur,citatque Dec.1.lect.in fi.& Niger in d.l. j.ff.si cer.pe.circa fi. quam latè ventilat Veronen.in l.creditores q.4.ff.de verb.sig.& latissimè disputabat ad vtranque partem Præceptor meus acutissimus Rainaldus Rodulphus Perusinus, dum interpretabatur.d.l. 1. vbi asserebat istam communem non carere difficultate,propter quam plurima in cõtrarium allegata per Doct.passim, quæ omnia more suo subtiliter, & doctè fœdere distinctionis concordare conabatur,

prout etiam concordat Alciat.Bolognettus,& cæteri Mod.ibi circa fi. Ista autem cōmunis interpretatur non procedere, quando principalis creditor esset excōicatus, & alij cederet suam actionem,tunc.n.exceptio excommunicationis cedēti obstat,sed nō obstat cessionario,vt pulchre deducit,& cōcludit Ant.Galesius in trac.de formulis obligationib⁹ cameralis formu,de responsa petēte executionum,n.3.& seq. F.Viuius.

Cessionarius intentans directā,debet ante lit.conte.fidē facere de cessione,quia videtur agere procuratorio nomine alterius, hoc ideo ante omnia tenēt personā suam legitimare. Secus si vtilem,quia nomine proprio agit,licet petitio originem sumat ex persona cedentis. Ideo tunc cessio respicit iustitiam causæ.non legitimationem personæ.Et sufficit fidem facere de cessione post lit.contest. & in tempore probatorio secundùm Bar.Bal.& Sali. in l.qui stipendia.C. de procu. & ipsum Bar.post Iac.But.in l. 1.C.de act.& oblig.ī q.fi. licet Bal. in d.l.qui stipendia.in fi. commenti videatur tenere esse dandam copiam cessionis cōuento ante lit.cōte. qñ in libello de ea fit mentio,nisi iuret se tunc non posse edere.Quando autē intelligatur intentasse directam & qñ vtilem. declarant Bar. Bal.& Sal,vbi sup.Et opinio Bal.nūc relata posset procedere, quando fit in libello mētio cessionis limitatiuæ,seu relatiuæ, & se ad eam referēdo:secus si simpliciter assertiue,per theoricam Bart.in l.edita.C.de edend. Balb.decis.45.

Si cessionarius non seruet cedenti conuenta & promissa, potest cedēs reuocare cessionem,& actionibus prioribus experiri & rē cessam vēdicare, etiam si intercesserit vnus de tribus casibus, de quibus in l.3. C.de noua.secundùm Bal. Sali. & do.Ambro.in l.pacto successorum.per illū text.C.de pact. Ad idem videtur casus in l. 1. C.de dona. quæ sub modo.in l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.in c.peruenit.el.2. ext.de iureiu.& est limitatio ad d.l.3. Balb.decis.176.

cessionarius intentare potest nomine cedentis etiam directas ad sui fauorem,secundum communem per Bursat.cons. 55.nu.25.lib. 1.

cessionarius(vt fantur interpretes)proprie creditor dicit, vt commune asserūt Dec.lec. 1.ī fi.Niger circa fi.Rodulphus. & Bologn.ad finem in l.j.ff.si certum petat.latè Viuius libr. 1. opin. 34. quo circa prærogatiuis, ac priuilegiis omnibus instrumenti,quod illi cessum est,fruetur.commune ait latè idē Viuius lib.2.opin.266. non tamen iis potietur prærogatiuis, quæ cedenti ipsi competunt,vt commu.assero ex Bald.l.pen. diuersas.n.21.C.mand. Alex.in l. si post diuortium.ff.soluto matri.Iac.à sanct. Geor.in l.vna, n.39. C.ne liceat poten.qui, busaddo tex.in l.ex.ex pluribus.ff.de administ. tuto. Nec itē iis quæ ipsimet cessionario aliàs competerent ratione fori,vt cōmune ponunt Guid.Pap.decis.273.Iaffred.in prin,centur. decisio.87.nisi si is qui cessit,esset parens, vt receptum innuit Rebuf.in priuil.schol.177.lib.2.tract. E.Suarez.

PR, cēsura ecclesiastica vbi exprimitur, excommunicatio intelligitur,in ca.quærenti.extrà.de verb.signific. Bellon.

censualista cautionem non soluens,non priuatur censu.De eius cons.138.n.5.communem dicit. B.Villalob.

CENSV ipso quempiam, ob ipsius non solutionem, non priuari communi opinione receptum est.ca. constitutus. 11. de religio.domibus,vbi cōiter Docto. annotarunt. Si autem in contractu censuali esset appositum iuramentū, & censuarius censum non solueret in tempore conuento, eo priuaretur. Et hanc communem sententiam esse dixit Cassiodorus, in tit.de iureiur.Decis.11.Roland,à valle,in cons.6.nu.41.in 1.vol.cons.referente. kirchouius.

census in dubio non præsumitur, sed emphyteusis, secundum communem per Bursat.cons.56.n.8.lib.1.

censualista canonem non soluendo, non priuatur cēsu. vt est communis opinio.Dec.cons.138.n.5. Bonacoss.

PR.certa est numerorū æstimatio.l.nūmis.ff.de in litē iur.

P R. certus & determinatus debet esse numerus clericorū in ecclesia.§. 1.in auth.vt determin.fit n.cler.colla.1.

OB.contrà quia numerus canonicorum determinatus augetur,in c.cùm Mat.Ferrariensis,extrà de constitut.

SO. ibi ex iusta & rationabili causa augeri potest, superex crescētibus.s. ecclesiæ fructibus ad diuini cultus augmētum.

certioratio non requiritur aliqua cùm contrahitur cū minore iuramento mediante.Io.Maur.in trac.de restit.in integ. c.114.& Ias.in auth.sacramenta.n.56. C.si aduer.vendi.communem dicit.

Nota istam communem ad intellectum l.3,ti.12.part.5.vbi dr̄ ꝙ si mulier certioretur non iuuantur Velleiano. B.Vill.

certioratio nulla requiritur ad hoc vt minor excludatur à beneficio restitutionis in integrum, sed nec specialis renunciatio,Est magis communis opinio secundum Alex. cōsi.27. viso libello.ver. & quia vbi iuramentū vol. 1. quoniam iuramentū habet vim certioratiōis secundū eundē. M. Chærian.

In muliere pro alio intercedēte, cū iuramento nō requiritur certioratio beneficij Velleiani. Est communis opinio secundum Alex.in dicto cons.20.vers.non obstat. Mat.Chærian.

PR.cessante causa cessat effectus.in l.adigera.in §.quamuis. ff.de iur.patro.& c.si Christus. extra,de iureiur.& c. cum cessante,extrà de appel.

OBIEC.contrà de l.2.§.fi.ff.de donatio.& l. 1.in fi.ff. de minor.& l. 1.§.sexum.ff de postu.vbi causa prohibitiua,ꝙ mulieres non possint postulare est propter impudicas fœminas:ergo si sint aliquæ bonæ poterunt postulare cessante causa impedimenti:prætereà causa in legato adiecta cessante quia falsa,legatum non vitiatur:toto titulo.C.de falsa causa adiect.

cessante causa finali,cessat effectus:vt hic.Secùs, si sit causa impulsiua: vt in contrariis. vt in d.§. sexum.Ratio alia finalis erat,ne virilib. officiis mulieres se immiscerent. l.2.ff. de reg. iur. Bellonus.

P R. cessante vna causa finali & altera remanente, non cessat effectus.l.liberorum.§. 1.ff.de his qui no.infam.& in §. affinitatis.Institutio.de nuptiis. Bellonus.

PR.cessante causa priuilegij, cessare debet ipsū priuilegiū. l.generaliter.2.C.de episco.& cleric. l.Titia.§.vsuras. ff.de lega.2.l.ne quidam.C.de testam. militat. vnde cessante clerico ab ecclesia debet carere præbēda gl.in verb.adiuuantur.in §. illis autem,instit.de militari testament. Bellonus.

PR.cessante ratione legis cessat & ipsa lex. in leg.quod dictum.ff.de pact. Bellonus.

P R. cessante necessitate, cessare debet pariter quod vrgebat.can.quod pro necessita.1.q.1. Bellon.

charitatiuum subsidium si petatur per Episcopum:& subditi dicunt non adesse causam rationabilem ad soluēdum sunt eligendi abitri.vt de causa cognoscant, si tamen subditi conquerant de Episcopo quòd ipsos grauat sine rationabili causa metropolitanus iudex erit. Remig.de charitate subsidi. q. 6.in fi.communem dicit.

Nota ꝙ cùm agit de charitatiuo subsidio: plenariè est cognoscendum.Remigi.ibi in q.7.communem dicit. B.Villal.

charitatiuum subsidium non potest remitti. idem qu.64. communem dicit. B.Villalob.

charitatiuum subsidium quod in totum non petatur: non præscribitur.Idem q. 50.communem dicit. B.Villalobos.

charitatiuum subsidiū debet solui per illū q fructus percipit: non aūt per nouum possessorem.idē q. 59.cōem dicit. Idem.

charitatiuum subsidium non exigitur à monasteriis, idem q.34.communem dicit. Idem.

charitatiui subsidij exactio est de iure Cæsareo:idem q.14. communem dicit. B.Villalob.

cingari,seu vulgò cingani puniūtur statuto de furtis,si furta committunt,vt est communis opinio.de qua Plotus inter cons.crimi.diuersorum.cons.132.tom.1. Bonacoss.

PR.Circuitus sunt euitādi l.singularia.ff.si cer.pet.l. dñs testamento.ff.de condictio.indebit.l.ne in arbitris.§.fi.C.de arbit.in l.fi.C.de adop.in clem.auditur.de rescriptis. Idem.

OB.cōtra de l.2.in pr.ff.ad l.Rhod.de iactu. vbi damnū passus agit cū magistro,& magister cū vectice,&sic fit circuitus.

SO.Dic quòd etiam ibi circuitus euitari potest:quia si magister agere nolit,vel retinere merces, recta via aget damnū passus,vt ibi gl.declarat.

OB. Præterea contrà de l.si vsusfructus.in prin.ff.quemadmod.vsusfruc.caueat.Vbi vsufructuarius caueat domino, & fideicommissarius fructuario:& sic cum circuitu.

SO.illud est ibi propter spem vsufructus.vt ibi nō. Bellon.

citare ad domum sufficit.Hæc fuit opi.Din.in l. 1.ff.de lib.agnosc.tex.ī l.scire oportet.ff.de excus.tuto.q alternatiuè loqtur ad faciē,vel ad domū, in qb⁹ alternatiuis sufficit alteram partē esse verā.reg.in alternatiuis.de reg.iur.in 6.Sed hæc sua opinio damnat à Doct.in c.causam,q̄ de dol. & cōtu.ratione illa quia iura cōiter volūt,vt quis primò citetur personaliter, si reperiri potest,& vbi reperiri non potest,tunc demū admittunt citationem ad domū,d.c.causam & ī d.l.j.de lib.agno.& decidit Bart.in l.4.§. ꝙ ait prætor. ff.de dam. infect. Ad l.scire. respondet, ꝙ illa est alternatiua ordinis, id est vt primò in faciem,si p̄t,aliàs ad domum citetur:simile est in c.mandato.de præb.in 6.Quādo aūt dicatur nō reperiri, variæ fuere opiniones.Prima fuit Host.in d.c.causam.ꝙ oportet,abesse citandū à prouincia ad hoc vt sufficiat citatio ad domum,innuens,ꝙ si sit in prouincia,debeat citari personaliter.Alia fuit Inno.opinio in capit.final.de eo qui mit.in poss. quòd sufficit quòd absit à

absit à ciuitate,per id quod habetur in auth.de exhib. re. §.fi. alia fuit Bart.in d.l.4.§.prætor ait,distinguentis: ꝙ aut sumus in iis quæ celeritatē requirunt, & tunc sufficit ꝙ non reperiatur in iudicio,vt citari possit ad domum d.§.prætor ait.iuncta l.j.ff.eodem.si verò causa celeritatem non exigit,sufficit citādum abesse à ciuitate, si citandus nunquam fuit citatus,vt qa sit prima citatio.l.vt perfectius.C.de anna.excep.& tenet Inn. in c.fi.de eo qui mitti in possession.est enim sibi imputandū, si non dimisit procuratorem.durum quidem esset,ꝙ per totā prouinciam perquirere tenetur. Scias tamen ꝙ vigore citationis ad domum,solùm proceditur ad ea,quæ sunt leuis pręiudicij, puta ad missionem in possessionem etiam contra absentem ex causa reipub.l.ignorare.C.de restitut.milit.Intelligē quando prima citatio fit ad domum,secus,si aliàs fuisset p sonaliter citatus,quia tunc sufficit ad quoscunque actus,etiā ad sententiam,citatio.ad domum,vt concludit Rot.decis.48. titulo de citatio in no.Et de citatione ad domum vide per Innoc.& latè per Abb.in d.ca.fi.de eo qui mitti.in possess.causa reiseruan. F.Turzan.

Citari potest reus per literas iudicis,etiam si in alio territorio sit,modo tamē sub eodem Præside prouinciæ.Com. dicit Aret.cons. 135.las.in l.fi.n.24.de iurisd.om.iud. quem refert Mars.in eadem l.fi.n.34.Marc.decis.401.Cōtrarium vero tenent communiter Canonistæ,vt attestatur Areti.in cons.prę alleg.Ang.d.l.fi.n.6.Follerius in pract.crim.n. 27. In practica tamen iudices semper citant reos in alio territorio per literas substantiales,vt attestatur Boss.in tit.de citat.n.24. à qua practica non est recedendum,vt ait Clar.in d.q.31.versic.posset fortè. P.Fich.

citandus,seu in ius voc.procurator est,non ipse litis dominus,si procurator duntaxat litem contestatus est, nec sese cōpariturum iam renuntiauerit, vt commune doctorum effatū testificantur Fel.in c.in nomine domini.nu.33.de testib.Turzan.opi.121.cum Boer.q.285. E.Suarez.

citandus est forensis reus, prout forenses citari debent, vt est communis obseruantia.communis est opi.Clar.q.31.ver. sed quid. Idem si est vagabundus, quia citatur per proclama, vel ad valuas,vel in Aede publica, vel ad valuas Ecclesiæ, vel affigere cedulas domui suæ. Bonacoss.

citatus per iudicem ecclesiasticum ad ferendum testimonium sub pœna excommunicationis,si non cōparuit,neque aliquem excusatorem misit,& ita fuit excommunicatus, postea verò comparens & legitimum impedimentum prætendens, non censetur legitimè excommunicatus, ideoque absoluendus est.modo,de legitimo cōstet impedimento.Communem dicit Fel.in c.cum super.n.7.de testib.Foller.in Pract. crim.canon.n.38.Hæc tamen conclusio. in puncto iuris non transit sine difficultate, ex quo stante iusto impedimento, quum non sit dolus, neque culpa, non deberet dici excommunicatus, vt Felin. ibidem, sed nihilominus subdit. quod non auderet contra prædictam communem consulere.Clar. d.lib. 5.§.fi.q.26.in fi. P.Fichard.

citatus præsumitur quis,quando comparet in iudicio in ea causa, licet aduersarius aliter non probet citationem, secundūm Arch.in c.proposuisti.82.dist.Panor.in c.bonæ.el 1.col. 7.ext.de elect.Do.de Rot.in nouis.decis.375. Balb.dec. 504.

citatus vt compareat pro delicto sub comminatione, ꝙ aliàs processus habebitur pro confesso,non potest ꝙ vna contumacia haberi pro confesso, nec ex eo debet perdere suam causam,secundum gl.no.in ver.intereſt.in fi.& ibi Bal.do.Caro.Sandil.& communiter Doct.in l. 1.§.fi.ff.si quis ius di.non obtemper.sicut nec in contumaciam absentis possunt haberi positiones pro confes.c.2.de confes.in 6.& hæc de iure communi,sed per statuta aliter disponitur in piuribus locis. Balb. decis.370.

citatus ad instantiam & petitionem excommunicati, non tenetur comparere,vt est communis opin.de qua Soc.senior in c.sacris.nu.29.de sent.exc. Bonacos.

citatus per iudicem ecclesiasticum ad ferendum testimonium sub pœna excommunicationis,si nō comparuit,neque excusatorem mittat,& ita fuit excommunicatus,postea verò comparet, & legitimum allegat impedimentum, non censetur legitime excommunicatus.ideoque est absoluendus,modo de legitimo constet impedimento.communis est opinio. Clar.q.26.in fi. Bonacoss.

citatus respondens se nolle comparere,non est vlterius citandus,vt est communis opi.Vantius de nullitatibus processus.fol.193.nu.98. quod intellige in absente, secus si citatus fuerit pręsens,quia debet citari etiam ad actus successiuos,vt est communis opi.ibi. nu.98. & in causa criminali, licèt reus semel comparuerit,& dederit fideiussores de se præsentando, si postea citatus non comparet,potest poni in bāno ex forma statuti,ac si nunquàm comparuisset, licèt statutum loquatur de eo,qui non comparuit,vt possit poni in banno.ita Pau. de Cast.in l.consentaneum. num.8.C. quomodo & quando iudex. Bonacoss.

citatus reus ad locum non tutum, etiam cum saluoconductu,etiam ꝙ esset Princeps,nō tenetur comparere, nec etiam mittere procuratorem. vt est communis opin. de qua Ferretus in cons.31.nu.22.quod fecit pro Duce Vrbini,qui erat citatus ad locum notoriè non tutum.& no.ꝙ nunquàm Dux ipse citatur,sed duntaxat ipsi fiscales.l. 1.in prin. ff.de offi.procura.Cesar.per Cy.& doct.in l.si procurator.C.de eden.D.m. Alcia.cons.28.n.10.in 6.lib.Natta cons.556.in 3.vol.nā Principes habent iustam causam ignorantiæ quid agant sui officiales.Alex.cons.84.in 1.vol.nu.3.Et præsumūtur semper bene tractare subditos.Parisi.cons.5.nu.182.in 4.vol. cum non ignorent Principes antecessores nouarum exactionum adinuentores in extrema necessitate deuenisse, vt per Nico. Clemen. de repara. iustitiæ.Et ꝙ Euangelicarum veritatum liber Principi quotidie exosculandus offertur. Per quod,vt inquit Pontanus, colendæ veritatis admonetur, vt nihil in vita fide &veritate ducat esse antiquius.de qua re Zasi.cons.8.n.17.ad fi.consilij.in 1.part.vbi fusius.Nam de principe ad Deum pro cedit argumentum,respectu terrenorum,vt dicit Neuiza. inter cons.feuda. Bruni cons.96.& dixi in meo tract.de argumētis.in arg.de Principe ad Deum.& in arg.de populo ad Principem,vbi plura congessi. Bonacoss.

citatio non sufficit probare impedimentum: sed quod aggressus fuit adimplere,non potuit.Boe.decis.40.num.4.& 5. communem dicit.

De iure regio tenetur excusatorem mittere l.5.ti.3.l.1.For. ll.& sic intel.l.11.tit.7.par.3.quas intellige vt in commune sequenti.

Limita,si impedimentum est notorium,Boer. d. decis.40. nu.7.communem dicit. B.Villal.

citato haud comparēti,nisi impeditus propalam est,& impedimentum,& se præsto esse conantem impedimento destitisse,opus est probare,commune dicit Boer.decis.49.n. 5.amicus nr̄ Nic.Ant.Grauat.ad Vestriū.li.6.c.vlt.n. 24. E.Suarez.

citatio etiam sola perpetuat iurisdict. Iudicis delegati, nec requiritur litis contestatio.Quòd autem hoc procedat etiam de iure Ciuili,communiter teneri,attestatur Ias.in l.&quia ff. de Iurisd.om.iud.vt eum allegat Alcia.in c.gratum.ex.de offi. deleg. Nec tamen per eam inducitur litis pendentia, nisi reus fuerit per eam instructus,de quibus rebus in iudicium traha tur.Sic decisum fuit in iudicio cameræ Imper.vt testatur Mingerus obser.26.Cent.4.vbi vide etiam quinque alia requisita. I.Fichard.

citatio prima potest incipere à procuratore.Ias.in l.eum,n. 1.C.de proc.communem dicit.

Fallit in vniuersitate,quia citatio prima debet fieri in collegio,seu vniuersitate.Balbus dec.80.communē dicit. B.Vilal.

citatio in criminalibus,debet fieri de commissione iudicis: aliàs est nulla.Mar.Ant.in tract.de ind.nu.334.cōmunē dicit.

citatio inualida,conualidatur per comparitionem subsecutam:Balbus de præscrip.in secunda specie, secunda parte sextæ partis principalis.qu. 1.communem dicit.

Amplia istam communē etiam si nulla citatio interueniat, si citandus cōparet sponte valet actus.Sebastia.Vanti.de nullitate proces.§.quibus mod.sen.nul.repa.n.116.communem dicit ex Bald.Alex.in l. 1.ff.de feri.

Citatio in criminalibus debet fieri de speciali commissione iudicis,aliàs est nulla.Communem dicit Ripa.in c. 1.n.86. de iudic.quem refert Pract.Conrad.n. 5.Blanc.de indiciis.nu. 334.& ita seruari de consuetudine,dicit Bald.in fi.n. 4. C.de exhib.reis Clar.d.§.fi.q.31.ver.vnum autem. P.Fichard.

citatio debet habere insertam causam propter quam citatur reus.Comm.dicit.Imo.in l.inter accusatorem nume.2.in fin.de publ. iud. quem refert Menchia controuersi.vsu.freq. cap.24. numer. 12. & ita etiam quotidie practicari attestatur Foll.in sua practica criminal.numer. 2.Clar.d.q.31.ver. nunc quæro. P.Fich.

citatio non debet fieri sub pœna confiscationis bonorum, in criminalibus,licet aliàs iudex tam in ciuilibus quàm in criminalib.possit reo comminari pœnam.Communem esse cōtra Bal.in cap.2.in primis verbis.de testi.cogen.dicit Cagnol. in l.vnica in princip.numer.93.ff.si quis iudi.non obtemp.Et quod talis pœna confiscationis bonorum hodie non sit in vsu attestatur And.Iser.quem refert Afflict.in c.j.in verb. con-

demnatorum.n.30.quæ sint regal.&Nata cons.240.n.2.Rol. consil.46.num.47.lib.2.Clar.d.q.31.versic.Item quæro nunquid. P.Fichard.

Citatio non de necessitate continere debet tenorem inquisitionis seu libelli,sed sufficit vt reus in ea citetur,vt cōpareat ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ,occasione talis delicti Com.dicit Marian.in repet.c.qualiter & quando.n.212.in fi.de accusa.Blanc.in pract.crim.n.22.Contrariū tamen de consuetudine communiter teneri in practica,testatur idem Marian.in d. loco. & Ang. de malef. in verb. Iudex commisit.n.3.Clar.d.q.31.ver.quæro nunquid. P.Fichard.

citatio vnica peremptoria sufficit etiam in criminalib. cōmuniter contra Cy.in l.j.ver.4.quæro.C.de requir.reis.teneri dicit Fel.in c.consuluit.nu.15.vers.quarto fallit.de off.deleg. quem refert Bost.in tit.de sent.n.4.Blanc.in pract.crim.n.19. Alex.in l.contumacia.n.34.ff.de re iud.Afflict.decis.289.n.7. Clar.d.q.31.vers.quæro modo. P.Fichard.

citatio partis. In interlocutoria,quæ continet aliquid dari,vel fieri à parte parti,est pars citanda.l.de vnoquoque.ff.de re iud.l.ad peremptorium.ff.de iudi.Si autē continet factum iudicis tantum,aut ex eo læditur pars, & debet citari.l.à procedente.C.de dila. aut non læditur, vt quia Iudex committit aliquem citari: vel prorogat terminum,& tunc non requiritur partis citatio.l.diem proferre,in principio.ff.de arbit. l.cū clericis.C.de episc.& cler.& ibi per gl.& Doct. Ita distinguunt Iaco.Butr.& Bart.in d.§.vbi decretum.Balb.decis.32.

citatio nō valet per edictum,vbi quis est mulctandus,cum quis habet domicilium alibi. Debet enim per literas subsidiales ibi citari,vt est magis communis opinio.de qua D.m.Alc. in consil.13.nu.13.lib.7. Bonacoss.

citatio est fundamentum ordinis iudiciarij & sine ea regulariter quicquàm fieri non potest,vt est communis opin.de qua Vantius de nullitatibus processus.fol.212.n.27. Bonac.

citatio generalis. Consilium est ad euitandum multitudinem citationum in singulis actibus iudiciariis,vt fiat à principio causę citatio generalis ad totam causam,ac singulis diebus & horis ad omnes & singulos actus eiusdem causæ, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè,cum comminatione quod in citatos contumacia non obstante procedetur ad cognitionem& pronunciationē.Et facta tali citatione vt §.quę valet, poterit iudex procedere in ipsa causa, & ad sentētiam absque vlteriori citatione.secundum Inn.in c.consuluit ext.de of.de leg.in gl.in verbo id,quæ incipit,nota sufficere.Bald. Ang.& Imo.in l.qui ante calendas.ff.de verb.obl.Spe.in ti.de citatione.§.viso.ver.item licet in dic.& Io.And.in d.c.cōsuluit.Bart. in tract.ad reprimendam.in verbo per edictū.& sequitur domi.Constan.in tract.suo de caute.iudi.in ti.de cita.§.9.sed Io. And.in addi.in d.ver.Itē licet.& Butri.in d.c.consuluit.ac Panor.in 3.& 4.col.in c.fi.de dila.videntur tenere contrarium,s. q̄ talis citatio generalis non sit permissa,nisi ex causa,s.quando persona citanda multum distaret & in lōginquis partibus, per c.tum ex literis.ad fi.de in inte.resti.& c.fi.de do.&contu. Et si compareat,sit citandus iteratò ad reliquos actus.Sed prima communiter tenetur,vt valeat talis citatio etiam in eo,q̄ non est in longinquis partibus:fortè qa de eius longa absentia futura dubitatur,vel ne latitet.Et pro communi sententia est tex.ad literam in l.qui crimen.ibi vt veniat ad causam peragendam.C.qui accu.non pos.& domini de Rota,decis.96.in nouis.Balb.decis.42.

citatio per edicta regulariter non est permissa,nisi in casib. specialib.à iure expressis,prout notatur in cle.de iud.Et in iis in quibus permittitur citatio per edictum,debet esse trina, sicut & illa quæ fit ad domum,iuxt.not.in gl.23.q.4.de illicita. l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex,vbicunque à iure exigitur trina denunciatio,siue citatio per edictū, non sufficiet vnica peremptoria,prout voluit d. Ant. Petr. de Perus.& d.Nicol.in c.ex tuæ, de clericis non residentibus. Io. And.in tit.de cler.non resid.in 3. q. & ita communiter teneri refert Bened.Capt.regu.91.n.33.quod secundum Imo.d.c.ex tuæ.maximè procedit quando talis citatio per edictum fieret ad finem pœnæ imponendæ,prout voluit gl.singularis in clemen. 1.in verb.tutor. de vita & honestate clericor. regul. 96. num.81.Capr.

citatio personalis non requiritur,sed ad domum rei, vt est communis opi.Clar.q.31. ver.sed nūquid.Nec requiritur persona.communis est opinio.Clar.q.31.ver.sed nunquid.Citatio tamen in criminalibus,vt reus personaliter compareat ad informandum curiam de veritate, quæ sine sui præsentia haberi non potest,permittitur ex causa iudici ordinario.Pau.de Cast.in l.seruum quoque.§.1.n.13.ff.de procurato. vbi dicit, q̄ ita seruat totus mundus. Et nisi hoc fieret, nunquam daretur aliqua sententia in criminalibus. quia semper mitterent procuratorem,qui cū suis cauillationib.obuiaret. vide Blanc.in pract.fol.11.nu.24. Bonacoss.

citationis copia reo danda est, vt possit comparere, vt est communis opi.Clar.q.31.ver.scias tamen. Bonacoss.

citatio fieri potest ad domum absque inquisitione personæ rei,vt est communis opi.Clar.q.31.ver.sed nunquid.Nec citatio personalis requiritur,quādo est certus reus,secus si incertus.ibi.vers.dictum est. Bonacoss.

citatio non est de necessitate in criminalibus peremptoria etiam q̄ reus sit in carcere,& sit condemnandus.cōmunis est opinio.Clar.q.31.vers.sed hic quæro.Sed sufficit quædā monitio,& postea publica condemnatio,quando vult iudex exequi condemnationem personaliter.vt ibi. Bonacoss.

citatio facta de reo vt compareat coram arbitrio,interrūpit præscriptionem: sicut citatio iudicialis secundum Bal. & Doct.in l.cum antea.C.de arbit.quod non procederet,si citaretur coram arbitratore.secundum Bal.vbi §.quia istud compromissum magis assimilatur contractui quàm iudicio.Balb. decis.39.

Per solam citationem desinit res esse integra, etiam de iure ciuili.ff.de iud.l.si quis postea.c.gratum,ext.de offic.deleg. & c.relatum.e.tit.quod procedere posset citra correctionem, quando fieret citatio extrà merita causæ, putà ad videndum fieri præsentationem rescripti, vel electionem scribæ,& similia. Iura autem cōtraria procedunt in citatione super meritis causæ,secundùm.d.Cato.in l.more.ff.de iurisdom. iu.ita concordantem dicta iura.Balb.decis.60.

citatio facta die feriata in honorem Dei ad diem non feriatam non valet.l.fi.C.de fer.quæ resistit nuncio,ibi sileat horrida vox præconis,& est prohibitiua,ideo qd contra fit est nullum.l.non dubium.C.de leg.hanc tenuerunt Fran.Accur.Iac. Bu.Old.Richar.de Sal.& Bar.in l. 1.in §.nunciatio.ff. de oper. no.nunc.Ang.Bal.& Sal.in d.l.fi.Io.An.Io.Cal.& Panor. in c. fi.ext.de fer.Quicquid contra senserint Cy. & Dy. ac domini de Rot.decis.370.in nouis. quorum opi. secundum præfatos Doct.posset procedere in die feriata ob necessitates hominū, vel aliter quàm in honorem Dei. Cessauit enim Deus ea die ab omni opere quod patrarat.Balb.decis.169.

citatione pendente trium dierum ad respondendum inquisitioni,potest interim capi reus delicti.Et ideò reus debet esse cautus,vt præstet fideiussorem de comparendo infra certum terminum,qua fideiussione præstita, tollitur capturæ decretum.communis est opinio Clar.d.q.31.ver.vlt.quæro.Et debet in causis criminalibus semper in citationibus apponi hora,in qua citatus debet comparere. & est bona practica, vt dicit Ang.in l.more Romano.col. 2.ad fi.C. de feriis. & citatus personaliter,non potest comparere per procuratorem.&vbi statutum requirit præsentiam.Et sic dicit, q̄ quis personaliter compareat, debet ipse reus omnino comparere, & non alius pro eo. Abb.in c.exposuit.n.12.de accusa.citari autem quando possit fiscus pro suo interesse,ibi Clar.q. 31.vers. vlterius. Et citatio sine termino valet & tenet,quia intelligitur q̄ reus compareat quàm primum, & quàm citius fieri potuit. vt est communis opin.Vantius de nullitatibus processus. fol. 188. num.71. Bonacoss.

citatio agnatorum vel eorum consensus non requiritur in legitimatione cum patris consensu,nec in feudo hæreditario post mortem patris,secundum communem per Bursat.cons. 76.nu.43.lib.1.

citatio nulla & inualida per scientiam citati quando post citationem comparuit,efficitur legitima, secundum communem Burs.cons.73.n.20.lib.1.

citatio cum clausula,si sua putauerit interesse,dicitur conditionalis.gl.in l.ea quidem. C.si mancip.ita fue.alien.de qua per Ang.in l.de pupillo.§.meminisse.ff. de no. oper. nuntiat. Bald.in l.præscriptione.col.antep.c.si cont.ius vel vtilit.publ. Adde q̄ citatio non præsumitur:& eam allegans probare debet.quinimo vbi requiritur citatio,seu monitio, non sufficit scientia,teste Bald.tit.de allod.col. 5.in vsib.feud. Dec. post alios in c.quoniam contra.de probat.vbi etiam an & quando creditur nuntio. & eius relationi. Salic.in l. tres denuntiationes.C.quom.& quando iud. Put.

citatio facta die feriato in honorem dei, etiam si sit facta vt citatus compareat die sequenti, non valet, & secundum veram & communem sententiam per Ias.in l.j. §.nuntiatio.col. 5.post n.8.ff.de no.oper.nuntiat.vbi dicit q̄ consuetudo admittit.q̄ quis possit citari die feriata in honorē Dei pro alia die non feriata.pro quo vide quæ ponit Sebast. Vant.de nullit

nullit.tit.ex defectu citationis.c.12.nu.46.Rol.de ord.iudic. c.29.nu.119.Pract.Bal.titu.de citat.q.6.& seq.Tiraq.de vtroque retract.§.36.ad fin.tit.nu.39. Doct.in l.2.& 3.ff.de fer. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ier. vide Bald. in l. dies festos.C.de fer.Et an citatio incerta vel equiuoca arctet, vide Abb.in ca.bonæ.2.de elect. Et quòd in citatione debeat exprimi causa, & actus pro quo quis citatur:not. Alber.in l. ad peremptorium.col. 1.ff.de iudic. Put.

citatio verbalis nō est actus iudicialis,neque opus est in ea causæ cognitio, vt est communis opinio. de qua Io. Selua in tract.de beneficio.q.53.n.4.part. 3. secus in citatione reali.vt ibi per eum. Bonacossa.

citatio verbalis fieri potest in ecclesia, secus si realis, vt est communis opi. de qua Maran.in pract.de citatione.numero 129. Bonacoss.

citatio debet fieri personaliter,si reperiri potest persona,aliàs quis debet citari in domo suæ solitæ habitationis, vt est communis opinio, de qua Marant.in pract. de citatione. numero 124.Vantius de nullita.processus,fol.191.numero 90. Bonacossa.

citatio in criminalibus fieri debet de speciali iudicis commissione, aliàs est nulla.communis est opin. Clar. quæst.31. versic. vnum autem. Blancus de indi.numero.334. communem dicit.Soarez.isto versi.numero 62. communem dicens. Bonacossa.

citatio debet habere causam insertam,propter quam quis citatur.communis est opin.quæ in practica recipitur.Clar.q. 31.ver.nunc quæro. Bonacossa.

citatio non debet fieri sub pœna confiscationis bonorum in criminalibus, licèt aliàs iudex tam in ciuilibus quàm criminalibus possit reo pœnam comminari. communis est opinio. Clar. quæstion.31. versiculo,item quæro nunquid citato. Bonacossa.

clerici debẽt omnino se abstinere à negotiationibus,vt est communis opinio.Clar.q.36.ver.hæc verò. Bonacoss.

clerici licẽt tẽpore interdicti possint sepeliri,extrema tamẽ vnctio eis non administratur.Panor.in c.quod in te.de pœnitẽ.& remissio.communem dicit. Bonacoss.

clericis potest imponere pœnam pecuniariam Episcopus, vt est communis opi.Clar.q.80.ver.in hac. Bonacoss.

Clericus debet remitti à laico ad suum forũ sine aliquo dedecore,aut ignominia,&ista ẽ iustior & honestior ꝓsuetudo. Clar.d.q.36.ver.quæro quomodo.idem est ĩ muliere aliqua, quæ commisit fornicationem cũ ipso clerico. Marsilius sing. 180.Amplia etiam ꝙ fuerit à iudice laico in cõtumaciam bãnitus, & postea captus, quia debet remitti clericus ad forum suum.Paul.de Cast.in l.statuimus.C.de episcopis & cler. Laicus tamẽ potest pecuniariter punire clericum turbãtem eius iurisdictionem,& impediẽtem.Paul.de Cast.in l.addictos.C. de episco.audien.Et nõ tenetur iudex ecclesiasticus stare processui iudicis laici remittentis , tãquàm à iudice incompetẽti facto.vt est communis opinio.Clar.d.q.36.ver. vltimò quæro.vide tamen Ang.in auth.de sanctissi.Epis.§.si verò. & licèt instantia causæ criminalis duret biennio. l. properandum in prin.C. de iudi.tamen quando causa est cum clerico, non durat,nisi duobus mẽsibus.ita dicit Ang.in Auth.vt clerici ad p prios epis.in fi.vide Soarez.vers.clericus.n.122. Bonacoss.

Clericus vel prælatus si habuerit administrationem in vita æquiparatur vsufructuario,ĩ morte verò vsuario,ideò de fructibus beneficij nihil disponere potest.Si autem fuerit simpliciter beneficiatus,& vtroq; tẽpore,in vita & in morte æquiparatur vsufructuario,quo ad faciẽdos fructus suos.Hanc distinctionem refert gl.in verb.reseruari.in c. præsenti prohibemus.quod est fi.de off.ord. in 6.eamq; per generalem cõsuetudinẽ vbique approbatam esse circa fi.gl.additur. Cuius distinctionẽ multi Doct.referente Io.de Imo.in c.fi.n.8.cũ seq. extrà,de pecul.clerico.&in c.peruenit.n.31.ext.de fideiuſ.tãquam sententiam communem approbarunt.Ita quoque cõsulẽdo scribunt magnę authoritatis viri Pet.Phil.Corn.in ꝓſ. 314.n.2.vol.3.conſ.& Nico. Bello.in conſ.3.n.6.Licet multi alij de hac communi sententia dubitare videãtur,vt manifestè apparet ex Commen.D.Panor.ĩ d.c.fi.n. 5.extrà,de pecul. clerico.& ĩ c.cùm esses.n.21.ver.secũdò principaliter quero. extrà,de testam.& vlt.volu. De quo art.satis quoque eruditè disputat Stephan.Bertr.in ꝓſ.296.in vol.3.par.2.kirchouius.

clericus non potest esse procurator laici coram iudice laico, quando est generaliter constitutus : secus si specialiter ad aliquam causam,no.Inn.singulariter in c. 1.ad fi.extrà de obl. ad ratio.quod communiter sequuntur Canoni.in c.per venerabilem.extrà qui fil.sint legiti. Balb.decis.112.

clericum citãtum coram non se comparẽtem nõ potest iudex secularis in expen.tãquam cõtumacem cõdemnare,secũdum Spe.ĩ tit.de cita.§. 1.ver.sed pone quod iudex. Alb.Bald. & communiter doct.in l.2. ff.si quis in ius voca. nõ ierit.per c.at si clerici.ext.de iudi.& c.si diligenti.ext.de for.comp.& ibi Io.And.&Panor.licet cõtrarium sentiat gl.in c.conuenior. 23.q.8.in l.nullum.C.de testi. Balb.decis.153.

clericus datus fideiussor coram iudice tẽporali , nõ potest priuilegio fori renũciare,vt possit coram eo cõueniri,secundùm Ang.in l. 1.ff.si quis in ius voc.nõ ierit. per c.si diligenti. extr.de foro compet.& c.significantibus.ext.de offi.deleg.& allegat idem tenere Inn.ibi,faciunt tradita per Spe. in titu.de compe.iudi.adi.§. 1.ver.in clericis autem. & vers. vtrũ autem clericus. Balb.decis.269.

clericus à summo Pontifice impetrare priuilegium testandi,& disponẽdi de reb.& reditibus ecclesiæ, potest. cùm hoc Papa ex causa concedere possit: quia ad illum ecclesiarum, personatuum , dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio pertinere noscitur. c.licet.de præb.lib.6.Cle. 1.vt lite pendẽte iunctis legib.l. si quando.C. de inof.testa.l.si mutus.ff.de testa.Marian.Soc. Sen.in cõs.13. per totum conſ.in 1.vol.Alex.de Imo.in cõs. 15.lib.2. & in l. & militibus.C.de testam.mili.Et hanc Doct.communem sententiam esse Dec.in conſ. 157.& Io.Dilect.in tract.de arte testan.tit. 1.de his qui non habent testamenti fact.cautel. 3.numero 3. quam conclusionem Dec. & Dilectus latiùs explicarunt. kirchouius.

clericus per simplicem fornicationem non deponitur.Fel. in c.at si clerici.nu.8.de iudi.communem dicit. Bonacoss.

clericus paruæ parochiæ potest diffamari.Panor.in c.inquisitionis.§.fi.in gl.de accusa.communem dicit. Bonacoss.

clericus potest capi à priuato fauore Reipublicæ.Fel.in c.si verò.de sentẽtia excommunica.communem dicit. Bonac.

clericus suspectus de fuga in delictis potest capi, vt episcopo suo tradatur sine metu excommunicationis.Episcopo ratum habente verè vel fictè.D.m. Alciat.in c.cum non ab homine. nu.94.de iudi. Bonacoss.

clericus fugitiuus potest capi per creditorem etiam laicũ, absque mandato.D.m.Alcia.in dicto c.cum non ab homine. de iudi.communem dicit. Bonacoss.

clericus

Clericus degradatus realiter potest puniri à iudice laico,etiam absque aliqua traditione.D.m. Alciat.in c. cũ nõ ab homine.nu. 108.de iudi. communem dicit Soarez ver.clericus. nu.121. Bonacoss.

clericus torqueri non potest,stante dicto vnius testis,licèt omni exceptione maioris,& de maleficio deponẽtis,nisi precedente infamia,vt est communis opi. Bossi.de indiciis.n.35. Fel. in c.de hoc.n.2.de simonia. Bonacoss.

clericus citatus coram laico an teneatur comparere ? vide Bald.in l.generaliter.col. 1.C.de episco.& cle.Bart.in l.2. ff.de appel.recip.& consil.225.& vide quæ idem scribit in l.si quis ex aliena.ff.de iudi.Ab.& Dec.in c.ex duobus.extra de appel. Et ꝙ tex. in d.l.si quis ex aliena, non habeat locum in clerico qui citatus non tenetur comparere:& si compareat agitando processum,& dicat se clericum,non poterit cõdemnari in expensis ex eo ꝙ distulerit allegare priuilegium. c.exceptionẽ. extra de excep.sed debet remitti ad iudicem ecclesiasticũ absque expensarum condemnatione. Dec.consil.241. Adde ꝙ clericus citari potest coram iudice laico cum clausula , si sua putauerit interesse. Bald. & Ias. in l. testamenta. C. de testa. Dec.conſ.187.col.3. Verum Dux Sabaudiæ habet indultum à summis Pontificib. vt clerici non incedentes in habitu & tonsura non gaudeant priuilegio. & hoc de simplicib. clericis. Put.

clericus non vtatur priuilegio pro bonis patrimonialib.nisi in casibus tantum à iure expressis, secundum communem per Bursat.conſ.93.n.46.lib. 1.

clerici &ecclesia exempti sunt à laicorum iurisdictione de iure diuino, secundum magis communem per Bursat. conſ. 41.n.2.lib. 1.post Alciat.in c.cum non ab homine.in prin.de iudi. Triplex enim priuilegium est clericorum : quorum duo personam,tertium verò immunitatis res respicit.de quib.per gl.in cap. vnic.verb. priuilegio clericali.de bigam.in 6.quorum priuilegiorum tertium est adeo à legib. & canonib. ampliatum,vt nec clerici,nec eorum possessiões etiam patrimoniales, vel earum fructus grauari per laicos possunt , etiam si immineat communis vtilitas & necessitas, quãdiu facultates laicorum ad onera sufficiunt. Quam cõclus.declara vt latius per eundem Bursat.d. conſ.42.n.3.& aliis seq.& conſ.16.n.23. eod.lib.Vinculum iniectum ante clericatum operatur, vt clericus ligetur statutis laicorum : secus si iniiciatur post,secundum communem per Bursat.conſ.93.n.39.& 40.lib. 1.

clerici &eorum coloni sunt immunes à munerib.personalib.& aliis secundum communem per Bursat.conſ.25.n.1.li. 1.

clericus agnatus excludit fœminam propter statutũ exclusiuum fœminarum stantib.masculis,ex magis communi per Bursat.conſ.93.n.27.lib. 1. vbi n.44.dicit ꝙ clericus secundo genitus ligatur statuto laicorum,licet sit factus clericus post statutum. secundum magis communem per Bursat.ibi. & n. 29. ꝙ clericus vtens statuto laicorum ad sui fauorem, & eodem contra se vti debet.

clericus admittitur ad feudum concessum pro se , & quibus dederit,secundum communem per Bursat.conſ.4.nu.4. libr. 1.quam conclus.procedere dicit, etiam quòd in inuestitura iuramentum fidelitatis adesset.

clericus monachus , vel monasterium ad feudũ fœmineũ admittitur:quia per substitutum seruit. secũdum cõmunem, licet regulariter ad feuda nõ admittatur,ex magis communi doct.sententia,per Bursat.conſ.63.n.24.lib. 1.Osasc.decis.27.

clericus effectus post delictum , & causam motam forsan per iudicem secularem quomodo possit euadere. vide doct. in l.cum quædam puella.in prin.ff. de iurisd.om. iudi.vbi Ias. dat cautelam , ꝙ talis proponat ꝙ fecerat votum clericatus, seu intrandi religionem ante delictũ,vt cùm stari debeat suo iuramento in hoc,euadat pœnam mortis, vt ibi per eum.cui adde Castr.in l. si quis apud.§.si plures.ff.iudic. sol.Abb.conſ. 85.lib. 1.vbi dicit secus esse si fuit præuentus. de quo principali articulo de clerico , & aliis simul priuilegiatis, vide quæ scribit Bart.in l. 1.ff.de pœnis.vbi doct.ĩ apostil.plura no. An autem possit gaudere statuto inducente præscriptionem , si inde effectus fuit clericus? vide Gemin.in c.2. de except.in 6. Alberic.in l.fi.ff.de re milit.& in l.milites agrum.e.tit. Put.

clericus secularis dimittens habitum, si est beneficiatus,dicitur apostata,si verò non est beneficiatus, nõ dicit apostare, sed relinque habitum.Com.attestatur Anan.in c. tuæ. n. 11. de apostã.Clar.d.§.fi.q.78.ver.apostata.in fi. P.Fichard.

clericus factus post commissum aliquod delictum si absq; fraude suscepit ordinem ecclesiasticum , liberatur & eximitur prorsus à iurisdictione iudicis laici & relinqui debet puniendus iudici ecclesiastico.frequentiori Doct. calculo receptam opinionem ait Plaza lib. 1.delict.c.35.n.1.Si autem ordinem in fraudem assumpsisset, vt.s.se eximeret à iurisdictione iudicis laici,tunc non liberatur,sed potest contra eum per iudicem laicum procedi.Communem dicit Imol.conſ.119. n.1.Didac.pract.q.32.n.4.vers.secũda concl. Plaz.in loco allega.nu. 1. Benè verum est quòd hoc casu non poterit puniri corporaliter à iudice laico, sed tantùm in cõfiscatione bonorum , aut pœna pecuniaria , & sic remanet subditus ratione causæ & bonorum,non autem respectu personæ, & ita communiter teneri dicit Aufrer.in d. clem. 1.in reg. 1.n. 19.de of. ord.quem refert Dida.in d.q.32.n.4.vers.3.concl.& Nunius, de los Corrigidores.ver.imò fortius.Plaza ĩ d.c.35.n.3.Bos. in tit.de pœnis.n.38.pract.Conradi.ver.vltimo fallit,Iudices tamen seculares hanc opinionem nõ obseruant.Refert Clar. d.§.fi.q.36.ver.Sæpenumero. P.Fichard.

clericus & laicus si simul committant idem delictum, tũc ne causæ continentia diuidatur , etiam laicus mittendus est ad iudicem ecclesiasticum cum clerico correo.Communem opinionem dicit Gomes.in c. 1.n.47.in fi.de rescri.in 6. Boss. in tit.de foro compet.n. 116.in fi. Sed hoc in practica nõ seruari dicit Igneus in l. 1.§. si quis in villa.n.27.ff.ad Syll. idem attestatur. Rebuff.in repet.auct.habita priuileg. 106.& Ant. Gomes.ca. 10. delictorum.n.6.in fi. & plures alij quos refert Dida.pract.q.34.num. 1.in fi.& ab hac communi obseruantia non esse recedendum,ait Clar.d.quæst.36.ver.Euenit plerunque. P.Fichard.

clericus etiam si depositus sit, non tamen poterit tradi curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis. Communem dicit Abb. in c.at si cleric.n.37.ver.& sic residet.de iudic. Si verò sit incorrigibilis, tunc potest Iudex laicus etiam absque traditione facta illum punire. Communem dicit Alex. de Neuo conſ. 59. n.28.quinimò ibidem, nu. 30.dicit communem opinionem esse quod etiam absque degradatione possit clericum talem punire , dicens quod hanc quoque communem esse attestatur Butrius in d.c.cùm non ab homine.Clar.d.q.36.ver.Dixi etiam. P.Fichard.

clericus qui episcopum calumniatus est,licet deponẽdus, & iudici seculari tradendus sit, tamen id non aliter procedit, nisi etiam incorrigibilis sit,per gl.in fi.in c.cùm non ab homine.de iudi.communiter approbatam,vt ait Abb. in c.at si clerici.de iudi.nu.37.Summa Syluestrina,in verb.degradatio.q. 2.Ang.quoque communem dicit,de malef.in verb.& ibi caput.n.42. Diaz.in pract.crim.canon.c.109. Clar.d.q.36.vers. Hinc infertur. P.Fichard.

clericus non est degradandus nisi pro tribus criminibus,s. Hæresis,falsi commissi in literis apostolicis,& conspirationis in proprium episcopum. Communem ait Guliel. de Bened. post tertiam partem repetitionis c. Rainutius.in q. de homicid.n. 3.& seq.quem refert Foller. in pract.crim.canon.n.23. in aliis autem quantumcunque grauibus sufficit sola depositio.adeò si etiam occidisset summum Pontificem,& paratus sit se corrigere nõ debet degradari sed in perpetuos carceres detrudi,vel in monasterium.Communem dicit Boss.in tit.de for.comp.n.136.Sed quicquid sit de iure,contrarium obseruatur in practica.Refert Clar.dicto §.fi.quæst.36. versi.Scias etiam. P.Fichard.

clericus incedens in habitu & tonsura,non amittit priuilegium fori,quantumcunque grauia crimina committat,&illa reiteret,in eisque perseueret. communem dicit Boss.in tit.de for.comp.n.134.Clar.d.§.fi.q.36.ver.cæterùm. P.Fichard.

clericus licet per principem fuerit ad aliquod officium seculare admissus, & in ipso officio aliquid deliquerit, non tamen poterit à seculari iudice puniri,etiam si in minoribus tãtùm ordinibus constitutus esset.communem dicit Aufrer.in cle.n.25.de off. ordi.quem refert Dida.in pract. q.33.n.6.addit tamen ibidem.quòd non seructur in practica.refert Clar. d.§.fi.q.36.ver.Quæro pone. P.Fichard.

clericus qui à iudice suo ecclesiastico iudicat° est reus criminis læsæ maiestatis non actualiter, sed verbaliter tantũ degradandus est.communem dicit Curt.iun.conſ.159.nu. 1.Et quamuis Abbas in c.at si clerici.de iudiciis. in fi.putauerit, ꝙ deinde etiam iudici seculari tradendus sit,tamen communis opinio videtur esse in contrarium, vt ait Boss.in titul. de for. comp.n.137.& in tit.de crim.læsæ maiest.n.86.refert Clar.d. §.fi.q.36.ver.quæro nunquid clericus. P.Fichard.

clericus non debet propter assassinium actualiter & solenniter degradari.com.dicit Lamber.in ca. 1.q. 11.n.88.de hæret.in 6. Dias in pract. crimin. canoni. capit. 91. quem refert Pract.Conradi.ver.18.fallit requiritur tamen sententia declaratoria , per quam iudex pronuntiet ipsum esse assassinum.

com.dicit Pract.Carrer.n.11.Capic.decis.112.n.2.qua declaratione sic facta,nō requiritur alia sententia, per quam impo nātur pœnæ solitæ,sed statim incurrit illas ipso iure & facto, ita tenere communiter docto.Alex.cons.166.n.5.lib.7.Clar. d.§.fi.q.36.ver.Sed quæro,tu scis. P.Fichard.

Clericus propter crimen Assassinij tradendus est curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate. comm. dicit Guliel. de.Bened.in q.de homicid.quam posuit post repet.c. Rainutius,quem refert Plaza li.1.delict.c.19.n.26.Clar.d.§.fi.q.36. ver.quæro etiam. P.Fichard.

clericus qui sit verè incorrigibilis,potest per iudicem secularem absque vlla degradatione puniri etiam si in sacris constitutus sit. Com.attestatur Didac.pract.q.32n.2.ver.secūdo est annotandum.Et quando clericus incorrigibilis nō potest puniri ab ecclesia,potest ipso iure comprimi à iudice seculari absque alia degradatione. com.dicit Aret.in c.cùm nō ab homine,n.39.de iudic.quem refert Diaz.pract.crim. canon.cap. 131.Clar.d.§.fin.q.36.vers.Succestiuè quæro.An verò super huiusmodi incorrigibilitate requiratur declaratoria?Respōdet Fel. in d.c.cùm non ab homine.de iudi.nu.10. q potestas quæ datur iudici seculari super clerico incorrigibili, non exercetur,nisi declaretur prius qualitas incorrigibilitatis, & dicit quòd communiter colligitur ex omnibus dictis doctorū, eundem refert & sequitur Diaz.in pract.crim.canon.ca.131. Bossius autem in tit.de for.com.nu.132.dicit, quòd clericus non incedens in habitu,post trinam monitionem dicatur incorrigibilis.Si verò incedat in habitu,& primò depositus,secundò excommunicatus,tertiò anathematizatus,&adhuc in contumacia perseueret, similiter dicatur incorrigibilis, qua forma seruata,dicit quòd absque alia declaratiōe efficitur fori secularis,subdens quòd ita docto.communiter teneant refert Clar.d.q.36.sed quæritur. P.Fichard.

clericus propter simplicem fornicationem nō incurrit pœnam depositionis,sed solummodò suspensionis. Communiter tenetur per gl.in c.maximus,in verb.remoueamur.81.di. & docto.communiter ī c.at si clerici.de iudi.& in specie Imola.n.11.& Fel.n.14.contrarium verò communem dicit Aret. in c. cùm non ab homine, de iudi.sed priorem veriorem esse tradit Clarus li.5.sen.§.fornicatio.vers.sed quæro q tamen limitaretur in fornicatione quæ haberet insignem deformitatem.prout communem attestatur Menchiaca lib.3.de test. §.22.n.48.& seq. P.Fichard.

clericus fornicator notorius ipso iure ab officio suspensus est.com.dicit Abb.in c.cùm non liceat,n.4.de prescrip.refert Clarus.lib.5.sen.§.fornicatio.ver.seq.quæro,in fi. P.Fich.

clericus fornicarius non deponitur. communis est opin. Diaz.in pract.canonica. cap.72. Sed punitur iudicis arbitrio. Duen.regula 101.& no.quod clericus,cui sunt genitalia incisa,non est opus vt ea secum portet. Petr.de Baisio in tract.de Electio.c.18.in 2.par.n.2.tomo 4. Bonacoss.

clericus adulter deponitur ab officio,& in monasterio detruditur toto tēpore vitæ suæ,vt est communis opinio.Diaz in pract.cano.c.79.Soarez ver.clericus.n.110. Bonacoss.

clericus periurus ipso iure nō est priuatus beneficio vt est communis opinio.Diaz.in pract.cano.c.86.sed est priuādus per sententiam Soarez ver.clericus.n.137. Bonacoss.

clericus homicida non priuatur beneficio ipso iure, vt est communis opinio.Diaz in pract.cano.ca.88.& clericus consulens homicidam, vt fieret homicidium, efficitur irregularis.Benedict.de foro Sempro.in reperto. Fel.in vers.clericus, qui consuluit homicidium fieri, fallit multipliciter, vt ibi. Bonacossa.

clericus parricida,debet deponi & puniri,vt est communis opinio.Ber.Diaz in pract.crimin.cano.c.9. Bonacoss.

clericus conspirator contra Episcopum,vel clericos, & iniuriam ipsis inferens è gradu suo penitus proprio abiicitur, vt est communis opinio.de qua Ber.Diaz in pract.crim.cano. c.109. Bonacossa.

clericus delinquens potest capi à laico,repertus in flagranti crimine,& tradere curiæ ecclesiasticæ, vt est communis opinio.Ber.Diaz in pract.crim.cano.c.114.Bened. de foro Sempro.in reperto.Fel.in vers.clericus criminosus.n.2.Fel.in c.cū non ab homine.n.3.de iudi.communem dicit. Quando autē capi possit canonicus ab Episcopo,qui sibi saluum conductū fecit tradit Corn.in cons.325.in 4.vol.quod est vltimum vltimorum.Soarez ver.cleticus.n.110. Bonacossa.

Clericus etiam presbyter,si est suspect?, potest ex causa torqueri,vt est communis opinio.Bernar.Diaz in pract.crim.canonica.c.117.Bossius de indiciis.n.103.communem dicit.& nō. quod appellatione clericorum non veniunt clerici in dignitate constituti. Riminaldus nouissimus inter cons. crim. cons.105.n.34.quia qualitas alterat ipsum simplex. Canonici ergo torqueri possunt,quia canonia & canonicatus non dicitur dignitas ecclesiastica. Acmylia.cons.43.n.4. Bonacoss.

clericus potest conuinci testibus secularibus, & si agitur ciuiliter,lata sententia,potest eius superior priuare illum beneficiis vigore illius sentētiæ,formata de nouo inquisitione,& assumpta illa sententia, tanquam incidente notorium. communis est opinio.Ber. Diaz in pract.crim.canon.c.120.laicus tamen,qui sit corpore vitiatus,& mutilo membro,nō potest esse testis contra clericum.Mars.singu.379. Bonacoss.

clericus non debet priuari beneficio,nisi delictum sit graue, communis est opinio Bernar. Diaz in pract. crimi.canonica. c.123. Bonacoss.

clericus incorrigibilis,qui nō potest puniri ab ecclesia,potest ipso iure comprimi à iudice seculari absque alia degradatiōe,vt est communis opinio.de qua Ber. Diaz in pract.crim. cano.c.131. Bonacoss.

clericus in testem productus corā laico iudice falsum deponens non potest puniri ibi in illo foro,vt est communis opinio.de qua Man.in speculo.tit.de incidenti criminali.nu.4. fol.223. Bonacoss.

clericus falsum deponens coram iudice laico,potest extraordinariè puniri realiter,& non personaliter ex officio.vt est communis opinio.de qua Anto.de Tremolis ad pract.Bonacur.in gl.vers.sub iudicibus. fol.44. vbi tamē dicit cognitionem ecclesiastico foro remittendam. vide Nouellum regu. 20.ad Duen. Bonacoss.

clericus qui se fieri fecit clericum in fraudem, vt euitaret iudicium secularis, hoc sibi prodesse non habet, quominus possit conueniri coram iudice, & præsumitur in fraudem fecisse,quò ad pœnam.s.pecuniariam,non quò ad personalem, seu corporis afflictiuam,vel vt possit distringi persona,faciendo ipsum detineri,vel incarcerari. cōmunis est opinio.d qua Imola in consil. 118.per totum & in consilio 119.vbi similiter communem dicit.Aliàs tamen si est clericus, & nominatus sit à laico in iudicio,potest forum declinare,& alterare iudicium de persona in personam. Et ita de consuetudine obseruatur.vt dicit Soc.in cons.91.n.14.vbi dicit,quòd ista opinio est communiter approbata à legistis & canonistis. à qua in iudicando & consulendo non est recedendum. vol. 3. vbi etiam dicit,quòd clerici solent omnia trahere ad eorum molendinum. Bonacoss.

clericus etiam propter homicidium qualificatum non debet priuari beneficio ipso iure, vt est communis opinio, de qua Gabriellus in cons.196.per totum. Bonacoss.

clericus absque decenti habitu captus in tempore homicidij, non gaudet priuilegio fori, nec fit de eo remissio ad iudicem competentem, vt est communis opinio. Soarez in vers. clericus.n.105. Bonacoss.

clericus beneficiis priuatur,si per annum stat excommunicatus,& miles efficiatur,vt est cōmunis, Soarez ver.clericus. n.116.Limita,si sit excōmunicatus pro causa ciuili, quia tunc beneficio nō potest priuari,etiam si mille annis steterit excōmunicatus.Arno.soliloquio vltimo. Bonacoss.

Clericus testis falsus nō potest puniri à iudice laico,sed est remittendus ad suum iudicem, secundum communem per Suarez.ver.n.117. Bonacoss.

Clericus, seu sacris initiatus, vsque adeò profanæ iurisdictioni obnoxi? nō est, vt pstitutiones ipsum ab illa eximētes, magis ius vetus enarrēt. quàm quidpiam noui ferāt.cōmune dicunt Card.in repetit.c.perpēdimus de sen.excom. Alc.in c. cùm non ab homine.n.2.de iudi. Viuius latè libr. 1.opi.37.& qui accuratissimè de hac materia disserit cū receptis sentētiis I.Clar.in pract.§.vlt.q.36.per totā. vbi complures ampliationes,atque exceptiones ponit.Intellige autem hæc, atque illa omnia, q̄ infrà de iis,q̄ sacris imbuūtur, vel ad sacra, quoquo modo spectāt scribo eò prorsus referri debere, quo i? germanum,& fas,ac ratio dictant, quamuis enim compitalia nomina vsurpemus,& multa ad religionē pertinentia simpliciter, atq; vt vulgo inter Cæsarei, Pontificiiq; iuris cōmentatores tractantur,interseramus,tñ illorum veritatem ac probationē vel improbationē ab illis omninò hauriendam cēsemus, qui sacræ doctrinæ seriò sese à primis annis adduxerunt. E.Suar.

Clericus de bonis ab ecclesiæ reditu comparatis testamēti iure poterit disponere,si ad id à Pōtifice illi fiat copia cōc inquit Io.Dilect.de cau.testam.cau.3.vel si consuetudo illius testamento fauēs eo loci viguerit, vt cōmune affirmant Bello. cons.3.n.10.& n.12.Did.à Couar.in c.cū in officiis.n.9.de testament. vbi contrariam tamen opinionem constituit magis

communem,alias autem neutiquam poterit testari de eiusce generis bonis, vt commune interpretum placitum attestantur latè ea de re agentes Iul.Clar.de testamen.q.27.vers.dixi quod clerici.Viuius lib.1.opin.41. E.Suarez.

Clericus patrimonio luculento præditus non impeditur, quo minus ab eius ecclesiæ cui seruit bonis vitæ necessaria decerpat & in suos vsus conferat,vt frequenter placitum memorat.Præpos.in cap.illi autem.12.q.1.ac latè Viuius libr. 2. opi.44. E.Suarez.

clericus filiusfamilias licet testari possit,tamen de vsufructu bonorum tam aduentitiorum,quam maternorū patri quę sito non testabitur, vt crebrò doctoribus probari testes sunt Ant.Gomez in l.48.Tauri n.7.Arius Pinel.in l.1.par.1.n.43. C de bon.mater. E.Suarez.

clericus nepotes ex filio,quem iam sacris initiatus suscepit natos non prohibetur hæredes instituere,vt receptū ait Did. à Couarru.de sponsal.2.par.c.8.§.5.nu.14. E.Suarez.

clericus in bonis patrimonialibus non fruitur prærogatiuis ecclesiæ concessis.Præterquam in casibus à iure expressis commune inquit Balb.de præscrip.5.part.q.5.n.2.Ioan.de Amicis cons.146.n.1.Viuius lib.1.opi.40.alias & priuilegiis omnibus armatæ militiæ indultis potitur commune dicit Iaf. in l.miles.n.11.ff.de re iud. E.Suarez.

clericus in beneficij fructibus vsufructuarius non vsurari? censetur commune inquit Are.in c.ex literis.de proba.Palat. rub,in rub.de donat.inter vir.& vxo.& qui declarant Bellon. cons.3.Vi.lib.1.opi.41. E.Suarez.

clericus incœptum iudicium coram seculari iudice ab eo cui ipse successit,persequi apud eundem iudicem cogetur,vt frequenti doctorum sententia probari scripserunt Boer. dec. 69.n.32.& sequent.ac late contra Marantam,contrarium receptius asserentem,meritò inuectus Viuius. libr. 2. opin.48. E.Suarez.

clericus absque detenti habitu captus homicidij tempore, nec fori priuilegio potitur,nec ad suum iudicem remittitur. commune inquit Boer.decis.63.nu.16. E.Suarez.

clericus cōcubinam habens beneficio excludendus est,& ad fructus perceptos restituendos adigendus. commune inquiunt Bellon.cons.56.late Iul.Clar.in pract.§.fornicatio.vers.fi.& in primis: Viuius lib.2.opin.55.At si matrimonium contrahat,iure ipso labitur beneficiis.commune dogma scribunt Pet.Rauen.in compend.cler.coniug.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q. 73.ver.clericus.Quod tñ ius non erit in contrahentes sponsalia,vt commune fatur Panorm.in c.1.de cler.coniug.nec etiam in contrahentes inualidum alioquin matrimonium, vt commune attestatur Iul.Clar.vbi s.ad finem. E.Suarez.

Clericus adulterij damnatus deponitur,ac totum vitæ tempus in monasterio degere cogitur,vt commune interpretum effatum affirmant Barnard.Diaz. & qui eum laudat Duennas regu. 101.limit.2.Grillan.de diuers.crim.lib.3.q.2.n.1.& seq. & q.6.nu.51.Villalob.quem cum aliis latè refert Iul.Clar. in pract.§.adulterium.ver.sed quæro. E.Suarez.

clericus quatenus facere potest solum conueniri,& condēnari potest. commune axioma testantur Dec. in cap. reprehensibilis.n.28.& seq.de appel.Iaf.Rip.n.7.in l.miles. ff. de re iud.& qui benè explicat Viuius lib.2.opin.45. E.Suarez.

clericus in flagranti delicto,& à publicis apparitoribus capi potest,& à priuatis,fauore reipublicæ, vt frequenter placitū enūtiant Fel.in c.si verò.n.2.de sent.exc.Iul.Clar. in Pract. §.vlt.q.77.ver.sed hic quæro.Quin & fugitiuus clericus à creditore etiam non initiato impunè capi potest, vt commune ait Alc.in c.cum non ab homine.nu.74.de iud. E.Suarez.

clericus non sacris imbutum coram iudice seculari conueniens,intentatam ab eodem aliam litē corā eodem ius dicente cogitur excipere,vt commune inquiunt Fel.in c.at si clerici.nu.8.de iud.Curt.iun.in l.2.nu.48.ff.de iurisdict.om.iudic. E.Suarez.

clericus ob assassini crimen ab ordinario seculari iudice, & capi,& plecti potest.commune aiunt Bernard. Diaz. in pract. crim.c.91.lib.5.opin.163. E.Suarez.

clericus beneficiis labitur, & cùm per annum fuerit excōmunicatus,& cùm nomen militiæ dederit. vt communia testatur Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.73.ver.item clericus.E.Suarez.

clericus in testimonio apud ordinarium secularē iudicem dicto falsi se obstringens, ad suum iudicem remittendus est: quippe quia ab eo populi iudice puniri nequit. cōmune fantur Marant de iudi.6.par.2.part.prin.super 12.actu.n.4.&seq. Viuius lib.2.opi.47. E.Suarez.

clericus quamuis torqueri possit,vt receptum testatur Panorm.in ca.cum in contemplatione.de reg. iur.tamen necesse est indiciis,aut cōfessioni accedat diffamatio,seu fama prepostera,ac sinistra,vt commune asseuerant Dec.in c.at si clerici.n.16.de iudic.Hippol.sing.55.Duennas reg.190.nu.3.Amplia & si ciuiliter contra clericum agatur.commune efficitur Bernard.Diaz.in pract.ver.tortura.c.117.Viuius li.1.opi.42. Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.64.ver.sed an clerici. E.Suarez.

clericus ordine, ac loco motus,seu degradatus(vt vulgus garrit)à iudice seculari absque vlla traditione plectetur.commune scribit Alc.in cap.cum non ab homine.n. 108.de iudi. E.Suarez.

clericus post patratum delictum in fraudem effectus, non euadet ordinarios seculares iudices, vt commune affirmant Bossius in pract.tit.de pœ.n.38.Viuius lib.1.opi.38.nisi ante delictum concepisset votum,idque iureiurando suo affirmauerit,vt commune proponit Viuius vbi s. quamuis id & iuri contrarium, & reipub. vtilitati aduersum prorsus affirmare ausim. E.Suarez.

clericus si fuerit productus in testem coram iudice laico,& falsum deponit,potest puniri per iudicem laicum.gl. in l. nullum.in verb.præscriptionem.Cy.ver.sed respondeo.Bal. ver. quero hic de clericis.n.5.in fi.C.de testib.&Hippol.de Mar.in l.fi.n.152.ff.de iurisd.om.iud.Sed communis Docto.opi.cōmuniori calculo approbata est in contrarium, id attestantib. Rober.Maranta,in tract.de ordi.iud.in par.6.in 12.actu.De incidenti criminali contra aduersarium quid falso producentem.vers.sed quid si fuit.nu.4.& Roland.à Valle,in consi.12. n.34.cum seq.& nu.58.in 2.Tom.cons. Kirchouius.

clericus habens sufficiens patrimonium licitè potest viuere de bonis ecclesiæ,ac de redditibus beneficiorum secūdum Abb.post alios relatos per eum.in c.postulasti.de rescriptis.q. 2.& Dec.ibi n.16.vbi Sylueſter Aldobrandi.in add. ad ipsum Dec.refert Ferrariæ ita consuluisse,& sequitur quoq; nno.& alij in c.eps,de præb.vbi Dec.n.13. meminit istam communē opinionem,Præpos.in c.illi autē.12.q.1.Fel.in c.ex literis,de constit.Soc.cons.91.vol.3.Abb.in disput.4.dub.4. Sylues. in ver.clericus.4.q.16.Fel.& Barb.in d.c.postulasti, licet ipsi ibi, & malè discedant à communi prædicta.Imò retenta ista communi dic vlterius q presbyter propria bona habens in episcopum eligi Potest,& illa bona licitè retinet,quod Gratianus ex q̄silio Agatensi.c.48.cōprobat,in ca.cpi.12.q.1.& Panor.in c. 1.de testam.plures auctoritates doctissimè ꝓgerētes.F.Viui?.

clericus productus in testem coram iudice laico deponens falsum nō potest per iudicem laicū puniri ac cōdemnari,nec principaliter, nec incidēter,sed est remittendus ad ecclesiasticum secundum Host.Inn.Io.And.Ant.But.Im.& Fel.in c. verum,de foro comp.Io.de Ana.Soc.& alios,in c.2.de crim.fal. Bart.in l.diuus.ff.de falsis,Paul.Castr.in l.nullum.C.de testib. Iaf.in l.1.§.qui mandatam.ff.de of.eius,& Ang.in l. si vacantia. C.de bonis vacan.lib.x.&oēs in c.at si clerici post Io.And.ibi de iudiciis,& istorum opinionem sequitur declarat,& scribit esse communem Maranta,in tract.iudic.in 6.part.2.part.principsup 12.actu,n.4.& seq.Capicius,in decis.5.n.13.& afflict. decis.230.vbi opinionem hanc asserit cōem tuetur,sequitur, & inquit Dominos de Rota in eam inclinasse, licet casus iste ob varietatem sententiarum, & opinionum conflictum non fuisset decisus in sacro regio cōcilio,& in effectu reiectis duabus aliis opinionib.relatis p Afflict.in d.deci.230.ipse sequor opinionē.Host.& sequacium cōem,quam magis securam inquit Afflict.in d.decis.n.4.& in pract. obseruari testatur Aug. in add.ad Ang.in tract.malefic.in ver. falsario, vbi ipse simul cum Ang. concurrunt cum præmissa opinione communi, & eandem veriorem& cōiorem,dixit Io.Bernard.Diaz.in pract. crim.cau.in c.87.in fi.& Soc.in tract.fal.in reg.428.inci. testis falsum testimonium deponens.& caue ne te decipiat suis suasionib.Bart.qui per q̄ plura colorata fundamēta nititur cōtrariam partem sustinere,in d.c.verum,n.52.vsque ad nu.62. qa eius rōes parū,aut nihil obstant, prout ostēditur apertissimè per Mod.&alios in d.c.at si clerici.est bñ verū q eā apud Gallos seruari,& passim admitti asseuerat Guliel.Bened.in c.Raynut.de testam.ver.& vxorem noīe Adelasiā.n.434. F.Viuius.

clericus habens concubinam,si admonitus fuerit, & relinquere illam noluerit,ab ecclesiasticis beneficiis vsque ad satisfactionem congruam suspenditur.c.sicut. imò priuari potest eiisdem.c.si autem.11.de cohab.cler.quod etiam de iure ciuili procedit.l.eum qui.C.de epi.& cler.Quæ sententia communiter est recepta referentib.Ripa in l.si vnquam.in 28.nu.74. cum seq.& Roland.à Valle,in cons.98.nu.7.in 1.Tom.Cùm clericus non sit solutus,sed ligatus ecclesiæ.c. inter corporalia.11.de translat.episco. Kirchouius.

clericus ob fornicationem ab eo commissam hodie non

est deponendus,secundum gl.in c.Maximianus,8.dist.& in c. lator.2.q.7.Card.in clem.ad nostram.in 2.q.de hæretic.Im.in c.vt clericorum:de vita,& honest.cler.& in c.si autem.eod.ti. Ab.in c.fi.de purg.vulg.Io.de Ana.in c.significauit. de adult. Barba.cons.13.in fin.vol.3.Dec.nu.123.cum aliis sequentib. Abb.Fel.n.8.& Aug.Berous,n.165.in c.at si clerici,de iudi.v-bi profitentur istam esse communem opinionem, & Corset. in sing.suo,in ver.fornicatio:& Pau.Grilan.in tract.de pœnis. omnifariam coitus illiciti.q.6. sub.n. 1. Huic verò communi contradicit Paul.de Eleaza.cum multis aliis,in cle. 1.de of.ordin.asserendo,q̃ clericus in sacris ordinibus constitutus,propter simplicem fornicationem depōni debet, & potest idemque tenet Ant.de Butr.in d.c.at si.quorum sententiam recitat esse communem Aret.in c.cum nō ab homine,de iudiciis, & Deci. d.c.at si clerici, sed opiniones istorum ad optimam cōsonantiam, & concordiam reducere nixus est Corset. in allegato sing.quamuis ipse in iudicando.& consulendo,nunquā discederem à prima sentētia,quæ in iure verissima videtur, & corroboratur per Dec.& Beroum latissimè,in d.c.at si clerici. quę quidem communis ita amplexa interpretatur vtiliter nō habere locum in sacerdote cognoscente filiam spiritualem, tunc enim deponeretur absque dubio aliquo,secundum Ab. in c.fi.de purg.canon.Io.de Anan.in c.cum dilectus.de accus. & in d.c.significauit,Fel.in prin.Dec.n.232.& Berous,n.161. in d.c.at si clerici,& Ioan.de Selua,in tract. de beneficiis in 3. par.q.3.in fi.& ista est communis,& indubitata opi.& aduerte q̃ filia spiritualis circa hoc illa dicitur,quæ sit de eius parochia,vt tenet Ab.in d.c.fi.de purg.can.Dec.in d.c. at si clerici, n.233.& Io.de Selua,in loco præcitato,& eadem pœna quoque puniretur sacerdos ipse cognoscens commatrem suam, secundum Abb.in d.c.fi.& Fel.in d.c.at si clerici. F.Viuius.

Clericus consocius verberando clericum consocium facilius absoluitur,& in excommunicationem incidit,vt est communis opi.de qua Soci.senior in c.quibusdam.nu.45. de pœnis. Bonacosi.

clericus beneficiatus matrimonium contrahens, priuatur beneficio etiam,q̃ non sit in sacris,& sit in minoribus,cōmunis est opi.Clar.q.73.ver. clericus. Etiā quod matrimonium esset nullum ex causa consanguinitatis. cōmunis est.ibi.Soarez nu.107.Capra regula 97.vbi fusius & Soarez in ver. clericus.n.108.& seq.& ipso iure priuatur si nō sit in sacris & nullum adsit impedimentum in ipso matrimonio. Aut est nullū, quia erat in sacris vel minorib.& scienter contraxit cum consanguinea,& non est secuta copula carnalis,& non perdit beneficium ipso iure,cōmunis est opi.ibi.& si contrahitur nulliter matrimonium cum impubere, & nō amittit beneficium. cōmunis est opi.ibi.& si mulier ante copulam ingreditur monasterium,nō recuperat beneficium. vt est communis opi. & clericus contrahens matrimonium non amittit beneficium soltmmodò,sed & quoscunq; regressus,accessus,& alia quælibet iura.vt est communis opi,ibi.& pēsionem,quam sibi reseruauit in resignatione beneficij super fructibus.vt est communis opi.Clar. ibi. item clericus.qui remanet excommunicatus per annum,priuatur beneficio,vt est communis opi.itē clericus periurus priuatur beneficio, & symoniacus, & effectus miles secularis,vt est communis opi.Clar.ibi.ver. itē clericus,idem si est excommunicatus,quia est ipso iure priuatus fructibus beneficij.cōmunis est opi.Clar.ibi.ver.item clericus. Pariter etiam clericus. Et nihil datur ei ex fructibus & redditibus sui beneficij,vt est communis opi. ibi. itē clericus hæreticus,ac eius filij ipso iure sunt beneficiis priuati & si clericus sit senex, qui sit infirmus,si permutat pingue beneficiū cum nepote,vel consanguineo,dante beneficium exile, talis renunciatio præsumitur facta in fraudem, vt est communis opin.Clar.q.73.vers.pariter. item clericus,qui non dicit officium,& horas diuinas priuatur beneficio, & tenetur ad fructus perceptos,vt est communis opi.Clar.ibi item clericus assassin' perdit beneficium ipso iure. Sed propter homicidium non perdit ipso iure,sed venit per sententiam condemnādus. item clericus perpetuò bānitus est priuandus beneficio,quia qui altari non seruit,de altari viuere non debet.Clar.ibi.Bon.

clericus cōmittens delictum,ob quod venit beneficio suo priuandus, licèt habeat ius in re, quousque sit priuatus, post priuationem tenetur restituere fructus perceptos à die commissi delicti,vel quos recipere potuit,siuè extent,siuè sint cōsumpti,& siue effectus sit socupletior,siuè non,commuuis est opinio.Clar.d.q.73.ver.& scias.Soarez vers.clericus.nu.106. Bonacoss.

clericus,vbi crimen non sit valde graue,non solet clericali beneficio priuari,vel ab ordine deponi,sed suspendi,quæ suspensio est censura ecclesiastica, per quam ei interdicitur officium,seu beneficium vel administratio seu executio ordinis vel iurisdictionis. Clar.d.q.73.in prin.Bos.de fo.com.n.139. vide D. Hieronym.de Monte in suis variis quæst.q.18. Bonac.

Clericus benedicens secundas nuptias, est suspensus ab officio & beneficio,non ipso iure,sed per sententiam est suspendendus.Clar.q.75.vers.sacerdos. Bonacoss.

clericus notorius fornicator, vel simoniacus in ordine,est ipso iure suspensus ab officio.Clar.q.75.ver.clericus. Bonac.

clericus, ecclesia seu monasterium succedens iure successionis vel legati laico iam conuento coram iudice seculari, tūc litem ipsam inchoatam cum defuncto coram illo iudice litem finire, peragereque tenetur vbi iudicium cæptū est, secundum Bald.cons.207.vol.2.An.& Paul.Castr.in l.heres absens.ff.de iudi.Alex.in add.Bart.in auth.& consequenter, nu. 19.C.de sent.Barb.cons.1.vol.3.&in c.quia,de iud.n.45.cum aliis seq.Imol.in l.si eum hominem.ff.de fideiuss.Cagnolum, in l.2.n.175.ff.de pact. emptorem, & opinio hæc obseruatur in pract.teste Boer.decis.69.n.32.cum aliis seq.Alex.vbi s.& Guliel.Bena.in c.Rainutius.in ver.vxorē nomine,nu.124.de testi. & est communis quoque prout ostendit Rogerius de Mara.in l.1.n.71.de iud.ff.& magis communem,ac veram esse ait Boer.in memorata decis.69.nu.32.34.& seq.

In contrariam verò partem inclinarunt:videlicet q̃ instantia cæpta cum defuncto laico non transeat in clericum hæredem, & sic q̃ lis cæpta cū ipso laico denuò inchoanda sit coram iudice ecclesiastico Io.And.in regula qui in ius de reg.iuris.lib.6.Bald.titubanter in c.in præsentia de probatio.& in l. 1.C.si pen.appel.mors inter.Ang.in l.tam ex contractibus,ff. de iudic.Ant.Abb.Fel.& Dec.in d.c.quia.& Iacobinus de Sancto Georg.& idem Dec.in prin.in d.l.hæres absens, vbi dicūt ita in actu practico obseruari,& ista est magis communis opi. vt meminit expressè Maranta,& quidem ex semetipso,suoq; capite in tract.iudiciorum in 5.part.n.13. & ita parum cautè, imò relaxatis cēsuris,habenisque iuris ita superiori anno per iudicem secularē ciuitatis Aquilæ in causa non leuis momenti iudicari vidimus.tamen reiecta opinione istorum tāquam iniqua, & plebi suadenda imo in nube fundata teste Boer. in d.decis.69.n.49.mihi semper placuit prima sententia, quam in iudicando, consulendoque sequerer intrepidè vti veriorem,æquiorem,& communiorem. F.Viuius.

clericus debitor alienæ pecuniæ, inopiæ seu egestate laborans non potest conueniri, nisi inquantum facere potest deductis necessariis alimentis,ne cogatur mendicare in opprobrium clericatus,secūdum gl.Bart.& alios omnes in l. 1.aliàs in l.miles.ff.de re iud.gl.in cap.studeat. 50.dist.quam sequitur Ioannes.Staphi.de literis gratiæ,& iustitiæ.Gigas. in tract.de pensionibus.q.35.& Capella Tolosan.& Auferius ibi,decis. 245.& Fel.in c. cùm ex officij,de præscriptio. & communem esse profitentur Dec.in cap.reprehensibilis.n.28.& seq.de appellatio.Ias.& Ripa.n.7.in d.l.miles,& quamuis de iure cōtrariam partem veriorem esse meminerint Matthesi. notab.61. nota q̃ clerici non gaudent,& Alberic.& Pau.Cast.in d.l. miles,ob hoc non multum tribuendum est opinioni istorū, sed sequenda est communis sentētia præmissa in praxi tanquam magis æqua,& vera,ac meliorib.rationibus vallata,verum reducendo omnia hæc re,&effectu ad practicam si clericus ipse haberet beneficium & esset pro solutione debiti conuentus iudex ecclesiasticus ad euitādū excōicationem,& carceration em ꝗ istū clericū posset,ac teneretur adiudicare creditorib' annuos fructus illius beneficij reseruatis congruis alimentis ex eis dicto clerico,arg.tex.in c.peruenit,de fideiuss.& ita practicatur,seu hoc obseruat in Rom.curia.fm Collectarium,in cap.Odoardus,de solutio.Auferiū in d. decis. Tolosan.245. & Rebuffum in authenti cabita.priuilegio.212.C.ne filius p patre,& hoc mō seruatū extitit ī facti ꝗtingētia multis vicib. corā iudice ecclesiastico ciuitatis Aqlę me procināte.F.Viuius.

clericus effectus post delictū, nō debet p iudicē secularem coerceri,vt dixi.cōis est opi.Cherianus in suo cōium opi.ver si.clericus.n. 1.& clericus pro crimine,nec ciuiliter, nec criminaliter corā iudice seculari recōueniri pōt,vt est cōis opi.ibi. n. 2. & si clericus tempore cōmissi criminis assumpsit habitū & tonsuram,priuilegium clericale nō amittit,nisi prius à suo prælato fuerit monitus,& interpellatus.ibi.nu.3. Bonacos.

clericus actualiter depositus non gaudet priuilegio canon vt est communis opi.Soc.senior in c.peruenit.n.138.de sent. excommu. Bonacoss.

Clericus licèt de iure canonico, quando est tale delictum, quod non impedit retentionem beneficij,vel executionē ordinis,post peractā pœnitētiam mitius puniat̄, q̃n proceditur

per viam

per viam inquisitionis,quàm quando per viam accusationis, quia primo casu nō imponitur pœna ordinaria,sed longè mitior. Secundò verò ordinaria. Tñ qñ est tale delictum, quod impedit beneficij retentionem,vel ordinis executionem,tūc non est differentia,an procedatur per viam inquisitionis,an p viam accusationis, quia vtroque casu, i. siuè procedatur per viam accusationis, siuè per viam inquisitionis cōtra clericū, eadem pœna ordinaria delicti imponitur. vt est communis opi.vt per doct.in c.inquisitionis.de accusat.de qua Pasethus in cons. 179.nu.2.vbi etiam dicit,q̃ homicidium est ex his delictis,quæ impediunt beneficij retentionem,&ordinis executionem,vt est communis opi.vt per Doc.in d.c.inquisitionis. Pasethus ibi.num.3.vide omnino Tiraquellum in suo de penis temperandis.causa 53.Ruin.consil.153.num.16.in 4. volum. Bonacoss.

Clericus (vt est dictum)torqueri potest, vt est communis opi.de qua Abb.in c.cum in contemplatione.n. 6.de reg. iur. & maxime,quādo fama est ipsum esse homicidam.Pasethus in cons.179.n.12.Alex.in l.fi.ff.de quęst.sed debet precedere infamia.Benedic.de foro Sempro.ver.accusatus de crimine. in reperto Fel.communiter tamen tenetur quod tortura non debet esse ita senera in clericis sicut in laicis. vt per Abb.in d. c.cum in contemplatione.n.6.de reg.iur.nec potest torqueri à laico,quia esset excommunicatus. Et verissima est conclusio,q̃ si Episcopus vel Vicarius faciunt clericos per laicū torqueri, sunt excommunicati. Sed si clerici nesciunt torquere, poterunt vocare laicum,qui ligabit,& postea clerici torquebunt. ita Benedic. de foro Sempro.in reperto. ad Felinum in vers.clericus non potest torqueri.Fel.in c.vniuersitati.de sen. excomm.clericus tamen poterit innocentiam suam probare per laicos & fœminas Marsil.sing.59. Bonacoss.

clericus, qui ante crimen nō incedebat in habitu, si postea incedat,gaudet priuilegio fori,vt est communis opin.Clar.q. 36.ver.sed hic quero.Dummodo in fraudem non fecerit.idē si tonsuram ante delictum non deferebat,postea sic.vt est cōmunis opi.ibi.ver.sed quid.Nisi in fraudē deferre cœpit.idē si non defert tonsuram, quia non habet capillos: quia excusatur.Clar.ibi.ver.quæro nunc. & clericus coniugatus recuperat omnia priuilegia clericorum mortua coniuge, quam habuit virginem.Clar.d.q.36.ver.quæro nunc,ver.vnum etiam scias. Bonacoss.

clericus deferens habitum & tonsuram, licèt sit coniugatus gaudet priuilegiis clericorum.Sed non coniugatus nō deferens. Nisi sit ter monitus vt deferat habitum & tonsuram, & spernit monita.quia non gaudet priuilegio, vt est communis opi.Clar.q.37.ver.hæc autem. Et clerici in minoribus cōstituti gaudent priuilegio fori,vt est cōmunis opi.Si incedant tamen in habitu,vt decidit sacrosanctum Tridentinum Consilium.Clericus tamen beneficiatus delinquens,etiam q̃ non incedat in habitu &tonsura,non potest puniri à iudice laico, licèt etiam incedat armatus vt miles,&vnica monitio in synodo sufficit pro trib.cōis est opi.Clar.ibi.ver.sed quid si.& clericus captus à iudice laico,debet detineri penes ipsum donec fuerit cognitum per iudicem suum,quod sit clericus.Et clericus, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictū cōmittit etiam nulla monitione præcedente,amittit priuilegiū: & potest à iudice laico puniri.Si tñ clericus incedat in habitu & tonsura,& committat quæcunq; grauia crimina,& illa reiteret,& in eis perseueret, nunquam efficitur de foro seculari. communis est opi.Clar.d.q.37.ver.cæterum. Clericus autem officialis Domini, vel principis si delinquat in officio,non potest puniri à iudice seculari,vt est communis opi.Clar.ibi.ver si.quæro pone.Bene autem potest officio illo priuari. Bonac.

clericus repertus cū armis contra proclamata Principis secularis,potest armis spoliari à iudice laico,& amittit arma,& ita passim obseruatur. Clar.q.36. vers. vlterius. Pœna autem corporali non posse plecti clericos estimat Clar.ibi. Et sic statim est clericus iudici tradendus ecclesiastico puniendus ita captus.vt est communis opin.ibid.in pœnam,s.pecuniariam, iuxta seriem proclamatis.vt est communis opi.ibi.Bonacoss.

clericus committens crimen læsæ maiestatis,potest puniri à Principe laico,ex obseruantia,vel vt iudex ecclesiasticus cognoscat, & re cognita eum degradet, & postea curiæ seculari tradat plectendum. Bonacoss.

clericus assassinus potest puniri per iudicē ecclesiasticum & laicum,vt est communis opi.& tanquā diffidatus à quocū que impugnè offendi potest.vt est cōis opi.Clar.q.36.ver.itē quæro.Nec requiritur alia degradatio,nec est pronūtiandus assassinus per iudicem laicū,& ita obseruatur, & est cois opi. Clar.ibi.ver.sed quæro.Et clericus assassinus statim debet tradi curiæ seculari,ñ expectata incorrigibilitate. vt est cōis opi. ibi.ver.quæro ēt. Et clericus incorrigibilis verè pōt puniri à iudice laico degradatus, & curiæ seculari traditus, vt est cōis opi.Et qñ nō pōt corrigi à iudice ecclesiastico,pt ipso iure cō primi à iudice seculari absq; aliqua degradatione, vt est cōis opi.Clar.ibi.ver.successiuè quæró.Quis aūt dicat̄ clericus incorrigibilis,& an sit declarandus incorrigibilis,& à quo iudice.ibi Clar.q.36.ver.sed quæritur.Clericus verò in sacris constitutus nō potest pp quodcunq; etiam enormissimū crimen à iudice seculari puniri, nisi sit prius à iudice ecclesiastico degradatus,& curiæ seculari traditus,vt est cōis opi.Clar.ibi.ver si.secus autem. nam duo concurrere debent ad hoc, vt iudex laicus possit punire clericum,primò,q̃ sit degradatus. Secundò, q̃ sit curiæ traditus seculari. Degradatio verò est duplex, verbalis s.& realis.Si est verbalis,requiritur traditio curiæ seculari,secus,si actualis, quia absqued.traditione secularis clericum punire poterit.communis est opi.Clar.ibi.ver.scias autem.Tribus autem ex causis fit degradatio,propter heresim, propter falsum cōmissum in literis papalibus, & conspirationem in proprium Episcopum.vt est communis opi.Clar. ibi. ver.scias etiam & clericus depositus non debet tradi curiæ secular,nisi sit incorrigibilis,vt est cōis opi.Clar.ibi.ver.dixi ēt. itē clericus propter calūniam vel cōtumeliam illatā Ep̄o est deponēdus,& curiæ seculari tradēd',si sit incorrigibilis,aliàs nō,vt est cōis opi.Clar.ibi.ver.hinc infertur.itē clericus de falso conuictus statim est deponēdus:&curię seculari tradēdus. Sed regulariter contrarium seruatur,vt inquit Clar.ibi.q.36. vide Soarez in ver.clericus.nu.115. Bonacoss.

Clericus condemnatus pro enormi delicto & homicidio est deponendus,& degradandus, & postea curiæ seculari tradendus,nec debet expectari,q̃ sit incorrigibilis. Vel si homicidium proditoriè cōmiserit,vel aliud enorme & grauissimū delictum committat,est degradandus,& curię seculari tradēdus,non expectata incorrigibilitate. Hoc tamē est in arbitrio iudicis ecclesiastici degradantis, qui fm qualitatem personarum & facti decernet.An esset curię seculari tradēdus,vel ne: in dubio autē non debet fieri traditio ipsius clerici delinquentis,qui non esset incorrigibilis,nisi natura rei,& circunstantię criminis aliud suaderent.vt est communis opin.Clar.d.q.36. ver.pariter.Et talis clericus ita degradatus&curiæ seculari traditus potest corporaliter puniri,vt est communis opi.Clar.d. q.36.ver.sed an iudex. Bonacoss.

clericus effectus religiosus post commissum delictum, si non in fraudem,nō potest puniri à iudice seculari,Secus si dolosè,vt se eximeret ab eius iurisdictione.Et tunc est degradādus,& curiæ seculari tradendus,licèt nō attendatur hodie talis degradatio. Non potest tñ puniri corporaliter, à laico tali casu,sed pœna pecuniaria,vel eius bona confiscantur.Clar. d.q.36.vers.sæpenumero.Et tūc suscepisse clericatum,aut ingressum religionem in fraudē præsumitur, si prius fuerat de delicto delatus,vel diffamatus,vt est communis opi.Clar.ibi. vers.sed in hoc.Multò magis si fuisset iam condemnatus ante ingressum religiōis, vel clericatus,vt ibi.Et tenetur monasterium pro eo quatenus ad eum res peruenit. vt est communis opi.Clar.ibi.ver.sed nunquid.Et si clerici & laici simul cōmiserint delictū, iudex clericus puniet clericos, & laicus laicos. Nec clericus trahit laicum isto casu ad curiam suam,vt est cō cōmunis obseruantia.vt dicit Clar.d.q.36.ver.euenit.Bonac.

clericus propter adulterium detruditur in monasterium & deponitur ab officio & beneficio.Couarru.Epito.4.c.7. n. 19.Diaz.in pract.crim.c.79.communem dicit.Soarez in ver. clericus.nu.110. Bonacoss.

clericus si per insidias interfecerit aliquem, debet verbaliter degradari,sed non actualiter.Et sic debet intelligi.ca.1. de homici.Fran.de Aret.in c.cum non ab homine.n. 80.de iudi. communem dicit. Bonacoss.

clericus per simplicem fornicationem non deponitur.Fel. in c.at si clerici.nu.8.de iud.communem dicens. Bonacoss.

clericus potest torqueri.Panor.in c.post cessionem.de reg. iur.cōmunem dicit.fallit,si non sit diffamatus.quia etiam præcedentibus indiciis, vel confessione non ideo potest torqueri,nisi sit diffamatus.Dec.in c.at si clerici.nu.9.de iudi.Marsil. sing.55.communem dicit.Soarez vers.clericus.num.118.& sequent. Bonacoss.

clericus vt capi possit,etiam à Prælato,debet esse suspectus de fuga, & prius debet constare de delicto „vt est communis opi.de qua Corn.in cons.vlt.vol.vlt. litera C.aliàs est excommunicatus etiam prælatus.Et qñ clericus in carcere detruditur,non debet carcer esse ad pœnam,sed ad custodiam, vt est cōis opin.de qua ibi in litera E.Est enim ad pœnam, quando

carcer

carcer est locus subterraneus,& caret lumine.Nec debet ferreis catenis,& manicis detineri,vt faciebat quidam Hispanus Sfrisatus Episcopus olim Tergesti.Sed taliter custodiri,ꝙ nõ sit sibi pœnale. Et debet fideiussoribus liberari, si res & casus expostulat,vt ibi litera F. Bonacoss.

Clericus non debet à suo iudice incarcerari, nisi prius constet de delicto,pro quo est detinendus,nam nisi prius constet de delicto,iudex incurreret in pœnam excommunicationis, communis est opinio.Clar.q.28.ver.quero nunquid.Bonac.

clericus an quis sit nec ne,ad iudicẽ ecclesiasticum spectat cognitio,communis est opinio.Clar.q.36.ver. regulariter.licèt habitus,an si sit clericalis,vel laicalis ad iudicẽ spectet secularem,vt ibi. Bonacoss.

clericus beneficiatus contrahendo matrimonium,amittit beneficium. Etiam si matrimonium ratione cõsanguinitatis foret nullum,vt est communis opi. Et si matrimonium de iure valeret,ipso iure beneficio priuaretur,sin minus, secus est. Clar.q.73.vers.clericus. Bonacoss.

clericus citatus à iudice seculari, si non comparet & nõ alleget se clericum,non ideo per hoc mulctatur,communis est opi.Clar.q.36.versi.est autem.in fi. Bonacoss.

clericus propter simplicem fornicationem non potest deponi,sed suspendi,communis est opi.Clar.in §.fornicatio.ver si.sed quero.Si autem esset insignis &deformis fornicatio,esset deponẽdus,vel si esset notoriè fornicator,ipso iure ab officio esset suspensus.communis est opi.vt ibi Soarez in versi. carcer.Io.de Selua.de beneficio.q.3.nu.13.par.3. Bonacos.

clericus concubinarius est priuandus beneficio,& tenetur ad fructus perceptos restituendum,vt est communis opi.Cla. d.§.fornicatio.ver.& in primis.Bellonus cõs.56.communem dicit.Villalobos communi.opi.nu.85. Bonacoss.

clericus à suo iudice ecclesiastico non debet incarcerari nisi prius constet de delicto,pro quo detinendus est,nã nisi constet de delicto,incidit,iudex in pœnam excommunicationis, ita communiter teneri ait Corn.cons.325. Item requiritur ꝙ sit fugitiuus,communem ait Corn.d.cons.325.Clar.d. lib.5. §.fi.q.28.ver.quæro nunquid. P.Fichard.

clericus an quis sit nec ne, ad iudicem ecclesiasticum pertinet cognoscere. Commun.dicit Ripa in c.decernimus.versi. sed coram quo de iudic.Didac.in pract.q.33.nu.1.Clar.d.§.fi. q.36.vers.regulariter. P.Fichard.

clericus beneficiatus contrahendo matrimonium amittit beneficium, etiamsi matrimonium ratione consanguinitatis esset nullum.Communem dicit Imo.in c.Ioannes.n.24.versi. 4.casu.de cler.coniug.An verò ipso iure amittat,aliqui dicũt communem esse ꝙ non.vt Euerard.cons.111.vers.in contrarium tamen alij contra dicunt communem quod sic, vt Did. super 4.decr.n.4.&menchiaca.lib.3.de testa.§.22.nu.45.in fi. Alij distinguunt,dicẽtes, Aut matrimonium de iure valet, & priuatur ipso iure,aut non valet.& tunc non priuatur ipso iure. & ita communem esse dicit Bermond. de concubin. quæ & Claro magis placet.in d.§.fi.q.73.ver.clericus. P.Fichard.

clericus citatus à iudice seculari, si non compareat & alleget se clericum,non ob id mulctandus est.Ita communiter tenere Canonistas contra Bart.& alios in l.non videtur. 1.ff. de iudic.testatur Cauensis super 235.tit.magnæ curiæ.n.11.Cla. d.§.fi.q.36.vers.est autem.in fine. P.Fichard.

clericus concubinarius priuandus est beneficio & tenetur ad restituendum fructus perceptos.Communem dicit Bello. cons.56.n.3.vt illum refert Villalobos in com.opi.in tit.C.n. 85.Clar.d.§.fornicatio.ver.& in primis. P.Fichard.

clericus coniugatus non propter coniugium perdit priuilegium fori ecclesiastici,dummodò cum vnica tãtùm,eaque virgine,matrimonium contraxerit.& habitũ clericalem,tonsuramque deferat.Gom.ait Didac.pract.q.31.n.7.vers.prima igitur,& ideò talis clericus non poterit in criminalibus à iudice seculari,Intellige, dummodò abstineat à negotiationib. & armis.Com.dicit Bertrand.cons.13.n.5.lib.8.Clar.d.§.fi.q. 36.vers.quæro.& seq. P.Fichard.

clericus coniugatus si ante tempus commissi criminis non incedebat in habitu & tonsura, postea verò assumpto habitu & tonsura statim commisit crimen, nihilominus gaudet priuilegio clericorum, Com.dicit Did.q.pract.31.n.7.ver.Quinto porissimum.Alex.cons.8.n.4.lib.1.cons.149.n.7.li.6. quẽ refert Mars.singu.480.Clar.d.§.fin.q.36.vers.Sed hic quæro. P.Fichard.

clericus delinquens, si verisimiliter est suspectus de fuga, potest capi vt Episcopo suo consignetur.Com.dicit Alc.in d. c.cùm non ab homine.n.63.de iudiciis.Clar.d.§.fi.q.28.vers. si verò. P.Fichard.

Clericus non coniugatus,si nõ deferat habitum & tonsuram, nihilominus gaudet priuilegio fori, nec potest à iudice laico puniri.c.si iudex laicus de senten.secus in coniugato. si tamen clericus non cõiugatus, post trinã admonitionem adhuc incedat sine habitu & tonsura, tunc in omnibus reputatur pro laico. Clericus verò coniugatus eo ipso quod non defert habitum & tonsuram etiam nulla facta monitione,amittit priuilegium fori. Ita cõem esse opin.ait Dida. pract. q.32. n.1.& ita communiter practicari dicit Imo.in c.si.n.7.ver.aduerte tamen.de vita & honest.clc. Licet Alex.de Neuo consil.59.n.4.dicat non esse verum ꝙ ita seruetur. refert Clar.d. §.fi.q.36.ver.Hæc autem.Et nota si dicta monitio sit generalis in Synodo &vnica,æquiparatur trinæ monitioni.Comm. dicit Alex.de neuo cons.60.n. 14. Talis enim monitio habet vim constitutionis.Clar.ibid. P.Fichard.

clericus non coniugatus,nõ deferens habitum & tonsurã, nõ amittit priuilegium fori,nisi prius ter monitus fuerit,ẽt si se immisceat enormib. Com.dicit Rol.cons.4.n.31.referens id attestari Alex.ↄs.8.lib.1.Menchiac.li.3.de testa.§.22.n.63. Clar.d.§.fi.q.36.ver.quero modò.Dicit tamen ibid.in prin.secundum Doct.magis communiter ex c.perpendimus. de sen. excom.colligi videri ꝙ talis sacerdos amittat priuilegium fori.Et ꝙ talis immiscens se seuis perdet omne priuilegium attestatur communem esse,Alex.de Neuo in cons.59.Alij tamen dicunt ꝙ quidem nõ requiratur monitio,si talis se immisceat seuis & enormibus,ita tamen si nõ solùm se immiscuerit,sed etiam diu perseuerauerit. & ita tanquam magis communem obseruari asserit Aufrer.in repet.clem.1.de offi.ord. in 1.reg. n.27.quem refert Boss.in tit.de for.compe.n.132.Pract.Conrad.in 19.limit.Didac.pract.q.32.n.2.vers.3. his erit. Boerius quoque decis.69.n.16.& seq.dicit hanc opinionem,ꝙ nõ requiratur monitio, tanquam magis communem obseruatam fuisse in clerico qui occiderat ex proposito quendam Barbitonsorem & dicit Chass.super consuet.Burgun.n.55.ꝙ vidit hanc opnionem communiter obseruari,refert Clar.d.§.fi. q. 36.ver.quæro modò.per torum.vbi tãdem pluribus aliorum recitatis opinionib.concludit quod clericus siue in sacris,siue in minoribus cõstitutus.qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit, etiam nulla monitione præcedente.amittit priuilegium fori,& potest à iudice laico puniri, à qua opinione putat neque consulendo neque iudicando recedendum esse. P.Fichard.

clericus condemnatus pro enormi homicidio,licet aliqui dicant ꝙ nõ statim sit tradendus curiæ seculari,sed debeat expectari ꝙ sit incorrigibilis, vt communem esse dicit Areti.in c.cùm non ab homine,de iudi.n.80.quem refert Dec.in ca.at si clerici.de iud.n.258.Diaz.in pract.crim.canon.c.90.relatus per Did.lib.2.resolu.c.20.n.7.Foller.in pract.crim.n.45.Boss. in tit.de foro compe.n.141.in fi. Contrariam tamen opinionem,ꝙ s.clericus pro enormi homicidio,aut alio delicto tradendus sit iudici seculari, dicit magis communem Guliel. de Benedict.post tertiam partem repet.c.Raynut.in quæst.de homicid.n.40.in fi.qnem refert Didac.in loco præall.Monachia ca.de test.lib.3.§.22.n.52.Pract.Carrer.nu.59.hæc opinio seruatur in pract.vt s. clericus propter homicidium proditoriũ, vel aliud enorme & grauissimum delictũ degrauatus, tradatur Curię seculari non expectata incorrigibilitate,in facto qñ que seruatum fuisse refert Dec.in d.c.at si clerici.Diaz.in d.c. 90.quem refert Foller.in pract.cri.& cano. & se ita alios practicasse refert Aug.& Ang.de malef.in verb.& ibi caput.n.43. Clar.d.§.fi.q.36.vers.Pariter. P.Fichard.

clericus qui sustinet excommunicationem per annum, priuatur beneficio.Communem attestatur Fel.in c.1.n.8.de iud. quia videtur suspectus.de hęresi.Cla.d.§.fi.q.73.ver.item clericus.P.Fichard.

clericus effectus miles secularis,amittit beneficium.Communem attestatur Imol.in c.fi.n.6.de cler.non resident.Barb. cons.11.ver.præterea facit.lib.1. quem refert Gigas,de pensio.q.55.n.2.nam eo ipso ꝙ secularem malitiam assumit videtur renunciasse clericali.Cla.d.q.73.vers.itẽ Clericus.P.Fich.

clericus excõicatus,est ipso iure priuatus fructibus beneficij.com.dicit Ripa in c.1.n.27.de iudi.& licet clerico qui fuerit propter crimen depositus aut suspensus exhibenda sint alimenta ex reditibus sui beneficij,tamen clerico excommunicato etiã egeno & pauperi nihil datur.ita frequentissimo omnium consensu receptum esse ait Didac.lib.3.resolut.c.13.n. 8.hæc tamen omnia intellige,si iusta sit excommunicatio, ita refert Clar.d.§.fi.q.73.ver.pariter. P.Fichard.

Clericus qui non dicit officium,neque incumbit horis diuinis,priuãdus est beneficio,& tenetur etiam reddere fructus percep-

perceptos.Com.dicit Bellon.cons.56.nu.3.Clar.d.§.fi.q. 73. vers.pariter.sub fin. P.Fichard.

Clericus non debet deponi propter graue crimen.Com. dicit.Sylua.de beneficio.nu.4.Clar.d.§.fi.q.74.vers.regulariter. P.Fichard.

clerici tenentur ad instructionem murorum,ac portarũ ciuitatis,& viarum pontiumque in quibus est pietas,& publica versatur vtilitas.l.ad instructionem.C.de sac.san.eccle.&in l. ad portus.C.de operi.publ.gl.& alij in c.non minus in ver.releuandas.de immuni.eccles.Lucas de penna,in l.in fi. C.de exacto.tributo.lib.x.Ripa.in lib.2.responsorũ c.22.n.5.& seq. Bart.& omnes,in d.l.ad instructionẽ,Bellamera cons.45.Gui. Pap.q.78.& Ripa.in tract.de peste.in tit.de remediis ad cõseruandam vbertatem,n.133.& seq.vbi recitat istam esse cõmunem opinionẽ,approbat viua ratione,& concordat cum opinione contraria,prout ita facit,& concordat quoque additionator in d.q.Guid.Papæ 78.Bart.pariter consilij.n.9.vol.1.ꝓfitetur opinionem istorum esse cõmunem,eamque ampliat, ac refert cæteros contrariam asseuerantes.Et sequitur quoq; Lancel.Corrad.in pract.seu tract.De decur.li.1.c.9.de prætore.§.1.n.27.& seq. vbi ostendit istam magis communem fore,& obseruari Mediolani & Papiæ. F.Viuius.

clerici feudum capere & retinere possunt, cùm per substitutos domino inseruire possint.Hoc communi opinione obtentum esse scribit Zas.in vsib.feu.par.5.n.71.in Tom.4.&secundùm hanc communem sententiam bis facultatem Iuris Academiæ ingolstadiensis iudicasse refert Barth.Romul.in l. vt vim.n.70.ff.de iusti.& iure. Kirchouius.

clericorum concubinas non esse de foro ecclesiæ, & posse per laicos puniri,contra communes Doc.multis argumentis tradit Vdalric.Zas.sing.respon.lib.2.cap.17. Kirchouius.

clericis immunitas non est à collectis reficiendorum murorum,pontium,ac viarum,vt frequenter placitum enunciãt Rip.de peste.tit.de remed.præseruat.nu.234.Viuius lib.2.opinio.42. E.Suarez.

clericos, sua cum sponsa de præsenti(vt Doctores fantur) cocuntes,quiuis impunè percutiet, quipppe in id frequẽtius itum à doctoribus author est Did. à Couarru. de sponsal. 1. par.c.1.nu.12. E.Suarez.

clericos periurij reos,non dignitate,ac beneficiis ius ipsum euertit,sed exuendos,ac priuandos constituit,& si statim incapaces nouæ institutiõis,ac dignitatis reddat,vt communia vberrimè affirmat.Iul.Clar.in pract.§.periurium.versic. item clericus. E.Suarez.

clerici in minoribus ordinibus constituti sunt capaces sententiæ degradat.& sic degradari possunt c.2.de pœn.in 6.& ibi Doct.commu.Ant.in c.at si clerici.de iudic.Barb in c.cum non ab homine.e.tit.ei Berna Dias in pract.crim.ano.c.132. post prin.nec refragatur.tex.in c.clericus.il secundo, de vita, & honest.cleric.dicens clericos in minoribus constitutos ordinibus esse sine gradu, quoniam intelligitur absq; gradu sacro,secundum gl.receptem communiter ab omnib.ibi,quam sequitur quoq; Corset.in sing.in ver.accusatio,sed huiusmodi actualis degradatio insignitis minorib. ordinibus veritatẽ profitendo minimè moribus recepta est,vt perCanonistas,in d.c.clericus. F.Viuius.

clerici trahentes clericos coram iudice laico,perdunt causam per sententiam,non ipso iure.Pan.in c.si diligenti.de for. comp.nu.18.communem dicit. Villal.

clericorum appellatione, in fauorabilibus veniunt canonici & dignitates,in odiosis non,Alc.in l.2.ff.de verbo.oblig. nu.9.communem dicit. B.Villal.

clerici etiam de quotidianis distributionib.testari possunt. communem dicit d.§.testamentum.q.27.vers.5.Contrarium tenet Nicol.de Vbald de succes.ab intest.par.vlt.nu.9.P.Fich.

clerici à potestate, & iurisdõe principis secularis,& oĩm,& quoruncunque Laicorum ante omnem humanam legem iure diuino fuerũt,ac sunt exempti secundum gl.in c. si Imperator.in verb.diuinitas 96.dist.& in c.quanquam.de censi. in 6. quam sequuntur Doc.omnes in dictis locis, Card.in repet.c. perpendimus.in 7.opposi.de sent.excom.Abb. Fel. & Dec.in c.ecclesia sanctæ Marię de cõsti.Roma.sing.419.Rota Rom. in antiquis decis.840.in tit.de consuet.Abb.in ca.at si clerici, nu.23.de iud.Aufrer.in cle.1.de offi.ord. & Fel. in c.2.de maior.& obed.vbi scribit istam esse communem opinionem, & Curt. quoque in c. fin. de consuetud. & Rebuffus in concordantiis,in rub.de protectione.Hoc procedit similiter in clericis primæ tonsuræ,seu non habentibus beneficia,& immiscẽtibus se in delictis enormibus,qui priuilegium fori non amittunt ex eo,ꝙ vestibus & tonsura non vtantur,donec ter moniti fuerunt à suo Prelato,seu Episcopo,vt à predictis desistãt & habitum reassumant,vt probatur in c. in audientia.de sent. excom.& tenet glo.communiter approbata in c.ex par. 2.de priu.Pan.in c.tuæ,de apostat.Henr.Bohic.in c.cùm nõ ab homine.de iud.Aret.cons.163.n.16.Fulgosi.cons.157.Alex.cõsi.8.vol.1.Dec.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ n.6.& consi. 241. scriptũ,Soc.cons.13.n.11.12.& 20.vol.4.Alc.in rub.extra de iud.Grammat.in voto 33.& istam opinionem ponũt esse cõmunem omnes Doct.præcitati,& ceteri in c.vnico.de cler.cõiugat. quam declarant procedere de plano, & absque dubio aliquo in clericis primæ tonsuræ, qui non forent coniugati. Sed in clericis coniugatis monitio ista non est necessaria,ꝓut omnes Doct.affirmant.in d.c.vnico.Monitionem seu citationem aut ista,vt omnes clerici reassumant habitũ.aliàs priuentur priuilegio clericali non sufficit fieri per proclama generale,sed necessario trina monitione personali clericus debet citari ac moneri,vt probat tex.&ibi Card.Inn.&oẽs in cle. 1.de vita,&honest.cle.Rubeus cons.76.n.2.& Marsil.sing.259.generalis,& ꝙ iste Clericus simplicis tõsurę ↄueniri nequeat in ciuilibus causis,& criminalibus coram Imperatore,Rege,Senatu,vel quocunq; alio iudice seculari etiam incedens absq; habitu,& tonsura nõ est mirũ,qa percutiens Clericum huiusmodi primæ tõsuræ est excõicatus, quemadmodũ si percussisset Clericum in sacris ordinib.cõstitutum,vt in c.quisquis. 17.q.4.gl.in cle.2.in ver.clericos. de vita & honest.cler.& ita tenet Io.Lup.in tract.de censura ecclesiast.q 11.& 5.& Grammati.dec.10.n.1.Afflict.in constit.iu.Neapo.lib.1.rubr.19.& Io.de mo.in c.ex literis nu.6.de vita & honest.cler.& opinionem istam facit mentionẽ esse cõem Albert.Trotius in trac. de vero,& perfecto clerico.in libr.1.dubio.11.Sed hodie isti Clerici occasionem, ansamque præbuerunt concilio Tridentino non leuem de reuocando, ac annullando omnes leges facientes in eorũ fauorẽ,& sic Concilium ipsum Tridentinum sub Pio quarto Pontifice in 23. sessione c.6.incip.nullus prima tonsura initiatus.statuit,& ordinauit,ꝙ clericus primę tonsuræ,aut in minoribus ordinibus constiturus nõ gaudeat fori priuilegio. nisi beneficium ecclesiasticũ habeat, aut clericalem habitum,& tonsuram deferat.Idcirco,ò clerici,caue te, ne vobis nimis frati in antiquis ecclesiæ constitutionib. obliuiscamini dicti Concilij Tridentini, & accidat vobis, vt euenit cuidam clerico Aquilano in minorib. ordinib.constituto,qui incedendo absque habitu,& tonsura fuit captus à iudices seculari cum armis prohibitis.& vigore Concilij prædicti amisit forum iudicis ecclesiastici.

Ordo ecclesiasticus post delictũ commissum à laico assumptus fraude,& dole,vt forum iudicis sui declinet,non liberat eum à iudicis secularis iurisdictione, vt tenet & probat Oldr. cons.4.Bar.in l.1.ff.de pœ.Io.And.& alij in c.1.de oblig.ad ratiocinia,quorum sentẽtia communis est,vt apparet ex citatis per Aufr.in cle.j.de off.ord.reg.1.fall.11. Marsi.sing.d xxxiiij. & Lamber.in c.1.de her.in 6.q.13.&Marquardũ de Susannis in tract.de Iudæis,& infidel.in 3.part.c.5.n.3.&sic ꝑ huiusmodi fori mutationẽ non impedit secularis iudex eũ punire:Sed Bellemera in c.ꝑposuisti.q.2.de for.cõp.asseruit ↄriũ ꝙ absq; vlla fraudis distinctiõe ñ possit crimẽ hoc à seculari puniri:tñ in practica nũq̃ ego discederẽ à cõi ꝑdicta tãq̃ iure verissima, & fraus in casu isto ꝓsumeret̃ si qs post delictũ,& ante ordinẽ susceptũ fuisset accusatus,seu denunciatus,vel infamatus,fm Dy.in l.Vlpianus.ff.excus.tut.& Doct.in locis præcitatis.Hoc verò limitat̃ ñ ꝓcedere vbicunq; qs fecisset votũ clericatus, vel introeundi religionẽ ante patratũ delictũ:tũc.n.nullo mõ posset à iudice laico puniri,cũ votũ hoc delicti cõmissi tps ꝓcesserit,vt ↄcludit Ias.in l.cũ q̃dã puella.n.11.ff.de iurisd.om. Gerardus sing.51.Marsil.sing.534.q referũt ita tenere Bal.in l.1.C.an seruus ex suo facto,asseruntque hoc esse valde notabile ꝓ euadẽdo aliquẽ à mortis pœna,& ꝓsertim qa staret̃ iuramento suo fm allegatos Doct.Cassaneus tñ in ↄsuetu.Burgund.rub.1.§.5. scribit se nõ credere ꝙ opinio ista à practicis admittenda sit,& eandem opi.reprobat quoq; Claud.Seysel. in d.l.j.C.an seru⁹ ex facto suo. Verũ opinio Bald.Ias.& sequaciũ ẽ magis cõis, ac eã sequũt̃ oẽs Criminalistæ variis ĩ loc.& Io.ð Ana.ĩ c.ad falsariorũ,ext.ð cri.fal.& ĩ pract.seruari dt Gerar.ĩ d.sing.51.&cas⁹ iste euenit ĩ facto hodie hic ĩ ciuitate Aqlæ,discutitq; corã iudice seculari,& adhuc ĩdecis⁹ pẽdet.F.V.

clerici ñ residẽtes ĩ ecclesiis ĩ qb.hñt seu obtinẽt bñficia ecclesiastica tenẽt̃ oĩno ad dicẽdas priuatĩ pces horarias à Romano Põtifice & eccl'ia priuatiue ĩstitutas,alioqn ipsi clerici restituer̃ tenẽt fruct⁹ bñficii,quos pcepit ex eo iã tpe,quo à dicẽdis pcib.canonici cessauerũt fm Cald.ĩ c.j.de cel.mis.Dom. in c.fi.de præscr.in 6.in 1.no.quorũ opin.veriorẽ scribit Dec. in c

j. c.cum omnes in 2.lect.1.de constitu.& Andriam.in 4.sententia in tract. de resti.in q. an clericus teneatur restituere vltra victum de reditibus beneficij,&c.& Ripam.in l.fi.q.65.C. de reuocan.donat & eãdem sententiam arbitratur tutiorem gl.in Pragma.sanctiõe,qualiter horæ canonicæ sint dicendæ. In contrariam verò partem inclinauerunt,videlicet,quod dicti clerici non teneantur aliquo pacto ad restitutionem fructuum,Abb.& Cardina.in d.c.1.de celeb.miss.Præposi.in Summa.44.dist.Siluest.in ver.clericus.4.q.22.&Fel.in c.postulasti. nu.7.de rescrip.post alios, quorum opinionem communem esse scribunt Moder.ibi: sed tamen priorem sententiam tanq̃ veriorem comprobauit Sinodus Lateranen.sub Iulio 11.session.9.De hoc decreto faciunt mentionem Ioan.Bernard.presul.Callugurritanus in pract.crim.c.49.&Martinus Azpilcueta in c.quando autem,de consec. dist.1.n.31.& istam opinionem contra communem tanquam tutiorem,& veriorem,vt s.docuimus,sequendam fore duximus omisso multiloquio, & aliis quam plurimis rationibus, quæ allegari possent pro eius corroboratione. F.Viuius.

Clerici & psonæ ecclesiasticæ,licet generaliter ad subeunda munera personalia iusta,qualia sunt quæ exhibent corporali obsequio alienis sumptibus, & absque erogatiõe proprij patrimonij cogi non possunt siue sordida sint,siue non,vt videtur velle Ancha.in c.1.de immunit.ecclesiastic.libr.6.l.placet.C.de episcop.& cleric.cap.non minus,de immunit.ecclesiarum,& ibidem per Inn.cap.sed nec procuratores,ne cleric. vel mo.l.gñalr.C.de episc.&cle.id tamen inter alia quoq; fallit quando clerici haberent bona & possessiones à Principe, quia tunc ad onera personalia qualia sunt Angaria & Parangaria tenentur,vt not.in ca.non minus.per Inn.& per d.Ant, quod communiter teneri refert Benedict. Capra, regula 96. nu.21.similiter fallit in oneribus custodiæ ciuitatis,quum nõ solum quando ciuitas est de temporali iurisdictione ecclesię, sed etiam generaliter in omnibus ciuitatibus quæ oppugnãtur ab hostibus fidei,ad custodias compelli poterunt, vt not. in c.perueniet,de immunit.ecclesiastic.&per Francisc.de Rãporibus.in cap.quanquam.de censibus & ita communiter intelligi,d.c.per notata contra Ioannes Andream refert ibid.n. 23.Benedict.Capra.

clerici licet regulariter etiam contra Turcas & Saracenos non aliis armis quàm lachrymis,ieiunio& precibus pugnare debeant,iuxta notat.23.q.8.c.1.& seq.id tamen fallit,vbi imminet periculum suæ ipsius personæ, nec aliter euadere possint,quum tunc sine irregularitatis pœna quemlibet offendere armis possit clericus,per notat,in clemẽtina Si furiosus. de homicidio.& in lege vt vim.ff.de iusti. & iure ac ita communiter teneri refert regula 96.nu.29.Bened.Capr.

clerici in casibus quibus tenentur ad onera & contributionem laicorum,nunquam ad eam cogi aut compelli poterunt per iudicem laicum,sed debet fieri executio per ecclesiasticũ de cuius foro sunt vt voluit Inno.& post eum Ioannes And. in c.de immunita.ecclesiarum.Bald.in l.ad instructionẽ.C.de episc.& cler.Matth.de Roma.in clem.vnica.de immunit.eccles.& ita communiter teneri,regul.96.n.79.refert idem Capra.Et si iudices laici moniti semel nõ desistunt,incurrunt excommunicationem,cap.quoniam.de immunit.eccles.idque odio tyrannorum, & fauore ecclesiæ aliàs trina monitio requiritur,clem.1.de vita & honest.cler.ibidem.Cap.

clerici vilia,non sordida artificia,exercentes,moniti, si nõ desistant,licet careant priuilegiis clericorũ,vt s.id tamen fallit si occultè talia exercerent,prout notat in clem.1.de hæretic.per textum,in ca.1.de vita & honest.cleric.& ibidem Paulus de Leazar.quem communiter Doctores sequi refert Benedict.reg.5.nu.7.similiter fallit in exercente talia prohibita per tertium & non per se,vt not.d.clem.1.de hæreti.& d.cle. 1.de vita & honestate,& ibidem Paulus de Leazaris,quem similiter Doct.communiter sequuntur.d.regul.nume.8.refert ibidem Capra.

clerici absentis ac contumacis beneficium licet ad hoc,vt alteri conferri siue ad ipsum eligi possit regulariter necessaria sit ipsa priuatio,ita vt sententia priuatiua post ipsam cõtumaciam sequatur,iuxta textum in c.inter quatuor.de cleric. non resident.Io.And.in c.qualiter in c.ex parte,eo.ti.id enim inter alia fallit, quando certum esset quod ipse clericus abesset sine iusta causa,& citatus vel monitus nõ rediret,qa tunc alteri conferri poterit,secundum Host.& Io.Andr.d.c.qualiter.cum quibus cæteros transire refert Benedic. Capr.reg.91. numer.51.

clerico,etiamsi beneficium teneat quod residentiam nõ requirat,non licet vagari,quinimò ob delictum vagationis tali beneficio priuari potest.6.q.1.c.nõ oportet,& capit.seq. vt voluit post Host.Io.And.in c.ex tuę.de clerico non residente, quod procedit etiamsi consuetudo sit,quod sine causa vagari liceat,Talis enim consuetudo cùm sit irrationabilis,& cõtra bonos mores,& tendat in læsionem ecclesiæ,non valet,c.1.de consuetudine.Io.And.post Ho.& Inn.d.ca.ex tuæ.& ita vtrunque communiter teneri refert Bene.Cap.reg.91.numero 8.&45.

clerici regulares debent communiter & simul viuere atq; stare,vt patet ex gl.in d.c.quoniam.de vita & honest.cler.& in c.cùm ad monasterium. de statu regularium,quam communiter approbatam refert Benedi.Cap.reg.93.nu.3.

clerici non possunt torqueri,stantibus indiciis,nisi sint infames,& de crimine diffamati,secundum Ant.&alios in c.j.de deposi.Bart.in l.ex libero.ff.de quæst.Bart.Bald.& reliquos in l.presbyteri.C.de episc.& cler.Bart.& Alex.in l.qui sine.ff. de quæst.Ias.in l.magistratibus.ff.de iurisdom.iudi.Marsi.in sing. 55.aduertas ad vnum. vbi refert ita obtinuisse in practica in Ciuitate Cumarum,Curt.in tract.nobi. qui dicit etiam si contra clericum essent mille indicia, torqueri tamen non posset, nisi foret de crimine diffamatus,Fel.c,de hoc.de simon.Mod. Hispa.latissimè in decis.criminali, in gl.tortura.& Dec.in c.at si clerici.n.9.de iud.vbi scribit vltra præcitatos scriben.istã esse communem opinionem.Ampliatur hoc etiam procedere, si ciuiliter cõtra ipsum clericum agatur.vt not.Pan.& Philip. Franc.in cap.dilectis. de appel. dummodò non sit de crimine diffamatus,& infamis,vt per Corn.& Barb.in d.c.j.de deposi. vbi asserunt istam esse communem opinionem.& Io.Bernar. Diaz.in sua pract.crim.canonica,in ver.tortura c.117.vbi materiam istã vsque ad saturitatem explicat,&dato q̃ clerici ipsi torqueri possint cõcurrentibus præmissis,ob hoc tamen tortura eorum non debet ita esse sæua quemadmodum laicorũ, secundum communem opinionem omnium Doct.quam citat Abb.in c.cùm in contemplatione de reg.iur.in antiq.&Ioan.Ber.in loco præcitato. Franc.Viuius.

clerici nunquam fuerunt de iurisdictione laicorum:& cõstitutiones de hoc loquentes potiùs sunt declaratoriæ,quàm de nouo promulgatoriæ:gl.in c.Imperator.96.dist.communem dicunt Card.in cap.perpendimus.de sent.excom.in repeti.& Alciat.in c.cùm non ab homine.de iudiciis.

Amplia ẽt q̃ laicus nõ põt esse iudex clerici ẽt in realib.nec corã eo cõueniri.Ant.de Tremo.in add.ad Bona.ĩ rub. quib. mod.suo.n.39.in verb.sed iudicibus secularib.cõmunẽ dicit.

Concordat cum hac communi l.57.titu.6.par.1.nisi realia processerunt à Rege vel alio potenti coram eo.vel si clericus est heres laici,& ratione eius cõueniatur,debet coram iudice laico respondere,vel si vendidit corã iudice laico,tenetur de euictione,per d.l.57.quod planè est cõtra gl.in c.clericus nullus.in ver.secularem.11.q.1.& gl.in c.is qui in ius.de reg.iur. lib.6.& tenet Ant.in c.quia V.de iudi. Et Ias.adiicit alios plures tenentes in auth.quas actiones.n.39.de sacros.eccl.C.vbi videtur dicere hanc esse communem opinionem,sed iudices seculares obseruant.d.l.57.& vide Ruber.in Spec. aure.in 5. par.prin.n.13.vbi dicit, q̃ licet lis cœpta,denuò est inchoanda corã iudice ecclesiastico,& dicit magis cõem,Petrus autem Nunius in c.1.de exec.mãdari Regij,n.29.dicit illã l.57. intelligendam quando lis erat cœpta cũ defuncto, & non ita indistinctè:quæ interpretatio(salua eius pace) violat literam:Verba legis hæc sunt,*quando el clerico hereda los bienes dol home lego: y alguno dennanda contra aquel clerigo por razon del auer que heredo:o de dañ o que vuiesse hecho tenudo es el clerigo de falzer derecho ante aquel iuzgador seglar do le fuere aquel de qui en heredo el auer si fuesse vino.* Ecce enim legẽ non distinguẽtem si lis sit cœpta necne: quia licet sit verũ q̃ qñ,lis est cœpta cũ defuncto,heres tenetur coram illo iudice litẽ finire vbi cœptũ est iudicium,per l.vbi cœptũ.ff.de iud.fm cõem opinionẽ,vt per Anto.de Trem.in addit.ad Bona.in pract.except.in rub.quib.mod.ad fi.vers.item nõ audiuntur in herede clerico Magis cõis est contraria:&sic non quadrat distinctio,cum vnũ &reliquum sit prohibitum: sed est dicendũ d.l.57.respicere ius ciuile,& opinionem Doctorũ antiquorũ,qui tenuerunt per l.hæres absens.ff.de iudiciis.vbi Alber.dicit Pergami fuisse conclusum clericos heredes laici posse conueniri coram iudice laico, licet contrarium sit de iure canonico,quod nota.

Fallit ĩ clerico degradato actualiter:qa iudex laicus põt eũ punire absq; aliqua traditiõe.Alc.ĩ d.c.cũ ñ ab hoĩe.cõem d̃t.

Nota istam communem pro intellectu l.60.tit.6.part.1.

Fallit secũdò,si recõueniatur per laicũ,quia in illo casu iudex secularis erit suus iudex.Curt.Iun.in l.2.n.48.ff.de iurisd. omn.iud.communem dicit.concord. cum d.l.57.tit.6.par.1. si non data operà laicus molestet clericum vt reconueniatur per Maran.in Spec.aureo.part.4.dist.7.nu.44. B.Villal.

De clerico herede laici,vide plura apud Dida.Pract.q.ca.8. nu.2.& 3.vbi refert communem esse,q̃ clericus litem cœptam cum defuncto cui successit, corá illo iudice laico debeat persequi. I.Fich.

Fallit tertiò,si clericus est vasallus:quia subest domino laico:& coram eo potest conueniri de feudo,Fel.in c.cæterùm, nu.3.de iud.communem dicit.

Amplia istam tertiam limitationem procedere non solùm si vertitur quæstio sup ꝓprietate:sed ẽt super possessiõe.Areti.in cap.cæterùm.nu.24.de iud.communem dicit ex Panor. ibi,Quam ibidem intelligit,quando agitur per interdicta possessoria:secus tamen si intentatur emenda iniuriæ,vel damni passi,vel quando agitur criminaliter de possessione ad pœnã. Tunc enim iudex ordinarius,& non dominus cognoscit.Im. & Moder.in d.c.cæterùm.

Restringe istam tertiam limitationem, si clericus vasallus Regis vocetur à Rege & à Papa,eodem tempore,nam eo casu potius tenetur obedire Papæ,quàm Regi.Præp.in ca. cùm parati,nu.20.de appel.communem dicit.

Nota istam restrictionem ad intel.l.24.tit.2.li.3.ord.imponentis pœnam ecclesiasticis non venientibus ad mandatum Regis.

Fallit quartò, si clericus inueniatur in flagranti delicto, quia potest capi à familia Potestatis, vt tradatur iudici ecclesiastico,Fel.in c.verò.nu.2.de sent.excom.

Amplia istam fallentiam ad priuatũ,qui potest capere clericum in flagranti crimine fauore reipublicę.Fel.in d.c.si verò.communem dicit.

Amplia secũdò, si clericus in delictis est suspectus de fuga, nam tũc à laicis potest capi,vt Episcopo suo tradatur sine metu excommunicationis, Episcopo ratum habente verè, vel fictè.Alciat.in ca.cùm non ab homine,de iud.num.94.communem dicit.

Amplia tertiò, in creditore, quia potest capere clericum absque mandato.Alciat.in d.cap.cum non ab homine.n.74. communem dicit.

Fallit quintò,de consuetudine regni,quia Princeps cognoscet de vi,& de iniuriis inter ecclesiasticos.l.v.tit.1.lib.2.ord. quæ habuit ortum à c.principes.23.q.5.& c.Regum.ead.causa & quæst.& tex.iuncta gl.in verb.Reges.in c.filiis.26.q.7. licet contra ista iura & consuetudinem,vide tex.in c.placuit,& in c.inolita.11.q.1.cap.qualiter & quando.de iud.auth.statuimus,C.de episc.& cler.& Rota decis.840.in antiq.dicens,cõsuetudine nõ potest introduci,q̃ clericus subiaceat iudici secularii:quib.iuribus vnico verbo respondetur,q̃ hæc iura generalia sunt:alia autem specialia,per reg.gener. de reg.iur. in 6.Speciale.n. est in violentiis, & iniuriis præcipuè cùm superior non sit in Regno,qui de illis possit cognoscere: vt notat Naua.in præfat.ca.cùm contingat.in 16. causa cum agitur de remediis.in alleg.in litera Y.de rescri.& de d.l.5. vide Nuniũ de obseq.mand.Regum,c.1.nu.25.& vide Gul.Bene.in c.Rainutius,in verb.& vxorem nu.40.& 347.& in ver.absque liberis.verb.2.nu.45. B.Villal.

Additio. Limita etiam quia clericus qui ante clericatũ deliquit,potest de illo delicto à seculari iudice puniri,& hanc limitationem limita,nisi ante commissum delictũ votum clericat^9 fecisset,& sic retrò trahitur,& hoc si fraudulẽter fecisset, Old.in cons.4.Quod laicus,& refert hoc dictũ M.Ant.Bard. in tract.de temp.vti.& contin.in c.11.num.13.

PR.clerici iurare prohibentur.l.cum clericis.C.de episc.& cleric.c.1.de iure.casum. I.Bellon.

PR.clericis nec vxores nec concubinas licet habere.l.eum qui.&auth.multò magis.C.de episc.&cler.can.interdixit.32. dist.& can.cum omnibus.81.dist.c.1. & cap. à nobis.de cohab.cler.& mulier. Bellonus Tolosan.

Clericum excommunicatum percutiẽs, incidit in excommunicationẽ.Pan.in c.contingit.1.n.12.ad fi.de sent.excom. communem dicit. B.Villal.

clerici in criminalib.non subiiciuntur laico, & possunt declinare forum,vt est cõis opi.Clar.q.36.Et q̃ indistinctè clericus sit ad ecclesiam remittendus est cõis opi.vt per Vanti. de nullita.pocessus.fol.79.n.50.Et ideo si ex forma statuti in criminalib. nemo debet admitti ad aliquas exceptiones proponendas,nisi personaliter compareat.Si tamen ille, qui citatur est clericus, poterit implorare officium iudicis vt ipse capiat informationem, q̃ ipse inquisitus est clericus. vide Gramati. cons.1.post decis.n.14.vide Soc.iun.in cons.34.in 2.volu.vbi dicit,q̃ clericus et in minorib.cum complicib.simul possunt declinare forum seculare,quidquid in cõtrarium practica seruet.de qua Clar.q.36.cõem dicens.ver.procedit.n.in foro de quo loquitur.Nec valet consuetudo in cõtrarium, nisi in clericis in minorib. Nec possunt clerici huic renunciare priuilegio. Clar.ibi.in ver.secũdò infert. Nec opus est allegare incompetentiam iudicis,etiam per procuratorem,vel excipere,nisi esset vasallus clericus.Clar.ibi.ver.est autem. nec efficitur clericus contumax,si nõ comparet,quia omnia acta sunt nulla.Et potest ista exceptio nullitatis opponi ẽt post sententiam. ibi Clar.ẽt si re conueniatur clericus,vt est cõis opi.Etiam si clericus esset illegitimus.Clar.ibi.ver.habet ẽt.Etiam si clericus est coniugatus,dummodo nõ sit bigamus,vt est cõis opi. ibi. ver.quæro.Bigamus aũt non dicitur,qui pp adulterium fecit diuortium,& postea sit ei reconciliatus,vt est cõis opi.ibi.versi.sed an ille.Etiam si tempore delicti fuerit coniugatus,&postea solutus,vt est communis opi.Clar.ibi.vers.sed pone.fallit si clericus coniugatus negotietur,& armis det operam, vt est communis opi.Clar.ibi.vers.hæc verò omnia. Bonacoss.

clerici possunt capi in flagranti crimine à familia potestatis.Fel.in c.si verò.n.2.de sent.excom.cõem dicit. Bonacoss.

Clerici debent abstinere à negotiationib.Communiter firmare doctores in c.fi.de vita & honest.ait Alex.de Neuo consil.60.nu.4.Cl.d.§.fi.q.36.vers.Hæc verò. P.Fichard.

clerici regulariter torqueri possunt,communem dicit Ab. in c.post cessionem de reg.iur.idque non solùm locum habet in vulgaribus clericis.sed etiam in presbyteris, vt cõem dicit Abb.in c.cùm in cõtemplatione.n.6.de reg.iur.Boss.de indit. n.103.Intellige tamẽ de clericis diffamatis & suspectis de crimine,& ita communiter teneri dicit in Apostillis ad Bar.in l. fi.n.5.in verb.specialia.ff.de q.Fel.in c.vniuersitati.n.2.de sen. excom.Marsil.55.Simancas de hæretic.c.63.nu.27.Duennas reg.109.in tertia limit.Boss.in tit.de indit.nu.35.Clar.d.§.fi.q. 64.vers.sed an clerici. P.Fichard.

clerici etiam in minoribus non possunt esse venatores, vt est communis opi.Socinus senior in capitulo episcopum.numer.13.de clerico venatore. Bonacoss.

clerici participantes scienter cum excommunicatis à Papa sunt excommunicati, ad incurrendam tamen hanc excommunicationem,quinque requirentur: primò,vt participent, secundò,vt scienter,tertiò,vt spõte,quartò,q̃ in diuinis,quintò,q̃ talis sit à Papa nominatim excommunicatus.Com.attestatur Summa Syluest.in verbo Excommunicatio.in sexta excommunicatione.Et hæc est maior,non minor excommunicatio,refert Clar.in d.§.fi.q 77.versi.clerici qui. P.Fichard.

clerici contrahentes sponsalia, non perdunt beneficia. Panor.in c.1.de cleri.con.communem dicit. Bonacoss.

Clerici contrahentes matrimonium ipso iure perdunt beneficia.Petr.Rauen.in cõpe.iu.de cleri.con.cõem dicit. Bon.

clerici primę tonsuræ(vt fandi mos increbruit)exẽpti sunt ordinariis secularium iurisdictionibus,vt commune latè asserit Viuius lib.1.opi.37. E.Suarez.

clericorum nomen in fauoribus canonicos complectitur, & si in odiosis nõ tam latè pateat.commune dicit Alc. in l.2. n.9.ff.de ver.oblig. generaliter tñ minorib.etiam ordinib.initiatos cõprehendet,vt cõiter ait Viuius li.2.opin.48. E.Sua.

clericorum causas delegare nullis sacris imbuto possunt Episcopi, seu Præsules, vt commune attestatur Curt.iun. in rub.n.20.ff.de offi.eius,cui mandat.est iurisdict. E.Suarez.

clericorum familiares, ac famuli sacris non imburi clericali foro non potiuntur,& si episcoporum famuli potiantur,cõmune aiunt Capic.decis.12.nu.1.& 2.Iul.Clar.in pract.§.vlt, q.35.vers.quæro. E.Suarez.

clericorum filij natalibus possunt restitui à comite Palatino, facultatem natalibus restituendi de imperatore adepto, vt commune pronunciant Soc.cons.65.Curt.iun. consil. 84, num.7. E.Suarez.

clericorum confessio coram seculari iudice facta, nec indicium architectatur.commune inquit Marc.Ant.de indic.nu. 214.& vide supra ver.acta. E.Suarez.

clericorum coitus, etiam cum cœlibe fœmina, dicitur ac ducitur incœstus, vt communem sententiam asserit Grillan. de diuers.crimi.lib.3.q.vlt.& communem regulam affirmat pract.Conrad.n.13.& si eum duntaxat adulterinum esse testetur receptum Did.à Couarru.de sponsal.2.part.c.8.§.5.nu.17, placet tamen solum simplicis fornicationis loco esse habendum,vt ex alia non minus recepta sententia asseuerat Iul.Clarus in pract.§.fornicatio.ver. cum presbytero. & §.incœstus. ver.sed nunquid. E.Suarez.

Clericorum appellatione veniunt constituti, etiam in minoribus ordinibus secundum gloss. Abb. & omnes indiffe-

renter,in c.non liceat,de præb.vbi Dec.n.17.sequitur opinionem istorum,& meminit nullam habere dubitationem, & in effectu communis est,vt per scriben.ibi,imò appellatione clericorum veniunt canonici,& clerici in dignitate constituti,& alij Prælati quoque in materia in fauorabili, secus autem in odiosa, nam Prælati non sunt clerici simpliciter, sed secundũ quid,vt voluit Abb.in cap.bonæ.il.1.in 1.not.de postu.prela. & in rub.de maior.& obed.Feder.de senis cons.73.factum tale est, per textum in capitulo statutum de elect.in 6. & istam opinionem dicit communem esse Dec.in d. c. nõ liceat.n.18. &seq.& Alciat.in l.2.n.9.ff.de verb.oblig.& sequitur Ruinus consil.18.num.17.vol.2.& Riminal.cons.105.num.33.& sequen.posito inter consil.crimin.diuersorum in 1. volumine. F.Viuius.

clericorum bona,ex beneficiis obuenientia licet immunia sint à collectis, tamen si cum fratre communia habeat clericus,non poterit obtentu sui priuilegij vniuersa bona à collectis eximere,sed soluet frater pro rata: quod procedit etiam si frater clerico in fraudem partẽ suam, aut omnia bona vel maiorem eorum partem donet,Spec.tit.de cleri. coniugat.§. 1.ver.ad huius autem.l.2.C.quãdo & quibus appel.l.omnes, §.Lucius,ff.quæ in fraud.credit.l.1.& 2.C.de repud.& in c.ex literis.de vita & honest.cler.communiter tenuit Benedic.Capra,regula 96.accidit.l.sicut. §.superuacaneum.ff.quib.mod. Pign.& Hypoth.soluitur.& Imola cap.ex literis.de vita & honesta.cleric.quod communiter teneri refert Benedict.Cap.regul.96.num.9.

Clericum cum armis prohibitis ex forma ordinum & proclamationũ Principis secularis, potest iudex secularis, vel eiꝰ familia spoliare illis armis prohibitis, & talia edicta ligare etiam clericos, vt est magis communis opinio. Clar.q.36.vers. vlterius. Bonacoss.

clericum insultantem, insultatus pro defensione corporis & vitæ licitè occidere potest, neque solum ab ipso insultato, sed etiam à quolibet alio ratiõe defensionis propinquorum, vel extraneorum occidi potest,communis est opinio.Clar.in §.homicidium.ver.præterea etiam. Bonacoss.

clericum excommunicatum percutiẽs,etiam incidit in excommunicationem,communis est opinio.Abb.in c,cum cõtingit.1.de sententia excommu.communem dicit. Bonac.

clericum cum armis prohibitis ex forma ordinationum & proclamationum principis secularis repertũ, potest iudex secularis vel eius familia spoliare illis armis prohibitis, & talia edicta ligare etiam clericos magis comm.dicit Clar.d. §.fi.q. 36.ver.vlterius allegans.Didacum.in pract.q.33.nu.7.& Plazam.lib.1.delict.c.8.nu.26. P.Fichard.

clericum insultantem, insultatus pro defensione corporis & vitæ,licitè occidere potest,neque solum ab ipso insultato, sed etiam à quolibet alio ratione defensionis propinquorum vel etiam extraneorum,occidi potest.Com.dicit Abbas,in c. si vero.1.n.11.de pœnit.quem refert Didacus lib.2.resol.c.x. nu.8.ver.Quartum si eiusdem,& tenent Canonist.indistinctè, vt dicit Claud.in l.vt vim.n.85.refert Clar.d.§. Homicidium. versi.præterea etiam. P.Fichard.

clericum defendendo percutiens,non incidit in excõmunicationem,etiamsi defendẽdo modum excedat,commu.dicit.Soc.inter cons.Curtij senioris consi.20.nu.47.vers.confirmatur prædict.gl.in c.significasti.2.in verb.tutelæ.de Homic. Clar.d.vers.præterea in fi.

clericum in adulterio cum filia nupta pater deprahẽdens, potest citra pœnam c.si quis suadente.17.q.4. percutere. Cõmu.dicit Bermond.de concub.nu.5.in fi. P.Fichard.

clericum delinquentem contra personas, vel res alterius, laicus prohibere potest,vt est communis opi.Cla.d.q.77.ver. sed hic quæro. Bonacoss.

clerici,qui scienter participant cum excommunicatis à Papa sunt excommunicati. Sed requiritur, vt participent scienter,sponte,& ꝓ in diuinis, & ꝓ talis sit nominatos à Papa excommunicatus.Clar.d.q.77. vers.excommunicatus. Et dicitur excommunicatio maior.vt ibi. Bonacoss.

clericum percutiens, vel vestem eius scindens,vel frangẽs equi ipsius cingulum,vel extrahẽs frenum ad hoc,vt clericus super equo incedens cadat,vel occidẽs equum,super quo clericus incedebat,cum dicatur iniuria inferri,etiam in personã, erit excommunicatus.vt est cõmunis opi.de qua Soc. senior. in c.peruenit.nu.168.& pluribus seq.Secus si voluit percutere clericum, & percussit eius equum, quia non incidit in canonem.ibi.nu.166. Bonacoss.

clericum offendens vel iniuria afficiens, punitur in vtroq; foro,communis est opi.Clar.d.q.36.ver.quero.quia vterque iudex est offensus in hoc.plura Duen.regul.99.& not.ꝓ si clericus agat contra laicum,etiam coram iudice seculari,in iudicio in decisiuis seruabitur lex canonica, & eadem ratione seruabitur consuetudo clericorum, vt est communis opinio, de qua Rochus de Curte in tractat. de consuetudine, numero 779. clericum tamen scientes percutiens etiam incedentem in habitu, sed non in tonsura in enormitatibus perseuerantem, non incurrit in excommunicationem, secundum communem opinionem. Capr. regula, sexagesimaquarta, nu.17. Bonacoss.

PR.coacta voluntas,voluntas est,in l.si mulier.§.penult.ff. quod met.cau.in can.meritò.vbi gl.15.q.1.Vnde versus:

Sicque volens factus,quod nollem velle coactus.

OB.contrà de l.velle.ff.de regu.iur.vbi velle non creditur, qui coactus ab alio vult.

SO.coacta voluntas non est voluntas simpliciter,vt in cõtrario,sed secundum quid,scilicet,coacta: & ita intellige.Vel dic.quòd non est verè & propriè voluntas. Bellon.

PR.coæqualitas honoris militiæ,fortior est omni militum priuilegio.l.sed & milites.ff.de excusatio.tut. Bellon.

codicillaris clausula operatur fideicommissum, etiam post humo ignoranter præterito.Est magis communis opinio secundum Alex.cons.26.vers.vel potest.lib.1. Mat.Chærian.

in codicillis habet locum regulariter,quod dicitur de testamento,& sicut in testamento requiritur,ꝓ testes sint in conspectu testatoris,sic etiam in codicillis.Est communis opi.secundum Deci.consil.354.in casu proposito.circa medium:vbi reprobat opinionem Mathesilla, qui singulariter tenuit aliud seruari in codicillis & donationibus causa mortis,quàm in testamentis. Mat.Chærian.

Institutio facta in Codicillis,trahitur ad fideicõmissum Gl. in verb.voluntatem.est communiter approb.in l.verbis ciuilibus.nu.3.ff.de vulg.& pupil.secundum Alex.in cons.cxciiij. visis testamento & codicillis.circa med.vol.7.& prædicta opinio procedit etiam,quando præcederet aliud testamẽtum:vt ibid.firmat Alex. Idem.

Rupto testamento ex causa præteritionis filij iam nati,vel nasciturj,etiam ignoranter præteriti,clausula codicillaris operatur effectum suum.Est magis communis opi.secundum Alex.in cons.37.in causa.vol.1.& esse magis communem,similiter attestatur Corn.in cons.225.vbi latè disputat,vol.3.&in cons.245.licet.eod.vol.vel sic.

codicillis non dempta,ideò solennitas censebitur,quia statuto,vel consuetudine testamentis dempta sit.commune ponit Viuius lib.1.opi.306.cum Rip.de peste in tit.de priuil.vlt. volunt causa pestis.nu.47. E.Suarez.

Codicilli.Quis potest facere plures codicillos, & posteriores non derogant prioribus,nisi sint contrarij,§.fi.inst.de codicill. iuncta l. cum proponatis C. eo. & an inter liberos possit in codicillis reuocari institutio?dic, vt per Rom.cõs.179.col. 3.vbi nunquid institutio particularis possit in codicillis reuocari,vide d.cons.col.4.ver.non obstat.

In codicillis testes nõ debent de necessitate esse rogati l.fi. in fin.C.de codicil.vbi tamen ꝓ debent eodem tempore omnes audire dispositionem defuncti.

Qui hæredem instituit censetur voluisse testari & non codicillari,l.non codicillum. C. de testamen. vbi Ias. & ideo tali casu voluntas non põt valere vt codicillus, nisi testator hoc expresserit,l.j.cum glo.ff.de codicil.Ias in d.l.non codicillum. in fi.l.fi.C.de codicil. Bar.in l.1.§.fi quis ita ff.de verb.ob.

codicilli veniunt appellatione testamenti,gl.in l.1.ff.de testam.Afflict.dec.134.in fi. imo quælibet vltima voluntas significatur,gl.in l.2.in prin.C.communia de leg.Ias. in l. non codicillum.num.2.C.eo.

Quinque testes ad codicillos requisiti debent esse omni,exceptione maiores,teste Ang.cons.128.Dec.cons.105.nu.5.

Notarius censetur Rogatus apponere clausulam codicillarem in testamento tanquam consuetam apponi, teste Alex. consil.53.nu.11.lib.7.vbi alleg.l.fi.C.de fideiuss.

L.fi.C.de codicill.prohibens amplexum codicillorum qui quis succubuit in via testamẽti:procedit in actore, nõ autem in reo, qui potest opponere plures exceptiones,& ideo si exceperit de testamento & non valeat testum: poterit dicere quòd valet iure codicillorum,teste Afflict.decis.134.nu.2.

PR.cœpta vsucapio,vel præscriptio per defunctum,continuatur per hæredem.l.cœptam.ff.de vsucap.

OB.contrà de l.cùm hæres.ff.de diuers.temp.præscrip.vbi hæres vsucapere non potest rem à defuncto possessam.

SOL.Ibi erat vitiosa defuncti possessio,ideo nec heres vsucapere poterat,cùm in omne ius defuncti hæres succedat,vt ibi in

ibi in principio dicitur. I.Bellon.

Cogitatio sola nõ facit vt quis puniri possit.Communem dicit Bolencus in repe.l.capitalium,§.famosos.n.79.& seq.ff. de pœn. etiam ne in crimine læsæ maiestatis quidem, nisi ad aliquem actum exteriorem processum fuerit,vt omnes tenere inquit Foller.in pract.crim.nu.70. De iure tamen Canonico in aliquibus casib.etiam sola cogitatio punitur,vt in hæresi.vt dicit Bal.in l.si quis non dicam rape.n.1.C.de episc.&cle. Clar.d.§.fi.q.91.per tot. P.Fichard.

cognati iam hodie ad decimum vsque gradum succedũt, cõe inquit Porc.in fi.in Instit.de cognat.success. E.Suarez.

Cognati & affines prodigi,cui poterat interdici bonis,possunt aduersus eius contractum restitutionem petere, etiam eo contradicente.l.patri.§.1.ff.de mino. Balb.decis.137.

cognati præferuntur extraneo tandem offerenti in venditione bonorum debitoris:Communem dicit Tiraq.post plurima allegata,in præfat.lib.1.de Retract.n.42. Et ꝓ multis ex præallegatis ab eo Doct.eam similiter affirmant esse communem. I.Fich.

cognatio spiritualis non contrahitur per nuntium,nec per procuratorem.Coua.in epist.4.c.6.§.4.n.6.communem dicit ex decis.Capel.Tolos.157. B.Villal.

cognitio summaria. Non admissa appellatione à iudice à quo iudex ad quem summariè habet cognoscere,an fuerit admittenda,secundùm Host.& Inn.in c.pastoralis.extrà de offi. deleg.Bar.in l.si cuius.aliàs,sciendum.ff.de appella.recip.Imò etiam parte absente potest procedi ad talem cognitionem,secundùm Inn.vbi s.in gl.suspendatur.ad fi.& gl.in l.1.C. quorum appel.quæ videtur dicere requiri plenam probationem. Intelligitur de plena probatione, quo ad summariam cognitionem,non autem quo ad ordinariam, seu quo ad ordinem iudicij,secundùm Bar.vbi s. Balb.decis.444.

cognoscere de sua causa. Quicunque princeps vel ciuitas non recognoscens superiorem de iure,potest cognoscere & iudicare de sua causa, per l. & hoc Tyberius. ff. de hære. insti. vult.Bart.in l.est receptum.ff.de iurisd.om.iud. De honestate tamen debet causam alicui delegare, vel in arbitros compromittere,aut se submittere aliquib.subditis ꝓm Inn.in c.ex parte in Christo,extrà de verb.signi. vt fecit Imperator Frederic. qui in cãusa contra Longobardos se submisit arbitris,& inde facta est pax Constantiæ. Balb.decis.107.

cohæres coniunctus non gaudet aliquo priuilegio contra cohæredem cõiunctum,secundum communem per Bursat. cons.5.nu.5.& 23.lib.1. & sic prælegatum coniuncto factum si euincatur,cohæredes æquè coniuncti de euictione non tenentur,ex communi vt s.& dic ꝓ cohæres tenetur de euictione alteri cohæredi quando euincitur sibi pars eius,si à testatore sit inter eos facta diuisio,secundum communem per eundem Bursat.cõs.6.n.19.lib.1.& n.15.vbi ꝓ si fiat legatum rei hæredi æquè coniuncto,alter cohæres nec luere, nec redimere tenetur,secundum communem ibi.

coitus damnatus dicitur, quicunque lege aliqua humana punitur.cõmune ponit latè Did.à Couarru.de sponsal.2.par. c.8.§.5.n.15.quoque nu.16.receptius autumat,vt viri matrimonij iugum passi coitus cum cœlibe muliere damnatus censeatur,& qui latissimè hanc damnati coitus materiam ex receptis sententiis illustrat Iul.Clar.in pract.§.fornicatio.ver. frequenter cum seq. E.Suarez.

coitus vxorati cum soluta communiter non punitur. Cla. in §.adulterium.ver.tribus autem modis. Bonacoss.

coitus vxorati,vel soluti cum nupta muliere meretrice nõ punitur communiter.Clar.in d.§.adulterium.ver.quæro nunquid.& in §.fornicatio.in prin. Bonacoss.

coitus est damnabilis,qui cum cõcubina, cum virgine,cũ puella non viripotente,cum puero,cum nupta,cum vidua,cũ affine,cum moniali,cum presbytero,cum domina, cum subdita,cum puella,cum carcerata, cum Iudæis,vel infidelibꝰ,cũ aĩali bruto, cum mortua.Vel si mulieres inter se coeant,vel si committatur raptus,& violentia,vel quis vno & eodem tempore cubat cum pluribus vxoribus.Clar.in §.fornicatio. Bonacoss.

coitus cum moniali punitur pœna capitis.Clar.in §. fornicatio.ver.cum moniali,vbi communem dicit. Bonacoss.

coitus cum pupilla efficit, vt tutoris bona confiscentur, & ipse deportatur,vt est communis opi.Clar.d.§.fornicatio.ver si.cum pupilla. Bonacoss.

coitus Iudæi cum Christiana,debet puniri pœna pecuniaria,si est simplex fornicatio,vt est communis opin.secus si est maritata.Clar.d.§.fornicatio.vers.cum Iudæis. Bonacoss.

coitus cum bestiis punitur pœna mortis,vt est communis opi.Clar.in §.fornicatio.vers.cum animali bruto. Bonacoss.

coitum inter se facientes mulieres, non simpliciter fricando,sed vtentes aliquo instrumẽto pro priapo,puniuntur pœna mortis,vt est communis opi.Cla.in §.fornicatio.ver.inter. Bonacoss.

coitus clericorum etiam cum cœlibe fœmina, est simplex fornicatio.vt est magis communis opi.Soarez in ver.clericorum,nu.134. Bonacoss.

coitus damnatus dicitur quicunque qui lege aliqua humana punitur,vt est communis opi.Soarez.vers.coitus.nu.140. & coitus vxoralis cum vxorata censetur damnatus.vt est cõmunis opi.ibi.nu.141. Bonacoss.

collaterales in feudo nouo non succedunt,nisi id expressè actum sit.communem dicit Clarus Sent.§.feudum.q.79.ver. sed quæro. P.Fich.

collatio bonorum non fit cum ascendens succedit,descendenti:vt si pater succedat filio,vel nepoti,Ias.in l.si emancipata.nu.28.C.de collat.communem dicit. B.Villal.

collatio beneficij facta cum conditione,si vacat,valet,licet non electio.Couar.Resol.c.16.li.3.n. 2. communem dicit ex Gomes.in reg.de verosim.notit.obitus.q.1. B.Villal.

ADDITIO. Ratio quare collatio teneat,vt esse hæc,ne quando existentia cõditionis iuris (quæ tempore collationis ignorabatur)apparet,vana reputetur.l.multum interest.ff.de condit.& demonstrat.prout in simili si mulier contrahens secundas nuptias,non certificata ad plenum de morte primi viri,matrimonium tenet,si eo tẽpore mortuus fuerat. c.in præsentia.de sponf.& ibi gl.& Scribent.

collatio beneficiorum inter fructus annumeratur, gl.communiter approbata in c.cùm olim.extr.de ma.& ob. Bellon.

collatio locum habet etiam ex testamento licet portiones sint inæquales.Est comm.opi.secun.Dec.in d.cons.59. in fin. vol.1. Chærianus.

collatio facta illiterato non tenet,nec homicidæ,vt est cõmunis opi.Rebuffus in tract.de priuilegiis Scholarium priuilegio 39.nu.5.tomo 5. Bonacoss.

collatio locum non habet inter ascendentes succedentes descendentibus.Alex.de Im.&alij in l.si emanci pati.C.de collat.Licet autem Iasibi.n.28.disputationis gratia quædam argumenta contra communem adduxerit, quibus respondet Dec.n.8.addens fortiores,contra cõmunem, rationes:tamen nec ipse ausus est recedere à communi, vt ibi latiùs per eum. Quam communem eleganter defendit Hieron.Cagnol.in d. l.si emancipati.numer.119.cum seq.vers.secundus articulus. Kirchouius.

collatio facta ab episcopo sine pẽsentatione patroni est nulla.c.decernimus.16.q.7.c.cùm dilectus.extrà,de iure patron. quam quæstionẽ latiùs explicat Guido Papa in decis. Gratianopol.q.374.Et hanc sententiam magis communem esse inquit Rochius de Curte,in tract.de iure patr.in verb.honorificum in 1.q.nu.1.in 15.vol.tract. Doct. Sed optimè illam explicauit Roland.à Valle,in cons.47.n.22.cum seq.in 1.Tom. con. kirchouius.

collectam quis subire & exponere debet, eo in loco vbi qs possidet bona.Quod adeò generale est,vt ratione receptæ cõsuetudinis per Italiam imponantur collectæ etiam forensib. in loco vbi prædia possident.Bart.in l.vnica.n.28.C.de mulierib.& in quo loco,lib.10.Bald.in l. etiam.nu.15.cum seq.C.de execut.rei iudica. Alex.in cons.52.n.5.in lib.5.con.Ias.in con. 83.ver.Item generalis consuetudo per totam Italiam,in 3.volu.con.vbi ipse plures authoritates adducit.Dec.in cons.684. nu.10.in 5.par.con.Marian.Socyn.iun.in con.49.nu.26.in 1. vol.con.Aymõ Crauet in con.111.n.10.in 1.par.cons. Et hãc esse veram & communem conclusionem firmat Curt.iun.in cons.6. An autem ea differentia procederet,quando collecta imponeretur secundùm æstimum, latè disputauit Roland.à Valle,in con.32.nu.14.cum seq.in 1.Tom.con. Kirchouiꝰ.

collectam imponere princeps tantum potest, non autem vniuersitas, nisi pro salario medici, & simil. secundum communem per Bursat.cõs.16.n.29.lib.1.post Osasc.decis.95.nu mer.9.ad Collectas an venditor vel possessor prædij teneatur, vide per Bart.in l.incola.ff.municip.vbi doct.in apostil.plura not.quib.adde Curt.iun.cons.42.Castr.in l.imperatores.ff.de publica.Hieron.Gigant.tract.pension.q.39.vbi n.11.& 12.de pensionario,cui debetur pensio super beneficio,vel pro decima,an iis casibus agi possit contra possessorẽ,vel contra priorem qui ad id tenebatur?Et ꝓ possessor solus sit conueniẽdus, tex.est in §.coges.in fi.in auth.de mandat.princip.Ruin.cons. 111.n.14.li.5.vbi ẽt an res ipsa obligata sit pro collectis. Put. collecta bonis & rebus imposita,licet aliàs onus mixtũ di-

catur,vti tamen mere realis ac patrimonialis iudicatur:& bona allibrata, seu in catastro posita velut tributaria censentur, secundum communem per Bursat.cons. 16.nu.10.lib.1.

Collectæ & onera forensibus possidentibus qualiter imponantur:& quæ onera?vide Soc.cons.129.lib.1.Dec.cons.284. & 694. Et an & quãdo possit alibi habitãs collectari ꝓ bonis sitis in loco suæ originis,vel alterius loci,ita vt in loco bonorum sitorũ collectari non possit?Soc.& Dec.vbi s.& vide quę scribit Bart.in l.rescripto.§.sciendum.ff.de munerib.&honor. Et an & quando collecta dicatur munus patrimoniale, vel dicatur imponi principaliter psonæ pro rebus?Dec.d.cons.694. & 358.an pro bonis alibi sitis,& positis extra iurisdictionem statuentium collectari possit, vide Ruin.cons.195.in princ.li. 2.& hoc verum,nisi alibi & in loco bonorum fiat libra,& subeat ibi onera.Bart.in l.vnic.C.de mulierib.& in quo loc.quẽ sequitur Ruin.cons.111.lib. 5.quia tunc præfertur locus vbi sunt sita bona,vt ibi per eum:vbi examinat an & quando collecta forensibus imponi possit? Et an credi debeat doctorib. attestantib. de consuetudine Italiæ, circa hoc: vbi concludit pro negatiua:licet ꝑium teneat cons.126.in pr.lib.4. qñ autem forenses teneantur ad onera ratione bonorum. vide Alberic.in rub.col.7.ff.de muner. & honor.Quib. omnib. adde quæ scribit Alex.cons.52.lib.5.vbi pulchrè in apostil. Dec.d. cons.358.Aym.cons.111.col.3. Nat.cons.218. Rol.cons.66. n.26.lib.1.Dic ꝙ collecta regulariter forensib.imponi nõ potest,teste Neuizan.cons.66.n.16.fallit primò nisi sit consuetudo contraria,vt ibi n.20.vel esset imposita rebus,puta ꝓ quolibet modio.Neuiz.d.cons.n.33.declara vt per Burs.cons.16. nu.31.33.&36.lib.1. Puteus.

collectari forenses non possunt de suis possessionib. nisi in proprio territorio vbi collectantur de bonis etiam alibi sitis. Hoc omnes tenere dicit Bar.in l.libertus.§.sola.ff.ad municip. & similiter omnes ita tenere dicit Corn.cons.23. incip. videtur.nu.2.vol.1.

Hanc conclusionem de iure veram esse dicit etiam Rolan. à Valle cons.32.n.8.lib.1.& Marc.Ant.Natta cons.160.nu.7. & seq.vbi adducit ex Salic.in l.neminem.C. de sacrosan. eccl. rationem naturalem(quam scribit semper sibi placuisse)nempe,ꝙ propterea ratione rerum possessarum non teneantur forẽses subire onera.quia nec honores,nec commoda loci percipiunt,ergo nec collectis grauari debẽt:& allegat hoc in terminis decidentem, Calder. consil. 6. quidam ciues Imol. sub tit. de censi. Istam opinionem idém Natta similiter in multis sequen.suis consiliis,quotiescunque hic punctus incidit,constanter tenet.

Nuper reperi,quod prædictam conclusionem Iaco.Philip. Portius quoque sequitur,Et magis communem dicit, libr. 5. conclus.in 3.conclusione,per complures ibid.in prin. allegatas auctoritates.

collectas imponere subditis suis domini inferiores qui superiorem recognoscunt non possunt,nisi hoc habeant ex pacto vel consuetudine illius loci in specie, Magis communem dicit Clar.§.feudum.221. P.Fich.

collegij ius permanet in vno.commune insit Panor.in c.2. de postul.prælat. E.Suarez.

collegij cuiusuis bona si alienentur,aliquid vè arduum, ac magni momenti ad collegium attinens agatur , singulorum nomina de collegio exprimi necesse est,vt alienatio,actus vè ille iure subsistat.vt communem iuterpretum sententiam attestatur Alexand.consil. 1.lib.4.Turzan.opin. 53. & rursus opin.65. E.Suarez.

collegio ecclesiastico destructo, vel quia decesserunt omnes,vel fuerũt priuati propter delictum,remanet ius,& priuilegium penès ipsam ecclesiã.Secus tamen est in collegio laicorum,quia non remanet aliquod ius.Panor.in c.2.de postu. præla.communem dicit. Bonacoss.

collegij ius potest rẽmanere penes vnum.Pan.in c.2.de postul.communem dicit. B.Villal.

collegij bona quando sunt alienanda , & in cæteris arduis & ponderosis actibus singulorum de collegio nomina exprimenda sunt in alienationis instrumento,aliàs alienatio nõ valet,vt not.Bar.in l.1.n.5.de alb.scrib.per rex.in l.fi.C. de vend. rer.Ciuil.lib.11.&Bal.in l.Ciuitas.in fi.ff.si cert.pet.& in l.j.de mag.conue.But.in c.1.de synd.hancque opinionem communem esse attestatur Alex.in cons.1.vol.4.& Arch.in c. sine exceptione 12.q.2.quam sequitur Bald.in c.3.loco. de prob.Ex primenda sunt etiam bona alienanda,vt scribit Dec.c.cùm omnes.C.de contrah.empt.de consti.allegat Bald.tacito loco, quem dicit voluisse,quod nõ sufficeret,si in instrumento syndicatus vniuersitatis simpliciter diceretur ad vendendum bona vniuersitatis,&c.qui tamen hoc non dicit,&locus omissus est in rubrica 3.q.C. de contrahen.emp.Sed hoc tantum inqt, sufficere, mandatum de vendendo talia loca factum per eos, qui habent potestatem statuendi, si autem talem potestatem non haberent,non valeret nec sufficeret, ꝙ generaliter syndicus constitutus esset ad vendendum loca communis,& ita se ex facto cõsultũ respondisse per tex.in l. prohibere.§.planè.ff. quod vi aut clam.Ex quibus inferri videtur actum alienationis esse valdè præiudicialẽ,& ob id dici posse, ꝙ absentes, qui sunt de vniuersitate,collegio,vel capitulo, qui & in hmõi arduis negociis vocari debent,vt not.Imo.in c.2. de oper.noui nuncia.& ibi Butr.& in c.fi.de maior.& obed.In hmõi quoq; alienatione vocandi sint,idque communiter tenent doct. secund.Dec.in c.cum omnes.de constitu.vbi alleg.Fed.in cons. 287.casus talis est in quodam publico instrumento,& in consi.148.casus talis est,aliq sunt canonici,licet Bald.in auth.hoc ius porrectum.ver.subsequẽter quæritur,teneat vocationem hanc absentium esse necessariam,quæ op.non procedit,quando absunt à loco,vbi congregatur vniuersitas, collegium vel capitulũ. Sunt tamen in ciuitate vel oppido vniuersitatis collegij,aut capituli huiusmodi,quia tunc habet locum communis,secùs autem si essent extra ciuitatem,vel oppidum,& actꝰ vniuersitatis collegij seu capitularis aliàs quàm s.fuit dictum actus non valet,vt tenet gl.in d.c.cum omnes.de constit.Cal. consi.3.c.ti.in fi.&quamuis aliqui tenuerint,ꝙ absentes tunc quoque sint vocandi,quando sunt extra ciuitatem,vel oppidum.communis tamen opi.est in contrarium,vt dictum fuit, & firmat Inn.in d.c.cum omnes.& in c.fi.de maio.&obedien. F.Turzan.

collegio ecclesiastico destructo , vel quia decesserunt omnes,vel fuerunt priuati propter delictum,remanet ius, & priuilegium penes ipsam ecclesiam:secus in collegio seculari,qa non remanet aliquod ius,Pan.in d.c.2.de postula.præl. communem dicit. B.Villall.

colludentes in iudicio contra partem,vel subtrahentes ꝓbationem,causam amittunt, & puniuntur, maximè in causæ amissione,ex communi,per Burs. cons.99. n.21.lib.j.Bart.in l. in fraudem.§.quoties.ff.de iur.fisc.Ias.in l.diuus.numer.16.ff. de re iudic.

COLONI res illatas in fundum rusticum dominus habet tacite obligatas.§.item seruiana institut.de actio.& licet text. loquatur simpliciter, & aliter non aperiat de quibus colonis intelligatur,cum plures colonorum species reperiantur,nihilominus habet locum in colono nummis colente , vel colono præstante aliquam quantitatem frumenti,ac olei,vel in colono partiario partiente illud,quod conuentum est,seu diuidente fructus fundi cum domino.& sic dominus omnium istorum colonorum res inuectas in fundo hypothecatas habere censetur secundum gl.Fabrum,Areti.Ias.n.11.cum aliis sequentibus Gomesium.nu.9 & seq.& Bellonum,n.15.& seq. in d.§.item seruiana.vbi ostendunt istam opinionem communem esse,& cum ea sentiunt quoque Ale.cons.32.vol.1.Soc. in tract.fallentiarum in regu.192.in fi.Bald.& Salyc.in l.certi iuris.C.locati,& Floria.in l.2.ff.e.tit.hocque ampliatur,vt coloni,seu inquilini res inuectæ non modo obligatæ tacitè sint, ac appareant pro pensione fundi,ac domus conductę,sed pro deterioratione.aut eius refectione etiam, vt volucrunt Bart. in l.solutum.§.solutam in fi.ff.de pig.actio.Aret.Ias.cum aliis signatis per eum,nu.22.Gomesius,n.13. & seq. & Bellonus. nu.20. in d.§.item seruiana, vbi ponit hanc communem sentẽtiam esse,& sequitur pariter Negusantius in tract.de pignoribus in 2. parte membro.4.sub.n.128.& seq.ampliatur similiter secun.loco, vt procedat non solùm, vbicunque locatio ipsa facta esset pro mercede debita in pecunia numerata , verùm , si facta etiam foret pro pensione debita in certa specie, & per consequens impropria secundum glossam, & Areti.in d.§.item seruiana.Cy.Bald.q.3.& Salyc.in d.l.certi iuris,& Negusanti.cum reliquis citatis per eum in d.4.membro.2.part. sub.n.138.vbi dicit istam opinionem magis communem magisque veram esse.Hæc verò regula ita ampliata limitatur primum,vt de plano procedat,quotiescunque in fundo,seu domo sunt inuectæ res ipsorum colonorum , sed si illatæ appareant res alienæ ibi per ipsum conductorem non videntur tacitè hypothecatæ pro pensione,etiam si res essent alienę,quę præsente, et tacente domino inueherentur,secundum Iac.de Aret.Cyn.Bald.q.7.Salyc.& cæteros in d.l.certi iuris,Gomesium,in d.§.item seruiana,n.24.Bellonum,nu. 30. vbi Ias. nu. 53.cum aliis Doct.præcitatis fatentur istam esse communem opinionem,Contrariam verò partem,videlicet, ꝙ per solam scientiam,patientiamque domini sine dolo,inducatur tacita obligatio

obligatio in re inuecta firmauere gl.fi.in d.l.certi iuris Bart.in l.quæ dotis.ff.sol.matr.& in l.1.ff.de pig.Ias.cum cæteris accumulatis per eum,in d.§.item seruiana,n.53.&Negusan.in d.4. membro.2.part.n.152.vbi dicit hanc esse veriorem,communioremque sententiam , sed tutius esset iudicio meo in actu practico transire cum prima opinione Iac.de Aret. & sequacium,tanquam æqua&indubitata.Limitatur secundò etiam, vt procedat regula præmissa in prædiis vrbanis,nam res illatę in villã indistincte censentur tacitè obligari absque alia scientia domini prædij,cæterum inuectæ in prædium rusticum nõ intelliguntur tacitè hypothecatæ,nisi ita demum,si dominus sciat:ideò in prædiis ipsis vrbanis inducitur hypotheca absq; scientia domini domus, secus autem in rebus rusticis,vt not. gl.& omnes in d.§.item seruiana,vbi Bellonus recitat istam esse communem opinionem, nu.26.& Negusan. in d. 4. membro,2.part.n.145.Limitatur postremò,vt instrumenta,chirographa ac nomina debitorum illata in domum cõductam nõ videantur aliquo modo tacitè obligata pro pensione,secundum Rayn.Cy.& Salyc.q.3.in d.l.certi iuris,Fabrum,Aretin. Nicol.de Neapol.Ias.nu.41.&Bellonum sub n.30.in d.§.item seruiana, vbi refert istam esse communem opinionem, ac eidem inhæret quoque Negusantius,in d.4.membro 2.par.sub numero153. in aliis verò multis casibus regulam prædictam limit.& ampliat Negusant.in d.4.membro 2.partis à nu.128. vsque ad nu.155. F.Viuius.

coloni testimonium pro domino non admittitur. commune ait Lanfranc.de deposit.testium.numer.85.libr. 5. tractat. E.Suarez.

coloni,si tanta fuerit sterilitas vt deductis expensis ac sumptibus nihil reportarint,totius pensionis remissionem reportant.secundum Host.Io.And.Ant.& Imo.in c.propter,de locato. Aliàs si vltra sumptus factos dimidium vel amplius dimidio eius quod reportare soliti sunt,collegerint,non consebitur sterilitas,nec fit mercedis remissio.Sin autem minus dimidio collegerint,tunc pro rata fiet remissio,& rectè tenet ibid.Imola contra Host.Io.And.& D.Anto.Bened.ibidem l. illud.§.minus, ff. de tribut.act. & ita communiter teneri refert Benedictus Capra,reg.88.nu.49.& sequen.

Colono partiario,an emptor seu singularis successor stare teneatur,& dic,vt per Osas.decis.82.nu. 5.vbi dicit,colonum partiarium haberi loco socij,&ideo expelli non posse à singulari successore,vt d.decis.col.fi.vbi allegando Cagnol.in l.j.n. 221.C.de pac.inter emp.distinguit,aut agitur de fructib.breui tempore colligendis,& tunc stare debeat,aut de fructibus futurorum annorum:& tunc secus,per rationes ibi alleg.Quibus Adde pro concl.prædictæ complemento Deci.cons. 78. col.2.n.4.Alex.cons.118.col.pen.n.18.lib. 5.vbi distinguit inter emptorem proprietatis fundi ꝙ ille non teneatur stare colono,&simplicem conductorem, secus in conductore ad longum tempus,quia emptor fundi tenetur stare colono qui cõduxisset ad longum tempus per rationes ibi alleg.Quid in emptore fructuum?dic,ꝙ nõ habet ius in fundo,& singularis successor qui succedit in plenum ius, non tenetur stare colono, secus si non in plenum ius,teste Alex.d.cons.& in l.si filiusfamil.§.fi vir.vbi Bar.ff.sol.mat.de quo etiam Abb. in c.querelam.ne prælat.vic. suas Ias.in l.diuortio col.7.ff.sol.mat.doct. ad Bart.in l.emptorem C.loc. Accedit, ꝙ successor singularis succedens in plenum ius non tenetur stare colono,secũdum Guid.Pap.q.480.3.fall.Rol.cons.49.n.2.n.6.lib.2. vbi loquitur in casu diuerso in singulari successore neccio,in quem qs cogitur dominium transferre:ꝙ teneatur stare locationi prædecessoris,&Rol.cons.62.n.10.nu.40.eodem lib.2.vbi ponit fall.ad reg.de quo vide quę scribit Nat.cons.426.Cap.Tol.q. 420.Rom.cons.22.n.4.doc.ad Dy.in c.is qui in ius.post nu. 5. de reg.iur.libr.6.Gozad. cons.24.cons.100.col.fin.Rol.cons. 6.n.4.13.36.lib.1.Osasc.decis.156.à prin.vsque ad num.9.& post n.14.vbi declarat quomodo procedant concl.quòd singularis successor teneatur stare locationi cum hypotheca factæ,vide per eum ibi.

coloni clericorum & ecclesiarum sunt vti ecclesiæ & clerici exempti secundum communem per Burs.cõs.25. n.1.lib.j. Quæ tamen conclusio procedit pro tẽpore quo ecclesiæ seruiunt:quia tunc gaudent priuilegio & immunitate ecclesiæ. fallit tamen respectu gabellarum & datiorum quæ proportione fructuum ad eos spectantium impositæ reperiuntur. vt d.cons.nu.2.de quo vide Osasc.decis.73.

commissio iudicis in citatione non præsumitur.Aret. consi.33.nu. 5.nec præsumuntur facta.Fel.in c.1.de iud.conclu.1. communem dicunt. B.Villal.

concor.cum l.1.tit.2.For.ll.& pragma 201.in prin.quia nũ tio non creditur,nisi iuxta officium suum.Io.And.in addi.ad Specu.de citatione.§.1.in princ.& Did.de secu.in l.si ex legati causa.nu. 5.ff.de verb.oblig. Idem.

COMMITTENS delictũ ꝓ quo à lege imposita sit aliqua pœna pecuniaria, soluenda fisco vel parti, non tenetur illam soluere in foro conscientiæ.com.Berous in c.1.n.232.& seq. de constit.Gomes.in §.ex maleficiis.n.14.Insti.de action.Did. super 4.decretal.Menchiaca in 1.part de test:§.10.n.662.Cla. d.lib.5.§.fi.q.80.ver.Sed hic. P.Fichard.

cõminatio iudicis de sententiando absentia citati non obstante habet vim citationis peremptoriæ,secũdum gl.quę reputatur singularis in l.apparitor. C. de cohorta.Secus si comminatur se ad vlteriora processurum. Monitio quoq; iudicis ore facta habet vim peremptorij.l.2.C.quomodo & quando iud. Balb.decis.188.

commodatum dici non ꝑt,vbi dominium trãsfertur,licet idem sit reddendum,vt est Bart.doctrina communiter recepta in l.2.nu.4.in fi.ff.si cert.pet.ꝙ dissentientes etiam non immeritò,attestantur illic Rip.n.23.Alc.n.2.cum sequentib.idẽ Alc.lib.2.paradox.c.19.& pro resolutione videndus Bellon. lib.1.supput.c.7. E.Suarez.

commoditates feudi vasallus alienare potest. Intellige tamen,vt talis alienatio non valeat,nisi durante vita ipsius,non autem in præiudicium eius,qui est successurus in feudo.com. dicit Clar.§.feudum.q.21.ver.successiuè. P.Fichard.

In his, quæ Communia sunt pluribus vt vniuersis, vt puta in rebus collegij,vel vniuersitatis,illud attẽditur & præualet, quod fit à maiori parte præsentium , vt communiter tradunt Doct.in c.cum omnes,de constit.& Alex.in l.iurisgentium.§. fi.ff.de pact.Lap.allegat. 131. Quæ tamen opinio locum sibi vendicat in actibus necessariis vel saltem vtilibus,secus in voluntariis,vt Inn.& alij voluerunt in d.c.cum omnes.& Lap.d. alleg.131.& glo.in d.c.cum omnes,verbo constitutum, quæ communiter approbatur,secundum Dec.d.c.cum omnes. in fin. F.Turzan.

communis opi. est tenenda:nisi opinio particularis fulciatur meliori ratione.Cur.iun.cons.63.n.3.& cons.160.nu. 12. communem dicit:pro qua est tex.in l.si quis.de condi.indeb. C.vbi Imperator motus est per rationem minoris partis contra maiorem,&etiam est tex.in l.1.C.de vet.iur.enucl.ver.sed nec. Quare Doctores imitantur aues: quia quãdo vna volat, omnes aliæ sequũtur.Dec.cons.481.n.12.& more pecudum vnum sequuntur.Bell.cons. 59.n.12.licet verum sit,ꝙ opinio cõmunis habeat vim consuetudinis.Bal.in c.innitaris.de constit. Et nota ꝙ in conflictu opinionum est illa tenenda quam sequitur consuetudo:Remigi.de charitat.subsid.in q.an ecclesia.&clerici sint immunes in regula 240.communem dicit.& vide septem regulas per Stephan.de Phedericis de interpretatione in parte vltima,quarũ prima est ꝙ in conflictu opinionum illa sequenda est, quæ consuetudine est approbata:vt in opi.gl.fi.C.de do.inter vir.& vxor. quam consuetudo approbat:etsi destruat textum.

Secunda,quando non constat de consuetudine, illa est sequenda quæ altero iure comprobatur.

Tertia,cùm nec altero iure,nec consuetudine approbatur: illa est sequẽda quæ efficacioribus rationibus comprobatur, ex gl.in l.minimè.ff.de legi.

Quarta,si ratio euidens nõ apparet:quæ tutior est,eligitur, arg.ca.iuuenis.de sponsa.

Quinta,illa opinio eligenda est,quæ est fauorabilis,& propter quam res valet,& non pereat.c.si vir.de cogn.spir.

Sexta,ꝙ illa opinio est tenẽda,quę à prudentioribus est approbata.ca.in canonicis.19.dist.vt sunt gl.in iure Ciuili.Bald. in l.precib.C.de impub.& Inn.& Io.Ant.in iure canonico.Legistis in materia legali,& canonistis in canonica,qa vnusquisque præsumitur peritus in arte sua.l.j.ff.de ventre inspiciend. c.proposuisti.de probat.

Septima,illa opinio est tenenda:quæ à pluribus comprobatur.arg.l.quòd maior.ff.ad municipa. B.Villal.

Hanc Regulam,Adhærendum esse communi opinioni, & c.diffusissimè tractat Io.Neuizanus in sua Sylua nuptia.lib. 5. statim à principio.vbi refert Ias.in l.j.§.sublata.ff.ad Treb.docentem,Quando Doct.dicunt hanc esse communem opinionem,ꝙ hoc sit bonum verbum in practica.Item refert etiam elegans dictũ Bal.in cons. 112.vol.2. Quòd rarò bene loquitur,qui contra omnes loquitur.Et Fel.in c.cæterum.de rescr. de Barbatia scribit, quòd ille studio impugnandi communes opiniones, credens ea via se reddere immortalem , sepissime deliraui t.

Eandem tamen regulã ipse Neuizanus postea eodem lib.5.

verſ.Limita modo prædictam regulam &c. decem modis limitat.quarum limitationum vltima hæc eſt,ꝓ communis opi. ita præualeat, ſiquidem liquidè de hoc conſtet. vtputa, ſi Doctor. atteſtantur eam eſſe communem, ſecùs ſi non ſit liquidum, & ſint Doctor. qui contrariam(ꝓ non rarò in hiſce Collectaneis reperies,)dicant eſſe communem:quia tunc propter talem conflictum,res dubia redderetur, vt ibidem latiùs per ipſum. I.Fichard.

communis opi.illa quoque dicitur,quę etſi non omnium, tamen plurium illuſtrium Doct.auctoritate iuuatur, & ſuffragiis approbatur.Ita Iaſo.in l.re coniuncti.n.141.de leg.3.& in l.2.C.de inſti.& ſubſt.& in conſ.vlt.vo.3.Tho.Ferr.cau.31.& alij paſſim.Quinimò & eam opinionem pro cõmuni cenſendam eſſe aſſerit Ale.conſ.202.viſo Themate,cir.fi.vol.7.quæ à Doctor.maioris auctoritatis,& ponderis tenetur.Quod tamen diligentiore excuſſione indiget,quam tu vide apud Mari.& Salomo.in §.Reſponſa.Inſti.de iure natu.gent.& ciuil.vbi elegantiſſimè explicat, quid ſit opinio, quomodo diſtet à veritate,& quando,quomodoque communior cenſenda ſit. Breuiter,ab auctoritate,inquit,ſic naſcit opinio,quemadmodũ à veritate demõſtratio. Circa ea igitur verſat opinio ſecũdum Ariſt.v.Ethic.quæ aliter ſe poſſunt habere,& de quibus probabiliter dubitari contingit. Stulti etenim eſſet dubitare de his,quæ vel lege,vel aperta ratione demõſtrantur.Opinio enim ſi lege vel vera ratione fundatur, tunc non eſt opinio, ſed demonſtratio.Illa ergo communis opi,definitur quæ nõ à lege neque vera ratione : ſed ſola vel omnium vel plurium auctoritate ſubſiſtit:&c.Et tandem his verbis concludit Ex q bus omnibus cõſtat.illam potiorem partem eſſe inter,diſſentientes Doctor.quæ numero & auctoritate præſtat.Et quę inter auctoritates æquales numero præſtat:& quæ inter numero pares grauior eſt:communemque opinionem ſic poſſe definiri:eſſe de iure non aperto : vel ab omnibus probatam ſententiam:vel potioribus.Conſtatque communis opinionis effectus eſſe magnos:quia ius facit. Et ideo ab eo recedere iudici ſine ſuo periculo non licet : &c.Quæ in hoc communium opinionum pelago pro maiore ipſorum terminorum declaratione operæ prætium eſſe duxi annotare. I.Fichard.

Communis opi.ſi habet intellectum certum legis,licet ille non ſit verus in ſe, nihilominus ſequens illam in iudicãdo, vel extrà iudicium non incurrit pœnam legis.Quia cõis opinio Doctorum inducit probabilem errorem, Ita dicit Abb. Panor.in c.1.n.24.Per iura ibi alleg.de poſtul.prælat.vbi vide etiam Apoſtil. I.Fich.

PRO.communis opi.in dubio eſt ſequenda.l.1.ver.& crebrior.ff.de officio quæſt.in l.minimè.ff.de le.adde tex.in l. cũ quidam in §.ꝓ dicitur.2.ff.de acq.hær.vnde qui iudicat cõtra communem,reus eſt pœnæ.Panor.in c.1.de cõſtitutio.& iudex iudicans contra communem,facit litem ſuam,ſicut ſi iudicaret contra leges ſcriptas.Bart.in l.fi.C.de pœna iudic. qui mal.iudic.

OBIEC.contrà de leg.1.§.ſed neque.C.de vet.iur.enuc.vbi vnius opinio quandoque præualet.

SOL.Verùm eſt,vbi eſt verior & melior. Bellon.

PRO.communis opinio,vel error facit ius.in l.fi.ff. de offi. prætor.

OBIEC.contrà de l. quòd non ratione. ff. de leg. vbi quod errore introductum eſt,per conſuetudinẽ ſeruari non debet.

SOL.Dic,ꝓ error vniuerſitatis,vel principis facit ius.Ita intelligitur regula noſtra:erronea autem conſuetudo non facit ius.Ratio eſt,quia conſuetudo conſenſu introducitur.l.de q bus.in fi.ff.de leg. nihil autem tam contrarium conſenſui eſt, quam error qui impedit conſenſum.l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.om.iudi.

OBIEC.Secundò opponitur de l.ornamentorum.ff.de auro & arg.lega.vbi hæredis error ius non mutat.

SOL.Dic ꝓ hæredis error ius non facit : vt ibi.ſicut nec teſtatoris.in l.Labeo.ff.de ſupp.leg.

OBIEC.Vltimo oppono de l.fi.ff.de hæred.inſtitu. vbi cõmunis fama ſeu rumor falſus obeſſe non ſolet.

SOL.ibi fauore vltimæ voluntatis. Bellon.

communis vſus loquendi omni regulæ,omniquè conſtitutioni.in exaudiendis ſermonibus derogat ſolus:fatentur omnes vt ait Mar.Samo.in repe.l.omnes populi.ff.de inſti.& iur. I.Fichard.

In qualibet materia etiam pœnali,& tam odioſa,vel ſtricti iuris,quàm fauorabili, Cõmunis loquendi vſus eſt attendendus,vt doct.communiter voluere,præſertim Bart.& Ale. in rub.de noui oper.nun.& aliis in locis ibi per ipſum Ale.adducti, hancque ſententiam communem eſſe refert Zacha in apoſt. ad Abb.in c. nonnulli.de reſcri. Quæ tñ nõ ꝓcederet,ſi ſtatuto caueretur, ꝓ verba ſtatuti proprie ſint intelligenda, tunc enim communis hic loquendi vſus non attenderetur.vt tenet Bart.in l.Labeo.ff.de ſupel.legat. F.Turzan.

communitas ſeu vniuerſitas non conſtituitur contumax vel in dolo ex contumacia ſyndici communitatis vel vniuerſitatis,ſed debet citari in concilio vel collegio ipſa communitas ſeu vniuerſitas,ſecũdum gl.communiter approbatam in l.non poteſt dolo,ff.de reg.iur.Niſi recuſaſſet congregare cõcilium ſeu capitulum ſiue vniuerſitatem:quia tũc citato ſyndico habetur perinde, ac ſi communitas aut vniuerſitas eſſet citata,ſecundum glo.in c.ſi in capitulo.de conceſſ.præb. in 6. Bart.in d.l non poteſt.Nec dicitur communitas dolum committere vel delinquere,licet plures ſeu maior pars hominum ipſius communitatis aliquid prohibitum faciant,niſi hoc fiat ex ordinatione concilij & ſonata campana. per l. ſed ſi ex dolo.cum gl.ff.de dolo.& gl.in l.ſicut.ff.quod cuiuſ.vniuer.Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis. quicquid dicatur tenuiſſe contrarium Iac.But.in l.ſi quis in tantam.C.vinde vi. Balb.deciſ.80.

communitas dicitur feciſſe qñ tacitè approbat ſeu ratificat geſta per aliquos particulares. & quando hoc ſit, vide Afflict.deciſ.370.& quando poſſit dici delinquere,vt puniatur, vide Pariſ.conſ.21.& 91.lib.4.vbi an ex geſtis ſingulorum & quando poſſit puniri vniuerſitas in crimine læſæ maieſtatis, Afflict.in c.vnic.quę ſunt regal.ver.&bona committentium. nu.52.Salic.in l.1.C.de ſeditioſ. Put.

communitas,ſeu vniuerſitas non obligatur per priores:niſi eis ſpecialiter ſit commiſſum.Alex.conſ.135.vol.7.num.1. communem dicit. B.V.

communitas,ſeu concilium nõ poteſt dare immunitatem ciui,ſecùs tamen extraneo qui ciuis efficitur, Bello. conſ.37. nu.1.& 2.communem dicit. B.Villal.

communitas. Ex contumacia ſyndicorum citatorum nõ poteſt vniuerſitas vel collegium aut communitas multari, ſecundum gl.cum Bart.in l.non poteſt.ff. de reg. iur. niſi data opera recuſaret dare ſeu congregare concilium, in quo poſſet citari ſecundum Bart.ibi. Balb.deciſ.156.

commutatio ſummarum in odioſis non fit.ſecùs in fauorabilibus.Iaſ.in l.ſi idem,cum eodem.ff.de iuriſd.om.iud. nu.3. communem dicit. B.Villal.

comparatio ſemiplenam probationem inducit ſecundum communem per Burſat.conſ.123.n.21.lib.1.poſt Rol.conſi. 26.nu.12.lib. 1. Quæ comparatio literarum in miſſiuis vel epiſtola plenè probat in præiudicium ſcribentis ſecundum cõmunem per eundem Burſat.conſ.39.nu.25. vbi plura not. ad practicam recognitionis literarum.

cõparatio literarũ vnà cum litera,ad quã fit cõparatio, facit ſemiplenã probationẽ ſm gl.in l.admonendi.ff.de iureiur. & in l.in bonæ fidei.C.e.ti.quam celebrant & ſequuntur Moder.in d.l.admonẽdi,vbi audacter fatentur ſe vidiſſe practicari iudicẽ ex æquitate.l.vbicunq;.ff.de interroga.actio. cõpellere debitorem ad reſpondendum,num illa ſcriptura priuata, ſit manu ſua,ac ẽt ſcripta propria manu,vt ex ea fiat comparatio.& hoc idẽ ſentit Ang.in §.ſi qs igit.auth.fide.de inſtru.cęterum.gl.in l.3.§.1.in ver.ſpeciem.ff. de teſti.inclinauit in contrariam partem videlicet,dictã comparationẽ facere plenam probationẽ, & ita affirmat ſe vidiſſe cõiter ſeruari Alber. in l. cõparationes.C.de fide inſtr.hocq; de plano procederet,ſi talis eſſet cõparatio,quæ oſtenderet ſcripturã ſimul cũ ſcriptura:ad quã fit cõparatio per oĩa ſimilẽ,hoc itaq; caſu plena probationẽ faceret.d.§.ſi quis igitur,vbi probatur à ꝗrio ſenſu,& in iſto caſu incorrecta remanebit.d.l.cõparationes, vt p Bald. & Saly. in auth.ſed nouo iure,& in d.l.in bonæ fidei.& hoc in caſib.in qb.ſola literarũ cõparatio ſufficiat,&plenè probet,ꝓcederet quippe,qñ ageretur ciuiliter,ſecùs ſi criminaliter,puta in crimine falſi,qa ad probandũ falſitatẽ ſola literarũ cõparatio non ſufficeret,ſm Dec.conſ.615.& Ripa.in d.l.admonẽdi.Purpuratus verò ibi voluit fieri poſſe indicium ad torturã ſm perſonarum qualitatẽ, & vtrùm iſta comparatio ſit ſufficiẽs indicium ad torturã:vide Bart.declarantẽ.in l.ſi. de quæſtio.& gl.Bart.& Doct.in l.fi.C.famil.erciſc.interpretantur p̃dicta ſimiliter,ꝓ in oĩb.ſcripturis priuatis excepta apocha ſola,& ſimplex literarũ cõparatio plenè probat,vt habet.in d. l. cõparationes.Bart.in l.ſi ꝗctus.C.de fide inſtru.vbi ait, ꝓ d.l. cõparationes, volens ex cõparatione induci plenam fidẽ ſolummodo eſt correcta in apocha, non autem in aliis priuatis ſcripturis,quẽ ſequitur Alex.conſ.58.& 114.lib.7.& Soci.cõſil.4.li.3. vbi ẽt voluit ꝓ ẽt in Epiſtola ſufficiat ſola literarum cõparatio, quo ad plenã fidem, & ratio eſt quare d.l. fuit correcta in apocha,qa dat à debitore creditori,& ob id ſi ſola cõparatio

paratio ſufficeret de facili reperiretur, q literas alienas æmularentur,aut ꝗtrafacerent,& quatenus diximus Soc.in d.conſil.4.firmare d.l.comparationes,non eſſe correctam in epiſtola,aliiſque ptiuatis ſcripturis, dic iſtud etiam ſequi in epiſtola Alex.d.conſ.58.in princ.& 114.Dec.in c.2.de fide inſtru.& conſ.219.in fi.Purpu.in d.l.admonendi.&Cur.iun.conſ.118. & 162.& ita iſta omnia pulchre,&doctè referebat illuſtris D. Marcus Ant.Oradinus præceptor meus,interpretans publicè Peruſij. d.l.admonendi, à quo complura alia in iure Cæſareo,Canonicoque didicimus,quæ ponentur in 2. part. huius opuſculi ſuo loco & tempore. F.Viuius.

Compendioſa ſubſtitutio verbis directis hunc in modum concepta, videlicet:quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis,Sempronius hæres eſto:intra pupillaris ætatis tempora valeret iure directo,pòſt verò iure fideicommiſſi.Ita cõmuniter tradiderunt Doct.in l.Centurio.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit.contra gl.in l.precibus.C.de impu. & aliis ſubſtit & in c.Ray.de teſta.qui voluerunt ꝓ propter illa verba,ſi ſine liberis deceſſerit,&c.valeat omni tẽpore iure fideicommiſſi,qua in re videndus eſt Papien.in ſua praxi in forma libelli,quomodo ex ſubſtitutione agitur,verbo compendioſa. F.Turz.

compenſandi animo relictum cenſetur quod aliter erat debitum,ſecundum communem per Burſat.conſ.60.nu.8.lib.j. de quo vide quæ ſcribit Bart. in l.ſi cum dotem. §.ſi pater. ff. ſol.matr.

compenſatio licet contra creditum iuratum non admittatur iuxta doct.oẽs per Nat.conſ.54.in prin.Afflict. deciſ.381. id tamen debet intelligi,quãdo via executiua procederetur, ſecundum communem per Burſ.conſ.106.n.j.li.j.vbi inter alios plures alleg.etiam Oſaſc.deciſ.92.vbi ponit limit.ad concl.de qua ibi quas declarat idem Burſat.d.conſ.ante nu.2.vbi huius negatiuæ concl. contrariam veriorem dicit ex cantiuncul.conſ.23.n.78.& ſeq.& aliis ibi alleg.

compenſatio an poſſit opponi ab eo qui ſubiit ſpõtaneam condemnationem:& intra certum terminum ſoluere promiſit creditori,dic vt per Oſaſc.deciſ.92.vbi n.33.poſt plura cõcludit pro opi.negatiua,videlicet admitteñ non eſſe compẽſationem,ſed putat affirmatiuam veriorem eſſe,quam declara,& limita,vt per eũ ibi,n.34. & ſeq. de quo vide etiam quæ ſcribit Nat.conſ. 54.poſt Bar.in l.amplius non peti.col.fi.ff.rẽrat.ha.Rol.conſ.6.n.17.lib.1.Neuiz.conſ.62.n.26.Capel.Toloſ. q.139. Quibus adde ꝓ compenſatio quæ fit ipſo iure : in effectu locum non habet,niſi pars velit,& opponat,teſte prædicto Rol.conſ.8.n.8.lib.3.l.verum.ff.de compenſ.& an opponi poſſit ea exceptio compenſ.in executione ſntiæ, dic, vt per Rom.conſ.76.col.2.in prin. limitationem autem ad reg. ꝓ de quantitate ad quantitatem ſemper fuit compenſatio:vide per Iaſ.in l.cum fundus.§.ſeruum tuum.n.11.ff.ſi cert.pet. & nu.ſeq. vbi quomodo de liquido ad non liquidum fiat cõpenſatio,& plura de compẽſatione ibi n.12.& an qui iurauit ſoluere in termino:poſſit compẽſare,Dic,vt per eundem Iaſ. in l.eum qui §.ſi iurauero.ff.de iureiur. vbi dicit communiter reprobari opi.Bar.in d.l.amplius non peti.alleg.in d.§.ſi iurauero. n. 5. & ſic ꝓ eo caſu non admittitur compenſatio, qua in materia,plura habetur ibi,&per Tremol.ad prac.Bonacur. tit.quib.mod.ſuo no.ciuil.poſt nu.23.

compenſatio quando opponitur,debet admitti liquidatio intra illud tempus quod daretur reo ad ſoluẽdum, teſte Bart. in l.in fraudem.§.qui compenſationem.ff.de iur.fiſc.cuius opin.communem dicit Alex.conſ.94.& conſ.ſeq.lib.4. reprobata opin.Bald.in l.3.C.de compenſat.Quid de compenſatione delictorum,puta doli cũ dolo,vide doct.in apoſtil.ad Bart. in l.ſi ambo.ff.de compenſat.

compenſatio in omnibus contractibus,præter depoſitum, admittitur,ſi facilè quod in compenſationem deducitur,&liquidò,pro iudicis arbitrio,probari poſſit.commune ait Iaſ.in §.in bonæ fidei.n.72.Inſtit.de act.In depoſito autem de expẽſis in eodem factis nõ improbatur, receptũ pronunciat Fulg. in l.ſi plures.ff.depoſ.At in cõmodato generaliter compenſationi locum fore inquit placitum vulgò Panorm.in c.2.de depoſ. quemadmodum de pecunia ad pecuniam in ſpecie debitam.commune teſtificantur Alex.& Iaſ.in l.ſi fundus.§. ſi ſeruus.ff.ſi cert.pet. E.Suarez.

compenſatio tunc planè locum non habet,cum quid ſolutum iri iuratò promittitur,vt frequenter interpretibus probatum memorant Gozad.conſ.32.n.15.& ſeq.Viuius cum aliis lib.1.opi.43.& opi.199. E.Suarez.

compenſatio fieri non poteſt ex priori ſolutione ad ſecundam ex iudicis ſententia faciendam, vt commune ait Ema. à Coſta contrarium cũ multis verius opinatus in l. ſi ex cautione.ver.ex his infero.C.de non nu.pecu. vt nec abs legato rei certæ,ad debitum etiam neceſſarium compenſatio procedet, niſi aliud teſtator declararit.communem ponunt Corn.conſ. 242.lib.2.Io.Dilect.de arte teſtan.ti.6.cau.5.n.3. E.Suarez.

COMPENSATIO ſterilitatis licet ſecundum Inn.in c.propter.de locato.ſit facienda cum vbertate ſeu fertilitate præcedentis vel ſequentis anni proxi,& immediati,& non mediati, ſiue interpellati,contraria tamen ſententia,quod fiat compẽſatio ſterilitatis cum vbertate anni mediati & interpellati verior eſt,vt voluit Hoſt.in ſumma ti.de locato,§.quæ actiones, ver.fit autem,& ver.ſeq. & rationabilior ſecundum Imolam in d.c.propter,eod.tit.cum qua alios communiter tranſire refert Bened.Capra.regul.88.n.52.quod verum eſt,quando ambo anni continentur ſub vna ac eadem locatione,aliàs ſecus, etiamſi vtraque locatio fuiſſet facta de re eadem, & inter eaſdem perſonas,prout vult Bald.in l.licet C.locati.& Im.d.cap. propter, quia ex quo locationes ſunt ſeparatæ vel diuerſæ de vna ad aliam,vel de vnius anno ad alterius annum argumẽtari aut inferri non licet argumento.l.fi.ff.de calumniat.l.Papinianus exuli,ff.de minorib.& voluit Imola in c.per venerabilem.qui filij legit. Bened.Cap.

compenſationis exceptio alicuius quantitatis vel debiti,ſi quis iurauerit ſoluere,opponi non poteſt,ſed neceſſe eſt vt p̃ciſè ſoluat.per tex.&ibi Doct.in c.ad noſtram.j.ext. de iureiu. Et hanc cõem Docto.opinionem eſſe inquiunt Fel.ibid.circ. fi.ver.& per hoc apparere exiſtimo.Alex.de Imol.in conſ.91. n. 5.& in 2.lib.con.Et And.Tiraq.in tract.de vtroque retract. §.3.gl.3.n.6.verſ.aduerte.Licet alij multi contrariam ſententiam ſecuti fuerint,quam comprobat idem Alex. de Imol. in con.12.n.15.in eod.2.lib.con.& horum opinionem ſequitur Carol.Molin.in d.con.91.in verb.damnatur.& idem in Commenta.ſuis in conſuetud.Pariſ.in 2.parte.§.62.n.19.cum ſeq. Kirchouius.

COMPENSATIO de quantitate ad quantitatem in liquidis fit ipſo iure,quando de ea pars opponeret.l.ſi conſtat.& ibi Doct.C.de compenſ.Et hanc communem opinionem Docto.eſſe dicit Marian.Socy.iun.in conſil.147.in 1. part.conſi. kirchouius.

compenſatio licet fiat ipſo iure.l.ſi cõſtat.& l.fi.C.de compen.eſt tamen neceſſe, ꝓ ea opponatur ab homine, vt declarant Doct.in d.l.ſi cõſtat.in verbo ipſo iure.interpretãtur præfata ſimiliter in debito iurato,quia de debito iurato,ad nõ iuratum compenſatio non admittitur ſecund.communem opi. de qua per Iaſ.in l.eum qui.§.ſi iurauero.nu.2.ff.de iureiur. & Afflict.deciſ.163.die ſeptimo Octobris, poſt alios à prædictis Doct.citatos. F.Viuius.

compenſatio tollit ipſo iure delictum:ſi opponatur, ſecus tamen Iaſ.in §.in bonæ fidei.n.80.& Inſt.de act. communem dicit,vbi ponit aliquas limit.

Ex hoc poteſt opponi Compenſatio cõtra inſtrumentum habens executionem paratam,ſecundum Segu.in l.ſi ex legati.ff.de verb.oblig.nu.212.quæ facit ad intel.l.4.& 5.tit.8.l.3. ord. B.Villal.

compenſatio admittitur in depoſito de expenſis factis in ipſo depoſito,gl.communiter approbata ſecundum Fulg.in l. ſi plures.ff.depoſi.communem dicit. B.Villal.

contrarium eſt determinatum de iure regio.per l.10.tit. 3. part.5. Idem.

compenſatio admittitur in alio contractu præter depoſitum: dum tamen de facili poſſit liquidari, quod relinquitur arbitrio iudicis.Iaſ.in d.§.in bonæ fidei.num.78.Inſt.de actio. Idem.

De iure regio eſt ſublatum arbitrium iudicis,quippe quia xatus eſt terminus decem dierum ad iſtam liquidationem facendum,per l.20.ti.14.par.5.idem.

compenſatio admittitur de pecunia ad pecuniam:licet pecunia ſit debita in ſpecie: Alex.in l.ſi fundus. §.ſi ſeruus. & ibi Iaſ.ff.ſi cert.pet.communem dicit.

Nota iſtam communem ad ampliationem l.21.tit.14.par. v.B.Villal.

compenſatio admittitur in commodato.Panor.in ca. 2.de depoſit.communem dicit. Idem.

compenſatio non fit de legato ad debitum, quando legatur res certa,etiam in debito neceſſario : niſi aliàs teſtator declarauerit,Duran.in arte teſt.tit.6.cau.5.num.3. communem dicit. B.Villal.

ADDITIO.Et an & quando fiat compenſatio de vna quãtitate diuerſi generis ad alteram, vel diuerſo genere ad aliud diuerſum genus,Tind.in tract.de compenſa.art.3.n.7.vbi nõ nulla de compenſatione & eius in effectu in arti.10.

Competens iudex est pro crimine iudex loci, in quo fuit commissum, et à ñ subdito. cõis opi. Cla. q. 38. in prin. Bonac.

competens iudex nõ est dominus vnius castri diuisi, in puniendo alium condominum, qui in parte sua deliquit, communis est opi. Clar. d. q. 38. vers. quæro pone. Bonacoss.

competens iudex est prætor Mutinensis exercitus eius, q̃ in militia deliquit, licèt exercitus foret in Bononiensi territorio, cõis est opi. Clar. d. q. 38. ver. quæro etiam. Bonacoss.

cõpetens iudex est in foro pœnitẽtiali sacerdos parochiæ, vbi qs habitat, & ñ aliᵖ, cõis ẽ opi. Cla. q. 37. ver. q̃ro. Bonac.

competens iudex non est loci confederati iudex pro maleficio commisso in loco confederato, nisi expresse caueatur. Clar. d. q. 38. vers. succesliue. Bonacoss.

competens est iudex vtriusque loci, pro delicto in confiniboᵖ facto, & ita cõiter obseruat. Cla. d. q. 38. ver. p̃terea. Bonac.

cõpetens iudex debet videre si sit cõpetẽs, q̃ñ quis fatetur se deliqsse, sed extra eiᵖ territoriũ, & cognoscere an locᵖ sit suę iurisdõis, cõis est opi. Cla. q. 38. ver. vlterius quæro. Bonacoss.

competens iudex etiam dicitur ordinarius, aliàs incompetens rõe pœnæ, si quis falsum deponit corã ipso, quia potest eum punire extra ordinẽ. cõis est opi. Clar. q. 38. ver. sed quæro. & nihilominus iudex competens eum punire potest pœna ordinaria. Si autem est delegatus Principis potest & ipse extra ordinem similiter punire. Aut est delegatus inferioris, & non potest. communis est opi. vt ibi per Clar. Bonacoss.

cõpetẽs iudex ñ est, si clericᵖ corã ipso falsũ deponat, cõis est opi. Clar. q. 38. ver. sed hic quæro. benè tñ põt cognoscere super falsitate ad effectum expediendi causam coram eo vertente, non aliàs, vt est communis opi. Clar. ibi. Bonacoss.

competens iudex est vtriusque fori, si laicus falsum deponat corã iudice ecclesiastico. Clar. q. 38. ver. q̃ro nunc. Bonac.

competens iudex non est, si quis alibi furtũ fecit, & hic contractet, vbi sit iudex loci contractatio. communis est obseruãtia. Clar. q. 38. ver. tu scis. Potest tamen sub pœna eum eiicere. Bonacoss.

conpetens iudex est, si laicus deliquit in ecclesia, vt est cõis opi, Clar. d. q. 38. ver. vidi etiã. & non ecclesiasticus iudex, quia ecclesia est de territorio Principis, licet sit locus sacer. Bonac.

competẽs iudex est etiam, qui reum præuenit in capiendo, quando plures iudices sunt competentes, & maximè si est cõpetens ratione enormitatis, vel grauitatis delicti. Cla. d. q. 38. vers. vlt. Bonacoss.

competens iudex est pro delicto commisso, iudex delicti, iudex originis & domicilij. Et possunt procedere ad instantiã partis, & ex officio. cõis ẽ opi. Clar. d. q. 38. ver. sed q̃ro. Bonac.

competẽs iudex etiam dicitur aggrauati delicti ex delictis extra territorium. Bonacoss.

cõpetens est iudex in criminalibus vicarius Potestatis deputatus locum tenens à Principe, vel ab ipso Prætore cum auctoritate Principis, & potest punire, & alia facere, quæ sibi in mandatis sunt commissa, aliàs non, vt est communis opi. Cla. q. 40. ver. 1. idem Vicarius Episcopi ex speciali commissione Episcopi, vel capituli, potest de criminibus cognoscere & punire vt est communis opi. Clar. ibi. Bonacoss.

Competit pro Emphitheusi condictio ex lege. com. d. Car. §. emphyteusis. q. 47. P. Fich.

competit pro feudo condictio ex l. & consuetudine. com. dicit Clarus §. emphyteusis. q. 89. P. Fich.

complices illi sunt, qui ad malum sunt socij, vt est communis opi. de qua Paris. cons. 168. nu. 10. in 4. vol. Bonacoss.

Compositiones, quæ fiunt tota die cũ Duce vel Marchione, vel inclyto dominio Venetorum de delictis cõmissis, non possunt tollere pœnã, quæ parti debetur, quia solum videtur remissa pœna, quoad fiscum, sed nõ in præiudicium priuatorum, ex cõi regula, q̃ Princeps in dubio non videtur velle tollere ius tertij, vel ei præiudicare. Dec. cons. 520. n. 2. vbi diffusè, & in cons. 602. n. 14. Pastores autẽ ecclesiæ, qui super pœnas cõpositiones facitnt vt extorqueant pecuniam, malè faciunt, & contra legem. l. si operis. C. de pœnis. Licet quandoque aliqui Principes, vt cautius agant in compositionibus p magistratus faciunt adiicere illa verba, Ex causis notis suæ excellentiæ, quæ nullibi legi, nisi apud Iacobi. de S. Georgio in sua inuestitura feudali. in §. sed an princeps. n. 4. fol. 9. vide Ias. in l. venia edicti. n. 10. & seq. C. de in ius voc. Cum quib. & qualiter sint faciendæ tales compositiones, & quæ sint considerãda in eis tradit Paris de Puteo in tract. syndica. in §. compositio. & etiam in §. quæro. & §. 3. tomo 14. fol. centesimoquarto. Et plura de compositionibus tradit Paulus Grilandus in tract. de relaxa. carce. tit. de pœnarum compositionibus. §. sequitur. §. secundò quæro. & §. tertiò quæro, tomo 15. trac. fol. 128. & in §. quartò. & §. quintò quæro. Et Mõteleo in sua practica arbitrali, vbi de compositionibus agit. Et compositio facta in casu à iure concesso, vt puta in delicto, quo dato, & verificato, infligenda erat pœna mortis, vel sanguinis, valet, vt est cõmunis opi. D. Brunorus in eius consi. crim. n. 196. & n. 197. vbi de transactionibus & compositionibus plura. Bonacoss.

PRO compositum aliquãdo pro suo simplici sumitur. no. gl. in rub. ff. de dote prælegat. in l. verbum reddendi. ff. de ver. significat. Bellon.

computationis error, & post subductas sæpius rationes allegari potest: vt receptum asserere ausim ex Soc. cons. 92. n. 8. lib. 4. Paris. cons. vlt. n. 26. & 27. lib. 1. Quin & vsque ad 30. annos rectè proponetur, vt commune pronuncio ex Ias. consil. 210. lib. 2. Didaco à Castillo in l. 28. Tauri. & iure ipso computationem nullam reddit, est gl. communiter recepta in l. 2. C. de iure fisci. lib. 10. E. Suarez.

compromissum facere de re feudali in arbitros Vasallus non potest. comm. iicit. in §. feud. 10. Clar. q. 39.

Per nullam cautelam verborum in compromisso apposito rum, fieri potest, quo minus reductio ad arbitrium boni viri peti possit, data magna iniquitate, vel læsione. Est communis opi. secundum Decium in cons. 111. ver. 4. principaliter. vol. 1. & in cons. 39. iuridicam. eod. vol. & in cons. 60. eod. vol. Mat. Chærianus.

Reductio seu reclamatio ab iniquitate laudi, peti potest vsque ad 30. an. Est communis opi. secundum Dec. in cons. 39. iuridicam. circ. fi. vol. 1.

compromitti de omnibus rebus de quibus alienatio fieri non potest, non potest. Est com. regul. omnium Doct. secundum Dec. in cons. 39. iuridicam. vol. 1. Matt. Chærianus.

Iniquitas autem seu enormis læsio laudi dicitur, quando reperitur facta læsio, saltem in 6. part. debitæ quantitatis. Vel est in arbitrio iudicis, cùm non sit à lege determinatum. Istæ sunt duæ principales Doct. opiniones magis cõmunes, secundum Dec. in cons. 39. iuridicam. in fi. vol. 1.

Pœna l. si quis maior, nõ habet locum in Compromisso ẽt iurato facta à parte inuita ex necessitate statuti vel iudicis. Est communis opin. secundum Ias. in cons. 12. allegata. ver. nec huic fundamento. vol. 1.

Partes quæ diu litigarunt, possunt etiam per iudicem ecclesiasticum ad compromittendum compelli, c. placuit. cum gl. 90. dist. Idem quando ex priuatorũ lite inquietatur status reipublicæ. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & secundùm Bal. & Ang. in l. æquissimum. aliàs est. §. sed si inter. ff. de vsufruct. Balb. decis. 410.

compromissi prorogatio debet partib. intimari, aliàs nõ valet sententia arbitramentalis. Est communis opin. secundum Bald. & Dec. cons. 39. iuridicam. in prin. Mat. Chærianus.

compromissum in arbitrum, & arbitratorem in dubio præsumitur præcessisse vt arbitrator: Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præsump. 35. in fi. communem dicit. B. Villal.

compromissum ecclesiasticæ, atque adeò spiritalis causæ, quin in sacris non initiatum fiat, nihil vetat. commune dicũt Dec. in c. 2. n. 4. de iudic. Gra. cons. 87. n. 10. lib. 1. E. Suarez.

COMPROMISSVM si fiat cum clausula quod stetur laudo, pœna soluta vel cum clausula rato manente pacto. vel simili, tunc secundum gl. c. dilecti, de arb. standum est sententiæ vel laudo, etiamsi pœna soluta fuisset, qd̃ procedit siue emologatio expressa, siue tacita interueniat, iuxt. gl. in l. 2. ff. de arbitr. l. cùm antea, & ibid. Odoffr. & Azo. C. de arbitr. quos sequtur Cy. ibid. & Bald. in l. ait prætor. ff. de re iud. & Im. in d. c. dilecti filij. quorum opinionem contra Iacob. Baldri. Martium de Fario. & Iacob. de Rauenna, tanquam communiter sequendam, asserit Bened. Capr. reg. 71. nu. 9.

Compromitti in iudicem. Non potest de iure ciuili compromitti in iudicem tanquam in arbitrum, sed tanquam in arbitratorem potest, per l. si in seruum. §. si quis iudex, cum glo. ff. de arbi. secus de iure cano. per tex. cum gl. in c. cum tempore. extr. de arbi. & ibi Panor. & communiter cano. Inn. in c. ex parte. in gl. ordinarius. co. tit. Spe. in tit. de arbitro & arbitra. §. potest. ver. in iudicem. Ang. in l. 1. §. & post operis. ff. de oper. noui nun. Sed cum inter canoni. reperiantur variæ & contrariæ opiniones in locis præallegatis circa hoc, & sit clara decisio de iure ciuili in d. §. si quis iudex. illi videretur stãdum in vtroq; foro. iuxta theoricam cano. in c. 1. de extr. de ope. noui nun. & legistarũ. in l. p hanc. C. de temp. appel. Balb. decis. 411.

Compromittere. Super articulo iuris emergente, in causa, stante causa coram ordinario, potest compromitti in arbitrũ, gl. reputatur singularis in l. pen. in verbo suam. C. de pact. vbi notabiliter dicit Bar. per illum tex. iuncta gl. Quod stante statuto

statuto, q̃ de quæstionibus inter affines compromittatur, erit compromittendum, etiam in artic. emergente in causa principali. Balb. decis. 177.

cōdemnatus ad mortem,si absens fuerit, & in fortiam cōmunis non venerit,non fit seruus pœnæ, ideoque testari poterit, secùs si veniat postea in fortiam. cōmunem dicit idem §.testamentum.q.21.ver.Aut verò. Pius Fich.

condēnatus ad perpetuos carceres si laicus sit,perdit testamenti factionē.Hanc dicit esse communem opinionem,quæ tamen ipsi non placeat.idem in §.testamentum.q.23. P.Fich.

condemnatus ad mortem seu ad quancūque aliam pœnā, tempore quo proficiscitur ad furcas,vel ad aliud supplicium destinatum, si arriperet fugam, & acciperet sacerdotē portātem per ciuitatem corpus Christi absque aliquo dubio esset immunis,ac tutus ab illa pœna.vt per gl.in c.quesitum.13.q. 2.quam sequūtur Archidia.ibi,Host.in Summa de immunitate ecclesiarum. Card.ī cle.1.§.institu.in fi.de reliq.& vener. sanctorū.Corsetus in sing.in ver.Car.& cōiter omnes Canonistæ in c.sanè de elec.Roma.sing.335.Cat. Cotra in memo. in ver.rationis idemtitas.Alber.in c.1.de hęret.in 6.n.18.&istam esse communem scribit Gome.in §.pœnales.n. 50.insti. de actio.& Io. Lup.in rub.de don.§.38.n.5. quod verum est, dūmodo ad ipsum corpus recurrisset,& suscepisset cōmunionem,vt habetur per Fel.in c.quærēti. de of.deleg. Similiterq; priuilegiū Cardinalis liberat istū condēnatum à morte.Nam Cardinales habēt priuilegium vt si condēnatus ad mortē ducat ad supplicium,& ei fiat obuiam Cardinalis ipse,&pileum apposuerit in caput eius,non pt exequi sentētia ad mortem, sed liberatur ita per Bald.in l.addictos,vbi Paul.de Cast.C.de app.Amede.Iustinū in trac.syndi.n.253. & Cotta in suis memora.in ver.Card.ideoque dat cautelam Cæpo.in 2.caute.in prin.vt condēnatus procuret vt cardinalis transeat per viam, per quam ducitur ipse condemnatus,& obuiam sibi fiat,&ponat in cōdemnati capite pileum, & erit liber,vt per Par.de puteo in trac.de syndica.in ver.pœna.ver.an si primo.Tertiò etiam liberat cōdemnatus ad mortē, si velle meretricem existētem in lupanari ducere in vxorem. vt per Pari de puteo.in citato ver.an si primo,& in ver.& alia quæ nō omitto.vbi ait hoc iure nō probari, sed tm quod peccata oīa sibi dimittunt, & ita practicant Hyspani,& obseruāt,vt ibi per eum.meretrices.n.notas trahere de lupanari, & accipere in vxorē proficit ad remissionem peccatorū.c.inter opera de sponsa.Nā Oseas Propheta duxit meretricē in vxorem,& illā ex mala bonā fecit,& qui hoc fecerit,nō est culpandus, sed laudandus ēt si esset homo optimæ qualitatis, & absq; culpa aliqua.c.nō ē cul pādus Oseas Propheta 32.q. 1.faciūt not.ꝑ Alber. in diction. in ver.Meretrix,facit tex.& gl.in l.ea quæ.C.de adulte.& solēnitas iuris humani,& pœna cessat, puta qñ aliquis ducit puellam meretricē in vxorē, vt bonā reddat, & amplius nō pcet, secundum Abb.cōs.11.in causa.n.1.vol.1.c.relatū de testam. in antiq.qui.n.in Spiritu Dei aguntur nō sunt sub lege humana.c.licet.in prin.de regula.Abb.d.cons.11.tunc.n.videtur redemptum corpus, & anima puellæ à peccato & à diaboli captiuitate:ergo cessat solēnitas,& pœna iuris.Quartò cōdemnatus ad mortē liberatur ꝑ miraculum,vt per Lucā de Penna.in l.1.C.de deser.& occul.li. 12.&Dec.in l.fauorabiliores. ff.de reg.iuris.vbi ponūt exemplū de eo,qui suspendit ad furcas,& laqueus cōfringitur, & cecidit suspensus in terram tūc proculdubio erit liberandus condemnatus ad mortē,ex quo vī miraculosè factum,& est maximū innocētiæ signū,hocq; intelligit Deci.vbi s.si prius fuerit protestatus de sua innocentia,vt per Pari.de pute.in dicto vers.pœna. ver.an si il.Secūdò per dictū Psal.Laqueus contritus est,& nos liberati sumus,& per Criminalistas oēs variis in locis iuris nostri.Quintò metus instātis periculi, & mortis excusat delinquentē à capitali pœna ideòque si qs tyrānus aut potēs dicat alicui nō potēti, Occidas talē, alias occidā te,& ille erat ī huiusmodi cōstitut⁹ calamitate,quod si eius iussum non adimpleret,mitteret minas ad effectū, tūc si aliter euadere nō pt vitā suam occidēdo excusatur si occidat,nec vtique aliqua pœna punitur pp mortis periculū,secundū Bal.& Alex.ī l.liber homo.ff.ad l.Aquil.

& Floria.ibi in prin.ī l.quod dicitur.ff.ad leg. Aquil. & in l.1. ff.de sica.& Pet.& Cy. in l.scientiam.§.qui cū aliter.ff. ad l.Aquil.Bald.in l.1.q.2.C.vnde vi.ī l.seruos.C.ad l.Iuli.de vi.&in c.1.§.iniuria. de pace tenenda.in vsib.feud. Gandi.in rubr.de pœn.gl.in l.si familia communis in ver.& si seruus.in verb.agi poterit.ff.si fami.fur.fe.Cæp.caute.4.&40.Io.de lig.in trac. de bello.Fel.in c.significasti.li.2.circa fi.de homici. Cur.cons. 20.Ias.in §.si minus de actio.Dec.cons.336.& in regula,velle non creditur.ff.de reg.iur.&in l.quod iussu.e.ti.& in l.vt vim. ff.de iust.& iure.vbi scribit istam esse cōem opinionem Marsy.cons.25.Corsetus in sing.in ver.metus,vbi,etiam hāc fatetur cōem,& sequendam.& Grammati.voto.28. F.Viuius.

Condemnatus in amputatione manus non præsumitur & intelligitur de debiliori.Alci.trac.de præsum.reg.3.pręsump. vlti.in fi.communem dicit. Villalob.

condemnatus per iudicem ecclesiasticum de delicto misto potest iterum conueniri per iudicem secularem. Alci.in c.perniciosam.n.128.de off.ord.communem dicit. B.Villal.

Nota istam communem ad intel.l.2.ti.8.li.8.& pragma.1. in pragma.& ad legē factam in curiis Toletanis anno 1525. loquētem de blasphemis.& ad intell.l.8.ti.2.li.8.ordi. contra vsurarios.& ad intell.l.3.tit.14.par.7.&pragma.3.de fortileg. & ad intellectū.l.2.tit.21.par.7.& pragma.85.de sodomitis,q̄ crimina sunt misti fori, & etiam sacrilegia sunt misti fori.vt ꝑ Maria,in c.cum sit de foro comp.Vnum tamen nota,ꝙ si aliquis committit delictum cum sacrilegio,prius ecclesia de sacrilegio est satisfacienda,quā fiscus de calumnia,vt est l.104. styl.Nota etiam quod licet iudex secularis possit cognoscere de vsurariis:est intelligendum quo ad pœnam,non tamen ad declarandum an sit contractus vsurarius,cum ad eum nō spectet,vt per Panor.& Docto.in c.cum sit,de for.compe.& Alc. in c.perniciosam,de offi.ord.n.77.sed solum punire, quando contractus est apertè vsurarius: quia licet laicus nō potest se intromittere in lege canonica,tamen ad eius obseruātiam pt imponere pœnā per gl.singu.in clem. ne Romani.de electio. ex qua recipit maximū robur.l.8.ti.2.l.8.&l.1.ord.l.tau.impones pœnā cōtrahenti matrimonium clādestinum.B.Viuius.

condemnatus propter delictū in pœnā pecuniariam,si omnē soluerit minimo pretio debet pœna corporali affligi.Boe. deci.349.n.8.ī fi.ver.quinimò si tales,cōmunem dicit. Idem.

condemnatus in pœnam pecuniariam, si non habet vnde soluat,petente illo,in cuius fauorem est condemnatus:debet luere pœnam in corpore,idem communem dicit.

De iure regio debitor cedit bonis? & ponit in manu creditoris,vt illi seruiat per tps debiti,vt in l.2.ti.8.li.3. For.ll.& l. 5.ti.13.li.5.ord.vbi reformātur ll.For.& l.4.ti.5.par. etsi sunt alij creditores,ille cui traditur tenet ligare eū cum circulo ferreo grosso vt digitū,& debitor tenet portare eū sup lorā vestimēti, vt habet in pragma.82.Idem vī faciendū in pœna pecuniaria imponēda propter delictū.vt est l.105.styli.quā legē intellige ī pecunia applicāda parti ex furto, vt fuit determinātū in curiis Vallis.Oleti.anno dñi 1538.non tamē in aliis delictis.Poterit tm iudex moderare pœnā, si est pauper.p l.3.tit. 22.par.5.q̄ intellige in mulcta, secus in pœna vt per Ias.in l.si quis.n.28.ff.de iurisdic.om.iud.vbi de hac mater.vide Panor. in c.nisi specialis.de off.deleg.quod intellige nisi pœnalia stata loco pœnæ vt in habente monetas falsas:quia si non habet centū marabetinos,erit in vinculis per annū.l.j. li.3.ti.10. For.ll.Cōdemnatus ī expēsis litis,debet carcerari si nō habet vnde soluat.l.99.& 168.styl.nisi,aliàs erit salariū aduocati qd̄ remittitur amore Dei si non habet vnde soluat. Nota ꝙ sicut creditor tenetur præstare alimenta carcerato: ita & cessionarius.Segu.in l.si ex legati.n.94.ff.de verb.oblig. B.Villal.

cōdemnatus ad mortē,& suspensus, si laqueus est fractus, nō debet amplius mori. Viuius ī suo communium opinio.li. 1.opinione 45. vbi dicit oēs criminalista hoc tenere. Tiraq. de pœnis temperan.causa vltima. Mōtanus ī trac.de appella. li.1.c.5.& in l.ea,quæ raro.ff.de reg.iur.& in l.fauorabiliores. e.ti.& Dec.in l.pupillum.§.ī hæredes.n.1.e.ti.& Cagnol. in d. l.fauorabiliores.Guliel.Rouille ī trac.de descrip.iusti.& iniusti.columna fi.Neuiza. ī sylua nup.li.1.sub n.62. Cotareus in trac.de priuilegio militis.Dum agit d̄ duello pag.314. tomo 5.Clarus in q.98.ad fi.& no.ꝙ condemnatus ex forma statuti cōdictione ex lege,nō dr criminaliter cōdemnatus.Cū cōdictio ex lege nō sit actio, quæ non habet locum in causis criminalibus.Bart.in l.de quib.n.19.ff.de legib. Bonacoss.

condēnatus ab ecclesiastico iudice ob mixtū flagitium,potest iterum puniri à iudice laico,vt est cōmunis opinio. Soarez.in ver.condemnatus.n.172. Bonacoss.

condemnatus nomine delicti ad pœnā pecuniariam,si vel in minima summa reliquetur,pœnam corporis subibit,vt est communis opi.Soarez in ver.condemnatus.n.173.Bonacos.

Cōdēnatus in amputatiōe man⁹,nō præsumit indebiliori. Alcia.de pōsump.reg.3.pōsumptio.vltima,ī fi.cōem dr.Bonac.

condemnatus per iudicē ecclesiasticū de delicto mixto, pt iterim conueniri per iudicem secularem.Alcia.in c.perniciosam.n.138.de of.ord.communem dicit. Bonacoss.

condemnatus pp delictū in pœnā pecuniariam,si omnē soluerit,minimo pcio dēpto,dbet pœna corporali affligi.Boeri. decis.349. n.8. communem dicens. Vezinus Hispanus.ante. Soarez in suo Aerario cōmunium opinionū litera C.Bonac.

condemnatus ad mortem,si confugit ad sacerdotē,portātem per ciuitatem sacratissimam Eucharistiam.est immunis. communis est opinio. Viuius in suo communium opi.versi. condemnatus.vbi & alia ad rem fusius. Bonacoss.

condemnatus in pœnam pecuniariam, si non habet vnde soluat,potest luere in personam,petēte creditore,vt est communis opi.Boerius.decis.349.n.8. Bonacoss.

condēnatus de crimine per viam inquisitionis, de quo cōdēnatus,per viam accusationis efficeretur infamis, euitat infamiam de iure canonico,vt est cōmunis opi. de qua Abb.in c.inquisitionis.n.2.de accusa. Bonacoss.

condemnatus,qui vult probare falsitatem testium,pt directò id facere, si velit ēt probare eos corruptos fuisse, tametsi testes sint publicati,si verò falsitatem tm probare intendāt,tāmmodò indirectè id potest,vt est communis.de qua Bossi. ti.si ex falsis instru.vel testibus.n.12. Bonacoss.

condemnatus ad hoc, vt euitet condemnationē de se ipso factam,sufficit, ꝙ probet tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua causa potuisse licitè fieri. Licèt punctualiter nō probetur,quòd factum fuerit iure licito.communis est opi.Clar.q. 56.ver.& in hoc proposito. Bonacoss.

condemnatus semel punitus de crimine,pœna cōmensurata delicto,& condigna, nō potest amplius puniri.communis est opi.Clar.q.57.ver.dictum est.Aliàs secus.fallit,si duo iudices sunt eiusdem principis iurisdictioni subiecti, quia bis iste puniri poterit.aliàs secùs.Clar.ibi.ver.scias ēt.Si aūt esset punitus à iudice ecclesiastico,nō cōdigna pœna,posset à iudice laico iterū plecti grauius.Clar.d.q.47.vers.sed quæro. Et tāta posset esse delicti atrocitas,ꝙ non obstāte punitione per vnū iudicem illata, posset etiam per alium iudicem puniri, vt est communis opi.Clar.d.q.57.ver.vltimo. Bonacoss.

condemnatis ex maleficio,seu ex quocūque crimine regulariter non cōceditur,neque competit dilatio quadrimestris ad soluendum, etiam si in sententia in causa ista criminali qs esset ad pœnam pecuniariam,& pecuniariter damnatus,secūdum gl. Bar.& Fulg.in l.si victum.ff.de re iud.Inn.in c.quærēti,de off.deleg.Bal.ī l.fi.C.de exe.rei iudi.& in add. Spec.in ti. de sententia & re iudi.in ver.3.fideiussit. Alex.n.18.& seq.& Ias.n.16.& seq.in l.debitoribus.ff. de re iud.vbi scribit istam esse magis communem opinionem. F.Viuius.

PRO.cōdictio,est actio.in l.rerū amotarū actio,ꝓdictio est. ff.rerū amot.tex.est in §.appellamus.Inst.de actio. I.Bel.Tol.

condictio canonis redintegrāda. 3.q. 1.nō solùm in rebus ecclesiasticis &clericorum(prout aliqui voluere)verùm etiā laicorum,& profanis locum sibi vendicat.aiunt Ant.de Butr. in c.cùm ad sedem.de restit.spolia.Inn.& Io. And.in c.sæpè.e. tit. Bart.in l.coloni.de agric.& censi.lib. 10.Ang.cons.154.in q.1.& Sol.l.rem quæ nobis.ff.de acq. poss.qui hanc commu- nem refert & sequitur. F.Turzan.

PRO.conditio fit per si,modus per vt, causa per quia.l.demonstratio falsa.in §.fi.ff.de condi.&demonstr.gl.in l.1.C.de his quæ sub mod.vel cōd.fiunt & in rub.C.de fals.caus.adic. Bart.in l.1.ff.e.tit.de condit.& demonst. Bellon.

PRO.conditio est triplex,casualis,potestatiua,& mista in l. vnic.§.sinautē aliquid sub cōditione.C.de cad.tollēd.Bellon.

PRO.conditio est de futuro,nō de præsenti,vel præterito, l.cum ad præsens.cum duabus ll.seq.ff.si cert.pet.l.instit.ff.de condi.instit.

OBIEC.contra de lege quibus diebus.in §.quidam.ff.de cōdi.& demonst.vbi valet cōditio talis,si morit,& sic de pōsenti.

SOL.ibi præsens pro futuro ponitur:& exponitur,si moriatur pro si morietur vt ibi gl.dicit. Bellon.

PRO. conditio nihil ponit in esse l.& si quis sub conditione.ff.si quis omis.caus.testa.l.legata sub conditione.ff.de condit.& demonst.l.cedere diem.ff.de verb.signifi. Bellon.

PRO.conditio debet adimpleri in forma speciticata.l.qui hæredi.& l.Mæuius.ff.de conditionib.& demonstrat.Bellon.

PRO. Conditio extitura non reddit cōditionalem dispositionem sed puram.l.si pupillus.§. 1.ff.de nou.& deleg.

OBIEC. Contra de l.quibus diebus, §.quidam Titio. ff.de cōdi.& demōstra.vbi legatum redditur. cōditionale per conditionem,si moriatur,quę tn̄ est omni mō extitura.l.j.ff.e.tit.

SOL.Dic,ꝙ legatum sub hac conditione,si moriatur,est q dem purum,quo ad transmissionem legati,vt ī l.hæres meus. ff.de cond.&dem.quo ad verò locutionem,est conditionale: quia incertum est quando morietur.l.dies.ff.e.tit. Idem.

PRO.conditio purificata pro pura habetur.in l.si pupillus. ff.de condit.inst.l.fi.§.Titius.ff.de condi.& demonstrat.Idem.

PRO.conditio subintelligēda est etiam si nō apponatur in lege cum quis.ff.de solut.vbi cōditio subintelligitur in cōtractu,si in eodem statu maneat is, cui soluendū est in l.cum seruus.ff.condit.institutio.& l.auia.ff.de condiction. & demonstratio. vbi ɔditio in institutiōe adiecta,in legato vr̄ repetita. & in l.si cui ff.de serui. tit.gen.ibi,nam quedam in sermone tacitè excipiunt̄.& in l.dotis promissio. ff.de iur.dot.vbi omnis dotis promissio futuri matrimonij tacitam conditionem habet:item in iuramento intelligitur semper conditio, excepta legis,aut principis auctoritate.lege finali.ff. qui satisd.cogāt. & c.venientes.extra de iureiur.& in rescriptis,clausula,si preces veritate nitantur.in c.2.extra de rescr.

OB.contrà de l.vniuersa.C.de diuer.rescr.& can.dicenti.§. vniuersa.25.q.2.vbi non valet rescriptum,nisi sit expressa cō ditio in rescripto,si preces veritate nitantur.

SOL.Verum est secundum leges,secus secundū ius canonicum,vt ibi. Bellonus.

Conditio quæ tacitè inest:ita impedit natiuitatem obligationis,sicut expressa.Decius cons.2.n.4.cōem dicit. B.Villal.

conditio si cōcipiatur in vltimis voluntatibus quæ potuit contingere,tamen modò non potest.vt si Titius viuet,q iam tempore adiectæ conditionis mortuus erit: reiicitur, vt impossibilis,Bar.in l.1.ff.de condi.& demon.Coua.in epi.4.c.3. par.3.§.2.communem dicit.

cōditio institutiōis,&legati cū verè nō adimpleatur:tn̄ habetur ꝓ cōpleta ex legis dispositiōe, & cōpetit actio ex testamento.Ias.in l.mater.n.7.C.de inst.& subst.cōem dicit. Idem.

conditionis euentus nō constituit debitorem in mora.Decius cons.2.n.4.communem dicit. Idem.

Cōditionalia verba in fideicōmisso nō denotāt quē à testatore vocatū ad cōmodū hæreditatis.Alex.ɔs.105.cōem dicit.

conditio mista,si deficit per casum mortis, facit deficere legatum:communem videri ait Deci.in cons.485.n.4. Idem.

cōditio suaptè natura semper ea,quibus adiungitur, suspēdit & transmissionem etiam à iure concessam impedit,vt frequenter interpretibus placitum infit Ant. Gomez.de testa.c. 3.n.15.ver.pro hac sententia. E.Suarez.

conditio,quæ tacitè inest,sic est impedimento,quo minus obligatio nascatur, atque expressa, commune inquit Dec. cons.2.n.4. E.Suarez.

cōditio,quæ potuit cōtingere,& nunc iam nequit,si cōferatur in tempus præteritum, aut præsens, expleatur necesse est, at si in futurum apponatur, tāquam ἀδυνάτη seu impossibilis reiiciet̄:vt si virgo est, si Titius viuit illa corrupta,hoc mortuo,ac,si Titius viuet,qui iam decessisset. vt receptum scribit Did.à Couar.de spons.2.parte c.3.§.2.n.3. E.Suarez.

conditio pecuniæ in mare proiiciendæ obseruari debet,vt commune asseuerat Eman.à Costa.in contrariam sentētiam rectè abiens in l.Gallus.§.& quid si tantum. 5.parte.nu.20. ff. de liberis & posthumis. E.Suarez.

cōditio mixta per casum impedita,habetur pro defecta:Vt concludit Bartol. & magis communiter sequuntur alii in l. 1.C.de legat.cum concordant.vt per Ruin.in cons.46.quamuis alias cōsuluerim.n.3.Soc. Iun.in cons.46.sub n.26.4.vol. communem dicit. E.Musc.

conditio fideicōmissi,videlicet si qs ex filiis decesserit sine liberis,debet restringi ad masculos.Soci.Iun.in ɔs.56.in prin. Vbi dicit se pluries ita cōsuluisse,in 4.vol.& plenius &multis ratiōibus cōprobauit in ɔs.168.magnific⁹ Comes,Eques,& Iuris vtriusq; Doctor per totū 2.vol.vbi apertè demōstrauit, talem opinionem esse veram,& communem, & menti testatoris cōsentaneam,vt per eum plenè ibi videbis. E.Muscul.

cōditio habitādi adiecta in fauorem eius,cum quo est habitandū,si deficiat per mortē eius extinguitur relictum in totū per l.illis libertis, ff.de condit.&demōst.& ibi tradūt Doct.Et tradūt etiam in l.1.C.de legatis & in l.in testamēto la.2. ff.de cōditi.& demonstra.Dixit Ruyn.in ɔs.44.quamuis alias,n.3. volu.2. cum aliis cōcordant. per Soci.Iun.in cōs.74.n.5.vol. 4.vbi etiam commune dogma ponit. E.Muscul.

Conditio mixta purificata retrotrahitur in nona hypotheca ac in præiudicium tertij à die contractus,dummodo secūdo loco nō sit translatum dominium vel possessio in alium, secundum communem per Bursat.cons.45.n.4.lib.1.

Conditio,si sine filiis vel liberis decesserit,expirat mortuo grauato cum filio tantum,nisi aliud ex mente testatoris appareat,secundum communem per Bursat.cons. .n. .lib.1.

conditio in substitutione facta in casu quo nati plures deficiant,non verificatur vno tantum nato, etiam matre in medio non extante,secundum communem per Bursat.cons.19. nu.4.lib.1.

Conditio de filiis nascituris, non verificatur vno etiam tātum nato,secundum magis communem per Bursa.cons.19. n.21.&22.lib.1.vbi alleg.Socin.sen.sibi contrarium cons.76. lib.3.

conditio de filiis natis non verificatur nec in potentia vno tantum nato secundum communem per Bursat. cons.19.nu. 10.lib.1.

Positus in conditione non censetur vocatus secūdum magis communem per Bursat.cons.52.n.23.lib.1.

conditionem semel fuisse impletam, sufficit, dato ꝙ non duret implementum. Hanc regulam ornat Ias.in l. si quis.C. de instit.& substit.vbi plura exempla notab.Amplia & limita vt per eum ibi.Et quando conditio per alium adimpleri possit,vide Bart.in l.Arethusa.ff.de stat.hom.

conditionis euentus non cōstituit debitorem in mora,vt receptum testificatur Dec.cons.2.n.4. E.Suarez.

conditioni satisfaciendi causa nummos incapaci datos fiscus aufert,non qui dedit,licet dominium translatum nō fuerit.commune inquit Eman.à Costa.in l.Gallus.§.& quid si tātùm.5.par.n.15.ff.de lib.& posth.quāuis verius opinioni aduersæ nomen dederit Cuman.in l.Mœuius.ff.de condit.& demonstr. & ipse alibi eam latissimè iuri magis consentaneam ostendam. E.Suarez.

conditioni satisfactum esse debet probare,qui ex conditionali contractu agit.commune ait Bello. cons.59.n.4.& vide infrà ver.qualitas. E.Suarez.

conditione apposita si quæ alicui relinquantur, & deinde illi relictorum restitutio post mortē iniungat̄. ac paritum cō ditioni non sit, statim ij,qui deficiente conditione in rem venerunt,restituere cogentur, nullo tempore amplius expectato,vt commune profitentur Iason in l.Gallus.§.& quid si tantùm.n.28. & in l. Lucius.ff.de liberis & posthum.& Iacobin. de sanct.Georg.in l.si pater.ff.de iur.dot. E.Suarez.

cōditione comprehensi filij eius, qui & heres institutus & grauatus est, nō dicuntur ad hæreditatem vocati,sed substitutum duntaxat vt excludunt,nec adiecti cōditioni sine liberis decedēdi,tacitè instituti hæredes putātur,vt receptū ait Ant. Gomez.de testa c.3.n.24.ver.tertiò facit.& latius c. 5.nu.24. ver.& in expresso.Exemplū esto filium meum instituo heredē,&iubeo vt si liberis orbatus animam ediderit.Titio bona mea restituat.hic ij nepotes nō cēsebunt̄ ex cōditione vocati tacitè,nec instituti,nec quidquā illis proderit,si aliquid simul eisdem mandatum proponat̄,aut aliquo mō onus aliquod ipsis vnà sit iniunctū.cui⁹ rei extat exemplū:fili mi hæres esto, & si inops à liberis commune naturæ debitū exolueris,Titio amico nostro hæreditatē restitue. volo aūt vt qui tibi superstites liberi fuerint, liberto meo Damæ 50.aureos annuatim suggerant,vel quid simile,nam nec hic eius filij vocati honestatiuè videbunt̄. vt cōe aiunt Alexander n.94.Ias.n. 56.in l. cēturio ff.de vulg.& pupil.Dec.ī l.j.n.15.C.de pac.& affatim Ant.Gomez.de testa.c. 5.n.43.ver.secūdò & in specie.E.Sua.

conditione cuiuscunque substitutionis complexi,quicunque illi sint,nec vocati,nec tacitè instituti cēsentur.commune aiunt Ias.in l.Gallus.in prin.& in §.in omnibus.ff.de lib.& posth.&in l.cohæredi.§.vlt.ff.de vulg.latè Ant.Gomez.de testamen.c.3.n.24.ad fi.& c. 5.n.42.ver.8.& facit,vt nec in fidei commissi conditione scripti,ad hæredis emolumentum à testatore memorati putabuntur,vt commune dicit Alex.cons. 105.lib.1. E.Suarez.

conditionem sufficit impleri per æquipollens,etiam quod sit conditio voluntaria.Ita tradunt doct.præsertim.Soc. Sen. in vlt.notab.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posth. Limitatur quando indè sequeretur extensio oneris, seu grauaminis per fideicommissum de persona, ad personam, cùm illud prohibeatur in §.nos igitur.in Auth. de restitu. & fideicommiss.& per tradita per Aret. qui in hoc communiter approbatur in d.§. & quid si tantum in l.Gallus. ff.de lib.& posthu.quem sic allegando sequitur Socin.Iun. cons.29.n.7.& 28.vol.3. E.Muscul.

Cōditione deficiente euanescit relictum cōditionale.l.3.ff. qn̄ dies leg.ced.& l.hæres meus.2.resp.ff.de cōd.& dem.cum

concord

concordātibus aliis allegatis ibi in gl.fi.&l.dies certus.iuncta gl.ff.e.tit.quicquid in contrarium dixerit gl.in l.is cui.ff.de actio.& oblig.quæ communiter reprobatur per textum in sui generalitate in l.1.§.fin autem aliquid.C.de cad.tollen. Et tradunt Bart.Bal.& alij.post gl.in l.1. C.de his, qui ante apert.tabul.&c.& in l.1.ff.de leg.1.Et ita se habet communis opinio. vt per doctores ī locis prædictis quēadmodum refert Socin. Iun.in cons.43.n.1.vol.4.cum quibus etiam stat. E.Muscul.

Cōditionis verificatio,vbi sunt verba ex sui natura requirentia implementum in persona vtriusque,non sufficit in vltimo decedente tantum,etiam respectu suæ portionis,nisi quādo de voluntate testantis cōstat, quod voluerit substitutum habere totum,si portio 1.decedētis venisset ad vltimò decedentem. textus est expressus in l.hæredes mei. §.cum ita.ff.ad Trebel.vbi communiter doct.Et frequens interpretum placitum arbitratu Soc.Iun.cons.50.n.11.vol.4. E.Muscul.

conditiones quibuscūque relictis adiectæ, atuue in vnum conceptæ casum, ex voluntate ad similes dilatantur.vt commune ait latissimè doctor meus Emanuel à Costa in l.Gallus. in §.&quid si tantùm.3.parte nu.1.cum sequentib.ff.de lib.& post. E.Suarez.

conditiones in casum positæ,& conditiones mixtę,quę iure digestorum filij institutionem demoliebantur, hodie ex l. quoniam in prioribus.C.de inoff.testam.expunguntur,& institutio firma & pura subsistit, vt receptum produnt Paul.in l.suus quoque.ff.de lib.& posth.Lancelot.in fi.Iac.n.14.Dec. in l.si pater.C.de institu.& substitu.Rhoder.Soarez in illam l. quoniam in prioribus,ampliat.1.Guliel.in c.Rainutius.vers. reliquit n.28.de testam. at conditiones turpes tam olim, quā hodie labem,ac perniciem institutioni afferent,vt frequenter placitum effantur Albe.in d.l.si pater.n.193.Guliel.in laudato capit.Rainu.ver.n.33.& receptius asseuerat Eman.à Costa magni ingenij vir in l.Gallus.§.&quid si tantum.3.par.n.106. ff.de liberis & posthumis. E.Suarez.

conditionalis creditor,creditor propriè non dicitur.commune effantur Deci.lect.1.n.29.& lect.2. in fi.in l.1.ff.si cert. petat.& qui eum refert Viuius lib.1.opi.58. E.Suarez.

conditionalis Donatio propriè quoque Donatio dici potest.communem dicit. P.Fich.

conditionaliter positi filij institutorum & grauatorum,nō dicuntur ex testamēto vocati per gl. communiter receptam per Bar.Ang.Bal.Imo.Pau.de Castro &alios in l.Lucius.ff.de hæred.instit.Quam & Socinus Iunior qui multos doc.refert in cons.30.n.2.vol.4.pro communi tenet. E.Muscul.

conducens scienter rē ꝓpriam ab alio quasi nō propriam, nō perdit dominium. Alex.in l.si aliqua.n.10. ff.de acq.poss. communem dicit.& ibi Rip.n.16.& n.18.secùs tamē,si ignoret rem esse propriam,quia tunc nec dominium nec possessionem perdit.Hieron.Cagno.in lege.nec pignus,n.8.ff.de re iudicata communem dicit. B.Villalobos.

conducens rem propriam ab alio,tanquam rem illius perdit possessionem, Rip.tenet communem in l.si aliquam rem. n.19.ff.de acq. pos.& acquiritur locatori:vt ibidem ipse Rip. pariter communem ait.n.22. Idem.

conducens rem suam,vt suam,non perdit dominium,Rip. in d.l.si aliquam rem.n.26.& 29.

conducēs rem suam ꝓpriam ignorāter, non perdit dominium,neq; possessionem, potestq; obiici,ac referri per eum locatori exceptio,seu quæstio dominij,& sic remedium.l.cōductores.C.locati.Et l.nō ab re.C.vnde vi.nō habet locum ɔ̄ cōductorem,qui rem propriam cōduxit,secundum gl.in d.l. nō ab re,in ver.cedere, in fi.Cur. Sen. post alios cōgestos per eum ɔs.70.n.2.& 7.vbi ita cōsuluit,atque firmauit istam opinionē veriorē,cōmunemq; apparere,idemq; sentit Deci.in l. neq; pignus,n.4.ff.de reg.iur.& ibi ī add.sup litera A.idē quoque respōdit Riminal.ɔs.94.n.16.vol.1.quia cōductio,& locatio ista est nulla secūdum omnes,præsertimq; Ripam.n.15. in l.si aliquā rem.ff.de acquirenda possessione.deficitque cōsensus,qui locationis contractum perficit. F.Viuius.

Cōducens minor.25.annis domum,inferensque postea in eam etiam res suas, tunc bona huiusmodi inuecta non erant tacità hypothecata pro pensione domus. secundum gl.Bart. Fulgo.& Salyce.in l.item quia.ff.de pactis,Din.§.item seruiana.instit.de actio.Imo.& Cuma.in lege si constante, in principio,ff.soluto matrimonio,ista est communis opinio. In contrariam verò partem, videlicet, vt bona ipsius minoris illata in domo, seu fundo conducto absque tutoris, vel curatoris authoritate censeantur tacitè obligata pro pensione inclinauere,& optimis quidem rationib.Bal.Ang.Paul. Cast.& cæteri,in dicta lege item quia: Bal.in l.vnica.§.plenius.C.de rei vxor.act.Negusantius de Fano, in tract.de pignorib.in secunda par.memb.4.n.154.Faber.Aretinus Nicolaus de Neap.Iaso.cū aliis citatis per eum,n.56.Gomes.remissiuè sub nu.25. & Bellon.n.31.in d.§.item seruiana,vbi firmat hanc communem sententiam fore contra gl.prædictam,& in effectu iudicio meo verissima,& communis apparet,atque ab ea,tanquā tutissima in actu practico discedere fatuum esset. F.Viuius.

Conductor rei alienæ non potest accusare intrantem, vel damnum dātem in ipsa re,virtute statuti disponentis ɔ̄ damnum dātes vel intrātes in re aliena,per tex. in l.si fur.aliàs incipit,Iulianus.ff.de vsufru.& ibi Bar. Bald.decis.96.

conducens equum scholaris pro accedendo, ac redeundo in patriam suam, & equus ipse incidat in repentinum morbum, ob quod impedimentum cogatur eum relinquere, & consignare vicino hospiti, in effectu consignet equum conductum, vt eum ipse hospes diligenter curet, & tandem moriatur non tenetur de leuissima culpa,& multò minus de casu, & per consequens, neque de vitio naturali, ita consuluit Bald.cons.22.Vanutius lib.3.quem sequitur,& commendat Cotta in memorialib.suis,in ver.scholaris.&hinc est quòd si equus moreretur intra triduum à tempore locationis,vel vēditionis factæ alicui præsumeretur absque dubio morbosus, vt agi posset ad pretium contra venditorem, secùs si ex longo interuallo.&distinctio ista fuit originaliter Ioann.And.in add. Spec.in titu.de emptio.& vend.in §.sciendum,ver.de illo,cum qua certè sentiunt Alex.in add. ad Bart.in l.si in rixa. ff.ad le.Corn.de sica.& ibi Mars.nu.59.in l.statu liber.nu.15. seq.ff.de quæst.Io.de Imo.in l.si quis cum aliter.ff.de ver.obl. Iac.de S.Geor.in l.pacisci.nu.4.de pact.& omnes Doct.communiter in d. l.si quis cum aliter, & Ripa,in tract.de peste, in rubr. de remediis ad curandam pestem.nu. 141. vbi scribit istam esse communem opinionem,seu distinctionem:sed cōducens equum, aduerte, non releuatur nec liberatur à solutione equi aliquo modo, si probaret equum quem equitauit mortuum fuisse in itinere,nisi produceret, & specialiter probaret quòd equus obiit ille idem, quem conduxerat, secundum doctrinam Io.Andr.in ca.auditis, de præscript.quam sequitur Ant. Abb. & alij omnes ibi communiter, & communem dicit,& declarat etiam Dec.in ca. in præsentia.nu. 43.de probat. Ias.in l.non hoc, nu.2.vnde legiti.& in l.2. C.de bon. poss.secundum tab.in finalibus verbis.& Mars.in l.si quis ne quæstio. nume.133.ff. de quæst.& in practica crimina. in §.& quia.nu.14.& Io.de Amicis consulendo, consi.40. num.1.& seq. F.Viuius.

cōductio ab emptione discernetur,ac diiudicabitur ex precij, mercedisue quantitate. vt est Accur.opinio in l.1.§.1.ver. in agēdo. ff.de superfi. quam communiter receptam testātur Rip.n.33.Purp.n.53.in lege 2.ff.si cert.pet. Deci.in lege semper in stipulationib.n.1.ff.de reg.iur. E.Suarez.

conductio mētione certæ mercedis haud facta valet, & id precij,seu mercedis dandum est quod præstari adsolet, vt frequentius interpretum suffragiis exceptum pronūciant Ant. Gomez.de contrac.c.2.n.9.& ca.3.n.4.&vir quauis laudatione maior Arius Pinel.meritò in diuersa omnia abiens in rub. 2.par.ca.3.n.4 cum seq.C.de rescind.vend. E.Suarez.

conductio ad lōgum tempus dicitur alienatio,atque ideò qn̄ & vbi alienatio interdicitur,& illa prohibita censetur.cōmune aio ex Ang.post Fab.ī §.adeò.in fi.n.1.inst.de loc.Alex. ɔs.15.li.4.Boeri.decis.233.Did.à Couar.li.2.resol.c.16.Plotto ɔs.108.n.59.lib.1.ɔs.crim.Quin & emphyteusi ɔfertur, atque æquiparat̄.vt cōmune profiteor ex Ias.in l.naturaliter.n. 15.ff.de acq.poss.Fel.consil.22.& iis quos copiosè laudat inclytus Pinel.in l.1.par.3.n.66.C. de bon.mat. E.Suarez.

conductio ad longū tempus à maioratus,vt fandi mos est, successore nō necessario seruari debet.commune effatum pono ex Iasone cons.19.& cons.94.lib.1. Curtius de feud.q.14. ad medium Ant.Gomez in l.40.Tauri.n.84.Ario Pinelo in 1. parte 4.n.65.C.de bon.matern. E.Suarez.

cōductio vltra licitum,iustumq; tempus facta,in tempore iuris facultatem progresso tātùm labefactatur. commune ait Ias.in auth.qui rem.n.21.C.de sacrosanct.eccles. E.Suarez.

conductionis,& locationis instrumento non probatur dominium & si cōtra ipsum cōductorem rei vendicatione agatur.commune affirmat Alex.cons.21.n.1.lib.4. E.Suarez.

conductio tamen rei suæ non valet, communem asserit idem Rip.ibidem.n.32. Villal.

Conductor modicum damnū pati debet æquo animo l. si merces.§.vis maior.ff.loca.sed maximū damnū pati de iure n̄ ꝓmittitur aliquo mō:Vnde remissio facienda nō esset cōductori,nisi dānum sit vltra dimidiū iusti ꝑtij.verbi gratia,si ipse

conduct

conductor soluendo affictus conuentos restasset læsus, non solùm in tertia parte (vt aliqui Doct. dixerunt) sed etiam vltra dimidium iusti pretij,id est,quod non recolegisset tot fructus deductis sumptibus, qui æquiualerent dimidiæ pẽsionis per eum soluendæ,quia id probando,tũc posset petere remissionem mercedis pro rata damni.aliàs non secundum opinionem Bar.in lege.licet.C.locati.quam asseuerant communem ibi Moderniores.& Fran.Aret.cons. 52.visa.nu. 1.citantes sequentes eam. F.Viuius.

Vbicunque (secundum vulgi opinionem) damnum per conductorem in re locata passum est enorme & intollerabile,debet ipsi conductori fieri remissio.Gl. est magis communiter approbata,in l.licèt.C.de locat.& in l.si vno,ĩ principio. ff.eodem. quam vti magis communem sequitur Card. in ca. propter sterilitatem, extra eodem titul. vbi vide Imol .plenè hunc articulum discutientem & Socin.cons. 100.in causa Baptistæ.lib. 1. F.Turzan.

Conductor non tenetur de casu fortuito,sed duntaxat de dolo,culpa lata,& leui.l.si vt certo.§.nunc videdum,ibi Bart. & alij.ff.commoda.& tradit Dec.in l.contractus.nu. 33.ff.de reg.iur. & in tantum hoc procedit, quòd si conductor suscepisset in se periculum generaliter cum iuramento , superueniente bello,vel peste,aut alio casu fortuito non teneretur,secundum Bart. Bald. Alber. Ang.Fulg.Alex.& Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio.Alex.cons.28.vol.& consi. 33.vol.2.Io.Andr.& omnes.in ca. 1.de commoda.& Ripa,in repe.l.si vnquam.n. 10. C.de reuoc.do. & in tract.de peste.in tit.de priuilegiis contra.nu.83.vbi recitat istam esse communem opinionem,& Ias.quoque in d.§.quæsitum,quia regula riter,vt dicit Ancha.consi.43. ex causa superueniente recedi- 30 tur à iuramẽto,à permissione,& aliis legitimè celebratis, quasi sub ea conditione contractum sit si res in eodem statu permanserit,vt habetur.in c.quemadmodum de iureiur.& not. in c.tua super.de his quæ fiunt à prælat. & quia fortius glo.& Bar.in d.§. quæsitum.tenuerunt pro constanti quòd appellatione periculi casus fortuitus nõ veniat, vt ibidem refert Ias. nu.30. imò aduerte , quòd si conductor ipse suscepisset in se casum fortuitum , aduersamque fortunam de casu insolito, & inconsueto superueniente minimè teneretur , sed de casu solito,secundũ Bart.in d.§.quæsitum.Bal.in l.falsus, C.de fur. 40 Ant.in d.c. 1.Ang.cons. 173.Alex.d.cons.28.& d.cons. 33.seu 31.vol.,.& Ias.ĩ d.§.quæsitum, nu. 33.cum aliis seq.vbi istam Bar. opinionem sequitur, & plurimum tuetur , & communẽ dicit Ripa,in d.tracta. de peste, in rubr. de priuilegiis contractuum causa pestis, nu.97.quamuis veriorem asserat contrariam timbanter Alex.d.§.quæsitum, nu. 15.sed tu spreta opinione Bal. Ang.& sequacium, ĩd.§.quæsitum inhæreas totis viribus dictæ opinioni Bart. in consulendo & iudicando tanquam magis communi. sed vbicunque cõductor in se suscepit pacto omne periculum superueniens ex quocunque ca- 50 su,& specialiter,etiam ex bello,& occasione belli,tunc quippè pactum est validum,adeò quòd mercedis remissio peti nõ potest.l.si quis fundum,in prin.ff.locat.& no.Bart.in l.si merces.§.vis maior,eo.tit.& Bar.& omnes,in d.§.quæsitum,imò si conductor iste suscepisset in se periculum belli , & guerræ, & omne aliud periculum,tunc huiusmodi verbi generalibus comprehenditur casus pestis, & cuiuslibet aduersitatis, secũdum gl.in d.§.quæsitum, communiter ibi approbatam à Legistis.& Canonistis.in d. 1. vt per Ripam, in d.tra.de peste, in ru.de priuilegiis contractuum causa pestis.n.77. F.Viuius.

conductor debet prius restituere possessionem locatori, quàm litigare de proprietate , l.si quis conductionis titulo. C.locati,sed hoc non procedit vbicunque conductor ipse offert se paratum probare quòd rem à se tempore locationis possessam conduxit, ita quòd locator nõ fuit in possessione, & sic exceptio possessionis propriæ à conductore contra locatorem obiici potest,secundum gl.in l.non ab re.C.vnde vi. Curti. Sen.cons.70.n.4. cum aliis relatis per eum, Paris.cons. 59.n.30.vol.1.& Ripam,in l.si aliquam rem.ff.de acq.poss.in fi.in quibus quidem locis exprimunt istam esse veram, com- 70 munemque opinionem , & sequitur etiam Iacobus Menochius,in tract.recuperandæ possessionis remedio. 11.num.4. vbi luculenter , & melius quàm alius , quem hucusque viderim ampliat in nouem casibus,d.l.si quis conductionis,& in septem aliis.limitat. F.Viuius.

CONDVCTOR & locator si respectiuè post impletum conductionis tempus taceant,censentur consensisse & recõduxisse,communem refert Bened.Capra.reg. 56.n.8.vide infrà in verbo locatio, & habent quoque remedium l.2. C. de rescind.vendit.

Conductor ad longum tempus is est,qui vel ad tempus decem annorum, vel longius conducit , vt commune asseuero ex Alex.cons. 17.lib.4.Ias.cons.24.& 94.lib. 1.Dec.cons.292. n. 1.Socin.Nep.cons.66.n. 5.lib.2.Paris.cons.98.libr.4.Et qui ad nouem annos ita conducit vt posteà denuò noua alia incipiat conductio ad tantum temporis, quantum superest decennij spatium , si cum superiori coniungatur , & qui vel ad suam, vel ad locantis vitam conducit, & denique qui quoad ipse vel locator voluerit,rem conducit,vt communia copio- 10 se attestatur Arius Pinel.in l. 1.part. 3.n.63.C.de bon.matern. Habet autem huiusmodi conductor vtile dominium,& in rẽ actionem, vt frequenter placitum enunciare ausim ex Aret. cons. 55.Felin.consil. 25.Ias.in l.naturaliter.num. 15.ff.de acq. poss.& in l. 1.nu.34. & in l.2.nu.39. & in l.vlt.nu.2.C.de iure emphyt. E.Suarez.

conductor ad longum tempus tributis,ac rerum oneribus est obnoxius,vt comme asseuero ex Alex.cons. 1.n. 12.libr.4. Sylu.cons.47.n.4.Parpal.in l.placet.n.48. C.de sacrof. eccles. Arius Pinel.vbi supra,vt &quiuis alius conductor,qui rei fructus percipit,vt inferius obseruatur. E Suarez.

Conductor ad longum tempus ab emptore non abigetur, vt commune renuncio ex Alexandro in l.si filio.§.si vir.ff. soluto matrim. & Ario Pinelo , non de nihilo dissentienti in l. 1. part. 3.n.68.ver.infertur. 5.C.de bon.mater. E.Suarez.

conductor iterum vel rei,vel operarum,non expressa mercede,intelligitur eandem,quam prius mercede depacisci,vel quam loci consuetudo fert. commune attestantur duo mihi non pœnitendi iuris præceptores Ant. Gomez. de contract. ca.2,nu.9.in fi.& ca. 3.n.4. Arius Pinel.in rub.2.part.ca. 3.n.4. & n,8.C.de rescind.vend. E.Suarez.

conductor rei propriæ scienter dominij iure non labitur commune effatur Alex.in l.si aliquam. nu. 10.ff.de acq.poss. ignoranter verò nec rei possessionem exuit , vt commune aiunt Curt.Sent.consil.70.num.2.& 7.& Cagnol.in l.nec pignus.num.8. ff.de reg.iur.quam perdit, & acquirit locator re scienter conducta,vt frequenter placitum infit Rip.in laudata l.si aliquam rem.numer. 19.& numer.22.ff. de acquir.possess. Suarez.

conductor rerum fractu,aut perditu facilium,præstare debet exactissimã diligentiam,vt receptius dicit Porc.in §.item quæritur.n.2.Instit.de locat. E.Suarez.

conductor non tenetur etiam modicè expẽdere in ea,quæ vltra conductionis tempus sunt duratura,vt commne pronũtio ex Bald.n. 5.Ias.n.25.& nu.27.in l. 1.C.de iure emphyt.Alex.cons.4.n.7.lib. 5. E.Suarez.

Conductor quin possessionis à se ante conductionem obtentæ exceptionem locatori rem repetenti opponat nihil impedit.cõmune aiunt Paris.cons. 59.n.39.lib.1. Iac.Menochius vir elegantioris doctrinæ in tract. recup.posses. remed. 11.n. 4.quod intellige iuxta superius obseruata. E.Suarez.

conductor ius in rem habens non expellitur à particulari successore,vt commune proferunt Grat.cons.95. n. 12.lib. 1. Did.à Couar.lib.2.resolut.c. 15.n. 13.Io.de Amicis cons. 113. asserunt Paul.Alex.& alij in l. si filio.§. si vir.ff.sol.matr. Porc. n.vlt.in fi.Instit.locat. & omnes scribentes in l.emptorem.C. locat.Excipe,nisi sicùm nulla alienationis prohibitio præcessit,id quod interest,aut pœnam successor offerat,vt commune enuntiat Ant.de Fano de pig. 2. parte memb. 1.n.7.& Neguzant.de pignor.2.par. E.Suarez.

Conductor, seu colonus etiam ad tempus modicum non potest à particulari fisci successore repelli , vt commune aio ex Plat.in l.si tẽpora.in fi.C. de fide instr.& iur.hast.fisc. Paul. n.4.Rom.n. 10.Alex.n. 5.in l.si filio.§.si vir.ff.sol.matr.Ias.in l. diuortio.n.36.ff.illo eo.tit.Guid.Pap.decis.480.quemadmodum nec ecclesiæ conductor à singulari illius successore detrudetur, vt frequenter interpretibus placere affirmo ex Roman.in d.§.si vir.n. 13.Grat.cons.95.n.23.lib. 1.Ario Pinel.vi ro cum primis & cordato,& diligenti in l. 1.par. 3.n.68. ver. infertur. 12.C.de bon. mater. Expelletur tamen is qui ab ecclesiæ prælato conduxit,si illius pælati successor velit,vt commune testatur Soc.cons. 34.lib.3. E.Suarez.

cõductor rerum dotalium ab vxore expelli impuuè potest post viri locantis mortem, vt receptum ponit Did.à Couar. lib.2.resolu.c. 15.n.4. E.Suarez.

Conductor quicunque seu partiarius , seu pecuniam pendens vectigalibus,& rei onerib.est obnoxius,si fructus ex illa percipiat,commune autumo ex Paul.cons.451.in fi.lib.1.Ias. cons. 109.ad fi.lib. 1.& latè,ac luculenter agere Ario.Pinel.in l. 1.par.2.nu.72.vers. 10.ampliatur.& ver.limita.2. C.de bon. mater. E.Suarez.

Conduct

Conductor ad lõgum tempus postquam rem sterilem ad culturam redegit,& meliorauit,potest petere se à domino in emphyteusim inuestiri , secundum communem per Bursat. cons.23.n.8.lib.1.vbi id dicit procedere multis concurreñ,videlicet, vt sit res sterilis locata, meliorata propriis expeñ cõductoris,& ea ad culturam redacta,quòd melior conditio tẽpore locationis non fuisset reperta , & qui conductor remittat omnia melioramenta,&quòd in locatione adsit pactum, vt post meliorationem debeat dare in emphyt. perpetuam, licet aliqui contrarium teneant ibi alleg. quos vide , & concl. prædictam,declara,vt latius per Bursat.d.cons.n.9.

conductor suscipiens in se omnes casus fortuitos, & belli, & pestis,insolitos tamen nõ censetur assumpsisse,etiam quòd iurasset,secundum magis communem per Bursat.cons. 81.n. 6.nu.11.lib. 1.

conductori accipienti rem aquis & casibus fortuitis suppositam nõ fit remissio,quia ei imputari potest,& sic pro casu solito occurrere in re conducta non fit remissio , qui casus solitus locatorem à remissione mercedis excusat. secundum communem per Bursat.cons. 11.nu.27.n.30.lib. 1.post doct. in l.qui bona.§.illo.ff.de dam.infec.Alex.cons. 112.n.4.lib. 1. Nat.cons.610.n.9.cons.90.n.11.

conductoris culpa casum euenisse præsumitur, secundum communem per Bursat.cons. 53.n.32.lib. 1.

conductori qui tempore belli , seu guerræ conduxit, propter ipsum bellum remissio fieri non debet. Bald. in l. si ex lege.col.fi.C.de vsur.Socin.cons. 123.lib.4. Et propterea miles qui tempore belli suscepit custodiam castri,tenetur etiam si castrum ab eo violenter auferatur ipso tempore belli, Ioã. And.ad Spec. in rub.tit. de locat. quando autem propter bel- 30 lum fiat remissio,vide Dec.cons.312.vbi quòd non habet locum in contractu emptionis. Adde Alberic. in l.item quæritur.§.exercitu.ff.locat.vbi si conductor renuntiauit exceptioni doli mali, non potest opponere quòd euenerit bellum. sequitur Ias.in l. 1.nu.98. C.de iure emphyt. Et conductor qui promisit dimittere centum saccos salis nõ tenetur,si pretium salis auctum fuerit ad dimidium pluris.Ruin.consilio 109.libro 1. Put.

conductorem propter necessariam refectionem rei locatę expelli posse,dicit Rom.sing.23 5.per l.ædem.C.locat.Sed an 40 ea refecta possit conductor petere se reponi in re locata?Dic ꝙ sic.tex.est in l.si duo. §.cũ inquilinus.vers.testari per dominu.ff.vti possid. sequitur Cremon. sing. 71. Hippol.in l.vnic. col.6.C.de rapt.virg.in rub.q.31.col.34. ff.de fideiussor. Adde quòd vbi locatio est in pecunia, quòd conductor tenetur ad tributa & alia onera realia.gl. & Bart.in l. 1.C.de annon.& tribut.lib. 10.Socin.cons.217.vers. 11.hæc conclusio.lib.2.

conductor qui agit ad remissionem mercedis debet proba re sterilitatem,aliàs succumbere debet,teste Rol.consi. 86.n. n.4.n.6.lib.3.vbi quòd conductori non fit remissio : quando annis præteritis redditus fuerunt vberes,ex quibus commodum consecutus fuit , qđ procedit etiam in prælatis ecclesiarum allegañ sterilitatem & incursum hostium , casus autem in quibus fieri non debeat remissio? vide d.cons.nu. 8.n.9. & seq.vsque in fi.vbi plura,quib' adde Capic. decis.87.col.pen. & decis.seq.Catel.ver.conductor. col.3.quòd autem conductori competat actio ex conductione per quam locatorem legat ita facere:vt vti frui liceat re locata not.Rom.cons.178. vbi quid,quando conductor re locata facto locatoris iniusto impeditur, ad quid agat ? & quid vbi impeditur vti facto ter- 60 tij?& ibi quando sit locus remissioni mercedis? de qua etiam per Bos.tit.de remiss.mercedis.n.40.

conductoris etiam minoris res in conductam domum absque tutoris actoritate illatæ , pro pensione tacitè instar aliorum obligantur.commune ponunt contra quàm multos nõ proletarios iuris professores Ias.n.57.Gomez.n.25.Bello.nu. 31.in §.item Seruiana.Inst. de actio. Neguzant.de pig.2.part. memb.4.n.54. E.Suarez.

conductori remissio facienda , concedendaque est ob bellum,pestem,seu sterilitatem maiorem,& in istis casibus pensionem soluere non tenetur , secundùm Canonistas omnes, in c.propter sterilitatem.vbi Barb.num. 1.de locato.Bart.in l. cum in plures,in princ.ff.locati.Alex.cons.3.col.pen.Ripa,in tract.de peste,& Cotta in memoriali,in ver.conductor.vbi dicit istam sententiam magis communem fore , eique pariter inhæret Aegidius Bossius, in pract. crim.in tit.de remissione mercedis conductorum,nume.40. referens alios Doct.eiusdem opinionis , vbi similiter.numer.37.& seq. ponit octo alios casus , in quibus remissio pensionis fieri debet ipsi conductori. F.Viuius.

cõductorem expellere potest emptor,vel successor singularis,l.emptorem.C.locat.vbi tex.gl.& Bar.& Rector seu Prælatus quoque tempore sui officij locans nomine proprio , & non ecclesiæ , huiusmodi locationi successor stare non tenetur,cæterum locatio ipsa expirat ob locantis mortem,secundum gl. communiter approbatam, in ca.fin.ne prælati vices suas,Anch.cons. 16. Rotam Roma in nouis decisio.232.Ab. in q.incip.Sempronius clericus, in quinto dubio.Paul.Castr. cons.2.vol. 1.& Soci.cons.34.vol.3.vbi meminit istorum sententiam esse communem , & in tantum hoc procedit , quòd 10 si prælatus nomine ecclesiæ etiam,& ad eius commodum locasset bona ecclesiæ, successor tunc cogi nequit huic locationi stare nisi esset ipsi ecclesiæ vtilis , secundum gl. communiter ab omnibus ibi receptam,secundum Abb.& Ana.in d.c.fi. & Socin.in d.cons.34.in quibus quidem locis conantur præcitati Doct.reducere ad concordiam opinionem Ant.in d.c. fi. & sequacium contrariam , quæ consonantia semper mihi placuit,&hortor summopere fore eam sequendã,amplecten damque in facti contingentia tanquam æquam,veram,& ra- 20 tionabilem,imò aduerte, quòd ipse quoque successor singularis posset expellere colonum partiarium. secundum Rom. cons.309.tamen colonus,ac conductor regressum habebunt pro eorum interesse contra locatorẽ, & dominum l.qui fundum, vbi text.Paul.Castren.& Doct. ff.locati.sed vbicunque conductor ipse, seu colonus in inuestitura , & contractu specialiter obligari sibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis non posset expelli ab emente , vel acquirente rem locatam aliquo modo,secundum Barto.Bald.& Saly.in d.l.emptorem.Paul.Castren.in l.si merces,§.primo.ff.locat. Imo.Aret. & Alex.l.qui absenti.§. 1. ff.de acquiren.hæredit. Abb.& Ana.n.9.in c.quærelam.ne prælati vices suas.Aret.& Ias.in §. fi.instit.de locat.& condu.Cornel.cons.6. vol.4. Crot.in l.filiusfami.§.diui.ff.de leg. 1.Negusanti.de Fano,in tracta.de pignor.& hypothec.in primo membro,secundæ partis,nume. sexto,& Guido.in quæstio.480. ista est communis opinio,teste Grato consil.95.quidam, nu. 12.volum. 1.quam declarat. & sequitur quoque Couarruuias, in tract.suarum resolutionum, lib.2.cap. 15.nu.3. & ita in propriis terminis consuluit. Ioan.de Amicis cons. 113.Doctor præstantissime,& aduerte, 40 quòd hypotheca ista,aut specialis,aut generalis sit,nihilominus sufficit , etiam sine alienationis prohibitione, habetque hunc effectum, vt res possit à conductore retineri,donec sibi ab emptore,est singulari successore soluatur interesse,& sic in casu isto non requiritur specialis hypotheca , & statim quòd successor singularis offert suum interesse colono habẽti fundum hypothecatum potest eum expellere,secundum Bartó. in d.l. emptorem , quem omnes ibi communiter sequuntur, Paulus de Castro ĩ lege nihil.§. finali.ff.de legatis primo. Cornel.in dicto consilio sexto.Ange.cons.245.num.6.& Ruinus 50 cons. 180.num. 18.volumine primo, & istorum opinionem refert esse communem Negusan. ĩ d. tractatu de pignoribus. in primo membro,secundę partis,numero sexto & sequenti. Interpretaturque vlterius regula prædicta nõ habere locum similiter in vxore , quæ præcisè non tenetur stare locationi factæ per maritum de bonis dotalibus tempore,quo ipse erat dominus dotis,vt voluit Bartolus per illum textum,in lege si filiusfamilias.§.fi. ff.soluto matrimonio.cum quo sentiunt ibi Imo.Cuma.Roma.& Paul.Castr.Cyn. & Saly.in dicta lege emptorem,& Alber.in lege diuortio.numero secundo,ff.soluto matrimonio , & istam ponit esse communem opnionẽ 60 Couarruuias in loco præcitato,n.4.vbi contradictores citat, & eorum rationibus respondere nititur. F.Viuius.

conductori,non locatori, malo est fructuum à solo sublatorum, & à militibus dissipatorum , calamitas, vt commune inquit Curt.Iun.cons. 85.n. 11. E.Suarez.

Conductori insigne, atque intollerabile damnum iuxta vulgi opinionem perpesso,remissio indulgeri debet, vt commune doctorum placitum testificatur Turzan. opinio. 107. cum Socin.cons. 100.in causa Baptistæ.in prin.li. 1.verius tamen,magisque receptum est in agrorum cõductore , vt tum 70 demùm illi remittendum de mercede sit,cùm deducto semine, atque habita expensarum ratione tam paucos ipse collegit fructus , vt si pacta pensio soluatur , vltra dimidium iusti pretij lædatur,vt constat ex Alex.cons. 107.n. 18.lib. 6. Corn. cons. 128.n. 26,lib.2. Capic.decis.88.n. 1.Paris.cons. 88.n.23. lib. 1.Soc.Nep.cons.68.n.9.lib.2.Gyg.de pension.q.86.n.17. Ant.Gomez de cõtract.c.3.n. 18.& magis commune dogma attestantur Aret.cons. 52.n.2.Arius Pinel.in l.2. 1.par.c.3.nu. 22.C.de rescind.vend. E.Suarez.

conductori pensio , mercesue tum demum augetur, cum

& eius

& eius luctum est ingens id nec ipsius diligentiæ atque industriæ, nec fructuum iudicationi, sed illorum quantitati casu quodam prouenienti acceptum referri debet, vt commune fantur Soc. Iun. cons. 68. nu. 6. & in lib. 2. Ant. Gomez. de contract. c. 3. n. 19. Arius Pinel. meritò cum nonnullis à tota hac opinione dissentiẽs in l. 2. par. 1. c. 3. n. 34. & seq. C. de rescind. vendit. E. Suarez.

cõfessus in iudicio simpliciter se commisisse homicidium, postea ex interuallo vult interpretari suam cõfessionem,ꝙ fecit ad suam defensionem, an possit. respõ.ꝙ nõ.quia si quis in iudicio simul & semel confitetur se vulnerasse , vel occidisse hominem, sed quod fecit ad suam necessariam defensionem, potest licitè condemnari per iudicem ex tali confessione, & potest iudex istam suam qualificatam confessionem in parte acceptare,quatenus(scilicet)cõfitetur se occidisse,aliã respuere,quatenus dicit se fecisse ad suam defensionem. Nisi defensionẽ suam aliter probauerit. Et ratio est quia quotiescũque confitens habet præsumptionem contra se , potest confessio qualificata diuidi.& in parte, acceptari, & in parte sperni.& ista est magis communis opi.de qua Ias.in l. vt vim.n.13.ff.de iust.& iure. Bonacoss.

confessio autem extraiudicialis in criminalibus nõ præiudiciat.fallit in pluribus causis.vt fussissimè per Fel.in c.olim.n. 2.& seq.de rescr. Bonacoss.

confessio extraiudicialis de crimine, ad hoc, vt faciat indicium ad torturam , oportet quod sit probata per duos testes, vt est communis opi.de qua Cur.iun. in cons.309.n.7.cum sequentibus.in 3.vol.vide D.m. Alcia.in c.cum nõ ab homine. n.98.de iudiciis.Blancus de indiciis n.204. Bonacoss.

confessio à reo spõte facta , etiam si facta sit super processu nullo nihilominus reus ex illo condemnari poterit,vt est cõmunis opi.Cla.q.55.ver.item posset.quod intelligit,quando nullitas non procederet,ex defectu iurisdictionis, vt est communis opi.Clar.ibi. Bonacoss.

confessio extraiudicialis non sufficit ad plenam probationem , vt est communis opi. Nisi facta esset parte aduersa præsente & acceptante. Sufficeret tamen talis confessio ad torturam.Clar.q.55.ver.1.2.& 3. Bonacoss.

confessio in tormentis vt valeat,requiritur,vt reus in illa ꝑseueret,& illam ratificet extra tormenta ad Blancum iuris,vt est communis opi. Siue talis confessio facta fuerit præcedentibus,vel non præcedentibus indiciis,vt est cõmunis opi.quę ratificatio debet fieri ex interuallo,& non incontinenti, quia adhuc præsumitur durare metus tormentorum.Sed expectãdum est spacium vnius diei, vt est communis opi.Alij dicunt arbitrio iudicis in hoc standum esse, vt est cõmunis opi.Clar. q.64.ver.cæterum & seq. Bonacoss.

confessio iudicialis facta coram iudice nõ competente,nõ valet in vim iudicialis cõfessionis.Nisi facta esset parte aduersa præsente,& acceptante, communis est opi.Clar.q.55.vers. 2.& 3. Bonacoss.

confessio nõ acceptata à parte vel à iudice,nihil præiudicat confitenti , vt est communis opi.de qua D. Brunorus.in eius criminali cons.n.161. Bonacoss.

confessio procuratoris facta in iudicio ciuili,nõ prejudicat reo in criminali,vt est communis opin. Clarus q.54.vers.sed quæro. Bonacoss.

confessio facta metu torturæ,& facta in ipsa tortura nõ tenet,vt est communis opi.D.Brunorus in cons.vnico criminali.nu.162.& seq. Bonacoss.

confessio mera absque aliis indiciis à socio criminis facta, in casibus ī quibus de complicibus põt fieri interrogatio,nõ est sufficiens indicium ad torturam , vt est communis opi. de qua Soarez in ver.confessio.n.246. Bonacoss.

confessio,si pœna minuitur aliqua ratione.Etiam ei,qui se mel negauit,&postea est confessus,minui debet,vt ꝑ communem dicit Clar.de quo Soarez ver.confesso,n.262.Bonacoss.

confessio iudicialis habet vim sententiæ , & nihil expectat nisi præceptum de soluendo,l.1.vbi doc.C.de confess.confessus eiñ pro iudicato hr̃,l.sicut maior.vbi Ias.4.no.C.de repud. her.& fac. illud Luc. 19. de ore tuo te iudico & talis cõfessio dicitur liquidissima probatio,secundum Corn.cõs.224.261. lib.4.& omne probationis genus superat, Rom.cõs.391.Ias. in l.titia.n.39.de ver.ob.ī l.licet imperator.n.10.de leg.1.adeò vt ex inualido processu stañ confessione sentẽtia ferri posset, Hypol.cons.39.sing.329.vbi plures ponit casus in quibus cõfessio præiudicat,Afflic.decis.372.n.6.quod limita,& intellige,vt per Capic.decis.189.Sed cõfessionem nõ esse probationem dixit Fel.in Rub.n.2.de proba.quem sequitur Hypol.ibi n.74.quam sententiam nõ omnes indistinctè approbãt, nam iudicialis cõfessio notorium inducit,Afflic.decis.176.Gram. decis.31.n.8.decis.36.n.36.& seq.intellige in ciuilibus, & facta cõcl.in causa,aliàs secus,gl.& doc.in c. significauerũt.ver. liquere.de appell.Fel.in c.ex insinuatiõe.e.ti.Afflic. decis.276. n.4.de qua iudiciali confessione plura no.Dec.in c. At si clerici n.17.vsque ad 44.de iud. vbi ponit Reg.cum Ampl.limita etiam vt per Dec.in c.dilecto.n.3.de appella.qñ agitur de tit. beneficiali, quia tunc confessio aduersarij agenti nõ prodest, sed titulum probare debet,quod intellige, vt per Boer.ꝓs.40. n.73.Rol.decis.44.de retib.in antiq.

cõfessio rei facta per torturam indebitè,& nullis præcedẽtibus legitimis indiciis est nulla,vt est cõis opi. Cherianus in suo communium opi.in ver.confessio.n.2. Bonacoss.

confessio alteri,q̃ proprio capellano fieri non potest,vt est communis opi.Zannetti.de foro conscientię.n.118.tomo 1. fallit vt ibi. Bonacoss.

confessiones peccatorum audire possunt sine licentia parrochiani,fratres prædicatores,minores,carmelitæ,& hæremitæ.Nã isti sunt specificè priuilegiati,quãtum ad hoc, vt est cõmunis opi.de qua Soci.senior in c.omnis n.39.de pœnit.&remissio.& ita communiter practicatur. Bonacoss.

confessio rei pro parte acceptari potest.& ꝑ parte non.vnde cõfitens homicidium fecisse ad sui defensionẽ , nõ credit̃, sibi nisi

ſibi niſi probet,quia curia acceptat ſolam cõfeſſionem. Iaſ.in l.vt vim.n. 13.ff.de iuſti.& iur.vide omnino Portium cõmunium opi.lib. 1.concl. 15. Et quando cõfeſſio poſſit,vel non poſſit diuidi.ponit Gabriellius in conſ.170.n.24. Bonacoſſ.

cõfeſſio facta in tormentis,etiam ſi ſit perſeuerata,nõ precedentibus indiciis eſt nulla(vt dixi)adde Iaſ.in cõſ.188. n.2. col.2.cõem dicens.idẽ ſi cõfeſſio ſit in carcere,non præcedẽtibus indiciis.Bal.in l.qui in carcerem. ff.ꝓ metus cauſa.in 2. lectura. Rol.à Valle conſi.3.n. 55.in 3.vol.& in cõſ. 12.n.90. eo.vol.& cõſ.17.n.14.eo.vol.Bellamera deciſ.690. Riminaldus nouiſſimus.inter ꝓſ.crim.cõſ.70.n.19.vbi ampliat.Iaſ.in l.qui in aliena.§.celſus.n.38.ff.de acq.her.Gabriellius cõſ.17. n.1.& ſeq.Arno.commẽtario.113. Riminaldus nouiſſimus. in ꝓſ.88.nu. 55.vbi plures allegat D.Brunorus in vnico eius conſ.crim.n.160.& n.185.& 187. Bonacoſſ.

confeſſio in tortura,ſi reus ductus ad ratificãdum negauerit,facit indicium ad torturam, vt eſt communis opi.vt p Blãcum.in l.fi.n.219.ff.de quæſt.quod intelligit,ſi ante cõfeſſionem,præcedebant legitima iudicia. Bonacoſſ.

cõfeſſio tunc præiudicare parti dicitur,qñ ab altera fuit acceptata,aliàs,ſec⁹.Ita ſemp ꝓſulendo poſt alios tradidit Alex. de Imol.in conſ.90.n.1.& in cõſ.11.n.7.vbi Carol.Molin.in verb.acceptata.plures authoritates Doct.allegat.& idẽ Alex. in conſ.20.n.1.in 4.li.conſ.& in cõſ.184.in 6.vol.cõſ.Iaſ.in l. error.n.5.6.& 7.C.de iur.& fact.ignor.& idẽ Iaſ.in l. poſtquãliti.n.2.C.de pac. Et hanc ſententiam cõmunem eſſe affirmãt Curt.Senior.in conſ. 77.& Pariſ.in conſ.131.vol. 1. Licet alij cõtrariam ſentẽtiam de iure veriorem,& meliorib. rationib. fulcitam eſſe,exiſtimauerint. Barth.Socy.in conſ.228.n.6.in 2.vol.cõſ.Alc.in trac.de præſump.in 3.reg.prin.preſump.21. n.6.cũ ſeq.Rol.à Valle,ĩ ꝓſ.26.n.18.ĩ 1.Tom.ꝓſ.kirchouius.

cõfeſſio facta coram iudice incompetẽte,licet nõ valeat vt iudicialis,valebit tñ vt extraiudicialis ad duos effect⁹. Prim⁹, quia ex ea poterit poni ad torturã, ſicut ſi extraiudicialiter eſſet cõfeſſus.arg.notatorum in l.capite quinto. de adul.in c.q̃ graue,extrà de exceſ.prela.Secũdus, quia poterit cogi perſeuerare in tali confeſſione coram iudice competente,niſi doceat de errore,& de cauſa variandi ſecundum Guil.de Cu.d. Cato. & communiter docto.in l. magiſtratibus. ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.Inn.in ca. per inquiſitionem extrà de elect.licet d.Card.in c. at ſi clerici. extrà de iudi.tenuerit talẽ cõfeſſionem penitus non valere. Quæ ſecũda opinio poſſet procedere in confeſſione clerici coram iudice laico, per illũ tex. ſecundum Imolam ibi. Et etiam in confeſſione laici tracti inuitè ad iudicium,ſecus in confeſſione laici voluntariè litigantis,ſecundum Panor.ibidem. Balb.deciſ. 104.

CONFESSIO.

Summaria.

confeſſionem propriè non eſſe probationem: ſed potius releuationem ab onere probandi.q.1.

confeſſionem extraiudicialem parte præſente factam plenè probare:non obſtante aliter ſentientium opinione.q.2.

confeſſionem extraiudicialem factam parte abſente, non plenè,ſed ſemiplenè probare:contra opinionem Sal.q.3.

confeſſum ſemel ſpontè in iudicio,modò ſit maior 25.annis,non poſſe reuocare poſtea,aut negare.Nec opus eſſe contra negantem aut reuocantem, vlla alia ratificatione per torturam,vel alio modo.q.4.

Semel confeſſum ſpontè in iudicio, non audiri poſtea appellantem.q. 5.

Regulam hanc,ſpontè confeſſum in iudicio non poſſe appellare,locum habere nõ tãtùm in criminibus enumeratis in l.obſeruare.C.quorum appel.non recip.Sed & in aliis.q.6.

Reum conuentum, opponendo exceptionem ſolutionis, vel pacti de non petendo,non videri debitum confiteri.q.7.

QVAESTIO I.

QVAERO,an confeſſio ſit propriè probatio? Reſpon.Cõmuniter recepta eſt ea ſententia,confeſſionem nõ eſſe ꝓpriè probationem,ſed tñ releuationem ab onere probãdi.Ita tenet Bald.Pau.de Ca.in Rubr.C.de probationib. Io.And.Ant. de Bu.& Ab.Rub.extrà eo.Ab.Panor.c.vnico.de ſcruti.Eandem ſententiam firmat Pe.de Anch.c. 1.de confeſſ.lib.6.Pau. de Ca.l.1.de confeſſ.l.publia.ff.depoſit. Et eam dicit eſſe communem Iaſ.in l.cùm te tranſegiſſe.n.9.C.de tranſact.

QVAESTIO II.

QVAERO,An confeſſio extraiudicialis parte præſente facta,plenè probet? Reſp.in hac queſtiõe Doct.ſentẽtiis variãt, Namq;Cy.in l.vnica.q.6.C.de ꝓfeſ.tenet ꝓ plenè nõ probet, etiamſi pars fuit præſens, niſi quoque acceptet cõfeſſionem. Eandem firmat Imo.ĩ c.ſi cautio. de fid.inſtr.ibi Fel.n.23.Iaſ. l.poſtquam liti.n.2.C.de pact.Cur.Senior conſ.77.n.1.Alex. conſ.111.n.7.vol.7.Franc.Rip.Rub.nu.22. ff.de verb.obl.Et eam dicit eſſe cõmunem Iaſ.l.error.n.3.C.de iur.&fac.ignor. Alciat.Rub.n.3.ff.de verb.oblig.

Contrariam ſententiam tenet Ant.de Bu.c.fi.n.12.de confeſ.ibi Abb.n.15.& eam dicit eſſe veriorẽ, & pluribus authoritatibus fulcitam.Alciat.ſibi cõtrarius ĩ trac.præſump. regu. 3.præſum.21.n.9.Eandem firmat Baptiſta de S.Seuer. in rep. l.admonẽdi.ff.de iureiur.vbi dicit hoc eſſe de mẽte omnium Canoniſtarum in c.cum dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt. Et dicit hanc eſſe veriorem in iure Catel.Cotta in memoralibus iuris verb.confeſſio.el 2. Et eam tenet quoque Hip.in Rubr.C.de proba.n.96.& in l.de vnoquoque.nu. 124.ff.de re iudi.And. ab Exea.lib.pacto. n.4. Vbi dicit contrariam opinionem eſſe rigidam.Hanc quoque dicit eſſe cõmunem opinionem Maran.in Spe.par.6.Rubr.de confeſſ.n.2.

QVAESTIO III.

QVAERO,an cõfeſſio extraiudicialis facta,parte abſente, probet? Reſp.Communis & recepta eſt ſentẽtia,qd̃ probet ſemiplenè,nõ autem plenè.vt teſtatur Matth. de Afflic.ĩ deciſ. 337.n.6.Eam tenet gl. & Panor.d.c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.Bar. & Doct.in d.l. admonendi.ff.de iureiur. & ibi Iaſ.n. 149.dicit hanc eſſe cõem opinionem Pau.Pariſ.ꝓſ. 120.n.4.vol. 1.Hip. Rub.n.89.C.de proba.& ĩ ſing.329.Aymon. Crauet.trac.de antiq.tempo.par.1.viſo de verbis.n.45.Maran.d.Rubr.n.12. Licet cõtrarium teneat Salic.l.bonæ fidei.C.de rebus credit.

QVAESTIO IIII.

QVAERO, An confeſſus in iudicio ſpontè,ſi poſtea iterum neget,poſſit cogi per torturam ad perſeuerãdum? Reſp. ꝓ nõ opus eſt alia ratificatione, ſed poteſt condemnari,dum modò ſit maior 25.annis,& ꝓfeſſio ſit veriſimilis,probabilis, & poſſibilis,cũ in ꝓfeſſum nullæ ſint partes iudicis, niſi in cõdemnando.Hanc ſententiam firmat Bo.de Im. cõſ.109.incip. viſa inquiſitione.vbi dicit ꝓ iſta eſt communis opi. quem refert & ſequitur Hip.de Marſ.in prac.crim.§.quoniam.n.18.

QVAESTIO V.

QVAERO,an ſpontè ꝓfeſſus audiatur appellãs? Reſp.ꝓ nõ, ita ꝓbat tex.in l.obſeruare curabis.C.quo. appel.nõ recip.Et hãc opi.tenet gl.c.quicũq;.2.q.6.c.cũ ſpeciali.§.porrò. de ap. Et ibi tenet Ab. n.5.Præpoſ.n.7. Fran.n.5. Eãdem opi.firmat Bar.in l.creditor.§.iuſſus.n.2.ff.app.Roma.ſingu.625.Et eam dicit eſſe cõem Ant.de Bu.in trac.de notorio.art.4.n.56.

QVAESTIO VI.

Sed quæro,An hoc tantummodò habeat locum in criminibus in d.l.obſeruare.enumeratis? Reſp.Diuerſæ ſunt ſentẽtiæ.Nam Cy.in d.l.exiſtimat ꝓ ſic,& dicit hanc ſentẽtiam ſibi videri æquiorẽ,& eam magis ſibi placere dicit Alb.ibi,n.2.& ante eos tenuit Azo.ĩ ſum.illius tit.& eam dicit de rigore iuris veram Imo.in d.§.iuſſus.n.8.

Contrariam tamen ſententiam dicit communẽ idem Ant. de But.in d.trac.de notor.art.4.n.56.Eandem dicit eſſe communem Io.de Imo.d.§.iuſſus.

QVAESTIO VII.

QVAERO,An reus conuentus opponendo exceptionem ſolutionis vel pacti de nõ petendo,intelligatur fateri debitũ? Reſp.ꝓ non,& iſta eſt communis opi. vt firmat Iaſ.in l.Iulianus.n.13.ff.de condi. inde. Et eam tenet Bar.in l.non vtique. ff.de exceptionib.Ange.Alex. & Doct.l.decem.ff.de verb.oblig. Michael Graſſus.

confeſſio in quo caſu partis pñtiam requirat,vt valeat:vide Ang.conſ.1.n. 5. quid de confeſſione parte præſente,probata per vnicum teſtem? & Dic, eam facere ſemiplenam probationem,teſte Alex.conſ.152. lib. 5.53.lib. 1. quid de cõfeſſione extraiudiciali geminata, quid operetur? & an due probationes coniungantur vt probent? quando ſunt ſemiplene, Rui.conſ.72.lib.4.& qualiter differant iudicialis & extraiudicialis ꝓfeſſio,vide Alber.in l.error.n.4. C.de iur.& fac.ignor. vbi n.5.quando noceat extraiudicialis,& Dic,ꝓ facta præſente parte idem operatur quod pactum, Alber.in l.ſi quis in cõſcribendo. n.1.C.de epiſ.& cle.& an cõfeſſio in regiſtro facta cum iuramento acquirat ius tertio? Albe.in l. 1.col.fi.in fi.C. de confeſſ.vbi dicit quòd non,in confeſſione autem extraiudiciali ad hoc vt probet:requiruntur duo conteſtes,A lexãd. conſ.36.col.2.39.col.2.132.li.5. Iaſ.in Rep.l.ad monẽdi col. 68.de iureiur.& tunc parte abſente non probat niſi ſemiplenè,ſi autem pars fuerit preſens:vr̃ ꝓ plenè ꝓbet,ſi vero vnus teſtis ſolꝰ d̃ponit,vr̃ ꝓfaciat vnã dimidiã ſemiplene ꝓbatiõis, ita quòd

ita ꝓ non faciat ſolum indicium, & quando confeſſio abſente vel præſente parte probet, Alber. in l.non ſolum §. liberationis verb.de lib.leg. niſi ſit confeſſio facta parte abñte calore iracundiæ quæ nõ valet,teſte Hypol.in Rub.col.21.& ſeq. C.de proba. Quid de conſenſione extraiudiciali, quid operetur? & an ex ea quis puniatur, vel probetur delictũ, vel deueniatur ad torturam? & vide Fel.qui Reg.ponit cum Ampl. & limit.in c.de hoc de ſimon. Quid de confeſſione facta per verbum Credo,an reuocari poſſit? & vide Aret.in l.de tutela. C. de in integ.reſt. Put.

Confeſſio non eſt probatio,commune efferunt Fel.in rub. n.6.de proba.Hypol.in rub.n.64.C.illo tit.Alc.de præſump.j. par.n.6.in fi.& in l.cum te.ver.neceſſaria.C.de trãſact.Quantuis longè verius ſit contrarium,vt cenſuit Salic.in rub.nu.4. C.de prob.conſentiunt.Iaſ.n.11.Dec.n.8.in d.l.cum te,defendit Aret.in rub.n.18.de probat.Quin& probatio probata eſt, atque aliis verior,& potentior,iuxta Soc.lun.conſ.39.n. 18. lib.2.Gram.deciſ.36.n.66.Et maior quouis publico inſtrumẽto vt verò tradunt Aym.Cra.conſ.61.n.3.& conſ.181.nu.4. Zaſ.cõſ.1.n.4.& 5.lib.1.& vir magnæ doctrinæ Iac.Menoch. de recup.poſſeſſio.n.217.& ſeq.vbi multa de illius iuribus vtiliter,& diſertè contexit,& qui plures eleganter laudat,Nic. Antonius Grauatius lib.5.c.16.n.9.& ſeq.ſed hac de quæſtione copioſius nos alibi. E.Suarez.

confeſſio contra iuris,& iure præſumptionem admittitur. commune inquiunt Panorm.in cap.is qui fidem.de ſponſal. Alc.de præſump.2.part.nu.6. E.Suarez.

confeſſus & conuictus in ciuilibus non auditur appellans, ſecundùm gl.cùm Barto.in l.2.C. quorum appella.Bart. Dy. & Imo.in l.creditor.§.iuſſus.ff.de appella.Do.Præpoſi.in c.cũ ſpeciali.§.porrò.extrà de appellationib.qui dicit hanc eſſe cõmunem opinionem,licet contra ſenſerint Petrus,Iac.Butr.& Salice.ſecundùm eos. Balb.deciſ.451.

confeſſio extraiudicialis(licet etenim doctorum verbis vti in placitis illorum recenſendis) nullius eſt ponderis. commune inquit Fel.in c.at ſi clerici.de iudi.Sed fallitur,nam huiuſmodi confeſſio etiam abſente parte facta applenè probat, iure põtificum.vt commune teſtatur idem Fel.in c. ſi cautio. de fid.inſtr.Dec.conſ.63.Alc.in rub.n.8.ff.de ver.ob.Cur.iun. cõſ.68.n.2.de iure aũt Cęſareo parte abſente facta indicium. vt frequens placitum affirmant.Alci.in c.cùm non ab homine nu.98.de iud.Marc.Anto.de iudic.n.204.ſeu potius ſemiplenam probationem gignit, vt receptum aſſeuerant idem Marc.Ant.in illomet tract.n.108.Crauet.in antiq.part. 1.ver. propoſitum noſtrum nu.30.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q. 22.ver. cõfeſſio.& q.55.At parte præſente,atque expreſſim accipiente ſi huiuſmodi cõfeſſio extraiudicialis fiat,vel etiam coram iudice incompetenti,integram & perfectam fidem concinnabit.vt commune inquiunt Beroius in c.at ſi clerici.n. 142. de iudic.Iul.Clar.d.q.55.ver.vnum tamen ſcias. E.Suarez.

cõfeſſio facta in vno iudicio probat etiam in alio,licet ad diuerſum finem intentato inter eaſdem perſonas, ſecundum Inn.& Panor.in c.per inquiſitionem extr.de elect.Io.And. in cap.2.de ordin.cognit.Doct. communiter in l. 2. C. de eden. Balb.deciſ.314.

confeſſio facta eo,cuius intereſt,præſente,& nõ expreſſim accipiente, non perfectè probat, vt receptum dogma effantur Iaſ.in l.error.n.3.C.de iur.& fact.ign.Rip.n.22.Alc.n.3.in rub.ff.de verb.obl. Verius tamen multi contrarium cenſent, quos expiſcaberis ex Alex.in l.ſuus hæres n.3.C.de repud.hæred.Caccial.in repet.l.admonendi.nu.146.ff.de iureiur.Soci. conſ.128.n.6.li.2.Glaud.n.29.Dec.n.8.in l.poſtquam liti. C. de pact.Dec.rurſus in c.at ſi clerici n.28.de iudic.& Duennas, qui iam id commune aſſerit regu.119. At confeſſio parte abſente facta ſemiplenam abſque dubio probationem inducit, vt frequenter placitum inquunt Crauet.de antiq. 1.part. arg. 3.nu.30.Viuius lib.1.opi.49. E.Suarez.

confeſſio propria in vno iudicio facta nocet in alio, commune ait Panor.in c.per inquiſitionem.n.12.de elect.& qui latè hanc rem agit I.Clar.in pract.§.vlt. q. 54.verſ.pen.Intellige autem quod vt & hæc confeſſio in iudicio facta plenè ꝓbet, exigitur partis aduerſæ præſentia,vt luculenter probant l.certum §.ſi quis abſente.ff.de confeſſ,l.vlt.ff.de interroga. act. & eſt commune illic axioma,cuius rationem ſcribit Paul.in l.generaliter.C.de non numer.pecu.& ſi hac in re non leuiter cæcutierint Fel.in c. 1.nu. 5.de lit.conteſt.Rebuf.in ll.Galliæ.tit. de chyrographis nu.68. E.Suarez.

confeſſio facta in teſtamento per teſtatorem,puta quando vſuras extorſit,vel malè abſtulit,nõ ei præiudicat,quin reuocando teſtamẽtum illam poſſit reuocare,cum talis confeſſio non dicatur ſpecies probationis, ſed vltimæ voluntatis,quæ eſt vſque ad mortem reuocabilis,gl.reputatur ſingularis in l. ſi quis teſtium.in verbo chirographũ,& ibi hoc vult do. Floria.ff.ad leg. Aquil. referens idem tenere Ange. in quæſtione exordiente,Senẽſis miles,aliàs Aeſten.& Bal.in addi. ad Spe. in ti.de confeſ.§.cõfeſſio facta.Quod limitari fortè poſſet:niſi teſtator iuraſſet ſuper tali confeſſione,per Auth. quod obtinet.C.de probationib.& l.cum quis.in §.codicillis.ff.de lega. 3. Non reuocato autem teſtamento bene præiudicaret ipſi confeſſio,ſecundum.d.Præpo.in c.cum ſpeciali.§.porrò. col. vlt.extrà,de appel. Balb.deciſ.201.

cõfeſſio, quę vel in articulis,vel inſcriptura alia fit,nec partis aduerſæ acceptionem,nec præſentiam deſiderant, vt plenè probet,quemadmodum frequenter interpretibus placere aiũt aſſerere ex Bart.in l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ. & in l.nuda.ff.de don.Paul.& reliquis in l.publia.§.vltim.ff.de poſ.Fel.in c.ſi cautio.nu.25.de fid.inſtru.& ſi ea in re obdormierit Dec.in l.2.nu.8.C.de inſtit.& ſubſtit. E.Suarez.

confeſſio facta in tormentis,quam nulla,vel non legitima indicia præceſſerunt, nullius eſt momenti. tametſi in ea confeſſus perſtet commune aiunt Iaſ.conſ.188.n.2.lib.2.Cap.de ciſ.95.n.3.Ant.Gom.de delict.c.13.n.25.Cephal.vir elegantioris doctrinæ inter conſ.crim.conſ.102.nu.9.libr. 1.Boſſ.in pract.tit.de confeſſis per torturam.n.6.lul.Cla.in pract.§.vlt. q.55.ver.ſi verò. At ſi ſine tormentis fiat, & ſi tormentorum metu facta ſit ad condemnandum ſufficiet, vt commune ponunt Viuius lib.opi.48.Iul.Clar.in d.§.vlti.q.54.ver.nunc de gradibus quæ verò in tormentis rectè ac ritè inflictis fit confeſſio non aliter fidem faciet, quam ſi poſt tormenta illam agnoſcat reus,& ratam habeat extra tormenta ad iuris tribunal, vt commune aſſerunt Boer.deciſ.63.n. 18.& qui accuratè ex receptis ſententiis id explicat Iul.Clar.in d.§.vlt.q.64.ver.cæterum,cum ſequentib. E.Suarez.

confeſſio,quæ in vltimæ volũtatis elogio fit,ſeu mutui accepti,ſeu debiti ſit inſoluti,ſeu alterius rei perceptę,parte pręſente, aut eius nuncio, aut notario illius nomine accipiente, vſque adeò perfectam,aut legitimam probationem ſuppetit, vt nullus exceptioni non numeratæ pecuniæ locus ſit.Sin verò neque coram parte,eiuſvè nuncio aut ſcriba illius vice accipiente fiat,magis legati,aut fideicommiſſi loco cenſebitur, quàm vllam probationis vim teneat,vt frequens placitum affirmo ex Iaſ.in l.qui pecuniam.ff.ſi cert.pet.& in l.admonẽdi. n.158.ff.de iureiur.Hipp.in l. 1.§.præterea.ff. de quæſt. Fel. in c.ſi cautio.n. 54.de fid.inſtru.& non exiguam doctorum phalangem producente Eman.à Coſta.in l.ſi ex cautione. fallen. 12.n.1.& 2.C.de non nu.pec.ac Viuio qui ſeſe magna non curantia intricat.lib.1.opi.414. E.Suarez.

confeſſio ſeu in iudicio,ſeu extra iudicium ab vno ex pluribus correis debendi facta,nec aliis nocet, nec prodeſt, vt frequenter interpretibus probari ſcripſit vir egregius, & mihi multis nominibus obſeruãdus Io. Ronchegallus Gioldus in l.ex duobus.16.n.71.ff.de duob.reis. E.Suarez.

confeſſio liberationis,quæ parte abſente fit,& valet,& plenè probat cõmune infit Bal.conſ.466.lib.4.ſed melius,ac verius ait contrarium receptum Rip.in l.condictionis.nu.21.C. de pact.à quo ſto. E.Suarez.

confeſſio cum aliquo adiuncto facta,tunc ex parte probari,ex parte improbari ab aduerſario poteſt,cum adiũctum in ipſa rei confeſſæ geſtione non ſimul interueniſſe dicitur alioquin vtrunque accipi,aut vtrunque eiurari neceſſe eſt.Exemplum eſto illius,confiteor centum mihi mutuo data, ſed intra annum ſoluenda,vel cum Titius meus debitor me nomine liberarit: huius verò adiuncti fit exemplum,cum accepta quidem mutuò quinquaginta ſeſtertia confiteor,ſed iam ſoluta aio.vt commune atteſtatur Boer.deciſ.339.n.3.quod in criminalibus etiam receptum, & ſtatur, & accuratè explicat Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.55.ver.poſſet. E.Suarez.

cõfeſſio mera,aliiſque deſtituta indiciis à ſocio criminis edita,in iis ẽt caſib.quib.de complicibus interrogatio iure permittitur,non eſt ſufficiens indicium,vt commune tradunt explicantes Boer.deciſ.319.Grammat.vot.6.n.2. E.Suarez.

confeſſio gemina in quocunque contractu,& in quacunque cauſa exceptionem non numeratæ pecuniæ omnino circunducit,vt commune ex multis enunciat Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.fallent. 14.C.de non nu.pec. E.Suarez.

Confeſſio minoris abſque vlla vllius curatoris authoritate emiſſa,vt illi noceat,praxi generali receptum eſt: quemadmodum atteſtantur Ang.de malefic.verſic.comparuerunt,& confitentur totum.nu.8.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.55.verſ.vlterius. E.Suarez.

Confessio pecuniæ,aut quarumuis rerum receptarum ex alia causa,quam ex mutuo,statim nocet, nec opposita non numeratæ pecuniæ exceptione onus probandi in creditorem transfertur.commune aio ex Aret.Alex.n.35.in l.1.ff.sol. matri. Ias.in l.legitima.ff.de pact.& in l.j.ff.de condict.ex leg.Fel. in c.si cautio.n.54.ver.fallit.3.de fid.instrum. E.Suarez.

confessio recepti,si numeratum esse non constet,facta ex causa donationis censebitur,vt frequentibus doctorum calculis receptum prodit Curt.Iun.cons.95.nu.3. E.Suarez.

confessio curatoris,tutoris,procuratoris,executoris,cuiusuis alterius administratoris de facta numeratione, quam aliter factam esse non constat,in damnum, præiudiciúmve pupilli,& cæterorum quorum principaliter interest,fidem non facit.commune aiunt Tiraq.de retract.conuen.§.4.gl.6.n.12. & seq.Bolognet.in l.2.§.vlt.n.44.cum sequentib.ff.si cert.peta.Cepha.vir doctissimus cons.101.n.18.& seq.magis cõmune asserit Follerius in pragmat.de censi.ver.quæ quidem executio nullæ falsitatis.n.51.& si contrarium absque dubio verius iure esse alibi latè ostendo,quod praxi seruari attestatur Zas.in d.§.vlt. E.Suarez.

confessio,quæ in instrumẽto fit,aliquem habuisse,& accepisse,tanti est momenti,vt interuenisse numeratio confectionis instrumenti tempore presumatur.commune aio ex Alex. in l.stipulatus.§.Chrysogonus.n.14.ff.de verb.oblig. Ias.in l. post dotem.nu.85.ff.sol.ma. Camp.de dote part.3.q.148.nõ tamen agenti ex numeratione satis erit probare confessionẽ de recepto instrumenti literis contentam, vt commune latè affirmat vir egregiæ doctrinæ.Io.Ceph.cons.101.numer.13. E.Suarez.

confessio sacerdoti facta,vt doctores commentantur,ac per illum reuelata multum probat,si vnà & sacerdos fide dignus sit,& palam illam facere sibi per ipsummet confitentem licere iuret:aliàs secùs,vt commune testificãtur Fel.in c.testimonium.n.10.de testib.Cotta in memor.vers.iuramentum probat difficultatem.Viuius lib.1.opi.50. E.Suarez.

confessio socij criminis in casib.in quibus potest interrogari de consocio,nõ est sufficiens indicium,nisi alia sint indicia. Boer.decis.319.nu.1.& 2.Gramma.voto 6.n.2.communem dicit. Bonacoss.

confessio procuratoris facta in vno iudicio, non præiudicat in alio iudicio criminali,communis est opi.Clar.q.54.versi.sed quæro. Bonacoss.

confessio autem principalis, similiter facta in vno iudicio ciuili,nõ facit plenam probationem in iudicio criminali.Sed indicium tantum ad torturam facit,communis est opi. Clar. q.54.ver.sed quid exhibeatur.Nisi cum ipsa confessione concurrerent alia indicia. Bonacoss.

confessio clerici facta corã iudice laico, nõ facit indicium ad torturam.Blanc.de indi.n.214.communem dicit. Bonac.

confessio extraiudicialis non sufficit ad probationem delicti,vt est communis opin.Clar.q.55. in prin. licet sufficiat ad torturam.communis est opi.de qua Mars.sing.310. Bonac.

confessio facta coram iudice incompetenti, non valet in vim iudicialis cõfessionis,sed in vim extraiudicialis,communis est opi.Clar.in ver.præterea.q.54.& cogitur per iudicem competentem perseuerare in ipsa cõfessione. Modus autem cogendi,si reuocat confessionẽ sine causa,est remedium tormentorum, quia iudex non debet pati se illudi. Et ita seruat practica adsessorem,vt dicit Bal.in c.per inquisitionem.nu.2. de electio.& elec.potesta. Bonacoss.

confessio qualificata operatur, vt confessus non possit ad mortem condemnari.decis.Pedemon.60.nu.9.communem dicit. Bonacoss.

confessio criminalis extraiudicialis,vel coram iudice incõpetẽti,si sit facta præsente parte& acceptante,facit plenã fidẽ cõtra cõfitentem,vt est communis opi.Clar.q.54.ver. vnum tamen.Necesse tamen est,vt expressa sit acceptatio,nõ tacita. Cla.ibi.ver.vnum tamen. Licet in practica tales confessiones non præiudicare,confitentibus ad plenam probationem, dicat si eam postea reuocant,sed torqueantur,vt in ea perseuerent.Nisi tot alia argumenta cõcurrant ex quib.dici possit, ꝙ omnib. simul iunctis de crimine plenè liqueret. Item potest dicere reus,ꝙ talis confessio non fuit facta iudici pro tribunali.Clar.ibi.vers.item potest. Bonacoss.

confessio quæ emauauit extra ipsam causam, de qua principaliter agitur,ẽt pœna ordinaria puniri potest,licet directò actum non fuerit contra cõfitentem,communis est opi.Clar. q.55.ver.potest etiam dicere. Bonacoss.

confessio extorta à iudice cum promissione,spe,& blandiciis in criminalibus non probat,nec ex ea quis condẽnari potest.Clar.q.55.ver.allegare. Bonacoss.

Confessio, vbi prius non constat de delicto, non est sufficiens,vt possit ex sola confessione quis cõdemnari, communis est opi.Clar.q.55.ver.potest ẽt.Cõstat autẽ de delicto, vel ad effectum super eo procedi possit.Clar.q.4.Sed ad effectũ, vt quis ex sola confessione possit cõdemnari, si delictum qđ reus confitetur est tale, quod solo animo perfici possit, vt est hæresis. Et tunc sola confessio(modo esset verisimilis)sufficeret.vel confiteretur reus vnum,aut plura commisisse homicidia,vel multa furta,nec exprimit in specie,quos homines trucidauerit,aut cuius res furto subtraxerit,non debet ex tali cõfessione condemnari. Aut cõfitetur adulterium, vel furtum, & similia,& sit querelatus à parte, & cum querela concurrat confessio rei,poterit cõdemnari ex confessione, vbi verò nõ adsit querela,aut aliqua informatio,non sufficit sola confessio. Et ideò confitentes maria & montes non cõdemnantur, nisi mittantur nũcij ad habendum informationem. Aut confitetur homicidium,incendium & similia.& tunc,nisi viso & reperto facto,vel inspectione,quis ex sola confessione nõ potest condemnari.vt ibi fusius per Clar.d.q.55.ver.quomodo. vbi communes opiniones esse probat in casibus s.enumeratis. Quandoque tamen iudex potest moueri ad iudicandum etiam ex aliqua cõfessione coram se facta viua voce,& nõ in actis scripta.Feli.in c.cum venerabilis.nu.42.de except.quod dicit nunquam obliuiscendum.quia mirabiliter est ad q.vtrũ iudex possit iudicare secundũ non allegata,neq; probata.Sed dic,ꝙ istud non procedit in criminali,nisi prius constet de delicto, & postea sequatur confessio. Et hoc est apud practicos modernos in solenni cultu,vt dicit idẽ Fel.in c.auditis. n.30. ver.tñ condẽnandus limita,vt p Fel.in c.qualiter.§.1.de accu. vide ad supradicta.Alphanũ in suis collectaneis.n.289. Bon.

confessio minoris in criminalib.absq; curatore obest omnino.Clar.q.51.ver.vlterius.communem dicit. Bonacoss.

confessio si super processu nullo emaneret. Tutior est via, ꝙ reus absoluatur ab obseruatione iudicij. Saluo iure procedendi rectius & melius.Clar.d.q.55.vide tamen Clar.d.q.53. ver.item potest,vbi communem dicit. Bonacoss.

confessio facta à retẽto in carcere presumitur facta per terrorem iudicis.habentis reum in fortia, vt est communis opi. D.Brunorus in cons.vnico.nu.168. Bonacoss.

cõfessio facta in tormentis,si legitima non præcedant indicia,& non seruatis seruandis, talis cõfessio est ipso iure nulla. nec taliter cõfessus cõdemnari potest etiam ꝙ in ea perseueret,vt est cõis opi.Clar.d.q.55.ver.si verò confessio.Nec conualidatur ex superuenientibus legitimis indiciis. Bonacos.

cõfessio cum qualitate.puta quãdo quis cõfitetur occidisse hominẽ ad sui necessariam defensionẽ pro parte acceptari potest,& p parte nõ,vt est cõis opi.Clar.q.55.ver.posset quoque.vide Portium cõclu.15.lib.1.Anto.Gabriell.conclu.19. lib.7.Posset tñ ipsi reo prodesse,non probata d.qualitate,s.ad sui necessariam defensionẽ,qa posset puniri pœna extraordinaria.Quod intellige, si ꝯ eum non adesset aliquod aliud legitimũ indicium, & qñ eodẽ verborũ contextu facit d. confessionem qualificatã,secus si ex interuallo,qa tunc ex tali confessione potest ad mortem condẽnari,si non probet illã qualitatẽ,quàm in suis defensionib. ꝓbare potest.Etiam ꝙ simpliciter ab initio confessus fuisset homicidiũ,vt est cõis opi.Clar. vers.fortè posset.Et iõ cautius aget,si respõdet negãdo homicidium,& si id fecit,fecisse dicat ad sui necessariam defensionem,vt est cõis opin.Clar.d.q.55.versi.cautius. Bonacoss.

cõfessio absente parte facta p testes singulares nõ probat, vt est cõis ꝯclusio.Alc.cõs.2.lib.1.n.5.Etiã si plures sint, quia nõ coniunguntur,vt per eum. de iure autem canonico secus est.Alc.cons.6.nu.26.communem dicit. Bonacoss.

cõfessio erronea,ẽt in criminalib.spõte facta,reuocari pt,si qs vult docere errasse,& errorẽ ꝓbare.vide Soc.reg.64.65.& 66.Sed ñ sufficit ꝯriũ velle ꝓbare p torturã.Bñ põt deducere aliqd,qđ possit simul stare cũ d.ꝯfessiõe. Licet ꝯriũ seruet,in qt Clar.d.q.55.qa ꝯfessiõe spõtè facta,vel ratificata extra tormẽta,nũq̃ admittit reuocatio,nisi ꝓbato errore.viđ oĩo Donatũ ĩ suo lib.regularũ 3.de iudiciis.ĩ ver.ꝯfessio sed tu distingue,ꝓut distinguit Blãcus in tract.đ indi.& tortura.n.18. vbi dt,ꝙ aut ẽ error facti,aut iuris,si facti pt reuocare reꝰ eiꝰ ꝯfessionẽ.Si iuris & tũc ñ pt reuocare.vide Mars.sing.257. & qñ noceat vel nõ noceat ꝯfessio reo.vide p Mars.sing.339. Bon.

confessio non valet,nec satisfactio facta à non existente in statu gratiæ,qa cum quis sit extra charitatem, & inimicus ac rebellis Deo,non potest dignè satisfacere,vt est cõmunis opinio de qua Soci.senior in c.ꝙ quidam.nu.7.de pœni.& ibi etiam dicit, ꝙ bona opera in charitate, & postea mortificata propter

propter sequens peccatum mortale.secuta tandem postea vera pœnitentia,non reuiuiscunt,vt est communis opi. de qua Soc.ibi.nu.8. Bonacoss.

Cõfessioni tutoris,curatoris,procuratoris, executoris,aut alij administratoris standũ non est de recepta pecunia in preiudicium pupilli, minoris hæredum, & aliorum, nisi de enumeratione aliter appareat,& sic confessio hæc procuratoris, & aliorũ huiusmodi de recepto,pupillo,domino,& aliis,nulla apparente numeratione,præiudicare nequit, vt tenuerunt pro constanti Bar.& Imo.in l.si debitorem.per illum tex.ff.de nouat.Bal.in l.omnes.§.1.C.de quadri.præscri.in c.ex insinuatione,ext.de procu.Ang.in 2.l.§.fin.C.de quadri. præscri.Bar. Bal.Ful.Roma.Paul.Castr.Alex.Soci.& cæteri,in l.2.§.fi. ff.si cert.pet.Fede.de Sen.cons.53.Bald.cons.287.dicta mulier,vol.4.Pau.Cast.cons.32.circ.prin.in fi.vol.2.Fulg.cõs.209.duobus,per totũ,Maria.Soc.cons.3.Alex.cons.132. in causa,& lite,vol.4.Fran.Aret.cons.4.ex facto proponitur,Barb.cons. 8. sapienter,vol.2.& cons.17.clementissimum,vol.4.Ruin.consi.140.n.4.& seq.vol.1.Dec.cons.116.& cons.493.& alij innumeri congesti per Tiraq.in tract.de vtroque retractu,in ti. de retractu conuentionali.§.4.gl.6.nu.12.& seq. vbi scribit istam esse communem sententiam,& magis communem dicit Follerius super pragma.de censibus, in ver.quæ quidem exequutio nullæ falsitatis,n.51.Contrariũ verò voluerunt Bald. in l.nam & nocere.in fi.ff.de pact.Fed.de Senis cons.54.Paul. Castr.cons.34.vol.1.Cuma.cons.31. Saly.Imo. Cuma. Fulg. Curt.Zasi.Alc.in d.l.2.§.fi.si cert.peta. Imo.in c.si cautio,ext. de fid.instr.Barb.cons.18.vol.3.Ias.in l.duob.reis,ff.de iureiu. & cæteri relati per Tiraq.in tract.de retract.in tit. de retractu consanguineorũ,& §.1.gl.18.n.90.& in d.tit.de retractu conuẽtionali.§.4.gl.6.n.13. & istorum opinionem dicit æquam, & in practica seruari Zasi.in d.§.fi.& quamuis Tiraq. & Folleri.quæstionem istam,& altercationẽ indecisam, indefinitamque dereliquerint nihilominus remoto omni timore primã partem Bar.& sequacium,tanquam veriorem, sustentabiliorem,communiorémve sequi possumus in actu practico, quã sequitur,tuetur ab omnibus contrariis,& ait cõmunem Bolognetus,in d.l.2.§.fi.nu.44.cum aliis seq.& Io.Cephal. cons. 101.nu.18.& seq. F.Viuius.

confessionem errore emissam quiuis contrariis probationibus poterit refellere, vt commune fantur Bossius in pract. tit.de confess.numer.60.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.55.vers.vlt. E.Suarez.

confessionem sacerdos reuelare non potest,& reuelans punitur iuxta,c.omnis vtriusque sexus, in fi.de pœni. imò Papa præcipiente,& mandante hoc sub pœna excommunicationis minimè teneretur, nec posset sacerdos ipse confessionem reuelare,seu propalare, secũdum Augustinum Beroum in quis quæst.familiari.q.12.n.1.& seq.quia celatio, & sigillum confessionis est de iure diuino,& de necessitate sacramenti, vt tenuerũt Ioannes de Turr.Cremat.Card.in ca.sacerdos,de pœnit.dist.6.& Petr. de Pallude, in 4.dist. 21. imò fortius ipse sacerdos in confessionis actu gerit veri Dei vices,vt est tex.iuncta gl.in c.dilectus,de excess.præl.& habetur,in c.sacerdos,de offi. ordi. & effectualiter in hoc est maior summo pontifice, ideò à Papa tanquam in isto actu inferiore compelli nequit, vt per Beroum,in d.q.12.sed vbicunq; quis confitetur sacerdoti,ꝙ vult homicidium patrare, Titiumque interficere, seu aliquod simile facinus committere,& ꝙ tentationi huic resistere non potest, nec ab ea abstinere aliquo pacto, nec sacerdos debet quanto cautius potest reuelare confessionem, vt peccatũ impediatur,& non propalare personam quoquo modo,secundum Iac.Zach.Ferr.præceptorem Fel.in 20.q.Inno. Host.Anch.Ab.Card.Zab.Ant.& omnes.in d.c.omnis vtriusque sexus,Arch.in d.cap.sacerdos,& Ripam,in tract.de peste. §.vlt.Franc.Coscius Decanus Senensis,in c.1.de offi.deleg.n. 92.& Io.Lupi,in rep.c.per vestras.§.26.n.9.de do.inter vir.& vxo.& ista est vera,canonica,pia,& communis opi.secundum relatos Doct.& Hier.Gigantem, in tract.de crimine læsæ maiestatis,libr.2.in tit.qui accusare possunt in cri.læsæ maiest.q. 18.n.8.& seq.& idẽ iudicio meo videntr sentire omnes Theologi communiter,in 4.sent.dist.21. vbi præter alios Gabriel. q.1.concl.3.& Io.Maior.q.3.Hadri.in 4.sent. in tract. de confess.sigillo.Caiet.in opusculis.27.q.c.15.& Dominic.Soto in relectione de secreto,membro.3.q.4.concl.2.in quibus locis dicunt, ꝙ confessionis sacramentalis secretum non est detegendum, etiam quoad crimen commitiẽdum saltem nominato authore,& nõnulla alia relatis concernentia scripsimus in 1.lib.communium opinionum,in ver.cõfessio,seu ca,quæ fuerunt dicta sacerdoti.item laicus posset reuelare confessionem, nam qñ quis sacerdos nõ est,& in secreto, & confessione dicat aliquid iuramento,ẽt ei præstito,ꝙ nemini illud propalare debeat, nihilominus si in testẽ producatur debet hoc reuelare non obstante iuramento,secundum Inn.in d. c. omnis vtriusque sexus,in fi.& in c.qualiter,& qñ,& de accus.Ab. in c.si sacerdos,de off.ord.Ias.in l.fi.ff.qui satisd.cog.& hoc dictum refert,sequitur,& multũ commendat Marsi. sing.424. accipe quæso vnum dictum valdè periculosum. F.Viuius.

Confessus crimen extra iudicium an possit reuocare cõfessionẽ, ita ꝙ ex ipsa reuocatione euitet torturam quæ ex ipsa cõfessione esset sibi inferenda,ad quã facit indicium sufficiẽs, iuxta tradita per Gl.in l.capite quinto.ff.ad leg.Iul.de adulter. & not.per Doct.in c.at si clerici.de iudi.Bart.in l.qui sine.n.3. ff.de quæst.Marsi.in lege.repeti.ff.eod.de quæstione.vbi dicit ꝙ cogi potest talis confitens perseuerare in dicta cõfessione. Bald.not.in l.vnic.C.de confess.cõcludit qđ reuocatio fiat re integra,s.ante torturam & ante vlteriorẽ processum,prodest, vt ex tali cõfessione sic reuocata nõ possit vlterius torqueri, nec ꝓcedi.si aliæ nõ appareãt,& superueniãt probatiões,& indicia. qđ nota Idẽ qđ possit reuocari cõfessio facta in tormentis ante sentẽtiam,& cõdẽnationẽ,voluit Paris de Put. in tractat.suo solẽni Syndica.ver.testis totus.Inn.in c. p inquisitionẽ.de elect.vide ad materiã,an, & qñ cõfessio criminis est vltronea,probabilis,verisimilis,& possibilis,ꝙ plenè probat ad cõdẽnãdum per ipsum Mars.in l.de minore,in prin.ff.eod.ti. de quęst.Ratio est,quia in cõfessum nullę sunt partes iudicis, nisi in cõdemnãdo.l.proinde.ff.ad legẽ Aquil.l.si cõfessus.ff. de custo.& exhibitio.reo.l.qui sñiam.C.de pœnis.cum simil.

PR.confessus habetur pro iudicato.l.1.ff.de confes.l.vnic. C.eo.post rem.ff.de re iud.

OBIEC.contra quia etiam confessus cõdemnandus est: vt l.Iulianus.ff.eod.ti.& l.si domus.in §.qui cõfitetur.ff.de leg.1.

SOL.Simpliciter cõfessus cõdemnãdus nõ est vt hic,sed vbi ñ est simpľr ꝯfessus,sed cũ aliqua adiectione qualitatis,vt si hæres ꝯfiteat se qdẽ debere rẽ legatã,sed ñ posse redimere,vľ spẽm ĩteriisse,vľ siĩe,ad æstimationẽ ẽ ꝯdẽnãdꝰ.vt ibi.Bellon.

PRO.confessi de se super conscientiis aliorum interrogari non debent.in l.fi.C.de accus.& in c.1.de confess.extra.Bel.

OBIEC.contrà de l.1.C.de fals.monet.& l.prouinciarum. C. de feriis.

SOL.Speciales sunt casus ibi propter immanitatem criminum. vt latronũ insignium, vel fabricãtium falsam monetã, vel committentium crimen læsæ maiestatis.d.c. 1. de confessis. Bellon.

confessus coram iudice incõpetenti torqueri potest à cõpetenti,& cogi in confessione permanere,vt receptum effantur Iaffred.decis.104.Viuius lib.1.opi.48.Iul.Clar.in pract.§. vlt.qæst.55.vers.2. E.Suarez.

confessus homicidium,& defensionis causa se illud patrasse affirmãs,nisi adductam causam probet,pœnas alias, quàm corporis luit.commune inquit Ias.in l.vt vim.n.3.ff.de iust.& iur.& Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.55.ver.posset quoque.E.Suar.

confessus delictũ,& si ad id iudicis blanditiis,ac promissionibus pellectus fuerit,plecti potest, ac debet, commune inqt Chuchalon ad Deci.in l.ea est natura. ff.de reg.iur.Intellige si in cõfessione perstiterit,vt latè tradit Viuius ita dissidentium interpretum dogmata concilians lib.1.opi.172.& vide ĩ.versi.iudex.Amplia vnica confessio sufficiat,vt cum multis receptum testatur Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.65.ver.vlt. E.Suarez.

cõfessus in iudicio legitimè condẽnari potest, licet processus sit ineptus,teste Mathes. sing.53.vbi ponit rationẽ. & vide quæ scribit Ias.in l.cum te.n.5.C. de transact.Et illud quod dicitur in l.Publia.ff.depos.,ex cõfessione non oriri actionem, limita nisi talis confessio emanaret ab administratore: quia tunc probationem tantum inducit,per l.fi.ff.de instit.ita doc. in apostil.ad Bart.in l.quidam.ff.de constit.pecun.

confessus & conuictus non potest appellare, idque tam in criminalibus quàm ciuilibus causis, communiter receptum esse refert Bened. Capr. in tract.notorij, post reg. 65.posito quarto membro prin.n.113.nisi iustam causam contra confessionem & probationem allegaret,quo casu in arbitrio iudicis relinquitur an procedere,vel appellationi deferre velit,ibidem nu.114.vide s.Appellatio. Cap.

confessio si pœna imminui ratione aliqua debet,& ei, qui postquam semel negauit, confessus est,imminuetur, vt contra communem opinionem asserit mitius,& magis commune Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.82.statut.9.ver.vlt. E.Suarez.

confessus reus per errorem, si diceret se confessum per errorem,audiretur errore,s.probato,vt est communis opin. de qua Boss. de confessis. nu. 60. Et est necesse omnino probare errorem

errorem,vt est communis opi.ibi.nu.65. quia non sufficeret tortura,nec propter variationē posset torqueri.vt ibi.Bonac.

Confessus & si ex interuallo possit se excusare, ea excusatione,quæ simul esse possit cum confessione,ita tamen,q̃ nō veniat contra iuramentum,non tamen potest se excusare, ea excusatione,quæ perimat, & eneruet confessionem. nulla in hoc habita consideratione iuramenti.Bossius de confessis.n. 34.communem esse probat.in eo,quod dicit,& ita dicunt omnes. Bonacoss.

confessus & conuictus non appellat.Nam quando reus est sponte confessus & conuictus,vel delictum est notorium,potest iudex sententiam exequi,appellatione interposita nō obstante,& si aliter facit peccat.Et ita est communis opi.de qua Rolan.à Valle in cons.73.n.26.vide omnino Pet.Duen.regu. 156.Clar.q.66. Bonacoss.

confessus se occidisse talem,potest se defendere& allegare illum talem fuisse bannitum, furem,vel adulterum in furto, vel adulterio deprehensum.Clar.q.56.in prin. Bonacoss.

confessus crimen potest ex confessione condemnari.communis est opi.Clar.q.65.Et vnica sufficit cōfessio spontanea, vt est communis opi.Clar.ibi.ver.sed quæro.etiam si confessio fuisset facta iudici absente accusatore in forma iudicij, & iudice sedente pro tribunali, etiam quod iudex procedat ex officio,quia iudex acceptat pro eo,nam in criminalibus proceditur ad instar ciuilium.Sadoletus in l.non fatetur.§.si quis absente,col.9.ver.prædicta.ff.de confessis.Et ideò si fur sit cōfessus corā iudice,ista confessio prodest Domino, & facit plenam fidem pro eo absente; quia iudex repræsentat personam suam.& sibi acquirit.Alex.in l.is,apud quem.n.28.C.de eden. confitens autem maleficium iudici in camera,non autem ad tribunal nunquàm infamatur,neque ex illa confessione damnatur. Et ideo adsessores faciunt semper duci malefactorem ad tribunal,vt ibi confiteatur in forma iudicij,vt dicit Angelus in lege.ictus fustium.ad finem.ff.de iis qui notātur infam. & practica est,vt semper scribi faciant.q̃ sententia fuit lata in termino.& post terminum,& ipso iudice semper pro tribunali sedente,& est valde tuta hæc quidem practica.vt dicit idem Ang.in l.si præror.col.1.ff.de iudic.Si verò confessio sit facta in tormentis, vel extra tormenta,non potest reus condemnari.nisi perseueret in ea & ratificet. vt per Clar.vbi s.Si tñ reus omnino sit legitimè conuictus,non est aliud quærēdum.Sed debet iudex reum condemnare.Et ita practicatur.Clar.66.in princ. & sufficiunt minores probationes ex qualitate delicti, quod,secundum q̃ communiter contingit,reputatur difficilis probationis. Vtputà famulus aufugit, furtum fuit factum domino.Nam satis dicitur constare de ipso furto,vt est communis opi.Cla.q.66.ver.1.idem si ostendatur aliquod signum,seu vestigium alicuius circunstantiæ, ex qua verisimiliter præsumi furtum commissum fuisse putà, si reperiatur fractura in hostio,vel pariete,vel arca.Clar.ibi. Bonacoss.

confines quomodo probentur:vide Guid.pap.q.193.qua in materia dixit Dec.cons.517.col.fi.q̃ quicquid est intra cōfines cōmitatur præsumitur de comitatu, de ageñ autem ad prædium:quid probare debeat?& dic,q̃ debet probare de idētitate saltem per duo confinia, secundum communem per Rol.cons.67.n.4.lib.2.cui Adde,q̃licet duo cōfinia sufficiant ad probationem identitatis:fallit tamen,quando in instrumēto essent descripta quatuor,quorum duo conueniunt rei petitæ: & alia non, cuius tamen contrarium ponit idem Rol.d. cons.67.n.18.19.probantur autē confinia ex pluribus instrumentis priuatorum quia insurgit cōmunis opi. q̃ ita sit, teste Dec.cons.42.col.9.post med.quid de cōfinibus agri,quomodo probentur?& dic,vt per Nat.cons.235.col. 9.& seq. cons. 314.col.2.Castr.in l.si in nomine C.de testam Paris.cons. 58. n.25.lib.3.Alex.d.l.si in nomine col.1.in fi.& licet instrumenta inter priuatos confecta nō probent confines:gl.fi.in l.cum aliquis C.de iur. delib.fallit tamen vbi agitur de probatione finium antiquorū.quia tunc probabunt, secundū Nat.d.consi.235.col.4.circa med.qua in materia finium antiquorum:vide Afflict.decis.23.83.& dic, q̃ confinia probantur etiam per verba enuntiatiua etiam propter aliud prolata, teste Abb. in c.cum olim n.14.de cens.& plura not.Dec.cons.146. post n. 14.vbi an &quomodo ex verbis enuntiationis probentur cōfines?cuius rei prac.docet idem Dec.cons.109.

CONFINES.

Summaria.

Triplex modus procedendi in iudicio quæstionum finalium.q.1.

Potestas in nouis terminis constituendis, aliisque quibusdam rebus pro arbitrio ordinandis, permissa iudici in iudicio fin.regundorum.ead.q.

In probandis finibus,maximè antiquis,exactam probationem non requiri.q.2.

Vbi res sunt multùm antiquæ, difficilem esse probationē. ead.q.in fi.

Vbi cadit difficultas probationis, admittuntur probationes minus integræ.ibid.

Tempus antiquum, aut antiquissimum in materia probationis,quando dicatur,ad hoc,vt imperfecta probatio in antiquis plenè probet.q.3.

Vitæ hominis longæuæ terminum, esse spacium 100.annorum,ead.q.circa fi.

An & quatenus plenè probentur confinia, dominium & possessio, per verba enūciatiua scripta inter alios, in pluribus instrumentis publicis antiquissimis.q.4.

Fines nouos probari per verba enūciatiua scripta in instrumentis.ead.q.

Iurisdictionem, eiusque fines probari per antiqua priuilegia.q.5.

Fines probari per catastum vnà cum solutiōe productum: secùs si scriptura catasti per se sine solutiōe producatur.q.6.

Catastum repertum apud personas egregias,iūctis aliis adminiculis idoneum esse ad probandos fines.ead.q.in fi.

Fines an & quatenus probari possint,ex scriptura & literis incisis in lapidibus terminorum.q.7.

Literis & scripturis. in lapidibus atque columnis, non minorem haberi fidem,quàm literis publicis.ead.q.

Fines limitatos, siue priuatarum rerum secularium vel ecclesiasticarum,siue publicarū rerum,aut dignitatum ecclesiasticarum & temporalium,nunquam præscribi posse.q.8.

Principes seculares malè facere,qui quotidiè aliorum territoria,cum graui animarum præiudicio occupent.ead.q.

Diuisionem regnorum, territoriorum & diœceseon spectare ad solum Papam vel principem: Eisque esse reseruata in signum vniuersalis iurisdictionis,& imperij.ead.q.

Commisso maleficio in confinio duarum ciuitatum,si dubitetur in vtrius territorio sit commissum, ad quem spectet cognitio.q.9.

Delictum in mari inter duas ciuitates æqualiter distantes, perpetratum,censetur in confinio vtriusque ciuitatis cōmuni,factum: Ideoque ad vtriusque pariter cognitionem pertinere.ead.q.

Tot videri delicta, quot sunt personæ offensæ: Ac vnumquemque posse agere insolidum.ead.q.

QVAESTIO I.

Quæro, Qualiter in iudicio finalium quæstionum procedatur?Resp,Abb.in c.ex literis.n.9.ext.de probat.Ponit vnam practicam siue modum procedendi,vt s.iudex primò cognoscat de possessione:secundò, de proprietate:tertiò, Agrimensorem mittat: quartò,per suam sententiam terminos statuat. Habet enim Iudex potestatem de nouo terminos statuendi, sed euidentiorib. signis, vt euitentur scandala & tollendo de fundo alterius, ac dando alteri, faciendo tamen ei pecuniam refundere.l.2.& 3.ff.fini.regund.

Alios duos modos tradit idem Abb.in c. quia indicante.n. 9.ext.de præsceri.Vnus est vt deposita querela iudex inquirat, quis possideat& quātum,deinde videat circa proprietatē q̃tū debeat quilibet habere,& hac informatione habita, vadat cū agrimēsorib.vel agrimēsorē mittat partibus citatis,ac iniungat,vt circa probationē habitā agrū mensuret,vnicuique assignādo quod suum est,& terminos figat,& postmodū pronūciet, illos obseruandos fore in futurum.hanc opinionē tenet Bald.l.si quis.n.2.C.fi.regun.Ang.§.quædā.n.12.Ias.n.78.Inst. de actio.Fel.d.c.quia indicāte.n.3.Hāc communem dicit esse & certiorem Hier.de Mont.tract.de finib.c.30.nu.6.Secūdus modus est vt iudex habita informatione, pronunciet terminos esse ponendos, secundum informationem vel probationem habitam.

QVAESTIO II.

Quæro,Qualis ꝓbatio requirat in probādis cōfinib.Resp. In probādis cōfinib.maximè antiquis exactam probationem nō requiri,ita tenet Corn.cōs.333.n.3.vol.1.Soc.cōs.86.n.4. vol.1.cōs.66.n.2.vol.2.vbi cōem asserit.Bertr.cons.171.n.5. vol.3.Bart.Chassanæ.cōs.15.n.18.Aym.Crauet.de antiq.tēp. 1.par.sect.viso.n.31.Paris.cōs.27.n.15.cōs.104.n.14.cōs.107. n.7.& 8.vol.1.cōs.68.& 69.n.5.vol.1.Rō pōt esse,qa,vbi res sunt multū antiquę,difficilis est ꝓbatio.&vbi cadit difficultas ꝓbatiōis,admittunt ꝓbatiōes min⁹ integræ.c.3.ext.de ꝓbat.

QVAESTIO III.

Sed hic quero.Quādo dicatur antiquum vel antiquissimū?

Variæ sunt opiniones,vna fuit Antonij de Butr.in c.veniens. el 1.de testibus.q̃ scilicet requiratur 40.annor. spacium,cum sequitur Barba.cons.17.incip.præclarè.col.26. volu.2. Bart. Chassanæ.cons.15.nu.19.

Alia fuit quorundam opinio tenentium,q̃ iudicis arbitrio relinquat.quando dicatur antiquum tempus in materia probationis.Eam opinionem tenet Host.cap.illud. de præsumptio.Alex.cons.4.& cons.187.volum.2.idem voluit Soc.consil.22.Matth.de Afflict.decis.84.nu.7.Ang.Inst.de vsucap. in princ.num.6.

Alia fuit opinio tenentium, q̃ requiratur tempus 100.annorum meram excedens.Inn.cap.veniens.ext.de verbo.sig.q̃ dicunt communem esse.Alex.& alij. l.cum aliquis. C.de iur. delib.Decis.Tholos.4.39. Alex.cons.7.incip.viso themate.in fi.vol.1.cons.83.incip.viso themate.n.9.vol.3.cons.104.n.8. &9.vol.7.Curt.Senior cons.83.n.24.Soc.cons.39.n.7.vol.1. Bertrand.cons.107.vol.1.cons.411.n.6.vol.eod.Carol.Ruin. cons.141.nu.2.& 18.cons.161.n.5.vol.5.cons.17.n.3.vol.3. Ias.cons.81.n.3.cons.104.n.6.vol.1.con.148.n.8.vol.4.Dec. c.cùm dilecti.n.18.de appel.cons.321.col.4.& cons.13.nu.8. vbi dicunt centum annorum spacium q̃ vitæ longæuæ hominis terminus est, requiri, vt imperfecta probatio in antiquis plenè probet.& ita communiter teneri. A qua opinione non est recedendum.Eam quoque tenet Hipp.l.de minore.§. plurium.n.65.ff.de quæst.Crauet.cons.146.incip.respondi.nu.3. vol.1.Limitatur hæc communis,vt per Crauet.de antiq.tempo.part.1.in prin.nu.5.

QVAESTIO IIII.

Quæro, Vtrum verba enunciatiua in pluribus instrumentis publicis antiquissimis inter alios scripta,plenè probent ꝓfinia,dominium & possessionem?Respon.Barto.l.cùm aliquis. C.de iure deliber. dicit confinia non probari per verba enuntiatiua scripta in instrumentis,veluti si in iis cōtinetur actum in tali loco,in domo talis,per hoc enim non probatur talē domum esse in tali plebanatu,vel secundum Pau.de Cast. ibi, & Abb.in cons.62.n.2.vol.2. inducerent tantum vehementem præsumptionem.

Contrariam opinionem,q̃ videlicet verba enunciatiua in plurib.instrumentis antiquissimis inter alios scripta,in quib. enunciatur, aliquem locum esse de iurisdictione vel diœcesi vel districtu,plenè probent non solùm confinia,sed etiam dominium & possessionem rerum particularium,notat gl.cap.si Papa.verb.prolata.de priuil.in 6.Abb.c.cùm olim.ibi gl.verb. instrumenta.de censib.c.super eodem.n.3.de paro.Ab.Feli.& Dec.ca.cùm causam.de probat.Barbat.cons.17.incip.præclarè.col.22.26.cons.6.vol.2.& c.ex literis. in fi.de proba.Guid. Pap.in cons.88.n.2.Corn.cons.333.incip.cap.n.9.vol.1.Soc. cons.65.nu.7.& cons.88.& cons.166.vol.1.Ias.cons.81.n.2. cons.114.n.5.vol.1.Dec.cons.42.nu.7.cons.428.n.26.vol.1. Aym.Crauet.cons.54.incip.quæritur.nu.11.vol.1.& in tract. de antiq.temp.part.1.in prin.n.7.Paris.de Put.cap.quia in materia.de finib.feud.Bald.d.l.cùm aliquis.quem sequuntur Salyc.Alex.Ias.l.admonendi.n.244.ff.de iureiur.Soc.cons.187. n.5.vol.2.Hiero.de Mont.tit.de finib.vbi communem asserit post Aym.Crauet. vbi sup.cap.60.n.3. & limitat hanc communem,vt non procedat, quando agitur de probandis confinibus nouis,quo casu vera est, & saluatur opinio Bart. ita tenet Alex.Bald.Salyc.& Ias.d.l.cùm aliquis.Ias.cons.65.num. 1.vol.3.

QVAESTIO V.

Quæro, An priuilegia antiqua probent iurisdictionem & eius fines?Resp.Bald.Rub.C.de emptio.& vend.tenet,q̃ sic.Idem voluit Soc.cons.187.n.6.vol.2.& Aret.cons.42.in prin. vbi dicit omnes Doct.communiter ita tenere,& dicit,q̃ præsumptio & probatio resultabit,vt quicquid in antiquo priuilegio continetur,sit de finibus illius cuius sunt fines in illo descripti.

QVAESTIO VI.

Quæro,Vtrum catastum probet confinia?Resp.in hac q.distinguitur.Aut catastum producitur vnà cùm solutione,& facit probationem, quia per impositionem census & collectarum deprehēditur, q̃ locus soluens collectas sit de territorio illius loci,cui soluitur. Ita tenet Alex.cons.35.incip.viso processu.nu.4.vol.4.Bald.l.3. C.de nat.liber.arg.tex.Corn.cons. 333.vol.1.nu.6.Aut catastum de per se producitur sine solutione,& non probat.Fel.c.cùm causam.n.2.extr.de prob.Aymo.Crauet.de antiq.temp.1.part.sect.quartò limitatur.n.71. & q̃ catastum non probet de per se dominium, vel possessionem contra eos,qui scripturæ catasti non consenserunt,neq; interfuerunt,tenet Bald.l.si pater.C.de actio.empt. & in l.solennibus.C.de rei vend.Alex.cons.62.n.16.vol.7.cons.77.incip.viso processu.n.11.vol.6.Lanfranc.cap.quoniam contra. verb.testium.n.165.de probat.Et hanc esse communem opinionem attestatur Paris.cons.104.in fi.vol.1.& Roman.consil.275.Barbat.tamen dicit, catastum siue æstimū, si fuerit repertum apud egregias personas,iunctis aliis adminiculis,probare confines.cons.17.vol.2.& cons.6.vol.eodem.

QVAESTIO VII.

Quæro, Vtrum literæ in lapidib. terminorum scriptæ probent confinia?Resp.Fel.in c.cùm causam.ext.de prob.n. 8.& 27. dicit, q̃ tales scripturæ in lapidibus sculptæ non probent, sed adminiculentur,vbi agitur de graui præiudicio,dato q̃ essemus in facto antiquissimo,& ita Doct.communiter tenere. Idem voluit Abb.cap.cùm causam.n.1. vbi dicit q̃ scripturæ in columna vel lapide credatur,& facere probationem plenā in iis,quæ non tendunt in alicuius,præiudicium, in aliis verò adminiculari secundum loci qualitatem, vbi reperiuntur & secundum præiudicij quantitatem.

contrariam partem, q̃ scilicet ita credatur scripturis in lapidibus,sicut scripturis publicis,& q̃ confinia per eas probentur,tenet Guid.Papæ q.193.in verb.sexto.Paul.de Castr.l.si à furioso.in fi.C.de testam.Corn.cons.171.inci.videtur in hoc. n.10.vol.1.cōs.333.n.5.eo.vol.cons.162.n.6.vol.3.Laurent. Calca.cons.9.num.7.Et hæc mihi verior videtur,quia ex quo in lapidibus terminorum scriptura reperitur,&ita ordinatum esse præsumitur.

QVAESTIO VIII.

Quæro,An fines præscribantur?Resp. Quòd fines si sint limitati,siue priuatarum rerum,secularium vel Ecclesiarum, siue publicarum rerum aut dignitatum Ecclesiasticarum & tēporalium,nunquam præscribi possint.Ita tenet Ab.in c.super eo.in fin.de paroc.vbi subdit,principes seculares malè facere, qui quotidiè aliorum territoria cum graui animarum præiudicio,occupant.Idem tenet Card.Zab.cle.parochialis. ver.vt illud.nu.4.de re iud.Ias.§.quædam actiones.38. Inst.de actio. Paris de Put.c.at si fines.n.9.de finib.feud.Io.Lecirier tract.de primog.q.4.n.2.lib.2.tom.7. Laur.Calcan.consil.in cons.90. inci.quia ista quæstio.n.6.vbi dicit,q̃ id ideò, quia diuisio regnorum,territoriorum,& diœcesium spectat ad solum Papā vel principem, & eis sunt reseruata in signum vniuersalis iurisdictionis, imperij & actus. Ideoque priuatorum possessio nihil operatur contra illud, quod statutum & ordinatum à principe fuit, & contra illud præscribi non poterit. Eandem opin.tenet Guid.Pap.cons.88.num. 5.vbi dicit Doctor.communiter in ea residere sententia.

QVAESTIO IX.

Quæro, Si maleficium sit commissum inter duarum ciuitatum confines,& dubitatur in cuius territorium sit commissum,ad quem spectet cognitio?Resp.Bart.in tract.de iurisdic. omn.iud.nu. 14.tenet,q̃ ratione dubij, vtriusque ciuitatis rector procedere poterit. Idem tenet ipse Bart.in l.iurisperitos. §.cùm oriun.ius.n.2.ff.de excus.tut.Maria.Soc.eandem tenet opin.vbi dicit ita communiter obseruari,in c.postulasti. vers. circa septimum.ext.de for.comp.Idem in simili tenet Cæpo. in tract.de seruit.rust.prę.d.in tit.de mari.c.26.n.20.vbi si delictum erit perpetratum in mari, inter duas ciuitates æquè distantes,dicitur perpetratum in confinio, quod est commune vtriusque ciuitatis,ideò ad vtramque pariter spectabit cognitio.Ratio potest esse,quia quando ex delicto perpetrato resultat offensa in plures,tunc tot sunt delicta quot sunt personæ offensæ: & quisque poterit agere insolidum. ita dicit Aret. in cons.58.num.2. Michael Graff.

Confinia duarum ciuitatum si tangat maleficium, quis sit iudex.scribit Alb.in l.iurisperitos.§.1.ff.de excus.tut. Ab.c.fi. col.2.de for.comp.Soc.in c.postulasti.n.7.e.ti. Bart.& Alb.in l.fi.ff.de iur.om.iud. Quid de domo sita inter duas parochias? dic vt per Ruin.cons.59.n.10.lib.3.Et quando est incertitudo confinium,quis sit iudex,vide Ant.Butr.& Host. in c.sanè.de for.com.Et quando est maleficium perpetratum in confinib. duarum ciuitatum quis cognoscere debeat:notat Cepol.tit.de seruit.viæ.col.9.q.18.Qui.l.de gabella posita in confinio duarum ciuitatum,qualiter exigi debeat,vide Bald.in l.pen.C.de cond.insert.Quib.adde,Ang.in l.sanè.in fi.ff.de iniur.vbi q̃ si inter duas ciuitates æquè distantes committatur delictum in mari, tunc dicitur commissum in confinio quod est commune vtrique ciuitati: & sic pertinet cognitio vtrique:& per prę uentionem personalem dicetur prouenta cognitio.Butr.d.c. sanè.ver.quero quid.de fo.com.vbi dicit q̃ si est tale dubiū, iudex potest cognoscere an sua sit iurisdictio. Et quis habeat inten

intentionem fundatum in his quæ sunt in confinibus, vide Dec.conf.271.Bart.& Albe.in l.de iure.ff.ad municip. Put.

Confines seu qualitates duæ tantum verificatæ identitatẽ probant, secundum communem per Bursat.conf.80.num.3. lib.1.ex communi doct.Bart.in l.demonstratio.q.7.ff. de condit.& demonstr.

confinia duo probant identitatem, teste Alc.conf.133.colum.3.nu.5.lib.1. & satis est ꝙ per duas demonstrationes habeant limitem, l.forma in prin.de cens.Bar.in l. demonstratio falsa q.7.de cond.& demon.gl.d.l.forma ver.vicinos Bar.in l. cum pater §.fi.de leg.2.vbi ꝙ venditio fundi valet: quando est certus, licet fines omittantur notario, quod nota, quia euenit casus, in quo maritus recognouit mille ab vxore pro dote, itẽ iugera.29.& tanta quanta sunt, sita infinibus taurini, sub earũ cohereñ quæ ibi per expressis habeantur, vxore peteñ iugera pdicta: hæres dixit non teneri quia non constat maritum hr̃e aliqua prædia in agro taur. in qua q.post plura, dictum fuit, eã decidi posse ex dictis Suarez.lib.com.opi.ver.legatum, Mayner.in l.semper in obscuris n.9.de reg.iu.villal.inter com.opi. lib.ver.legatum vbiꝙ legata domo, si nullam testator habeat: legatũ est elusoriũ, in principali aũt materia probationis cõfinium: vide Alex.conf.89.n.6.conf.159.col.2.lib.5.Paris.consil.104.lib.1.quid de identitate, & quomodo ea probetur, vide sing.pract.quam docet Castr.in l.1.C.si vnus ex plus app.

confirmatio Donat.in coniug.quæ fit per mortem donantis, retrotrahitur ad tempus donationis factæ quo ad fructus perceptos, sed non respectu dominij.comm.dicit.Clar. §.donatio.q.9.ver.sed quæro. Pius Fich.

confirmatio etsi facta ex certa scientia, non censentur confirmatum inualidum cum præiudicio tertij. Ioan. de Ripa de legib.lib.1.respon.2.nu.6.communem dicit. B.Villal.

confirmatio. Vide quæ scribit Bart.vbi doct.in apost.in l.1. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Quid de cõfirmatione quam facit princeps iurando? dic ꝙ tale iuramentum porrigitur ad licita, & ad ea extenditur. Abb.in c.prout nobis.col.2.de dol. & contu. Et confirmatio principis ex certa scientia, & plenitudine potestatis, non solum corroborat actum confirmatum, sed vlterius se extendit. Ruin.conf.109.n.6.lib.4. Et clausula non obstante, an porrigatur ad ea quæ sunt valida. & plura de ipsa clausula, vide per Fel. in causam quæ.col.12. de rescript. Et de confirmatione cum aliqua reseruatione vide Ang.in l. omnes.C.de præscript.30.vel 40.ann.Bald.in l.fi.C. de temp. appel. Put.

confiscari debent omnia bona rei committentis delictum læsæ maiestatis, ac capite puniri. l.quisquis.C.ad legẽ Iul.maiesta.& hoc iure communiter hodie vtimur, & sic in crimine isto læsæ maiestatis contra principem, vel rempublicam bona confiscantur, publicanturque ac etiam in crimine hæresis, & ita seruat consuetudo, & communiter totus mundus, secundum Alber.in tract.statutorum.q.18.n.6.3.par.& Cæpollam conf.17.n.34.& hoc quoque firmat Bald.in c.1.de pace tenẽda in vsib.feu. vbi scribit istam esse communem opinionem, & in l.si quis nummus, C.de fals.monet.Saly.in l.1.eod.tit.& Cæpol.in d.conf.17.n.35.& Hiero.Gigas, in tract. de crimine læsæ maiesta.in rub.de pœnis committen.crimen.læsæ maiestatis, lib.2.q.1.n.1.cum aliis seq.vbi ponit nõnullas alias pœnas, quæ apud veteres diuersimodè imponebantur reis inquisitis, & conuictis de hoc crimine læsæ maiestatis & aduerte qđ tam bona rebellis prædicti, quàm hæretici non confiscantur ipso iure, & per consequens feudo, & aliis eorum bonis non priuantur ipso iure, sed debet necessariò interponi seu expectari sententia, & ea lata bona sunt ipso iure confiscata, d.l.quisquis & tenuit Dy.Bart.& Alberi.in l.1.§.an bona.ff.de iure fisci, Bald.in tract.feudorum, n.45.Cagnol.in l.ea sola deportationis sententia.n.5.ff.de reg.iur. & ita voluit ꝯsulendo Cardina.conf.128.& Boer.decis.264.nu.11.& ista est communis opi.vt constat ex congestis per Gigan.in d.trac.q.25.in regno verò isto committens crimen læsæ maiestatis ipso iure amittit dominium, possessionemque feudi, ac aliorum bonorum nulla interueniente apprehensione vigore constitutionis ipsius regni incipien.contingit, & cap.inchoantis iustitiario terræ Hidruntij, & ca.bona proditorum, teste Afflict.in c.1.§.sed nec alia, n.107.in tit.quæ fuerit in prima causa beneficij amit. quamuis additionator. in d.ca.iustitiario, in vers.applicentur, & ipsemet Affli.in d.constitutione contingit, intelligant iura præmissa regni procedere, ꝙ executio fieri nequeat super bonis ipso iure ad fiscum deuolutis per rebellionẽ commissam ex abrupto, sed debet expectari declaratio, & sententia condemnatoria, & istum fore verum sensum & intellectum dictorum iurium omnibus rectè tuẽtibus exploratum erit, imò in cõsulendo, iudicandoque casu eueniente semper per dicta regni iura per rationes euidentissimas hic non positas cõcluderem fore necessariam sententiam ante confiscationem faciendam bonorum rebellis, & nota similiter ad præmissorum declarationem, ꝙ hodie bona damnatorum non confiscãtur, nisi in crimine læsæ maiestatis, per tex.celebrẽ, & expressum, in authentica bona damnatorum, C. de bonis damnatorum, sed ascendentibus, vel descendentib. & à latere prouenientibus deferuntur, seu reseruantur, nihilominus per authen.bona, non corrigitur auth.incestas nuptias C.de incestis nup.disponens confiscationem bonorum fieri debere ipso iure aduersus contrahentem matrimonium scienter in gradu prohibito, secundum gl.Bart.& Ang.in authentica nouo iure, C.de pœ.qui male iudi.Cy.Pet.de Bellapert.& Alberi. in dicta authentica bona damnatorum & in d.tract.statutorum, 3.part. q.18.in prin.Iacob.de Beluisu, in §.1.in authentica, de incest. nuptiis, Areti.in tract.malefic.in ver.bona publicamus, And. de Isern.& Bald.in c.vno.quæ sint regalia, & Mart. Lauden.in tractat.de fisco.§.5.& Boerius, post alios congestos, per eum, in d.decis.274.numer.15.cum aliis sequentibus.vbi recitat istam esse communem opinionem, & confiscatio bonorum fit ipso iure, etiam in 250.casibus positis, ac relatis per Ludouicum Cressolem, in tract.in quibus casib.iure ciuili omnium bonorum, vel partis publicatio sit indicta, recensuit s.citatos casus. Cæterùm communis in principio præmissa interpretatur vtiliter nõ habere locum in feudo rebellis confiscato, qđ ob crimen læsæ maiestatis patratum cõfiscari non potest, nec debet fisco applicari in preiudicium domini directi, secũdum Bart.in l.si finita.§.si de vectigalib.ff.de dam.inf.in 2.q. & in §.1.in auth.de non alie.aut permutan.rebus ecclesiæ, Bal.in l.1. C.de bonis libert.Fabrum, in d.auth.bona.q.pen. Cæpol.cõsi.80.Baldus, & Alua.in c.1.§.illud de prohibita feudo.aliena. per Federicũ & Iacobum de sancto Georgio.in q. feud.q.28. Io.And.in c.quibusdam.de pœnis.in 6. Alberi. in authẽtica si verò, C.de hæret.Alex.conf.88.vol.4.Marti.Lauden.in d.tracta.de fisco.q.263.& in tract.de criminalib.læsæ maiestatis q.15.& ista est communis opi.secundum Imol.Roma.& Alex. in d.§.si de vectigalibus, & Boer.in d.decis.264.nu.7.& seq.In contrariam verò partem inclinauerunt multi Doct.relati per Boerium in d. decis. quorum opiniones concordare nititur Hieronymus Gigas, in d.rub.sui tract. est crimina. læsæ maiestatis, q.5.nu.1.cum aliis seq. F.Viuius.

confiscari potest legitima filij, stante statuto super hoc, quod statutum valet. & patet cogitur omnino d. legitimam soluere, vt est magis communis opinio. quæ ita semper in practica obseruatur. decisione Perusi.11. numer.26. aduentitia autem bona filij non confiscantur, vt est communis opinio, de qua Clarus.quæst.78.versicul.sed in aduentitiis. Etiam in terminis statutis Ferr.sub rubric. Pœna filij familiàs homicidium, vel furtum committentis.lib.3.inibi & ad bonorum suorum confiscationem, quæ verba non verificantur in aduentitiis, vt pulcherrimè per Plotum in consil. 130. inter consilia criminalia. Tomo primo. numer.55. & pluribus sequentibus. & est communis opinio, vt ibi per eum. numer. 59.vide Arium Pinellum in suo de bonis maternis. in rubric. in prima parte.numer.3. & numer.26. fol.50. Nam dicuntur bona, quæ beant & pro sunt, & sunt in patrimonio. l. bonorum appellatione. ff. de verborum significatio vide ad propositum. Albericum in qq. ad statuta.parte tertia. quæstione decimaseptima. numero octauo. Nam à verborum propria significatione non est recedendum in statuto. idem Albericus in qq.ad statu.libr.1.quæstione centesima quadragesima. & not.quòd duplex est confiscatio.ordinaria, & extraordinaria.de quibus Alberic.in dictis quæstionibus ad statuta. quæstione decimaoctaua. nu.8. libro 3. vide omnino.vide etiam omnino Riminald.in consilio centesimo trigesimosexto.numero decimotertio. & numero decimooctauo. & consilio 243.per totum. & ibi.numero sexagesimoprimo. dicit quòd confiscatio non operatur, nisi vt nunc inspecto statuto temporis ipsius confiscationis. & bona filij non possunt alienari viuente patre, ergo nec confiscari. Et illud consilium Riminaldi fuit factum in fauorem olim comitis Pauli Comestabilis, vel Contestabilis, seu vulgo Costabilis Ferrariensis nobilissimi. & ibi Riminald.nu.37.& seq. allegat Bart.hoc expressè dicentem. in patre vsufructuario, & ibi vide etiam per Apostillantes litera F.& quę in bonis tempore delicti non sunt, non veniunt in confiscatione.Menoch.conf.101.nu.13. nec veniunt in confiscatione bona futura. idem Menoch. fusius. ibi.n.24.vt est communis opi. de qua etiam Neuiza conf.73. num.10.& in dubio contra fiscum est pronunciandum.vt ibi

per Neuiz

per Neuiza.n.12.& in sylua nuptiali.lib.6.quomodo in dubio sit pronũciandum.& inde D.Iac.Riminal.inter conf.diuersorum, conf.100.lib.1.in criminalib.& vide Gomez.in Epit.delictorum, c.vlt.col.3.n.2.ver.ex quo notabiliter infertur.vide omnino Bart.in l.si finita.§.si de vectigalibus.q.6.nu.12.ff.de damno infecto.vbi & Alex.& cæteri maximè per Cast.in d.§.si de vectigalib.nu.7.rõem assignàuit in l.seruum filij.in prin.n.6.& seq.ff.de leg.1.vide omnino.Non obstat quædam oppositio, ex verbis statuti. Quia statuta tantum disponunt, quã tum loquuntur, & statuta tantum disponunt quantum determinant, & prout iacent. Riminaldus nouissimus.conf.16.nu.35.& loquitur statutum de bonis, quæ effectualiter sunt sua ipsius filiifamiliàs, vt per Riminal.seniorem.vbi s. Item bona condemnati ad mortem non videntur confiscata tacitè, nisi statutum disponat, ꝙ confiscẽtur, plura Firmanus in reperto. ver.bona cõfiscata.ver.23.& bona homicidæ intra quinque annos sunt confiscanda.Ang.in l.in cognitione.ff.ad syllanianum, Item statutum recipit ad interpretationem passiuam à iure communi.l.2.C.de noxa.c.cum dilectus.de consuetu.vnde intelligi debet de bonis filij, quæ confiscari possunt, & non de aduentitiis, quæ confiscari nequeunt de iure cõi. Item facit, quia ad fiscum non transeunt, quæ de iure speciali competunt filio, & sic ex priuilegio sed bona aduentitia competunt filio ex priuilegio, vt per Doct.allegat.ergo non possunt cõfiscari.quia licet bona damnatorum perueniant ad fiscum.l.fin. C.de bonis damnatorum, hoc tamen est verum, quando bona sunt sua, secundum communis iuris obseruantiam, sed bona nõ applicantur fisco, quę sunt damnati ex priuilegio, vt est castrense peculium, & non aduentitium, quod est concessum contrra iuris communis obseruantiam, ideò non cõfiscatur. ita Ruinus consil.23.num.17.in 5.volum.quod consilium etiam ipse Rui. fecit pro suprascripto comite paulo Costabili. Bonacoss.

Confiscari non possunt nec debent bona à testatore prohibita alienari, præsertim in fiscum, vt est communis opi.Thobias Nonius conf.97.n.1.cum seq.Secus in tacita prohibitione à lege tacitè prohibita Riminaldus nouissimus in cõs.20. nu.21.communem dicit. Bonacoss.

confiscari nequeunt bona alicuius, q habet quatuor filios, sed ex principis indulgentia debent remanere apud filios, vt est tex.expressus in l.cum ratio.§.si plures.& ibi gl.ff.de bonis damnato.& ita hodie intelligenda sunt statuta.& cõstitutiones, quæ inducunt bona confiscari.& consuetudo dictans hodie delinquentium bona publicãda esse, recipiunt hanc interpretationem, vt per Thobiam Nonium in con.97.n.8.& seq. Bonacoss.

confiscari non potest emphyteusis cõcessa à priuato.ea cõditione & lege, ꝙ non transeat ad extraneum hæredem, dato, ꝙ bona sint confiscata emphyteutæ, vt est communis opi.de qua Ber.Diaz.in pract.cano.c.124.Moronus de fide, treuga. & pace.q.25.in fi. Bonacoss.

confiscari non potest nauis, si merses prohibitæ deferantur in naui inscio domino nauis, vt est communis opi. de qua D. Iosephus Ludouic.decis.Perus.31.nu.7. Bonacoss.

confiscari nequeunt bona ecclesiastica in ciuitate Ferrarię, non obstante illustrissimi & excellentissimi Ducis Ferrariæ decreto.vt ita consuluit Rui.in conf.23.& conf.25.ad fi.in 5. vol.& conf.109.n.33.in 3.vol. vbi respondet literis ducalib. & dici ꝙ non valent, ex quo redundant in præiudicium ecclesiæ.vide Bal.in conf.284.per totum.in 1.vol.& ista est cõmunis opi.de qua.Ruini.d.conf.161.in 1.vol.Soc.conf.191.nu.18.lib.4.vide Iul.Clar.in §.emphyteusis.n.29.Riminal.in cõsil.243.n.85.& seq.in 2.vol.vbi pro Comite Paulo Costabili. Moro.de fide, treuga & pace.q.25.in fi. Similiter bona feudalia in fiscum non transferuntur secundum dispositionem, statuti ferrariensis. Et idem est de iure communi, vt per Dec.cõsil.442.n.29.vbi signanter de statuto Ferrariensi meminit. Et idem in bonis emphyteuticis dicit quæ nõ transeunt in fiscũ facta publicatione bonorum, si sit talis, quæ non transeat in extraneos, vt ibi latissimè per eum, quæ applicat ad suprascripta. Bonacoss.

confiscari non possunt bona condemnati ad mortem, non ex forma iuris cõmunis, sed ex dispositione statuti, vt est communis opi.de qua Alex.in l.si is qui.nu.8. C.qui testa.fac.possunt & ideo reus testari potest, & si non testatur bona sua perueniunt ad succedentes ab intestato.fallit, vt ibi per eum. Si tamen statutum diceret, ꝙ bannitus posset impunè offendi posset depredari, & bona efficerẽtur occupantis, aut alterius qui primò occuparet. Alex.in l.j.in fi.C.de hære.instituen. Bonac.

confiscari non debent, nec possunt bona fideicõmisso subiecta, & alieni prohibita, nec potest fiscus etiã in his. viuo reo consequi vsum fructum, nec trebellianicam, vel legitimam. Si testator prohibuit diuisionem vsque ad 30. annos, & interim cõmissum sit delictum, vt est communis opi.de qua Gabriellius in conf.184.nu.3.& seq. Bonacoss.

Confiscatis bonis filii, non intelliguntur publicata bona aduentitia, ratione vsusfructus ad partem pertinentia, communis est opi.decis.pedemon.94.nu.1. Bonacoss.

confiscari non possunt bona mariti, de quibus fecit donationem causa mortis vxori, si propter delictum sit in bãno positus. Marsil.sing.316. Bonacoss.

confiscatis vxoris bonis, & ipsius dos proscribitur, at cõfiscatis mariti bonis secùs lõgè est, vt recepta axiomata effantur Aegid.Bossius in pract.tit.de bonorum publ.n.73.& n.75.ac Iul.Clar.pract.q.78. vers.quæro si bona. E.Suarez.

confiscatis bonis vasalli, non intelligitur confiscatum feudum. Est magis communis opi.secun.Curt.iun.in conf.4.sup vol.1.post Alex.in l.si finita.§.si de vectigal.ff.de dam.infect.

Fallit vbi tale feudũ esset etiam ad extraneos hæredes transitorium, ex forma concessionis, vel aliter secun.Cur.ibidem. M.Chærian.

confiscatis bonis, nõ censetur confiscata emphyteusis, quę nõ transit ad extraneos hæredes, Turza.cõi opi.147.cõem dicit: Nec bona fideicommisso subiecta.vt ibi. Bonacoss.

confiscatis oĩb.bonis rebellis ob crimen læsæ maiestatis ab eo cõmissum, vtiq; in ista generali cõfiscatione bonorũ non venit iuspatronatus, & sic in iurepatronatus isto nõ succedit fiscus, sed trãsit in hæredes cõdemnati, qui præsentare pñt bñficium patronale in casu præsenti, sicut præsentare poterat cõdẽnatus ante cõdemnationẽ, sm gl.in c.satis peruersum, 50. dist.& in cle.pastoralis, in ver.subiectæ, de re iud.Archid.in c. filiis.16.q.7 Præpos.in c.1.10.dist.Butr.& Doct. omnes, in d. clem.pastoralis, Card.in clem.si plures.de iure patro.& in cle. 1.de exces.præl.Fel.& And.Pomum, in c.quãto de re iud.Ancha.in c.fœlicis, in 10.nota.de pœnit.in 6.Collect.in c.fi.de iurepatro.Bart.in extrauag.ad reprimen.in ver.rebellando, Ange.in tract.maleficio.in vers.& eius bona publicamus, in ver. & nota ꝙ facta, n.15.Affli.in c.vnico, §.ex ead.lege, n.9.in tit. de lege Corrad.in vsib.feu.Alberi.in tract.statuto.par.3.q.6. n.17.Nellũ, in tract.bãnitor.in 1.par.q.32. And.de Iser.euangelistã in regno Neap.in c.licet.in tit.si de feu.fuer. cõtro.inter dominum, & agn.& istorũ opinionẽ dicit æquiorẽ Curt. in tract.de iure patro.in ver.ipse vel is, q.29.& cõem esse fateatur Hier.Gigas, in tract.de crimine læsæ maiestatis, in rubr.de pœnis commit.crim.læsæ maiest.lib.2.q.4.& sm cõem istam consuluerunt Soc.iun.conf.51.requisitus à magnifico.vol.2. Mãtua.conf.5.& Hiero.Gigas, in d.q.4.quorũ qdẽ cõsiliorũ, & præmissarũ authoritatũ Doct. vigore determinauit casum hũc illustriss.Dñium Venetiarũ, teste Gig.in loco præcitat. In ꝯriam verò partẽ inclinarũt, videlicet, ꝙ iuspatronat⁹ trãseat in fiscũ facta gñali ꝯfiscatione bonorũ, gl.in d.c.filiis.Io.And. & Abb.in c.nobis.de iurepatr.& idẽ Abb.in d.c.quãto, cũ aliqb.aliis Doct.tñ veritatẽ ipsam habẽdo ante oculos, & institutũ meũ solitũ sectãdo amplector primã sñiam negatiuã, tanq̃ magis piã, magísque canonicã, ac frequẽtiori calculo à Doc. vtriusq; cẽsuræ approbatã, et eò libẽtius inhæsi cõi ipsi, quanto opi.Gl.Io.And.& sequaciũ cõcordari põt cũ dicta cõi, put ad facilẽ cõsonãtiam opiniones istas reduxerũt Curt.in d. q. 29.Soc.in alleg.cõs.51.n.6.& Gigas, in d.q.4.n.4.& seq. F.Vi.

confiscatio bonorum non proscribit: bona futura, vel conditionalia.commune aiũt latè Iason in l. si stipulatus fuerim. §.cum stipulamur.num.6.ff.de verb.oblig.Anton.Gomez.de delict.cap.vltim.num.1.& 2.insignis Pinelus in rubricæ princip.num.3.C.de bon.matern.vbi iidem frequenter receptum aiunt. secùs omninò futurũ in bonis ex conditionali contractu prouenturis, quin ea solum defert in fiscum hæc bonorum confiscatio, quæ in heredes extraneos alioquin transitura erant.commune aiunt Alc. conf.522.num.6. Iul.Clar.qui hac de materia latissimè disserit in pract.§.vlt.q.78. ver.nunc videamus.cum sequentibus. & vide s.versic. bonorum confiscatio. E.Suarez.

confiscatio bonorum contra filium famil.decreta.nec bona profectitia, nec aduentitia, nec castrentia inanit, vt communia attestatur Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.78. versic.præterea quæro.cum seq. E.Suarez.

Confiscatio bonorum, & bona in alia ditione posita diuexat: vt frequenter interpretibus placitum effatur, ac rectè explicat Iul. Clar. in præd. quæstio. 73. versicul. sed hic quæro. post Brun.consil.feud.31. numer.15. Roland.à Valle consil. 78.numer.14.libr.2. E.Suarez.

Confisc

Cõfiscatio an trahatur ad bona quæsita, vel delata post sententiam vel confiscationem vide Dec. cons.235.& 438.Bart. in l.si qua.ff.de his qui sunt sui &c.& in l.4.C.de iur.fisc.lib.x. in l. 1.ff.de bon.damnat.text. in l.si mandauero.§.is cuius. ff. mand. Et an publicatis bonis veniant legata conditionalia, vide Bart.in l.quod traditum ff.de condit. & demonst. Et dic q̃ non veniunt hæreditates delatæ & non aditæ.Dec.cons.446. num.66. Grammat.cons.7. vbi videtur concludere quòd veniant futura. Put.

confiscatio bonorum non venit quoties condemnatur ad mortem aliquis, cuius bona ex iure communi, vel statutario non confiscantur, vt fur.communis est opin.Clar. quæst. 78. Bonacoss.

confiscatio bonorum fit multis in casibus prout in crimine læsæ maiestatis, communis est opi.Clar.q.78.ver.multa autem.item homicidij, hæresis falsæ monetæ, in crimine apostasiæ, si non habet filios, vel cognatos.Clar.ibi.in ver. apostata. & ibi quid sit apostata. item in crimine primipilatus. Abb. in c.ex literis.n.2.de pign.& quilibet iudex potest imponere pœnam confiscationis pro delicto à lege tacitè, vel expressè appositam.Sed si præter legem soli magistratus, alias non, communis est opi.Clar.ibi.ver.quæro nunquid. Bonacoss.

confiscatio bonorum non proscribit bona futura, vel conditionalia.Soarez in ver.cõfiscatio.n.263.vbi latius.Secus est in bonis ex cõditionali contractu prouenturis, quia solum fisco deferuntur illa bona, quæ in hæredes extraneos erant trãsitoria, vt est communis opinio. ibi. numero 264. & 265. Bonacoss.

confiscatio bonorum filiifamiliàs, non cõprehendit aduentitia, profectitia, nec castrensia, vt est communis opin.Soarez ver.confiscatio.nu.266. Bonacoss.

cõfiscatio omnium bonorum rei, etiam bona in alia ditione comprehendit, vt est communis opi.Soarez in ver.confiscatio.nu.267. Bonacoss.

cõfiscatio facienda de bonis delinquentis, nõ veniunt nec comprehẽduntur in publicatione peculia aduẽtitia filiorum familiarum, vt est communis opi.de qua Parisi.cons.157.n.1. in 4.vol. Bonacoss.

confiscatio non trahitur ad bona subiecta fideicommisso, & sic prohibita alienari, secundum veriorem sntiam per Rol. cons.1.nu.44.lib.3.post Alex.cons.23.lib. 1.doc.in l.filiusfamil.§.diui.de leg. 1.Boff.tit.de pub.bon.n.38.nec ad futura, teste Boer.cons.1.nu.4.& seq.vbi declarat.

confiscatio publicatis bonis vassalli non venit feudum, secundum communem per Rol.cons.29.n.8.n.14.n.16.lib.3.q̃ limita, vt per eum ibi n.17.non procedere in bonis feudalib. transitoriis ad hæredem extraneum, ex quo de talibus bonis iudicatur, vt de alia re hæreditatia.Quid de emphyteusi priuata: an veniat in confiscatione bonorum? & dic, q̃ non, vt per Rol.d.cons.n.18.& n.19.vbi q̃ iura quæ non transeunt in extraneum hæredem: non transeunt in fiscum, de quo vide quæ latius not.Bar.& alij in l.si finita.§.de vectigalibus.ff. de dam. infect. si grauatus per fideicommissum delinquat: bona eius non confiscantur fauore fideicommissarij, secundum Alex. cons. 23.lib. 1.Alc.cons.67.tomo.3.l.fi.C.de immun.nem.cõced.lib.10.Hypol.cons.84.180.Rom.cons.195.

confiscatio.immobilia existẽtia in dominio, vel iurisdictione separata ab illis, vbi fit confiscatio bonorum, non confiscãtur, nec domino loci vbi fit publicatio, nec domino proprio, nisi in quibusdam casibus. secundum communem per Bursa. cons.122.n.4.lib.1.post Bar.& communiter doc.in l.cunctos populos.col.fi.c.de summa trin.

morieñ patre banniti, cuius bona sunt confiscata, non succedit fiscus, sed sequens in gradu, secundum Gull.de Cun. & Bar.per illum tex.in l.si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alien.iur.Castr.cons.212.lib.2.Adde quæ scribit Boer. cons. 1. vbi plura de doc.Bar.in d.l.si qua pœna.

Iurisdictiones quãdo sunt separate, & distinctæ burse fiscales: si fit bonorum publicatio. de iure communi quilibet locus habebit bona sita in suo territorio, secundum cõem per Rol.cons.75.nu.8.lib.3.post Guid.pap.q.76.Aym.cons.128. col.pen.ver.2.respondeo.Nat.cons.580.nu.16.

congregare & conuocare licèt affines & amicos pro eius defensione, vt est communis opi.de qua Cur.iun.in cons.235. nu.4.& seq.in 3.vol. Bonacoss.

cõgrui retractus ius odiosum proindeque restringendum esse, multos & numero, & ætate, & auctoritate superiores asserere dicit Andr.Tiraq.in præfa.lib.1.Retract.nu.58. I.Fich.

coniecturæ debent esse sufficientes, & quæ ex ipso testamẽto colligi possint, si velimus dicere testatorem ita verisimiliter voluisse.comm.dicit I.Clar.§.testamentum.q.78.in princ. P.Fich.

coniuges, Maritus & vxor, testari possunt in eadem scriptura: & membrana.Communiter tenent omnes Doct.in l.licet. C.de pact.Et communem dicit etiam Nicola.Bello. cons. 85. n.9.vltimò tamen superstes semper potest alterare suum testamentum. nihilominus enim duo esse testamenta censentur. arg.l.eo quod.ff.si cert. peta. Et quilibet intelligitur loqui de suis bonis & iure suo discretiuè.l.qui tabernas.ff.de contrah. empt.l.serui electione.§. cum fundus. de legat. 1. cum nemo possit alteri testari.l.captatorias.ff. de hæred.instit.Et pro hac opinione consuluit in terminis Old.cons.174. I.Fich.

coniuges sibi mutuò succedunt in quartam hæreditatis partem, si superstites liberi numerum ternarium non egrediãtur: aliàs in virilem portionem vel intestato, vel defuncti spontè, vel eius in gratiis admittentur. commune inquiunt Corn. cõsi.4.libr.4.Soc.cons.121.li.4.intellige tamen hoc processurũ, si aut nulla dos dicta eorum matrimonio sit, aut tam exigua, vt inde sese vxor alere non posset. commune ponit Viuius libr. 1.opinio vltim.cum Barba.cons.74.lib.4. E.Suarez.

coniuncta persona ante litem contestatam non potest pro curatorem constituere, secundum Rom.cons.241.col.vlt.qñ autem & quib.casib.admittatur persona coniuncta, vide Bar. in l.patri pro filio.ff.de minorib. Put.

cõiunctus seu frater pro coniuncto seu fratre admittitur ad agendum vel defendendum: secus ad exigendum, secundum communem per Bursat.cons.21.n.1.& 2.lib.1.vbi n.5.q̃ nec ad constituendum procuratorem ante litem cõtestatam pro illa vel alia minore.& doct.dicentes coniunctum pro alio admitti, limitant, nisi alius si minor & procuratores, curatores vel tutores habeat, teste Ias.in l.exigendi.n.2.& 9.C.de procurat.& sic minor habens curatorẽ, & alias personas legitimas, nõ potest defendi per fratrem nomine illius, vti coniunctam personam comparente.Bursat.d.cons.nu.5.

PRO.cõiuncti propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus repacti intelliguntur.l.vnic.§.his ita definitis.C.de caduc.toll. Bellon.

coniunctorũ appellatione veniunt transuersales ad quartum vsque gradum: idque ad agendum, vt tradunt Guid.de Suza.Cyn.Sali.& Bald.in l.exigendi.C.de procur.Bald.& Angel.in l.non solùm.§. sed & hæ. ff. de procur. Idque ab omnibus approbari dicit Alexand.in cons. 146.videretur. volu. 2. F.Turzan.

coniunctus non admittitur pro cõiuncta persona sine mãdato, contra personam æquè coniunctam secundum Pe.in l. exigendi.C.de procu.vt refert & sequitur Bal.in l.sed & hæ.ff. eo.Contrarium dicit ipse Bal.in c.postremò, in fi.extr.de ap.si vera est lectu. Balb.decis.92.

coniunctus pro coniuncto procuratorio nomine interueniens & non coniunctorio, si non habeat mandatum, non admittitur, licet caueat de rato, secundum Sali. & communiter doct.in l. 1.colum. 1. C. de procurat. & ibi dominus Sandilia. Balb.decis,415.

coniuncti sanguine, differentia agnatorum, & cognatorũ, susque deque habita, ad decimam vsque gradum inter se succedent, communè inquit latè Didac.à Couarru.in epitom.de successione ab intestato. Coniunctorum tamen appellatione quoad agendi effectum, ad quartum duntaxat gradum transuersales admittentur: vt omnib. probari dixit Alex.cons.146. videretur lib.2. F.Suarez.

coniunctus et si admittatur pro coniuncto in prophanis: non tamen procuratorem ante litem contestatam constituere p̃t, teste Ias.in l.quod quis.7.fall.C.de proc.Rot.decis.677. 731.in antiq.420.in no.nec etiam locum sibi vẽdicat, vt coniunctus pro coniuncto in iudicio compareat: in his quæ speciale mandatum requirunt, prohibente lege, vt l.patri pro filio.l.illud.§. 1.ff.de minor.Soc.cons.120.2.dub.lib. 1. Ias.in l. exigendi.4.fall.nu.9.C.de proc. vbi ponit 17.limit. 1. in quibus coniunctus pro coniuncto absque mandato non admittitur, pro quibus vide etiam Guid.Pap.q.526.Rip.in c.cum M.Ferrariensis.nu.60.de constit. doc.in c.nonnulli. §.sunt & alij.de rescr.Cassia.decis.40.n.5. super reg.cancell.qui l.mitat in beneficial. quod autem dicitur de coniuncta persona, vt possit agere sine mandato cum cautione rati. dic, idem esse in litis consorte, l.2.C.de consor.eiusdem litis.Fel.& Rip.in d.c.cum M.Ferr.de constit. ille nu.8.hic, 53. vbi quinque modis limitant, pro quibus vide Bellon.cons.26.nu.5.

PRO. connexorum idem est iudicium.ideo quod de vno dicitur, de altero intelligitur.l.eum actum.ff.de neg.gest.l.plerunque.ff.de ædil.ed.& in c.translato.extr.de constit. Bellon.

Consang

Consanguineum se defuncti probans admittitur ab intestato, licet non probet se proximiorem, secundum magis cõmunem per Bursat.cons.98.n.1.lib.1.post Cephal.cons.133.numer.53.Neuiz.cons.10.numer.8.Aym.cons.249.in princ.

consanguinei verbum legaliter debet intelligi & propriè, nisi constet de communi vsu loquendi, qui tamen vsus qualis sit debet plenè probari.Curt.iun.cons.176.n.6.communẽ dicit. B.Villal.

consanguinei, nulla habita distinctione de agnatis, vel consanguineis, succedunt cõsanguineo ab intestato vsque ad decimum gradum, Coua.in epito.de successio.ab intestato.conclu.11.communem dicit.

De iure regio succedunt vsque ad duodecimum gradum. l.6.tit.12.par.5.Et no.istam cõmunem ad intel.illius l.inquãtum assignat differentiam agnatorum, & solum quo ad fratres, vel eorum filios, in aliis autem non fit differentia per istam communem.Et in quantum d.l. extendit successionem vsque ad duodecimum gradum: intellige secundum computationem legalem, & ciuilem: vt per Prepo.in arbore consan. num.49.

Nota quòd quando agitur de successione patruorum vel auunculorum, filius fratris succedit in locum patris sui in stirpes, & non capita, secùs tamen in qualibet alia successione cõsanguineorum: quia succeditur in capita.Iason cons.173.n.2. vol.4.communem dicit.

concordat cum l.5.tit.13.par.6.de quo per l.8.in deci.tau.

Amplia istas communes, nõ solùm in bonis allodialibus, sed etiam in feudalibus non inuenitur aliquid dispositum, regulantur ista bona secundum ius commune. Ias.in d. consil. communem dicit. Idem Villa.

consanguineorum vel cognatorum defensionem suscipere licet, adeò vt in ea defensione insultantem liceat interficere.comm.dicit Gram.consi.68.n.4.Pet.Calefact.inter consil. crimi.diuers.cons.89.n.10.lib.2.Imo & extraneorum defensionem suscipere licet com.dicit Dec.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.n.32.Alc.cons.475.Clar.lib.5.sent.§.Homicidium.vers.Item locum. P.Fichard.

consanguineorum, vel cognatorum defensionem suscipere licet, adeò, vt in ea defensione insultantem liceat interficere, vt est communis opi.Immo & extraneorum defensionem suscipere licet, vt est communis opin.Clar.in §.homicidium. ver.item locum. Bonacoss.

Consanguineis si permitteretur à lege vel statuto facultas interficiendi repertum in flagrãti crimine, possent ipsi secum socios & amicos sibi ascisceré, & adhibere vindictæ executioni, adeò vt propterea nõ punirentur.Bal.in repe.l.1.n.66.ver. sed qd dicemus.in fi.illius quæstionis.C.vnde vi.Paul.de Ca. in l.raptores.n.6.C.de epi.& cle.Barth.Cepol. in tract. de serui.vrb.præd.c.23.n.10.ver.est argumentum.& Tiraq.p multas aliorum Doctorum authoritates in tract. de vtroque retract.in verb.de retraict lignagier.§.26.nu.71.ver.3.intellige. Sed alij sententiam communem Doct.in contrarium esse arbitrantur, saltem quantum ad id, vt consanguinei ipsi possint adducere socios vel extraneos, & curare per illos interfici repertum in crimine.vel vt retineantus Tiraq.verba, vt ipsi manualiter id faciant per doctrinam Baldi in l.vt vim.n.7.in 6.q. ver.6.quæritur.ff.de iusti.& iure.Cùm permissio sit personalis, & statutum se restringat ad offensum, nec egrediatur personam, licet benè eos comitari, eisque ad esse, nec propterea de sociatione vel fauore teneri possint.Stepha.de Frederic.in tract.de interpreta.iur.in vlt.part.n.48.ver.& hæc inferri possent ad quæstionem, per legem, non est singulis.ff.de reg.iur. toto ti. C. ne quis in cau. propria. Et hanc sententiam magis communem esse dicit Rolan.à Valle, in cons.34.nu.31.32.& 33.in 2.To.con.vbi ipse Pau.de Cast.dictũ intelligi posse tradit, q̃ illi quib.ius vindicandi competit, possint secum socios & amicos sibi adhibere ad executionem vindictæ, quam sine illis tutò peragere non possent.Quamuis & hanc Baldi posteriorem sententiam atque aliorum Doct.tutiorem opi.Ias.appellauerit: tamen in criminalibus mitiorem partem ad absoluendum.l.de interpretatione.l.sanctio legũ.ff.de pœ.sequendam esse ipse voluit in l.1.§.vsufructuarius.nu.5.secundò notabiliter.ff.de oper.noui nuncia. Kirchouius.

Cõscius de patriæ proditione, vel coniuratione, seu tractatu aliquo contra Rempub.vni principium instituto, si non reuelet atque in lucem proferat illũ, incidit in crimen læsæ Maiestatis, eiusque pœnam sustinere debet, ita Bart.affirmat.in l. 1.§.occisorum.nu.3.ff.de S.C.Sillaniano.& in l.vtrum.ff.ad l. Pompeiam.de parric.Ang.in tract.malefic.§. Et hai tradito la tua patria.n.10.& 11.vbi ipse dicit opinionem Bartoli quotidiè in practica obseruari & communem esse, licet multi alij de ea decisione dubitare videantur, asserẽtes talem scientiam puniri non debere, nisi sciens probationem delicti habuisset. Dec.n.9.& Cagnol.post alios in l.culpa caret.n.8.ff.de reg.iu. Dec.in c.1.n.7.ext.de offi.deleg. sed priorem nouissimè Bartho.Romul.in l.vt vim.n.152.ff.de iust.& iur.sequitur, vbi ipse ex Decio & aliis nonnullas limitationes addit.Kirchouius.

consentiens tacite non debet sibi p̃iudicare si prolubere nõ poterat, ne actus fieret iuxta communem doctrinam docto. Bal.Salic. & aliorum maxime Ias. in l. cum proponas la 1.C. de pact.Quicquid ibi in contrarium dixerit gl. quæ communiter reprobatur.vt ibi per Bursat.ad quẽ etiam se remittit Soc. Iun.cons.52.nu.8.vol.4. E.Muscul.

consensus Episcopi qui debet interuenire in donatione iuris patronatus: potest interuenire post donationẽ factam.Lãber.in tract.de iur.pat.in 2.par.pri.libri.q.1.ar.10.nu.5. commnem dicit. B.Villal.

consensus domini feudi in alienatione feudi per vasallum facienda, in quem translatum est feudum de voluntate domini, est adhibendus, & non vasalli, qui transtulit, Hiero. Cagn. in l.socij mei nu.9.ff.de reg.iur.communem dicit. Idem.

consensus patris expressus requiritur in donatione causa mortis quam filius facere velit, communem dicit Ioan.Clar. Senten.§.donatio.q.6.ver.successiuè. P.Fich.

Vbicunque requiritur, q̃ Consensus præstetur ad integrandam personam alicuius, sufficit q̃ in genere præstetur, absque eo quod deueniatur ad specificationẽ indiuiduorum. Est cõmunis opi.secundum Alex.cons. 179.viso statu.ver. 5. probatur.vol.7. M.Chærian.

consensus patris in donatione causa mortis quàm filius facere vult, non solum requiritur propter patris præiudicium, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solennizandum actum com.d.idem in §.d.q.6.ver.Habes ergo.Contrar. dicit Alex.in l.prima cap.de bon.quæ lib. P.Fich.

consensus paternus in causa principali præstitus filiofamiliàs extenditur ad causam appellationis, secundùm Bal. in l.q inuitus.C.de procurat.qui allegat idem tenere Cyn.ibidem. Balb.decis.484.

consentire dicitur tacitè, qui contradicens non appellat, secundùm Inn.in ca.quod ad.extrà de re iud.Fel.in c.pastoralis. vlt.col.extrà de exceptionib. Balb.decis.503.

consensus in alienatione rei feudalis, secundùm magis cõmunem opinionem Doct. vt ex interuallo interueniat sufficit.Ita And.de Iser.in c.1.& ibi Aluent.n.15.ver.quæro an cõsensus, & licentia Domini sufficiat, siue præcedat alienatio, siue subsequatur.tit.de prohib.feu.alie.per Frider.& Franciscs. Curt.in tract.Feuda.in 4.part.ex quib.causis feud.amitta.in 2. regul.prin.ver.2.cadit necessaria dubitatio.n.138.Quia cùm solùm agatur de præiudicio ipsius Domini, sufficit cõsensum ex post facto interuenire.l.in ꝓcedendo.in fi.ff.de aqu.plu.ar. Item quia talis consensus tendit ad tollendum impedimentum, propter quod erat prohibita alienatio, vnde debet cessare effectus impedimenti superueniente consensu.l.vbi lex.ff. de vsucap.Philip.Dec.in cons.144.n.1.Ludo.Gozadin.in cõsi.26. ver. primò, quia de consensu Domini valent alienationes.n.9.& in cons.63.n.3.Matth.de Afflict.in Decis.sacri cõsi.Neap.decis.289.n.2.& Anto. Capicius. in decis. sacri cons. Neap.decis.115. Iacob.Heinrichmannus in cons.1.ver.secũdò quia dato.n.2.in 1.Tom. Hanc magis communem Doct. opinionem esse refert Rol.à Valle, in con.97.n.33.in 1.Tom. cons. Kirchouius.

consensum & ratihabitionem ratione coniunctionis, concurrente scientia & patientia, lex præsumit interuenisse, & cõmuniter teneri refert Benedictus Capra, regu. 55.nu.20.vide j̃.Ratihabitatio Taciturnitas, & reg. 56.nu.31.& 33. Cap.

PRO.considerandum est in omni actu id, quod principaliter agit, non quod incidenter.l.si quis nec causam.& l.rogasti. ff. si cert.pet. Bellon.

consilium doctissimi viri excusat ab expensis partem.Cur. cons.19.nu.4.communem dicit. B.Villal.

consilium qui tenetur exigere, non tenetur sequi, Aymon cons.1.communem dicit. Idem.

consilium viri in dignitate positi vbicunque exigitur, consensus eius, vel auctoritas omninò necessaria est. commune inquit Soci.in l.2.§.voluntatem n.3.in fi.ff.sol.mat.Quamuis qui consilium ab aliquo petere tenetur: generaliter illud sequi, non cogi dicatur, vt frequenter placitum ponit latè Did. à Couarr.de sponf.2.par.ca.cap.3.§.8.n.3.& Eman.à Costa in l.cum tale.§.si arbitratu.in limit. 11.à nu.1.ff.de condit.& demonst.Crauet.cons.1. E.Suarez.

Consilium necessariò sequendũ est in legis & hominis dispositione vbi pro forma præscribitur, secũdum communem per Burs.cons.90.n.4 5.lib. 1.vbi n. 46. q̃ consilium Iurisperitorum ab inquisitore & ordinario sequendum non est, secũdum communem ibi & n. 51.vbi q̃ consilium requirendum ab eo qui potestatem habet iudicandi non est necessariò sequendum, iuxta communem ibi alleg.

consilium dans alicui vt delinquat, eadem pœna puniendus qua principalis delinquens, intellige tamen, si ille delinquens aliàs illud non facturus fuisset, nisi aliquis ei consuluisset.communem dicit Imol.in c. 1.de offic.deleg.n.9.Dec.in l. consilij.nu.4.de reg.iur.Berous in c. 1.de offi.deleg.Duennas reg.149.Plaza lib. 1.delict.Boer.decis.262.Boss.in tit.de mandat.ad Homicid.Taeg.in pract.crim.c. 11.n.7. & hoc non solum in consultore obtinet, sed etiam in exhortatore.communem dicit Alber.in l.ob hæc verba, in fi. de is qui not. infam. Clar.in d.§.fi.q.88.per tot. P.Fichard.

consilium dans alicui, vt delinquat, eadẽ pœna puniendus est, qua principalis delinquẽs, quod intellige si ille delinquẽs aliàs illud non fuisset facturus, nisi quis ei consuluisset, vt est communis opi. Et hoc non solum in consultore obtinet, sed etiam in exhortatore, vt est communis opi.Clar.q.88.per totum sed consulens aliàs facturo non tenetur.Imo.in ca. 1. de offi.deleg.Fel.in c.sicut dignum.n.7.de homici.Panor.in c.nuper.de sen.excom.communem dicunt.licèt Panor.ibi teneat contrarium. Cagnol.autem in l. consilij non fraudulenti.nu. 9.ff.de reg.iur. dicit. q̃ consulens nõ facturo tenetur in totũ, consulens autem facturo mitius punitur.& dicit hanc esse cõmunem.vide Dec.in c.quia quæsitum.n.9.ff.de offi.deleg.amplia & limita.vt ibi per eum. Bonacoss.

consulens in delictis alioquin non facturo, pares delinquẽti ipsi pœnas indistinctè dat.commune dicit Dec.in l. consilij non fraudulenti.n.4.ff.de reg.iur.vbi Cagn.n.3.frequenter receptum scribit, vt is, qui aliàs non facturo consulit, æquè atq; ipse delinquens puniatur, qui verò & alioquin facturo cõsulit, mitius plectatur, q̃ etiam veriùs & magis receptum ostendit latè Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.88.& si consulentem alias facturo, non teneri de delicto postea admissa profiteantur frequenter placitum doctoribus Panorm.in c.nuper.de sen.exc. Imo.in c. 1.de offi.deleg.Fel.in c.sicut dignum.nu.7. de homicid. E.Suarez.

cõsulens & mandans mitius punitur, quando mandatarius omnino delictum erat facturus, vt est communis opi.de qua. Soc.in cons.38.n.12.in 2.vol. & maximè si sit doctor consulens. Bonacoss.

consulens delicto non tenetur vti mandans eadem pœna. Sed vti consulens, vt est communis opi.de qua illustris Bertazolus inter cons.crim.cons.70.n.33.ver.stat igitur firma conclusio. Bonacoss.

consulens pro iudice electus, debet conclusiuè loqui absque iurium & rationum allegatione vt volunt Io.Andr.Ant. de Burr.Cardi.Imo.& alij magis communiter in c.sicut.de re iud.extra & secundum Imo. ibi ita communiter obseruatur, Et ita voluit.Ang.Aret.in quodam suo cons.incip.ego Angelus de Castig.l.Aretino, &c.impresso inter cons.Pet.de Anch. nu.212.Quos sic allegando sequitur Soc.Iun.consi.19.nu.1. vol.4. E.Muscul.

consulens aliàs facturo, non tenetur de delicto posteà cõmisso.Imo.in c. 1.de offi.deleg.Fel.in ca. sicut dignum de homic.n.7.Pan.in c.nuper.de sent.excom. communem dicunt, licet Pan.ibi teneat contrarium.Hiero.Cagno.in l.consilij nõ fraudulenti.n.9.ff.de reg.iu.dicit q̃ consulens non facturo, tenetur in totum: consulens autem facturo, mitiùs punitur:& hanc distinctionem tenet etiam Dec.in d.c. 1.n.9.& communem dicunt.

Nota istam communem ad intel.l.2.tit.2.part.7.loquentis de consulente ad crimen læsæ maiestatis, & l. 1.& 9.tit.7.part. 7.de consilio falsi, vel falsæ monetæ & l.4.& 18.titul.14.part. 17. de consulente filium aut seruum circa furtum domesticum. Villal.

consors eiusdem litis pro consorte agere potest.Fel.in c.cũ M.Ferrar.col.3.de constitut.Et hoc potest pro scientib.vel ignorantib.secus eis inuitis.l.si petitor vbi gl.& doct.ff.de iudi. Et ad l.1.C.de consort.eiusd.lit.adde l. 1.& 2.C.si vnus ex plurib.appel.& facit l.ex parte.ff.famil.ercisc.Bor.cons.45. Pur.

cõstitutio noua si ꝓcordat cũ iure antiquo trahitur ad præterita, nisi habeat annexam inductionem noui iuris, nam tũc quo ad illud non trahitur ad præterita.l.ius ciuile, ff.de legib. quod etiam voluit Barto.in d.l.omnes populi,& Imola capitulo quoniam, de constit.& ita communiter teneri dicit Benedictus Capra.reg.6.nu.43.

constitutio noua inducens indulgentiam ac remissionem pœnæ, puta si dicat quod quicunque bannitus fuerit soluendo, tantum à banno liberetur, trahitur quoque ad bãnitos de præterito, l.cùm lex.ff.de legib.& ibidem Bartol.& Bal. id voluerunt, quod etiam sequitur Floria.& Imo.in d. capitul. quoniam, & ita communiter teneri de conclu.sexta nu.47.refert Benedictus Capra.

contumax vt possit cōdemnari & bāniri,debet de nouo citari ad allegandum quare non debeat mulctari.statuto termino habili.communis est opi. Clar.d.q.44. ver.vnum tamē.Et debet esse de delicto conuictus vltra contumaciam.Sed contrarium de facto seruatur. Et condemnatur semper cōtumax absque aliquibus probationibus.Clar.d.q.44.ver.quæro nunquid. vide tamen Arno. Soliloquio 9.& Solilo. 14. vbi vult, quòd sola contumacia non sufficiat, sed debet omnino constare de delicto, & de eodem reus conuincialiter nō valet bānum.neque condemnatio.Etiam stante statuto,quòd contumax habeatur pro confesso,& hanc esse communem opinionem probat Pasethus cons.188.n.1.& 2. & filius cōtumax ex statuto potest puniri,licèt paternus consensus nō adfuerit,& auctoritas. Cast.cōs.53.in 2.& no.quòd bannitus in cōtumacia non est infamis,quia bānum est interloquutorium,quod potest mutari,seu emēdari.Bal.in c.nostri.n.3.de electio.& electi potesta.item no.quòd qui potius debet pati se condemnari in contumacia,quā se velle subiicere iudicio hominum, & committere se irato arbitrio etiam propriè matris,vt dicebat Alcibiades.de quo Claudius cons.101.n.1.inter cons.diuersorum.lib.1. Bonacoss.

cōtumax nō compatens ex ficta cōfessione ante cōdemnationem se factā auditur. Secus post condemnationem. nisi sit à Principe vel Senatu admissus ad nouas defensiones, vt est communis opi.Clar.q.44.ver.quæro nunc. Bonacoss.

contumax reus ob delictū absens p̄t cōdemnari,vt est cōis opi.Et ex statutis cōmuniter in Italiā ita dictātibus. Cornelus cons.17.col.4.lib.3. Mars.singu.72.vbi ponit practicā. Potest tamen probari innocētia talis fictè cōfitentis,vt est communis opi.de qua Corne.cons.45.col.3.ad fi.in 3.vol.& consil. 273.in 3.& cons.274.eo.vol.& cons.275.eo.vol.& statutum non habet locum in hærede contumace.Cast.in l.transigere. n.9. C. de transac. & quando statutum habeat locum in casu ficto.ponit Corn.in cons.49.eo.vol.3. Bonacoss.

contumax nō manifestus absque citatione multari nequit.

comm

commune inquit Aret.in c.1.n.61.de iudic. E.Suarez.

cõtumax,inter alias pœnas,in sui odium: hr̃ pro præsente, teste Bal. in l.cum fratrem. col. final. C. de his quib. vt indig. Accur.in l.de vnoquoque.de re iudic. Roland.de ord.iud. 6. par.ver.ↄtumacia.n.9.& seq.Ias.in l.sancimus.n.1.& 17.C.de iudi. & qui contumax fori priuilegium allegare non potest, secundum Afflic. decis. 133. contra quem contumacem pactis iuramento de expeñ creditur,ex no.per Hypol.sing.239. Rip.in l.2.n.8.ff.de re iud.quid in criminal.& Dic, vt per Hypol.in pract. §.postquam Aret.trac. malef. vers.qui dominus iudex.num.28.& seq.& ad hoc vt contumax quis dici possit: contumaciam ipsius accusare oportet, aliter enim cõtumax dici nequit,Bar.in l.2.col.vlt.ff.si quis in ius voc. non ier.in l. consentaneum.col.vltim.C. quom.& quando iud.Doct.in l. properandum §.& si quidem C.de iudi. & qui contumax tũc punitur: quando ab eo quid dari fierive petitur, secus quando citatur si sua putauerit interesse, quia talis citatio ad compareñ non astringit, sicque contumax non dicendus vt condemnari possit,Bald.in capit.1.col.5. versicul.& nota de mil. vasal.qui contumax est quem sequitur Alex. in l.testamenta omnia.C.de testa.

Quis autem verus,quis fictus contumax dicatur? vide per Alexand.d.l.properandum, §.sin autem Reus C.de iudi.post Bar.in l.ex consensu §. vltim.ff.de appella. Afflict.decis.29.n.3.Dec.cons.34.Nat.consil. 240.quibus in locis communiter concludunt, illum dici verum contumacem: quem personalis citatio aprehenderit, & comparere noluerit, Rol.cons. 91.numero 4. libr.4. fictum vero, quando domi fit citatio, & si denuntiationem domi factam quilibet scire præsumatur,gloss.Bart.& doct.in l.si tutor.C.de peric.tut.intellige,nisi à domesticis aut aliis denuntiatio facta esset, Bal. in c.quoniam frequenter.§. porrò. vt lit.non contest. quem sequitur Tiraq.de vtroq.retract.§.9.in glo.2.numer. 40.de quo habetur in cap.cum sit Romana.de appell. per Iasr.conclus.3. Alc. de præsump.Reg.3.præsumpt. 16.numer.2. Qui quidem verus contumax non auditur appellans l.1. C. quor.appell. l.ex consensu.§.vltim.ff.de appell.vbi Doct.&not.Franc.in capit. sæpe. 11.& 12. quæst. de appell. secus in ficto, quia ad appellandum admittitur, ex glo.communiter approbata in clem. 1.de dolo & contum.Bar.in l.vltim.C.de in integ.rest. Bal.in l.non eo die.C.quando prouoc. non est necess. doct.in l.properandum.§.& si quidem C.de iudi. glos.in ca.non solum de app.in 6.Ang.in §.1. inst.de ob. quæ ex delict. Rol.consil.47. num.30.libr.3. quòd contumax qui habetur pro confesso & conuicto admittitur ad appellandum, & nedum principalis, quando est verus contumax non auditur appellans, sed nec etiam eius procur̃ qui verè contumax esset, Cur. iun.in l.1.§. si procur̃.nu.12.si quis ius di. non obtemp. vbi licet procur̃. verus cõtumax ad appellañ.non admittatur:non tamen præiudicat quin appellare possit,secundum communem ibi.

Quid de pœna quæ imponitur propter cõtumaciam non compareñ? & Dic, quòd de iure communi maior pœna propter contumaciam:in criminibus certis,est bonorũ Annotatio & confiscatio,si non comparet intra annum,tot.titu.ff. & C.de req.Reis,Rol.cons.39.num.7.cons.47. num. 45.libr.2. de quo habetur subalpinæ patriæ Decretorum libr. 4. part.2. tit.di.l.Reo vers.& in caso,& no.Boer. quæst.63.par.1.Guid. Pap.q.429.Bar.in l.1.num.3.ff.de req.reis.Nat.cons.240.col. 7.Hypol.sing.72.Boss.Prac.crim.tit.de req.reis & absentibus damnañ, Pro qua contumacia ad pœnam corporalem non esse proceden̄ scribit Dec.cons.458. num.9.vbi contumacia non habetur pro legitima probatione, & ibi, quòd si iudex fuerit ita bestialis, quòd proferat sententiam condemnatoriam decapitationis contra contumacem tanquam habitum pro confesso propter cõtumaciam:& ille venerit in fortiam, non debet fieri executio, sed denuò de crimine cognoscendum erit,cui conuenit quod scribit Nat.cons.444.vbi de bãnito pro homicidio & vigore decreti habito pro confesso, qui edocet de innocentia, An autem post decursum bãnum, vel etiam post sententiam, contumax audiatur? vide pract. Bal.tit.de sent.q.4.Boer.q.63.nu.13.64.part.1. Rol.cons.29. n.21.31.li.3.vbi de sententia lata in contumaciam,& de condemnato in contumaciam, & de confessione ficta, cui Adde eundem.Rol.cons.94.n.13.15.eod.lib.

contumace aliquo, iudex ex officio potest contra ipsum absentem testes recipere,non autem pro ipso, vt est communis opinio. Clar.d.q.44.vers. item quæro. Et citatus ad se excusandum,si non compareat potest absque alia citatione, accusata prius contumacia,condemnari,& hoc vbique per Italiam seruari videmus in sententiis, quæ feruntur in Arengis in causis criminalibus contra citatos, ad se excusandum, & non comparentes, & propter hoc in banno positos, vt dicit Paul.de Castr.in consilio 254.secunda colum.in 2. volumin. Bonacoss.

contumacem non notorium, vel manifestum iudex non potest mulctare sine citatione, Aret.in cap.1.nu. 81.de iudic. testatur communem ex Bar.in l.11.ff.si quis in ius vocat.non ierit. B.Villal.

contumacia non dicitur delictum propriè & de per se. communem dicit Felin. in capi.ex literis.numero 27.de constitut.quem refert Foller.in pract. crimin.numero 7. Ex quo infertur, quòd statuta loquentia de delictis seu maleficiis, & de condemnatis siue bannitis ex delictis, vel maleficiis, vt nõ compræhendant bannitos vel condemnatos ex contumacia, & hoc communiter tenere docto. dicit Bald. in consilio 193. libro 2. idem attestatur Alexander in l.si mora. numero 13.ff. soluto matrimo. quem refert Roland. consilio 45. numero 66. libro primo. concordat Claud.in l. si mora.numero 18.August.ad Angel.de malefic.in verb.qui Dominus iudex videns, numero 26. Alciat. consilio 362.numero 6. Claro tamen hæc communis non placet. Sed si talis contumacia ad mixtum haberet contemptum Iudicis. eo casu contumacia diceretur delictum,&posset ex ea contumax criminaliter puniri.quam communem dicit Claud.in d.l.si mora.n. 19.secundum gl.in l.vnic.§.fi. gloss.magna.in fi.ff.si quis ius dicen. non obtemp.refert Clarus in lib. 5.sent.§.1.vers.penul.& vlt. P.Fichard.

contumacia propriè non est delictum, sed interpretatiuè, cum sit in omittendo, secundum Bald. & Imol.in l. si mora. ff.sol. matrim. Eundem Bald.in l. 1.in §. final. ff.si quis ius di. non obtem.Barto.in l.omnes.ff.de re mili.Et ita debet intelligi dicta l.omne.&gl.in l.si creditor.§.1.de app.dum sentiunt quòd sit delictum. Et ideo statuta loquentia de delictis, cum propriè debeant intelligi, non cõprehendent contumaciam. Balb.decis.154.

contumacia procuratoris nocet domino, vt possit sententia lata contra ipsum procuratorem citatum & contumacem, qui non appellauit, executioni mandari contra ipsum dominum, si lis sit cum procuratore ipso contestata, vel causa erat, in qua lis non contestatur, per casum in l.3. iuncta gl. 1.cum alia glos.magna ibi.C.quomodo & quando iud.& secundùm Innoc.in cap.1.extr. vt lite non contesta.in versicul. Item ad hunc articulum. Quia imputatur domino, qui talem elegit, nisi procurator personaliter apprehensus per collusionem omisisset comparere,vel dolosè,& dominus appellasset,prout potest eo casu,vt dictum est suprà in decisiõe incipiente,citatus. Balb.decis.179.

contumacia ex culpa leui. Si personaliter citatus, qui poterat venire, non venit culpa leui non dolo puta, quia dum veniret ad iudicem videns choreas aut ludentes, stetit ibi occupatus, & iudex contra eum iudicauerit, non dicitur verus contumax, nec excludetur ab appellando intra decendium à die sententiæ: quia ille non habuit animum contemnendi iudicem, secundum Fulgosium, in l.properandum, in §.finautem reus. C.de iudic.& ibi dominus Sãdalia facit quod habetur per Card.in clemen.1.de dolo & contu. in penult.colum. Balb.decis.333.

contumacia dicitur delictum, & maleficium. & ista est communis opinio. Si talis contumacia admixtum haberet contemptum iudicis,& potest ex ea reus criminaliter puniri, vt est communis opinio. vnde statuta loquentia de delictis, seu maleficiis, & de condemnatis, siue bannitis ex delictis, vel maleficiis, comprehendunt bannitos, vel condemnatos ex contumacia.Clar.quæst.trigesimasexta.& in §.primo. versicul.penultim.& vltim. versic.quæro etiam. Et contumacia de per se non est delictum fallit, vt per Fel.in c.ex literis.num. 27.de constitut.vide Donatum de indiciis.vers.contumacia. libr.3. Bonacoss.

contumacia expressa & dolosa procuratoris in veniendo aut appellando, non tollit beneficium appellandi principali infra decem dies post scientiam, secundum Bartol. Sandilia. & Cato. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obtemp. Bart.& An.Nicellum in l. 1.§.fi.ff.quando appell.fit.Nam dolus procuratoris colludentis domino non nocet.ff.de excep. do.l.si procurator.Licet contrà senserit Inn. in c.1.extrà vt lite non contest. Balb.decis.397.

contumacia citati ad respondendum inquisitioni contra ipsum de tali homicidio formatæ, qui ex ea fuit bannitus, & deinde ad pœnã capitis,& cõfiscationem bonorũ cõdemnatus facit indicium ad torturam, vt est communis opi.Brunus

inter con

inter cons.cri.115.n.5.tomo 2.vbi etiam.nu.54.dicit,ꝙ bannum cõtumacis est nullum absque interloquutoria iudicis, & ibi nu.55.dicit, quòd debet omninò accusari contumacia per fiscum. Bonacoss.

Contumacia ex delicto. Propter contumaciam citati ex delicto potest iudex ei facere dirui domum: casus est mirabilis in l.si is cum quo.ff.communi diuidundo.quod tamen nõ deberet iudex,nisi ex graui causa & vera contumacia,facere. Balb.decis.250.

contumaciæ sententiæ tales habẽtur per Clar.d.q.44.quia nobis ex officio nostro ↄstat ipsum esse reum criminis,presertim ex eius ↄfessione, resultante ex ↄtumacia. iuxta formam statutorum.Ideò ipsum ↄdemnamus in amputatione,capitis & eius bona fisco applicamus.Et si quo tpe in fortiã cõis venerit,caput sibi amputet,&c.ibi Clar.ver.videam⁹.vide Ang. de malef.super ver. qui dominus iudex &c. n.45.& Biracinũ ac alios,& vide Bart.in l.nullum ff.de condit.& demonst. vbi tradit cautelam.Quòd quando fertur sententia contra cõtumacem.ꝙ in sententia inferatur.Visa citatione de eo facta,& visa contumacia,vt patet ex actis,&c.& no.quod exul vnius ciuitatis ex famoso crimine,necubi patriam potestatem in filios exercere potest. Secus si cõdemnetur ex cõtumacia, tũc nõ est infamis,& ĩ alia ciuitate poterit testari,& cætera oĩa facere.ita Ang.in lege, ex ea causa. ff.de postulan.itẽ no.ꝙ ficta cõfessio defuncti nõ nocet hæredi.Nec confessio ficta nocet patri in legitima.Perusi.ĩc.cum speciali.§. porrò.n.11.& seq. de appell.nec cõtumacia principalis afficit fideiussorem.Moronus de fide,treuga & pace.q. 182.n.5.communem dicens. Et si statutum dicit ꝙ contumax habeatur pro confesso.intelligitur,ꝙ habeatur pro confesso,ac si in iudicio sponte,ac solenniter esset confessus.Baldus in lege,quoniam.col.1.ver.5. no.ff.de infami.Cyrillus ĩ eius summa criminali.tit.de quæst. §.6.n.21.fol.156. Bonacoss.

cõtumacia nõ est accusanda in criminalibus iudiciis,vt est dictum. Sed iudex recipit licẽtiam ab accusato & accusatore perficiendi processum.Et ita stylus obseruat & practica,vt dicit Blancus in eius practi.fol.11.n.25.not.ꝙ stante statuto,ꝙ in criminalibus contumax ponatur in bãno, & habeatur pro confesso & possit condemnari de crimine,isto casu cõtumax poterit appellare,& probare se maleficium non commisisse, quo probato retractabitur sententia, quia non debet cõdemnari etiam ex vera confessione, quando apparet eum non deliquisse,multominus ex ficta confessione.Franc.Curtius in trac. de iureiu. propter calumniam.§.fi.n.13.tomo 15.& idẽ repetit in trac.depositio.n.17. vbi etiam quando quis ex contumacia possit puniri, & condemnari. Bonacoss.

cõueniendi verbum nõ præse fert stipulationem, commune aiunt Rip.ĩ l.lecta.n.16.ff.si cert.pet.& ĩ rub.n.26. de verb. obl.& alij quos refert Viuius li.1.opi.437.qui & cũ hoc verbum apud acta scriptum est,& cùm post interrogationẽ subiungitur,communem opinionem limitat. E.Suarez.

conueniri in omni loco. Valet conuentio quòd debitor possit conueniri iñ omni loco alicuius patriæ, vbi fuerit inuentus, & soluere quod promisit secundum Alber. Bart.in l. si cõuenerit.ff.de iuris.om.iud.per l.Lucius.ff.deposi.& l.hæres absens.in fi.ff.de iudic. sequitur Panorm.in ca.1.extrà eo. Balb.decis.109.

conueniri poterit debitor, qui certo aliquo in loco, certa die soluere promisit,vbicunque locorum fuerit repertus, cõmune ait Ias.in §.plus autem,num.27.& seq.Instit. de action. vt & is,qui promisit soluere vbicunque fuisset petitum,secus verò si aliquo in loco, & vbique locorum conuenisset eum posse cõueniri,commune ponit Viuius lib.1.opi.64. E.Suar.

conuentio inter medicum & infirmũ,aduocatum & clientulum ipso iure non subsistit, secundum magis communem per Burs.cons.72.post n.11.lib.1.

PRO. conuentio dat legem contractui.l.1.§.si conuenerit. ff.deposi.l.contractus.de reg.iur.ff.

OB.contrà de l.pacta nouissima.C.de pact.vbi conuentio, quæ fuerat facta inter partes,non seruatur.

SOL.quia vltima conuentio priori derogauit. Bellon.

PRO. conuentio facta contra substantiam contractus facit conuentionem in alium contractum transire, vbi significatio verborũ patitur, in l.vbi ita donatur.ff.de do.cau.mort.

PR.conuentio facta in vna re vel persona,non extenditur ad aliam in l.si vnus.in §.ante omnia.ff.de pact.

OB.oppono primò de l.fideiussoris. ver.cùm alio.ff.e.ti.vbi conuentio cum alio facta alij prodest.

SOL.Ibi quia principaliter intererat paciscentis.

OBIEC. Secundò oppono de l.& suum.§.fi.cum l.seq.& l. rescriptum in prin.ff.eod.de pact.vbi maior pars creditorum remittens partem debiti præiudicat aliis creditoribus.

SOL.Illud propter eorum vtilitatem fieri videtur,quia debitor non est soluendo & quia non haberent quem conuenirent, cum hæres nollet adire sine remissione partis debiti, vt ibi nota.

OB.Tertiò obst.l.in causæ. §.fi. ff.de procu.vbi stipulatio à procur.facta prodest domino.

SOL. Ibi quia procurator, & dominus eadem persona reputantur.

OB.Quartò obst.l.si pupillus.ff.de administr.tut. vbi conuentio liberatoria facta cum vno tutore,alij tutori prodest:idem in magistratibus collegis vt ibi dicitur.

SOL.ibi plures tutores in eadem tutela,vel magistratus in eodem.officio,pro vna eademque persona reputantur. Ideo pactum factum cum vno,trahitur ad alium.

OB.Quintò & vltimò opponitur d.l.tale pactum.in §.fi. de pac.ff.vbi conuentio de fratre extenditur ad filium.

SOL.ibi conuentio fuerat facta de hærede suo fratre,& sic testator voluit consulere suo. hæredi, & sic per consequens filio suo. Bell.

cõuentio inter duos de successione alicuius diuidenda nõ valet: etiam cum iuramento: nisi de consensu illius de cuius successione agitur,& in voluntate vsque ad mortem durãte. Curt.Iun.cons.98.n.3.communem dicit.

Amplia istam communem ad pactum de hæreditate viuẽtis etiam inter filios Ias.in l.de quæstione.C.de pact.n.5.communem dicit.

Concor.hæc ampliatio cum l.13.tit.5.par.5. B.Villal.

cõuentionalis pœna quæ in contractu adiicitur vt loco interesse prima succedat an possit duplum trãscendere, fuerũt opiniones variæ vt habetur in gl.in ver.proferũtur.in l.vnic. C.de sent.quæ pro eo quod inter. Pet.de Anch.consi.147.incipien.apud antiquos,& modernos, prout refert Ias.in l.si q̃s maior.ver.quinto & vltimò.C.đ trãsac.de isto tex.cui⁹ dictũ, vt etiam inquit Ludoui. Roma. in l.stipulatio ista §. alterius, ff.de verb.oblig.sibi arrogat,& appropriat, decidit,quòd vbi contractus in quo ipsa pœna adiicitur iuramento comprobatur pœna sic apposita duplum excedere potest,allegat ad hoc tex.in d.l.si quis maior.quem tñ idem Ias.hoc nõ probare ait, cùm nõ appareat quãta esset ista pœna,& de ipso tex. Ancha. magnum festum facere. Sed ↄ Ias.& pro Anch. satis videtur ibi tex.apertus ponderãdo in verbis illis restituta pœna, q̃ pactis probat̃ inserta,cũ illa indefinita, videlicet pœna vniuersali æquipolleat,l.si pluribus,cũ multis cõcordãtis,de q̃bus ibi in gl.ff.de legatis secũdo cap.solitæ.§.nobis, de maioritate & obedient. & clarum si ꝙ in stipulatione pœna ad quãcunque quãtitatem dici potest.§.alteri.cum gl.in ver.quę sit.Instit.de inuti.stipulat.l.stipulatio ista.§.alteri,similiter cum gl. in vers. quãtitas,vbi idem tex.ff.de verb.oblig.§.omnes autem, & ibi gl.in verbo,actio.circa fi.Instit.de actio.gl.in dicta lege vnica, §.facimus, in versiculo proferuntur.C.de sen.quæ pro eo, qđ inter.ad quam se remittit gl.in dicta lege stipulatio.§.alteri.ff. de verb.oblig.& ita ponderasse Anch.arbitror: & in hac opinio.quòd partes contrahẽtes,pœnam ad quam malunt quãtitatem,etiam duplum,triplum,quadruplum,& quintuplum ascendentem in stipulationem deducere possunt.fuere Vltramont.vt Bart.refert in dicta lege stipulatio.§.alteri.gl.vero in præallegat.lege prima.C.de sen.quæ ꝓ eo quod inter.voluit, ꝙ si pœna per verba multiplicatiua adiiciatur,puta duplũ, triplum,& cẽtuplum,exercere nõ potest, Bartolus in dicta l.stipulatio.§.alteri,n.20.aliter distinguit, videlicet aut pœna ĩ instrumento adiicitur certa in eadem quãtitate quoque expressa,puta vẽdis domũ vel prædiũ pretio specificato,veluti si dicas pro cẽtum florenis,&in fine adiicis clausulam cõsuetam, q̃ omnia,& singula,attendere, adimplere & obseruare partes ꝓmiserunt sub pœna,&ad pœnã dupli,tripli,quadrupli,quintupli,vt s.& hoc possunt & valet vsq; ad quãtumcunque summam stipulatæ fuerũt,& adiicere possunt prout volũt.exempli quoq; gratia,vẽdo ꝓ quinquaginta,& subiũgo sub pœna mille. alleg.tex.ĩ l.si dictũ.ff.de euictio. Aut apponit̃ pœna respectu ĩcerti, puta sub pœna dupli,tripli, vł quadrupli,ei⁹ qđ res vẽdita valebit:vel eius qđ interest partis & tunc per hæc nomina duplum trãscendere nõ ꝑt,alleg.d.l.vnic. C.de sen.q̃ pro eo qđ inter. & sic in effectu hæc sua distinctio cõcordare videtur cum gl.ibi in d. ver.proferuntur. assignat diuersitatis rationẽ inter primum, & secũdum casum, quia primo pœna quãtitatem adiectã,& expressam excedere nõ ꝑt:secũdo quidem casu nimium,& satis vltra partium cogitatione.& intentionem ascẽdere posset:& à Bart.nõ videtur discedẽdum, cũ

sua dist

ſua diſtinctio optimè probetur ex traditis per gloſ.in d.l.ſi dictum. ff.de euiction. & corroborari videtur per d gl.in dicto verbo, proferuntur, præallegat. Et licet aliqui huius fuerint ſententiæ quòd legalis pœna quadruplum excedere nõ poſſit,dicto §.omnes, Inſtitut.de action. gl. tamen in canon.cum deuotiſſima. in verbo, componat, 22. quæſt.2.dicit ſanctius eſſe vt dicatur, quòd tam legalem quàm conuentionalem in infinitum extendi poſſe pro qualitate negotij vel delicti, habito verò reſpectu ad rem quadruplum excedere non debere, vide ibid. & nota quia omnes videntur tenere contrarium. F.Turzan.

Conuictus reus legitimis probationibus ſub mortalis culpæ reatu,ſi à iudice interrogetur, etiam in tormentis reſpondere tenetur an crimẽ commiſerit,nam ſi iniquè torqueatur, iuſtè tamẽ interrogatur,& ideò tenetur reſpõdere, iuxta Inn. & communem,in c.2.de confeſ.& S.Thomam.22.q.69.art. 1. F.Viuius.

PR.conuicto mortuo,memoria quandoque eius damnatur.l.fi.ff.ad leg.Iul.maieſt.in §.interdum.inſt.de hęred.ab inteſt. Bellon.

conuictus legitime reus,non eſt aliud quærendum.Sed debet iudex illum condemnare, dummodo de delicto prius cõſtet.& ita practicatur.Clar.q.66.in prin.Marſ.ſing. 108. Abb. in conſ.25.num.vlt.in 1.vol. Nam iudex criminoſum diſcutiens, non antea proferat ſententiam, quam aut reum ipſum ſe ipſe confiteatur,aut per innocentes teſtes conuincatur,& non facere prout fecit Pilatus, qui ſolum falſos teſtes recipiendo Chriſtum condemnauit. Montaltus de reprobat.ſententiæ Pilati.§.& hæc ſufficiant.n.3.tomo.3.Occa. Ferrarienſis inter conſ.crim.conſ.60.nu.2. tomo 2.nam ad hoc, vt inquiſitus, vel accuſatus de crimine poſſit diffinitiuè condemnari,requiritur alterum de tribus.ſcilicet,quòd ſit ſpontè cõfeſſus,vel quòd ſit teſtibus neceſſario, vel præſumptiuè concludentibus conuictus præſumptione iuris, id eſt à iure approbata,vel quòd conuictus ſit indiciis indubitatis.& quæ faciant præſumptionem iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio contrarium.ita Pau.de Caſt.in cõſ. 298. n. 1.vol.2.vide.Bal.in c.ad noſtram.de probatio.n.3. vbi dicit quòd licèt reus perſeueret ſemper in negando, tamen ſi eſt probatum crimen per teſtes, debet condemnari, dum tamen ſit plene probatum.Aliàs eſſet opus quòd confiteretur. Saltem per tormenta perſeuerando in confeſſione, & loquitur de legitimis indiciis, quæ indicia præcedere debent, & non ſequi.vt ibi per Bal.& malè faciunt aſſeſſores,qui maleficio liquidato,malefactorem ponunt ad torturam.quia poſſunt redargui tempore ſyndicatus. Angel. in l. & ſi certus, in princ. ff. ad ſyllania. Secus ſi non ſit liquidatum maleficium, quia poſſunt torqueri malefactores.idem vt mandatores indicent, & alios complices. Salua tamen ſemper conſcientia, vt ibi per Ange. quia omnibus in rebus res eſt diſcretio ſumma.Et ſi iudex conuictum torqueret, eſſet omnino abſoluendus.Niſi iudex proteſtetur &c.Boſſi.tit.de ſent.num.70.vide omnino Soc.iun.in conſ.37.nu. 19.in 2.vol. & not.quòd duplex eſt modus probandi delictum contra aliquem.videlicet confeſſio,vel conuictio,fuſius Dec.in c.at ſi clerici.n. 1.de iudiciis.& Abb.in d.c.at ſi clerici.num. 3.quod no.ad ſtatuta fa cientia mentionem de conuictis,quod non comprehendant confeſſos, cum hæc duo ſint diuerſa, confeſſio & conuictio. ibi.Abb.num.4. & ad pœnam capitalem infligendam ſufficit ſola confeſſio ſponte facta. Hoc verum ſi talis confeſſio ſit veriſimilis.vt dicit Bal.in l.ſi quis in hoc.num.3. C.de epiſco. & cler.vide Paul.de Caſt.in Auth.ſi quis in hoc. C.de epiſc.& cler.& no. quòd ſtante ſtatuto, quod conuictus de tali crimine puniatur tali pœna,deficiens in purgatione, nõ debet puniri illa pœna ſtatutaria, quia illa non eſt vera conuictio, ſed præſumptiua. Et ſtatuta habent locum dũtaxat in caſu vero. Et cum ſtatuta hodie puniant communiter maleficia, non incidit quis in pœnam ſtatutariam, niſi perfecerit delictum. ca.inter nu.6.de purga.cano.vbi Soci.ſenior. Bonacoſſ.

COPVLA(ET)eius eſt naturæ,vt inter diuerſa ponatur,regulariter loquendo: vt voluit gl.communiter ad hoc allega. in rub.ff.de iur.& fact.igno.Sic quoque voluit gl,ĩ verbo.neſcit,relata ad tex.in l.fi.C.per quas perſonas nobis.acqu. Soc. Iun.conſ.36.num.1.volum.4.& in conſ.181.de duobus,&c. n.31.2.vol.maximè verò in conſ.68.n.15.in fi.& ſeq.1.volumine, vbi etiam reſpondit ad quædam in Contrarium cauillosè allegata,ad quod etiam ſe remittit hic in dict. conſil.36. Muſcul.

PR.copula,&, inter duo extrema poſita, diuerſitatem ponit inter copulata.no.in rubr.ff.de iur.& facti ignoran.& per can.in rub.de cauſ.prop.& poſſ.extra.

OB.contrà de rub C.de ſerui.& aqua. vbi copula, &,ponitur inter ſeruitutem, & aquæductum, & tamen aquæductus eſt ſpecies ſeruitutis.l.1.de ſerui.ruſti.prædio.ergo cùm aquæductus ſit ſeruitus,inter ſe non differunt.Simile illud Euangelij,Dicite diſcipulis eius & Petro.Marc.20.& tamen Petrus erat diſcipulus.

SO.Vbicunque copula,&,ponitur inter genus & ſpeciem, non ſignificat diuerſitatem,ſed ſtat declaratiuè: &tunc exponitur,&,pro,id eſt,vt ibi. Bellon.

PRO. copulatiua aliquando pro coniunctiua accipitur. in l.ſæpe.& in l.coniunctionem.ff.de verbo.ſignific. Idem.

copulæ natura eſt ampliare quantum poteſt,etiam ſi ponatur inter duo ſubſtantiua abſque relatiuo. Ripa.de reſc.c.2.n. 47.communem dicit. B.Villal.

copulatiue quando plura ponuntur,quorum vnum venit vt accidens ſeu qualificàs aliud, oportet probare vtrumque. Ripa in d.c.1.n.59.communem dicit. Idem.

copulatiuorum non requiritur concurſus, quando ponitur copula inter perſonas,inter quas cadit ordo charitatis,Ripa d.c.2.n.54.communem dicit. Idem.

ADDITIO. copula regulariter requirit concurſum copulatorum.Lancel.Gallia.in l. Gallus. §.& quid ſi tantum.n.11. ff.de lib. & poſt. Fallit tamen vt ibi per eum. Quando autem concurſus requiratur ponit Tho.Calam.in l.1.n.64.co.tit.& alia de copula ponit M.Ant.Bard.in trac.de temp. vti.& contin.in c.19.n.16.

copulandi dictio inter ea,quæ alternis ſibi aduerſantur poſita.in alternatim enuntiantem conuertitur, commune inſit Ant.Gomez.de teſtam.c.5.n.31. E.Suarez.

corporalis pœna, & bonorum confiſcatio non tranſit in hæredes mortuo delinquente ante ſentẽtiam.communis eſt opi.Burſatus conſ.77.n.21. Bonacoſſ.

correctio.§. emphyteuſis.in auth. de nõ alien.aut permut. rebus eccleſia,inducta eſt per §. licentiam. in auth.de alien.& emphy.quo ad tempus duntaxat, non autem quo ad ſucceſſorum qualitates, vt tenuit Bald.in l.etiam. ff.ſolut. matrim. in l. 1.de ſtiis,& leg.vbi dixit,emphyteuſim eccleſiaſticam ad alios, quàm liberos & hæredes copulatiuè non tranſire, allegat gl.quam valde notandam dicit in d.l.etiam,quam tamen non reperi,puto voluiſſe allegare gl.in l. præcedenti.in verb. eaque.ibi & in eccleſ.emphytheuſi,quæ alleg.tex. in d.§.emphyteuſim. in auth.de nõ alie. Ad extraneos autem hæredes eam non tranſire tenuit Spec.in tit.de loc.§.nunc aliqua.verſ. 115.Bartol.Bald.& Ang.in l.Gallus.§.etiam ſi à parente.ff.de lib.& poſthu.& in l.in conuentionibus de verb.oblig. Hanc que receptiorem eſſe ſententiam cõſuluit Alex.in conſ.151. viſis Themate,& inſtrumento.& in conſ.9.volum.2.Cald.in conſ.6.titu.de loc.3.Non trãſit etiam huiuſmodi emphyteuſis ad filium legitimatum tantùm,ſi naturalis,& legitimus extet,vt Alex.in conſ.60.nume.4.vol.2.& Io.de Imol.conſ.27. dixere,ſed ſi alicui perpetuò conceſſa fuerit pro ſe,& quibuſcunque hæredibus, tunc eam ad hæredes etiam extraneos tranſire cenſuit Gozad. in conſ.39.& Alexand.dict. conſil.9. volum. 2. ex ſui autem natura tranſit ad deſcendentes, vt gl. Bar.& alij voluere.in dict.l.etiam,ſolu.matrimon. Io.And.& alij.in ca.in præſentia,de prob.Alex.in conſil.38. volumin.2. F.Turzan.

correctio fraterna cadit ſub p̃cepto peccati mortalis.Prep. in c.ſi peccauerit.2.q.1.Aret.in ca. nouit.de iud.communem dicit. B.Villal.

PRO. correctio non eſt fienda per ſubauditos intellectus. gloſſa. communiter approbata,in c. cupientes.§. quòd ſi per viginti.de elect.in 6. Bellon.

PR.Correctiones ſunt euitandæ in iure noſtro, niſi expreſsè fiant, in l.ſi quando. C. de inoff.teſtam. l.præcipimus.in fi. C.de appel. in l.ſancimus. C. de teſtam. capit.cùm expediat. de elect. in 6. Vnde in Correctoriis non ſolet fieri extenſio de vno caſu in alium. in l.ſi verò. §. de viro.ff.ſolut.matrimo. in l.final. & authentic. quas actiones. vt ibi not. C. de ſacroſanct.eccleſ.

OBIEC.contrà de l.ſi quis ſeruo.iuncta gl.C.de furt.& l.illud.cum gl. C.de ſacroſ.eccl. Vbi etiam in ſtatuto correctorio fit extenſio de vno caſu in alium.

SOL.Verum eſt vbi eſt eadem ratio,&ęquitas,vel vbi ſunt ſimiles caſus,vt ibi. Bellon.

correctio moderata eſt pmiſſa viro vxori, Domino ancillæ,magiſtro ſcholari,& patri filio.Si tamen pater corrigendũ filium occiderit,extra ordinem punitur.communis eſt opin. Clarus q.56.ver.poteſt etiam. Bonacoſſ.

Corrig

Corrigere quilibet tenetur peccatorẽ, iuxta regulam euãgelicam,Si peccauerit in te frater tuus,&c. Matthæi 18.& iſta eſt communis opi.de qua Rochus de Curte in trac.de cõſuetud.n.138.Et eſt ſub pręcepto peccati mortalis,vt inqt Præpoſi.in c.ſi peccauerit.2.q.1. Aret.in c.nouit.de iudic. cõmunem dicit.Et vbi vertitur animæ periculum, & agitur ad correctionem peccati, poteſt procedi non præcedente diffamatione.Hoſt.in c.ad noſtram.per illum tex. & ſequitur Abb.de accuſa.dicens eſſe notandum. & Hoſt.in ti.de inquiſitione.§. &qualiter.Ang.in l.vacantia.C.de bonis vacan.li.10.Dicit tñ Specula.in tit.de inquiſitione.§.nunc tranſeamus.ver.ceterũ. quòd quando proceditur ad inquiſitionem ratione priuati commodi, licèt nulla præcedente infamia procedi poſſit, tamen præcedere debet charitatiua monitio. Bonacoſſ.

in correctoriis ex maioritate rationis fit extenſio:vel ſic ꝓpter maioritatem rationis inducitur correctio. Glo.eſt communiter approbata,in Auth.prætereà.C.vnde vir & vxor.ſecund. Anch.in conſ.350.in quæſtione. & per eundem latiſſimè.in l.2.C.de noxal. M.Chærian.

correctus in caſibus, in quib⁹ nõ poteſt interrogari de aliis, facit vt iudex poſſit inquirere. Marc. Ant.in tract.de indic.& tortu.n.389.communem dicit. Villalob.

correctus de crimine admittitur ad denunciandum. Aret. in c.nouit.de iudi.communem dicit. Bonacoſſ.

correlatiuorum iudicium idem prorſus eſt,etiam in pœnarum cauſis,commune ait Io. Nic.in l.generaliter.nu.26.C.de ſecund.nupt.Arius Pinel.in l.2.1.par. c.2.n.1.C.de reſcind.vẽdit.Viuius lib.1.opi.284. E.Suarez.

PR.correlatiuorum idem eſt iudicium.nam quod de vno dicitur,de altero neceſſe eſt vt intelligat̃,in l.fi.C.de indi. vid. toll.in l.fi.ff.de accep.in l.1.C.de cupreſſ.lib.12. Bellon.

corrumpens libros archiui publici, comprehenditur ſub pœna legis ſi quis.ff. de iuriſd.omni.iud. Iaſ.in d.l.n.40.communem dicit. Ibidem.

Quando ſunt duo à lege veteri æquiparata circa quędam, tunc ſi lex noua aliquid corrigat vel inducat de nouo in vno ex dictis duobus æquiparatis, circa ea in quibus erant à iure vet.ęquiparata,talis lex noua,aliquid corrigens vel inducens in vno ex dictis æquiparatis,extenditur etiam ad aliud.Eſt cõmunis opi.ſecund.Alex.conſ.171.viſis & conſideratis.ver.in præmiſſis.vol.7. M.Chærian.

corruptum ſe aſſerens vt dicat falſum,nõ creditur ei ad inquirendum,vt eſt communis opi.Burſ.conſ.34.n.23. Bonac.

creditor conditionalis non dicitur propriè creditor,ſed impropriè,quia mox ab initio nõ poteſt exigere.arg. l.debitor. ff.de verb.ſig.& ita concludit Bart. in l.1.ff.ſi cert.peta.quem ſequuntur communiter Doctor. vt latè ſequitur Alex. Deci. in 1.lec.n.29.& in 2.lect.in fi.aliiq̃ue Mod.ibi. Pro iſta itaque opinione cõmuni allegantur varia iura, præſertimq; l.videamus.ff.de liber.leg.vbi ad literam dicitur creditorem cõditionalem eſſe impropriè creditorem,faciunt etiam nonnulla alia,quæ curioſis videnda derelinquimus:contrarium verò tenuit Fulgo.& Alciat.in d.l.1.ſeu ipſe Alciat.in l.cõditionales. ff.de verb.ſigni.& Vaconius in ſua declaratione,93.ſed Dec. in d.l.1.diſtinguendo reſoluit iſtam materiam,quæ diſtinctio ſemper mihi placuit. F.Viuius.

creditor non dicitur,cui ex dilecto, vel legato debetur.Ripa in rub.ff.ſi cert.pet.n.92.communem dicit.quæ facit in in tel.l.2.tit.8.lib.3.For.ll.& aliarum legum.de quibus in verbo condemnatus. B.Villal.

creditor,ad hoc ꝓ poſſit habere regreſſum cõtra fideiuſſores,vel contra tertios poſſeſſores,requiritur nõ ſolum denũtiatio nuncij poſita in actis ꝓ non inuenit bona debitoris:ſed etiam pronuntiatio iudicis. laſ.in l.ſtipulatio.§.habet autem. n.7.ff.de noui.oper.nunc.communem dicit. Idem.

creditor, cui fuit promiſſum certa die ſoluere, vel dare pignora:adueniente die,poteſt præcisè cogere debitorẽ ad ſoluendum,Communem eſſe ait Rip.in l.4.§. fi.ex quæſt.n.9.de re iud. Idem.

In mercibus venditi,ſi debitor aufugit,ꝗ creditorem mercium an locũ habeat regula:qui prior eſt tpe,potior eſt in iure,& addit extẽſionem cum exceptionibus.n.209.210.211.

creditor,qui merces vendidit debitori,ex quo cõtractu ortum fuit creditum:ſi debitor fugit,non eſt potior in re vendita aliis creditoribus prioribus. Vterque Imol. in l. ſi cum dotem.§.fi.ff.ſol.matrim.& Fanus de pigno.& Hippol.in 5.part. mem.2.n.8.Communem dicit.

Amplia iſtam communem ad creditorem ex mutuo, qui non eſt potior in re empta ex pecunia mutuata. Ant.de Fan. in 2.par.mem.1.n.13.communem dicit.

Limita primò, ſi pecunia fuit mutuata ad illam rem emendam.Fanus in 5.par.mem.2.n.8.communem dicit.

concor.cum l.30.tit.13.part.5.& intel.prout in communi ſequenti,& vide l.27.& 28.& 29.ciuſdem tituli.

Reſtringe iſtam limitationem quantum ad actionem perſonalem:nam habens hypothecam etiam generalem,præfertur creditori ex mutuo ad rem emẽdam:cum actio mutuãtis ſit perſonalis:& non præiudicat actioni reali,idem Fanus nu. 8.communem dicit.

Limita ſecũdò,in re empta ex pecunia eccleſiæ.Io.de Rip. in l.iuriſcõſulto.n.6. ff.in qui.caſi.pig.vel hypot.ꝓtrah.cõem dicit.& vide per eum regulas,& limitationes alias. B.Villal.

creditor cui datus eſt fundus pignori, cui annexũ eſt ius patronatus beneficij:non poteſt præſentare.Io. Igne.in l.1.§.ſeruus pignori.n.3.ff.ad Sillan.communem dicit.

De iure regio eſt.l.9.tit.11.par.1.quæ vr̃ diſponere contrarium etiam in locatore.Sed dictam legem intellige in pignore,in quo non eſt ſpes luitionis:de quo per Io.Igneum in d.§. ſeruus.n.8.& in locatore non ad modicum tempus, per gl.in c.ex literis de iu.patro.& Pau.de Caſt.conſ.361.vol.1.& Cæſar.Lamb.de iu.patro.art.2.q.8.par.2.lib.1.

creditore ſuccedente debitori confunditur actio hypothecaria Io. Cora.in l. frater à fratre.n.20.ff.de cond.indeb.communem dicit. Idem.

PR.creditor ſoluto debito retinens & celans pignus,tenetur furti.l.ſi quis vxori.§.eum creditorem.ff.de furt. Bellon.

PRO.creditori licet vigilare ad ſuum conſequendũ.l.ſumma.ff.de pecul. Bellon.

creditor nec dicitur is, cui à legato,nec is, cui à delicto debetur,commune dicit Rip.in rub.n.62.ff.ſi cer.pet.E.Suarez.

creditor ex mercium venditione,cæteris creditoribus in illiſmet mercibus iam traditis nõ præfertur, commune eſſant̃ vterque Imol.in l.ſi cũ dotem.§.vl.ff.ſolut.matr. Fan.de pign. par. 5.membr.2.n.8.Amplia ad mutui creditorẽ,iuxta eũdem Fan.e.li.2.par.memb.1.n.13.Excipe ſi pecunia ad rei illi⁹ emptionẽ mutuo data eſt,commune teſtatur,& idem Fan.& eo. memb.n.8.Excipe rurſus in re ex ſacri,vel pij alicuius loci pecuniis empta.commune ſcribit Rip.in l.ſenatuſconſulto.n.6. ff.de quibus cauſ.pigno.vel hypo. E.Suarez.

creditor poſterior præferẽ dotis confeſſioni,q̃ fraude factã, aliqua cõſtet coniectura, vt eſt receptũ placitũ in auth. ſed iã neceſſe.C.de donat.ante nup.deq; Alex.ad Bar.in l.1.n.11.C. de iur.fiſ.li.10.Roger.de dote.§. 5.n.30.Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem,n.20.inſtit.de actio.conſtare poteſt. E.Suarez.

creditor pupilli nõ excuſatur à munere tutelæ ratione creditiſi præbeat ad ſancta eloquia iuſurandũ, qd̃ ex veritate credit,ſe obligatum habere pupillũ. Textus eſt in §.vt aũt nõ demus.in Auth.vt ij,q obligatas ſe habere ꝓhibent res minorũ.colla.6.& ibi Ang.de Peruſ.n.1.inquit:nota, ꝓ vocatus ad tutelã,vel curã,ſi iurat ſe credere minorẽ obligatũ ſibi vel ei⁹ res,qd̃ ſine alia ꝓbatione ab eius tutela vl̃ cura repellit̃.&hãc indubitatã iuris ꝓcluſionẽ eſſe ſcribit ꝓfulendo pulchrè Rol. à Valle,in ꝓſ.83.n.6.ꝓfutans ẽt argumenta contraria,quæ ꝗ illam deciſionem adduci poſſent,in 1.Tom.conſ. kirchouius.

creditor non poteſt retinere penes ſe cadauer, ſeu corpus mortuum ſui debitoris diuitis, vel inopis inſepultũ, vt pign⁹ quoddã,donec pecunia ſibi debita vigore liquidi inſtrumẽti integrè ſoluat̃,§.hæc autem diſpoſuimus,ver.meminimus,in auth.vt cũ de appel.cogn.nec ꝓcedenda eſt licẽtia p̃ iudicẽ ꝓ retentione cadaueris prędicti ad ipſius creditoris imploratio nem, quia cadaueri iſti nullo pacto eſt impediẽda,ac denegãda ſepultura.arg.tex.in auth.vt defuncti,ſeu funera eorum,in prin.& eſt tex.optimis,ĩd.§.hæc aũt,& in l.cũ ſit iniuſtũ,C.de ſepul.viol.vbi Doc.hoc communiter adnotarũt,Panor.ĩ c.ex parte,de ſepul.Boer.dec.287.n.2.& ſeq.Ripa, ĩ trac.de peſte, in rub.de præſeruatiuis remediis,n.101.& Gram.dec.82.vbi refert iſtam communem opinionem per annos 30. ipſo exiſtente iudice. Neap.in magna curia vicariæ obſeruatam vidiſſe.Et quamuis Ang.in d.auth.vt defuncti, ſeu funera eorũ,in prin.contrariarũ aſſeueret,videlicet,ꝓ creditori habẽti inſtrumẽtum debiti ꝗ ſuum debitorem mortuum poterit impartiri licẽtia per iudicem ad eius petitionem de retinẽdo corpus loco pignoris, ne ſepeliat̃ quouſq; de debito liq̃do ſibi ſatiſfiat,tamen opinio iſta Ang. tanquã inhumana, & falſa cõiter damnatur à ſcriben.& præcipuè à Fel.ĩ c.ſicut Iudæis.Guliel. Bened.in c. Rainutius.n. 59.de teſta.Marſ.ſing.199.& Gram. in d.dec.82.& ſic p̃ premiſſa indubia reddit̃ dicta communis, imò aduerte in fortioribus terminis, ꝓ ſi debitor appellaret, ne corpus debitoris humaretur vtique non eſſet audiendus, nec eius appellatio admittenda foret aliquo modo,ſecũdum

gl.& Doc

gl.& Doc.communiter,in d.c.ex parte,in prin. Spec.in tit.de appel.§.in quibus,ver.8.Grammat.in d.dec.82.nu.2.& Marſ. in allegato ſing.199. F.Viuius.

creditor,mercator,vel ſolit⁹ mercari,lucrum ceſſans à moroſo debitore licitè petit,ſecundum communem per Burſat. cõſ.68.n.11.libr.1. vbi hoc dicit procedere ẽt ſi ſolitus ſit pecunias deponere apud cãpſores,vel in emptionem prædiorũ conuertere,ſecundum magis communem ibi, & etiam de iure canonico,ſecundum communem d.conſ.n.12.& hoc procedere in omni creditore ſolito negotiari contra quemlibet debitorem moroſam: & tam in actionib.arbitrariis,quàm aliis ex communi,vt d.conſ.68.n.13.

creditor rem ſibi hypothecatam pro ſui iuris conſeruatione propria authoritate apprehendere, & retinere poteſt, ſi tñ ab alio non ſit occupata,ſecundum communem per Burſ.ꝓſ. 8.n.15.lib.1.poſt Alex.in l.1.C.de repud.hæred.

creditor petens executionem inſtrumenti cõtra fideiuſſorem,non habet neceſſe docere de principali credito, quando de eo fit mentio in inſtrumento,teſte Nat.conſ.262.col.4.licet in hoc diſſentiant aliqui relati in apoſtil. ad Bart. in l.vt fideiuſſor.ff.de fideiuſſor. de quo vide quæ ſcribit Iaſ.in auth.ſi quis in aliquo.n.9.C.de edend. Put.

creditor rem debitoris meliorem pro ſuo credito eligere nõ poteſt,neq; pignoratam vendere, ſed mediocrem arbitrio boni viri,ex qua ſuum creditum conſequatur,ſecundum cõmunem per Burſ.conſ.84.n.11.lib.1.poſt Bart.Bald. Salic.in l.quandiu.C.de diſtrac.pignor.Boer.q.46.in fi.

creditor quilibet nõ per viã agendi,ſed excipiendi cõparet ꝑ iure ſuæ prioris hypothecæ ad impediẽdum aliũ creditorẽ: poteſt hoc facere etiam ſi prius non obtinuiſſet ſententiam ꝯ ſuum principalem debitorem,& exiſtentem ſoluendo: & ſic nõdum facta aliqua diſcuſſione in bonis dicti debitoris, dũmõ doceat de ſuo credito,& potiori hypotheca.l.à diuo Pio. §.ſed illud.ff.de re iudi.quem §.declarat Nat.conſ.300.col.2. & 3.& concluſionem prædictam cõfirmat.& ſic in executione cõparens creditor, poteſt docẽdo de prioritate ſuæ hypothecæ ꝯſequi ſibi aſſignari bona retinẽda loco pignoris.Put.

creditores hereditarij non tenẽtur accipere inſolutum bona ab herede cum beneficio inuentarij,ſed eis ſunt tradenda, vendenda,vel pretium ſoluẽdum ſi hæres damnum nõ patiatur,& hæreditas ſit ſoluendo,ſecundum communem ꝑ Burſ. conſ.9.n.29.33.lib.1.vbi ꝓ tria concurrere debent,præſuppoſito ꝓ vt hæres cogatur vendere,vel vendenda tradere,vt primo ꝯſtet bona fuiſſe in hæreditate &dominio defuncti, 2.ꝓ vendanť.iuſto ꝑtio, 3.ꝓnec hæres de ſuo ꝑ euictiõe ꝑmittat.

creditori probãti duobus teſtibus,nihil de ſumma deponẽtibus,pecuniæ numerationem alicui factam:& aliis præterea teſtibus probanti debitorem ab ipſo centum mutua petiiſſe, iuſiurãdum deferetur,commune aio ex Alex.in l.admonẽdi. n.47.ff.de iureiur.Deci.in l.vlt.n.4.C.de edẽd. Hippol.notab. 322.vide infrà ver.teſtes. E.Suarez.

CREDITOR ET DEBITOR.

Summaria.

Beneficium l.fi.C. de acq. poſſ.competere etiam creditori ſuper rebus,poſt conſtitutum poſſeſſorium acquiſitis.q.1.

creditor agens cõtra filium,ex contractu vel debito paterno,tenetur probare filium eſſe hæredem.q.2.

creditorem dantem mutuo pecuniam ad merces, vel alias res emendas, non habere tacitam hypothecam in rebus illis ſua pecunia emptis, Excepto pupillo. Ei em̃ hoc priuilegium dari.q.3.

creditorem agentem hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem,probare debere,debitorem habuiſſe dominium,vel q.tempore obligationis.q.4.

Debitori,qui habuit dilationem quinquennalem,non dari beneficium ceſſionis bonorum.q.5.

Debitorem negantem debitum,& conuictum, atque condemnatum,poſſe bonis cedere.q.6.

Debitorem fugientem ad Eccleſiam, ſi ſit ſuſpectus de fuga,poſſe ab ea extrahi.q.7.

Diminutis perſonis oneratis,vel obligatis, cùm electa fuit certa perſona,diminui aut perimi onus vel obligationem:niſi hæredes eiuſdem eſſent artificij.q.8.

creditorem habentem generalem hypothecam omnium bonorum,cum poteſtate capiendi propria authoritate, in cõſtitutione precarij, poſſe agere condict.ex l.fi.C. de acq.poſſ. contra tertium poſſeſſorem, nulla facta excuſſione principalis,pro recuperanda poſſeſſione rei, quã debitor ex bonis hypothecatis alienauit.q.9.

Difficultatem excuſare debitorem quãtitatis à mora.q.10.

Debitorem,qui fuit in mora ſoluẽdi, exactum in iniuriam creditoris,liberari.q.11.

Debitorẽ ciuitatis ſoluentem Tyrãno, qui poterat inferre metũ ac terrorẽ,liberari:ſec⁹ ſi ñ poterat inferre terrorẽ.ea.q.

Diuturnitas temporis, ſeu taciturnitas in nõ petẽdo ſola, nec ad præſcriptionem ſufficiens,non inducit remiſſionẽ debiti,ſeu donationem,niſi concurrat cum ſilentio lõgi temporis, ſanguinis coniunctio, & calculatio rationis ſæpiùs inter eos habita,non facta tamen mentione debiti.q.12.

Iuri offerendi debitum,& recuperandi pignus, à creditore contra debitorem non præſcribi,æquiùs videtur.q.13.

creditor prior habens hypothecã,& priuilegium prælationis,poteſt agere contra poſteriorem creditorem, cui fuit ſoluta pecunia,etiamſi ea bona fide ſit conſumpta.q.14.

QVAESTIO I.

QVAERO,Vtrum beneficium l.fi.C.de acq.poſſ. cõpetat etiam creditori ſuper illis rebus, quæ debitor poſt conſtitutũ poſſeſſorium acquiſiuit?Reſp.ꝓ ſic, & iſta eſt crebrior & receptior Doctorum ſentãtia, quòd in tali conſtitutione precarij veniant quoq; bona futura,ita firmat Bart.l.fi.per illum text. C.quæ res pig.obl.poſſint.& ibi Iac.But.& Sal.Ang. in ꝓſ.68. inci.viſis inſtrumentis. Ang.in l.1.in prin. ff.de pigno.Matth. de Afflict.in deciſ.37.nu.3.& 4.Eandem tenet Io. de Imol.& Rom.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obl.per l. quamuis.de precar.Alex.de Imo.l.poſſideri.§.incertum. ff.de acq. poſſ.vbi reſpondet ad ꝓtraria.Et hãc eſſe magis cõem cũ multis adductis,firmat And.Tiraq.in trac.de iur. cõſti.poſ.2. par.Fran.Rip.l.cõuentio generalis.n.4.& 5.ff.de pigno.Licet contrarium velit gl.l.2.C.de acq.poſ. Ang.l.quædam mulier. ff.de rei vendica.Et plures allegati per Alex.d.§.incertum.

QVAESTIO II.

Quæro,an creditor agens contra filium alicuius ex debito paterno,debeat allegare filiũ eſſe hæredẽ,& ꝑbare?Reſp.Bal. in l.2.C.ne filius ꝑ patre.tenet,ꝓ ſic.Eandem opinionẽ tenet Imol.vbi dicit,eam eſſe communem in l.ſi cùm dotem.§.trãſgrediamur.ver.in fi.gl.ff.ſol.ma.Ant.Capyc.deciſ.70.n.1.

QVAESTIO III.

Quæro,an creditor qui ad merces cõparandas,vel alias res emẽdas, pecuniam mutuò dedit, in mercibus vel reb⁹ ex hac pecunia emptis, tacitam conſequatur hypothecam? Reſp.gl. in Auth.quo iure.verbo,perſonali.C.qui potior in pig.tenet, ꝓ ſic.Eandem opinionem tenet Alex.l.ſi cùm dotem.§.fi.n.5. ff.ſol.ma.Iaſ.l.creditor.ff.ſi cer.pet.Sed in hoc Doc.magis cõmuniter contrariam tenent ſententiam.vt teſtatur D.Couar. variar.reſolut.c.7.n.3.excepto pupillo, qui in rebus ex pecunia ſua ad hoc mutuò data emptis, tacitam habet hypothecam.gl.l.idemque.ibi Bar.ff.qui pot.in pig.Neguſant.in tract. de pig.2.par.prin.4.membro.n.163.

QVAESTIO IIII.

Quæro, an creditor agens hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorem,debeat probare de dominio,vel quaſi debitoris: An verò ſufficiat probare poſſeſſionem rei obligatę fuiſſe penes debitorem tempore obligationis? Reſp.magna eſt varietas gloſſarum & Doc.in hac quæſtione, in qua & ipſe Bar.cõtra morem ſuum ſibi cõtrarius eſt, vt latè pro vtraq; parte refert authoritates Matth.de Afflic.deci.283.n.6.Sed meliùs diſtinguitur ſm Doctor. aut tertius poſſeſſor habet cauſam lucratiuam à debitore,& ſufficit probare poſſeſſionem rei obligatæ fuiſſe penes debitorẽ tpe obligationis.Ita tenet Bar.Bal. l.de reb.C.de dona.ante nup. Cy.Bart.Iac.Butr.l.cùm res.C.ſi res aliena pig.data.Florian.l.ante omnia.C.de probatio.Ang. inter conſ.Alex.conſ.138.li.2.Matth.de Afflict. deciſ.37.n.5. Fab.§.item Seruiana.n.15.Iaſ.n.89.Molinæ.in ꝓſuet.Pariſien. §.80.& in addit.ad Alex.conſ.115.li.6.Et hãc dicit eſſe veriorem & communiorem D.& præceptor meus Lud. Schrader. d.§.item Seruiana. Quamuis dubitet Alex.d.conſ.115.Et cõtrarium,ſed malè,tenent Bart.d.l.rem alienam. ff.de pigno.actio.Ang.d.§.item Seruiana.n.8.prac.Papien.for.actio.hypo. verb.ex memoratis.Quæ concluſio tñ procedit, quando tertius vult vti adminiculo ex perſona debitoris,eiuſdemque authoris ſui,aliàs creditor agens tenet probare debitorẽ habuiſſe dominium,vel quaſi.Spec.§.1.n.29.de obliga.&ſolu.Bal.d. l.de rebus.Iaſ.d.§.item Seruiana.n.89. aut tertius poſſeſſor habet titulo oneroſo,& tenetur creditor probare dominiũ, vel quaſi debitoris,ita tenet Iac.de Aren.Cy.Bar.& Ang.d.l.cùm res.Iaſ.d.§.item Seruiana.n.89.prac.Papien.d.verb.ex memoratis.Bar.d.l.rem alienam.numer.6. Et hæc eſt communior & verior,vt firmat Schrader.d.§.itẽ Seruiana.Licet contrarium velit Salic.d.l.cùm res.Ang.conſ.138.n.1.inter cõſ.Alex.li.2. Aut tertius poſſeſſor nullã habet cauſam à debitore, & tũc creditor

creditor tenetur probare debitorem habuiſſe rei petitę quaſi dominium,videlicet rẽ petitam bona fide & iuſto titulo poſſediſſe,ita tenet glo.d.l.ante omnia. Dy.d.§.item Seruiana.ibi Fab.n.14.Ang.8.Iaſ.89.vbi dicit,in hoc neminem diſcrepare. Cy.Bar.d.l.cùm res.Alex.conſ.87.n.4.lib.7.Ang.d.conſ.138. Afflic.deciſ.40.prac.Papien.d.verb. ex memoratis. Schrader. d.§.item Seruiana.communem dicit.

QVAESTIO V.

Quæro, an debitor admittẽdus ſit ad beneficium ceſſionis bonorum,qui habuit dilationem quinquẽnalem?Reſp.gl.in l.cum ſolito.in fi.C.qui bon.ced.poſ.tenet,ꝓ nõ.Hãc gl.ſequitur Cy.& Bar. Ang.d.l.fi. Vitalis in clauſ.ſuis char.193. Et eã communiter ſequi omnes Doct. in d.l. cum ſolito. & l.alia.§. elegãter.ff.ſol.ma.affirmat Matth.de Afflict.deciſ.Neap.378. n.2. Præterquam in eo, quod dicit, quòd tunc debitor creditoribus datur lacerandus,namque in hoc gl.illa communiter damnatur,vt ibi per eum.

QVAESTIO VI.

Quæro,Si debitor negat debitum, & creditor probauit,ac lata eſt ſententia,an poſt ſentẽtiam debitor poſſit cedere bonis? Reſp.gl.in l.1.verb.iudicati.C.qui bonis ced.poſ.tenet,ꝓ poſt ſententiam debitor detruditur in carcerem, ſi non appellauit.Hanc ſequitur Aret.in §.fi.inſt.de actio.vbi dicit, debito rem poſſe bonis cedere,ſi à ſententia ſit appellatũ, ergò ſecùs ſi non appellauit. contrariam opinionem, ꝓ videlicet etiam poſt ſententiam admittatur ad beneficium ceſſionis bonorũ condemnatus,videtur tenere Bar.in l.pe.ff.qui bonis ced.poſ. & ibi Ang.qui dicit,ante debitum liquidatum nõ auditur volẽs cedere bonis,ſed liquidare per agnitionem factam in iudicio,vel extra,vel per ſententiam.Idem tenet Cy.d.l.1.& Azo. in ſum.eo.tit.Eandem opinionẽ expreſsè tenet Sal.d.l.1.ver. iuxta hoc moueo aliqua dubia.Ludo.Gomez.ĩ gl.ad reg.Cãcellariæ.in reg.de ſubro.collitig.q.1.ver.& iſta quæ dicta ſunt. & eam tenet Alb. de Roſa.d.l.1.dicens communiter per omnes reprobari opinionem gl.ibi tenentis contrarium.

QVAESTIO VII.

Quæro, an debitor fugiens ad Eccleſiam, ſi ſit ſuſpectus de fuga,poſſit ab ea extrahi? Reſp.Iaſ.in l.vinum.n.3.ff.ſi cer.pet. tenet,ꝓ non,ꝑ quatuor fundamẽta:& principaliter arg. iſtius tex.Idem tenet in l.plerique.n.26.ff.de in ius vocan.& in l.1. §.ſi decipiuntur.n.9.ff.de feriis.

Contrariam opinionem tenet Old.in ꝓſ.54.Dec.l. vinum. 2.no.ff.ſi cer.pet.D.Couar.in li.1.variar.reſol.c.20.n.14. Hip. rep.l.vnice.n.111.C.de rapt.virg.Boer.deci.215.n.6.10.de Viſquis,c.definit.n.55.17.q.4.Rip.c.1.n.88.de iudi.Stepha.Aufrc.in addit.ad deciſ.Toloſ.422.Cy.l.preſenti.C.de his,qui ad eccleſiam cõfug.Ludo.Gomeſ.§.ſupereſt.n.66.inſti.de actio. eam quoque tenet Roger. Schuarez.l.2.ti.de los gonternos. lib.3.for.q.5.n.1 fol.191.Eãdem opinionem dicit eſſe veram & cõmunem,ita ſeruari Remig.de Gonny.in tract.de immunit.eccleſ.fallent.27.n.4.5.&6.vbi reſponde motiuis Iaſonis.

QVAESTIO VIII.

Quæro,an debitum,vel on⁹ diminuatur,vel perimat obligationem,diminutis ꝑſonis oneratis,vel quę aliquid debent, qñ electa eſt induſtria perſonæ?Reſp.Bar.in l.51.ſic ſtipulatus. in fi.ff.de verb.obl.tenet,ꝓ ſic.cum obligatio non egrediatur perſonam.Eandem opi.tenet Cy.& Doc. in l.veteris.C.de cõtrah.& commit.ſtipu.Bal.l.1.§.ne autẽ.C.de caduc.tol.Quod verum eſt,niſi hęredes eſſent eiuſdem artificij.Namque tunc licet eſſet electa induſtria perſonæ, obligatio tamen trãſit ad hæredes:ita notabiliter concludit Alb. de Roſat.in l.inter artifices.n.1.aſſerens ita tenere Doct.communiter.ff.de ſol.& tenet Ludo.Roma.in ſing.270.Fel.in c.quoniam.§. is autem.n. 5.de of.deleg.

QVAESTIO IX.

defensio an & quando denegari possit,vide Bald.in l. quoniam Alexandrum.C.ad l.Iul.de adul.modum autem articulandi super defensione,vide per Bart.in l.scientiam.§.q cũ aliter.ff.ad leg.Aquil.Ang.tract.malefic.ver.& dicitur Titius se defendendo.vide etiam quæ scribit Bart.in l.si ex plagis.§.tabernarius.eod.tit.ad leg.Aquil.Ang.Instit.de iur.natur.gent. & ciuil. Put.

defensio in causis criminalib.tolli non potest à Principe,vt est communis opi.Soarez verbo defensio.n.24.Curt. iun. in cons.225.in 3.per totum.vbi personæ & rerum defensio nul latenus tolli potest,vt est communis opi.ibi.nec statuto tolli potest.Alber.in l.scientiam.§.1.n.2.ff.ad l.aquil.fallit vt ibi p eum,& potest fieri proclama,Quòd quicunque vult defende re talem,compareat.Bar.in l.ergo.per illum tex.ff. quibus ex cau.maio.vbi tex.tradit hanc practicam. Bonacoss.

defensio non tollitur etiam palam delinquẽti.Soarez ver. defensio.nu.25. Bonacoss.

defensio bonorum & rerum quoque admittitur, non minus ac corporis,& honoris, ita vt pro defensione rerum suarum liceat alium interficere.communis est opi.Clar.§.homicidium.ver.hæc autem. Bonacoss.

defensio consanguineorum est licita,ita vt quis auxilietur fratri suo,& interficiat alium cum eo rixantem,nõ incidat in pœnam homicidij,cõmunis est opi.Clar.in d.§.homicidium. ver.item locum. Bonacoss.

DEFENSIO.

Summaria.

Defensio quibus,& contra quos permissa,q.1.

Pro defensione corporis licitum est,&Cardinales offendere.ead.q.ampliat.1.

Iussus à Tyrãno alium interficere, cùm mortis periculum aliter euitare non posset,iure defendisse se; & impunè hoc fecisse traditur.ead.q.ampl.2.

Inuasorem suum occidens defendẽdo se non incurrit irregularitatem.ead.q.amplia.3.

Bannito an liceat se defendere contra aggressorem suum, stante statuto,quòd banniti possint impunè offendi.q.2.

defensionem,vt quæ sit iuris naturalis,nõ posse tolli à principe.ibidem.

defensio inducta de iure naturali.ibid.

Facta potestate cuilibet occidendi bãnitum,quilibet offendens intelligitur in locum magistratus eo nomine subrogatus,& constitutus executor,ibid.

Offensione existente iusta & licita,necesse est defensionem esse iniustam & prohibitam.ibid.

defensio naturalis,quandoque si maxima subsit causis,tollitur.ead.q.iuxta fi.

An & quando liceat occidere propter solas minas,non expectatis ictib.aut verberibus.q.3.

Consuetudinem & mores minitantis esse spectandos.ibid.

Interficiens alterum,cùm fugiendo euadere,& ingruens periculum vitare potuisset , an moderamen inculpatæ tutelæ seruasse videatur, & sic impunè aduersarium occidisse : an verò potius fugere debuerit.q.4.

Fugare alium,seu terrere,iniuriam esse.ibid.

Fugam dare cùm liceat resistere,turpe esse &cum quadam ignominia coniunctum.ibid.

Nemo tenetur aut cogitur fugere à facie inimici.ibid.

Propulsandi verbum, quam vim habeat, & potestatem, in auertenda & propellenda iniuria.ead.q.in fi.

An & quatenus teneatur quis defendere alium penitus extraneum.quæstio 5.

Diuersa Iuris canonici & ciuilis,in defendendo alium, obseruatio.ead.q.

An pro sola defensione rerũ,liceat hominem impunè occidere.quæstio 6.

Bona,& res,esse substantiam,& q.vitam hominis.ibid.

An & quando liceat impunè occidere furem fugientem, qui apprehendi non potest.ead.q.

Priuatum non priuata,sed publica vindicta vti contra inuasorem.ead.q.in fi.

Vtrũ pro simplici defensione honoris & famæ,permissum sit verbalem iniuriam,saltem verbis repellere.q.7.

Quibus,& qualibus verbis liceat propellere & refutare in iuriam verbalem.ead.q.

Ad excludendum crimen obiectum,vel iniuriam illatam, licitè dicimus, tu mentiris ead.q.ad fi.

Ex verbis ad vnum,eundemque effectum tendentibus,nõ oriri diuersas iniurias.ead.q.in fi.

An pro qualibet iniuria personali liceat hominem occidere.q.8.

Dolo,vel ex proposito excedens moderamẽ inculpatę tutelæ,puniendus ne sit pœna ordinaria,an mitiori extraordinariè.q.9.

Dolũ malum non esse sine animi deliberatione.ea.q.in fi.

In prouocato ad irã,nõ esse certã animi deliberationẽ.ibi.

Magistratui,an,quando,& quatenus liceat resistere.q.10.

Iusta & legitima defensio an probetur, si testes deponant tertium occidisse ad sui defensionem:licet non dicant, ad defensionem necessariam.q.11.

QVAESTIO. I.

Defensio cuilibet permissa est.Ita probat tex.l.vt vim. & ibi Bart.Ias.& Doct.communiter.ff.de iust.& iur.& in l.1.§.cũ arietes.ff.si quadru.pauper.fecis.dica.l.qui aggressorem. ff.ad l.Corn.de Sicar.& ibi Hippol.de Mars.Abb.c.olim.el 1.n.15. & ibi Doct.de restit.spol.

Ampliatur hæc cõclusio,vt locum habeat quoque in Cardinalibus.Namque pro defensione corporis licitum est offendere Cardinales,ita tenet gl.c.fi.verb.percusserit.de pœ.lib.6. & ibi Io.And.Ang.d.l.vt vim.ibi Ias.n.1.& Dec.n.7.Et hãc dicit ibi esse communem opin. Francis. Zoannet. Curt. Senior cons.20.num.39.Mathæ.de Afflict.c.1.§.porrò. quæ fuit pri. cau.in vsib.feud.

Ampliatur,vt procedat quoque in eo, qui cùm aliter mortis periculum euitare non potuit, iussus à Tyranno alium interficit.Namque impunè hoc fecisse traditur. Ita tenet gl. l. si familia.ver.agi poteri,ff.si fami.furt. quàm sequitur Bald.c.1. §.iniuria.nu.19.de pace iur.firm.in vsib.feud.& in l.1.C.vnde vi.Dec.d.l.vt vim.& ibi Flor.de S.Petro,& Franc. Zoannet.q dicit cõmunem esse sententiam,cum plurib.aliis relatis p Dec.

Ampliatur

Ampliatur tertiò ,vt is,qui se defendendo,occidi suum inuasorem non incurrat irregularitatem.De hoc tex.est expressus in Clem.si furiosus de homicid.& ibi not.omnes Doc.vt firmat Per.à Duen.in reg.192.Ampliat.6. dummodò occidat ad suam defensionem , non voluntariè neque ex proposito, idem voluit gl.c.in summa.23.q.1.gl.&Abb.c.sicut dignum. nu.14.de homicid.

QVAESTIO II.

Quæro, Stante statuto, q banniti possint impunè offendi, An bannito liceat se contra aggressorẽ suum defendere? Vtilitas huius quæstionis est maxima,si enim bannitus prohibẽte lege tueretur se,& occideret aggressorem suum, vt homicida puniendus esset.

Magna est in hoc art.inter Iurisconsultos controuersia.Nãplerique existimant defensionem bannito nõ denegari,cùm inducta sit de iure naturali,& non positiuo.d.l.vt vim.& non possit tolli à principe,ita Bald.in l.1.n.15.C.vnde vi.& d. l.vt vim.nu.3.Card.in clem.1.n.32.de homicid.&Fel.in c.dilecti. nu.6.de exceptio.

Altera est opinio,q bãnitus cum aggressoris sui læsione in casu permisso,non possit se tueri.Hanc sententiã firmat Bart. in d.l.vt vim.n.4.& ibi Ang.Paul.de Cast. & Dec.Eandẽ probat Floria.in l.1.§.cùm arietes.ff.si quadru.pauper.Pau.de Castro cons. 194.Nellus in tract.bãnit.2.par.2. temp.q.49.n.49. Hippo.in pract.crimi.§.aggredior.n.75.Et eam dicit esse communem Franc.Zoannet.d.l.vt vim.parte.1.nu.33. Cùm enim ex forma statuti cuilibet sit facta potestas bannitum occidendi, quilibet offendẽs intelligitur in locũ magistratꝰ eo nomine subrogatus, & constitutus executor.Vnde non licet se defendere bannito in actu licito.Si enim offensio est iusta,necesse est defensionem esse iniustam & prohibitam.Placet tamen mihi sententia Pau.de Cast.in d.l.vt vim.dum notabiliter distinguit,an statutum dicat,bannitum posse offendi,vt tunc locum habeat communis opi.Secùs si dicat,q occidens bannitum non puniatur, ex quo enim tunc non est permissa offensio,sed impunita,licita est defensio.Et sequitur Hippol.vbi s. n.78.Puto tamen communem procedere,quãdocunque maxima subsistẽte causa tollitur naturalis defensio,quo casu nõ obstat fundamentum.Bald.Ange.l.si sic.ff.de leg.1.Alex.in l. cùm mulier.n.12.ff.sol.mat.Alber.l.omnes,qui.C. de epis. & cler.Et tenet expressè Deci.d.l.vt vim.num.3.& 4.Floria.d.§. cùm arietes.

QVAESTIO III.

Quæro,An propter minas licitum sit hominem occidere? Resp.Multa circa hunc articulum cõflictantur Doct.Nam q non sunt verbera expectanda,sed terror & minæ sufficiant,vt quis se contra ingruens periculum tueatur cum aduersarij læsione,tenet gl.l.1.C.vnde vi.Idẽ tenet Bald.l.1.C.quand.licet sine iudi.vind.dummodò præcedant signa & actus manifesti,q percussurus erat aduersarius.Eandem opinionem, q liceat occidere minantem,si est in actu,& non aliter firmat Ias. d.l.vt vim.n.14.&l.1.n.46.ff.de of.eius cui mand.iurisd.Ang. Perus.l.quemadmodum.C.de inoff.testa.Corset.sing.metus. Hipp.in pract.crimi.§.diligenter.nu.87.& sing.640.

Contrariam partem, q propter solas minas aliquem occidere liceat, quando minans solitus est minas exequi, Docto. communi calculo approbarũt.Ita firmat Ias.d.l.vt vim. n.14. Et tenet Ang.de Perus.cons.215.Cassanę.consue.Burg.ti.des iustices.Rub.3.§.1.n.4.pro qua opi.est gl.c.cũ dilectus. verb. violentia.ext.qd met.cau.& faciunt quæ not.Abb.ca. Abba. de his quæ vi metúsve cau.& per Bart.l.pupillo. §. si quis ipsi prætori.in 5.6.& 7.q.ff.de noui oper.nun.p Bald.l.2.C.de his quæ vi met.cau. Consuetudo namque personæ minitantis& qualitas in id genus & similib.controuersiis,sunt consideranda secund.Cy.& Pet.d.l.1.C.vnde vi.Præterea cùm minator minas suas exequi solitus sit,alter in periculo vitæ statim cõstituitur,aduersus q defensio tunc protinus rectè adhibetur, nec expectanda armata vi percussio.d.l.1.C.quand.liceat se sine iud.Hæc communis conclusio mihi videtur vera,si intelligatur secundum Bald.vbi s.quandocunque minans est in actu percutiendi,vt quia gladium strinxit,& in aduersarium ferebatur. Aliàs non licere puto minatorem occidere , etiamsi aliàs minas exequi solitus sit.Ita quoque docet Barto.d.l.1. Quippe tunc,cùm quis arreptis in nos armis mortem nobis aut vulnera minatur,potentia nocendi proxima actui, censetur in ipso actu adesse,meritò tunc differenda non est tutela, alioquin serò medicina paratur.

Hæc conclusio,q minis liceat obuiare,extenditur,& quandocunque minator minas exequi solitus est, & est vir potẽs, præsumptio contra eum oriatur ad torquendum eum.ita tenet Spec.tit.de præsumpt.§.species.ver.sed pone.Alberi.l.metum.C.quod met.cau.Bald.lo.de lm.l.fi.ff.de hered.inst.Ias.l. 1.C.de ser.fugit.Fel.c.cùm oporteat.n.9.de accus.cap.afferte. n.12.de præsump.Alber.Bru.tract.de indic.col.13.ver.quero vlterius.Ang.ibi August.Arimi.in trac.malefi.verb.fama publica.n.39.Hippol.d.§.diligenter.n.85.& cons.3.n.13.Steph. Bertrand.cons.1.n.7.vol.1.cons.127.n.12.vol.2.cons.293.n. 17.vol.3.Hanc opinionem dicit esse communem Marc.Ant. Bland.repet.l.fi.n.183.ff.de quæst.eam sequitur Cassanæ.vbi supr.num.11.

QVAESTIO IIII.

Sed quæro.Quid si fugiendo euadere &ingruens periculũ vitare potuisset,An impunè aduersariũ occiderit, vel potius fugere debuerit? Resp.pro parte affirmatiua,q imò si quis fugiendo absq; vi armata ab inimico se defendere possit,fugere debeat,est gl.iunct.tex.in c.suscepimus.ver.interimeretur.extra de homicid.vbi dicitur quem potius fugere debere,quàm hominem interficere.Et gl.in clem.vnic.ver.nõ valens.de homicid.Bart.l.vt vim.dicit illud procedere in hominib. fugacibus & infamatæ nationis,secùs in magnanimis. Verũ cõis & recepta Doct.opinio est,q nemo fugere tenetur,cuiuscunq; conditionis sit.Eam tenet Bart.d.l.1.C.vnde vi.Bart.cons.16. lib.2.Bald.Ias.& Dec.d.l.vt vim.Abb.c.olim.n.7.ext.de restit. spol.Alex.cons.14.vol.10.Corn.cons.17.lib.1. vbi communem asserũt.Nemo.n.tenetur fugere à facie inimici, qm honorem suum & famã tueri debet.Præterea fugare alium sue terrere,iniuria est,& quilibet iniuriam à se iure propulsat.Ergò nemo tenetur fugere.Quinimò fuga potest illi esse multò periculosior,quàm resistentia,& sic fuga illum non defenderet,igitur periculo se exponere nõ debet.Hãc partẽ sequitur Ang.& Salic.d.l.vt vim.ibi Claud.de Seysel.& Curt.qui communem dicunt.Eam quoque tenet Fab.§.ius autem gẽtium. & ibi Ludol.Schrad.communẽ dicit,Instit.de iure natu.Hãc opinionẽ tenet quoq; Zenzelinus,Petr.de Anchor.cle. vnic. de homicid.Abb.c.significasti.el 2.vbi dicit eam esse de rigore iuris veriorem.Alex.de Imo.cons. 109.vol. 1.Et probatur hæc opinio expressè in d.l.sciẽtiam.Ad l.Aquil.& d.l. vt vim. qui textus generaliter loquũtur de vi propulsanda,quod verbum propulsare non fuga sed pugna illatam vim reiicere nobis licere denotat.

QVAESTIO V.

Quæro , An quis teneatur alium defendere penitus extraneum:In hac q.Doct.variant.Quidam volũt sequi gl.in l.culpa caret. ff. de reg. iur. q̃ distinguit inter Ius Cano. & Ciuile, vt s.iure canonico quis alterũ,cùm honestè potest,defendere debeat,& verbis saltem iuuare.Iure autem ciuili si nolit, non teneatur, nisi ratione potestatis subiectus illi periclitanti quis esset.gl.l.vtrum.verb.consij.ff.ad l.Pompei.de parricid.Dyn. c.non est sine culpa.de reg.iur.in 6.Hanc opinionem tenet etiam And.Sicul.c.1.ext.de offi.deleg.Abb.c.1.de rest.spol.

Cõtrariam opinionem,q s.neq; Canonico neq; ciuili iure alterum quis extraneum defendere teneatur,tenet Barto.d.l. vt vim.& l.2.§.sed in eo.ff.ad S.C. Sylleia.Bart.l.metum.§.sed licet.arg.istius tex.ff.quod met.cau.Eam opinionem sequitur Ang.d.l.vt vim.& ibi Bald.Dec.& Ias.communem dicunt, & eam communem dicit idem Dec.d.l.culpa caret.Sali sequitur l.quisquis.§.id quod.C.ad l.Iul.Maiest.Abb.c.1.de offi.deleg. Damhaud.in pract.crim.c.80.n.6,communẽ dicit.Zoannet. d.l.vt vim.part.1.n.97.communem testatur,licet ipse inclinet in priam partem.Et mouẽtur Doct.cõiter ea ratione, quia si pro eo,quod q s facere tenetur,pecuniam accipit,vt faciat id, turpiter facit,& reddere debet,sed pro iuuando alium,si quis accipit,eam p mercede eximij laboris iustè accipit,neq; restituere cogit̃.d.l.metũ.§.sed licet ergò.Hæc cõis cõclusio intelligẽda est,quẽ nõ obligari vinculo efficaci,vt cõueniri possit, qa nõ legit̃ actio,aut pœna in his specieb. pstituta,sed humanitatis nexu teneri nõ dubito,quatenus hõ hõi officiũ debet.

QVAESTIO VI.

Quæro,An pro sola defensione rerum liceat hominem impunè occidere? Resp.Gl.l.vt vim.ver.nam iure.ff.de iust.& iure.tenet q sic,dummodò fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ l.iuxta l.1.C.vnde vi.quã sequit̃ Bart. Ias. Dec. Claud. de Seysello,qui communem dicit & Curt.ibi.Bart.l.1.n.7.C.vnde vi.& l.furem.ff.ad l.Corn.de Sicar. Zoannet. vbi communem dicit.d.l.vt vim.gl.l.itaque.verb.latronem.ff.ad l.Aquil. & doct.in c.2.ibi,tetuaque.de homicid.eam tenet Ias.in princi.Instit.de act.n.69.Chassanæ.in consuetud. Burg. vbi notabiliter examinat.tit.des iustices.Rub.1.§.5.fo.42.col.2.n.11. Damhaud.pract.crimi.c.78.num.2.communem dicit. Ratio est , quia res nostræ sunt hominis substantia , & vita , secund.

gl.iunct

gl.iunct.tex.l.aduocati.verb.vitam ibi Bald.tenet.C.de aduo. diuerſ.iud.Vnde ſicut pro defenſione corporis, ita & pro tutela rerum id permiſſum eſt.

Contrariam opinionem, q̃ ſ. pro ſola rerum tuitione non liceat hominem occidere,tenet Io.de Ana.Panor.&Fel.n.4.c. 2.de homic.& c.ſuſcepimus.etiamſi res aliter defendi nõ poſſint,cũm nuſquã iſtud iure probetur,imò tex.in gl.d.l.vt vim allegati ſolùm cõſiderant periculum perſonæ,& non rerum. Namque lex 3.§.cum igitur.loquitur,quando poſſeſſor in diſcrimen vitę venerat defendendi ſuam poſſeſſionem,à qua aduerſarius ſuus ipſum volebat armis deiicere,vt patet ibi, qui cum armis venit.Vnde cùm poſſeſſor defendendo ſuam poſſeſſionem cõſtituitur in vitæ periculo,quia arma in ipſum feruntur,impunè,ſi aliter defenſioni rerum intentus,vitæ periculum euitare non poſſit,inuaſorem occidit.Et ita textus ille rectè loquitur in diſcrimine perſonæ principaliter. Similiter textus in l. itaque. ſimpliciter loquitur de periculo perſonæ, dum dicit inſidiantem mihi.& in eadem l.§.duodecim tabularum.vbi ſimpliciter permittitur furem nocturnum impunè occidere,ſicque pro ſola defenſione. Dicendum eſt Caium ibi recitare nudam legis duodecim tabul.diſpoſitionem, quæ interpretationem prudentum admittit, vt ſc. ita demum furem nocturnum impunè quis occidere poſſit,ſi parcere ei ſine ſuo periculo non poſſit,aliàs non.Et ita interpretatur Vlp. l.furem.ff.ad l.Corn.de Sicar.Et Sextus Cecilius referẽte Gellio lib.20.noc.Attic.c. 1.de perſonæ periculo principaliter.Secundum quem intellectum, non malè concordat ille textus cum l. furem. licet Iaſon dicat vix illos poſſe ad concordiam reduci.& ſeruat etiam ſuam naturam aduerſatiua,de qua Iaſ. d.l.vt vim.Namque in primo membro occido furem & eundem graſſatorem nocturnum,qui & rerum & ſalutis meæ inſidiator venerat: In ſecundo autem occido furem diurnum,q̃ mihi principaliter non venerat inſidiaturus,ſed volenti mihi eum comprehendere reſiſtebat armis.

In hac ardua q. Dec.quem ſequitur Zoannet.d.l.vt vim,diſtinguit: Aut quis defendendo res ſuas incurrit in periculum vitæ,quia aduerſarius reſiſtit cum armis,& impunè licet occidere.d.l.furem.ff.de Sicar.& d.l.itaque.d.l.3.§. eum igitur. & hoc caſu locus erit communi opinioni,quamuis impunitum magis ſit ob vitæ periculum,quàm rerum.

Aut verò ſolum agitur de periculo rerum,citra vitę diſcrimen,velut ſi fugientem cum rebus furem inſequor, & tunc impunè occidendi ius non eſt.d.l.furem. Sed contra hoc vltimum membrum eſt text.in l.ſed etſi.in fi. ff. ad l.Aquil. vbi ſi fur poteſt apprehendi, non poteſt occidi, ergò à contrario ſenſu ſi non poteſt apprehendi impunè occiditur.Vnde ſi vera eſſet concluſio, q̃ furem non liceret occidere, etiam ſi res aliter ſeruari nequeant,eſſet directè contra iſtum textum. fateor quidem,ſi fur ille notus ſit,non ita impunè fas eſſe tunc eum furem occidere, cum teſtimonio multorum cũ fure de furto iure agere poſſit.ſecundum Bart.d.l.furem.Secùs verò, ſi ſit ignotus. Namque tunc inſequendo ſi apprehendere nõ valeat, impunè occidere licet, & ita communiter intelligere Doct.refert Claud.de Seyſel.d.l.vt vim. ibi Curt. dummodò tamen res ſint nõ leues,ſed magni pretij l.ſi ex plagis. §.tabernarius.ff.ad l. Aquil. Ad quam opin. ego tenendam moueor, qu.a magiſtratus impunè furem propter res ſuſpendit,&ſi nõ ſit facultas priuato adeundi magiſtratum, magiſtratus porrigit gladium,vt poſſit ipſius officio fungi.Vnde ſi priuato hoc caſu id non liceret,nec magiſtratui permitteretur.Nam inuaſione vtiur priuatus non priuata,ſed publica vindicta.

QVAESTIO VII.

Quæro, Nunquid pro defenſione ſimplicis honoris & famæ, permiſſum ſit verbalem iniuriam ſaltem verbis repellere? Reſp. q̃ licet inter Docto.ſit concertatio:tamen communiter in eam procliues ſunt partem,quod liceat prouocato ad defenſionem honoris ſui, verbalem iniuriam verbis repellere.ita tenet Bald.d.l.j.C.vnde vi.n.16.Gul.de Cun.Pau.de Ca. & Iac.de S.Georg.l.ſi.ibi Alex.n.3.& Iaſ.n. 5.ff.q̃ quiſque iur. Albe.de Roſat.& Alex.l. 1.in prin.ff.de liber.& poſth. Alex.l. ſi quis extraneus,in prin.ff.de acq.hær.Abb.c.cùm te. nu.28. Fel.in c.dilecti.n. 10.ext.de except.Franciſ.Curt.l.vt vim. n.x. ibi Iaſ.& Dec.n.36.qui communem aſſerunt.ff.de iuſt.& iur. Eãdem opinionem firmat Iac.de Caſtello in tract.de duello. lib.4.c.1.n.2.& 3.Lucas de Penna.l.erat.C. de Caſtren. pecul. Schrad.conſ.40.n.19.& 61.inter conſilia Doct.Germa.Deci. 487.n.4.& 5. Verùm hæc communis concluſio intelligenda eſt,ſecund.Doct. non omnibus verbis iniuriam verbalem repellere fas eſſe,ſed illis tantùm quæ tendunt non ad vindictã, ſed ad excludendũ crimẽ,vel iniuriam illatam. Ideoque eum qui vocauit aliquem furem,latronem,nõ permittitur rurſus vocare furẽ,quia hoc tẽdit ad vindictam, ſed licitè dicimus, tu mentiris,quia hoc tendit ad defenſionem, Bart.l.quæ omnia.§. 1.ff.de procura.vel tu mentiris vt fur vel latro, cùm iſta verba,ad vnum eundemque effectum tendunt,& certum eſt, quod ſecundum communem & receptam Doct.ſententiam ex illis verbis, quæ ad vnum eundemque effectũ tendunt,diuerſæ iniuriæ non oriantur.Bart.l.item apud.§.ait prætor. nu. 2.de iniur.Did.de Couar.varia.reſolut.lib.2.c.10.nu.8.Petr.à Placa in epit.delict.lib. 1.c. 1.nu. 19.

QVAESTIO VIII.

Quero,An pro qualibet iniuria perſonali liceat hominem interficere? Reſp. q̃ ſic ſecundum communem & receptam Doct.ſentẽtiam,vt firmat Iaſ.d.l.vt vim.n. 10.& 36.& ibi Frãcif.Zoannet.licet ipſe in contrariam inclinet partem, & eam tenet Bart.in l. 1.n.7.C.vnde vi.Ang.Aret.§. ius autẽ gẽtium, Inſtit.de iur.nat.Ang.l.is qui aggreſſorem.n.2.ff.de Siccar.& licet Dec.velit communem intelligendam eſſe,ſi talis iniuria perſonalis imminеat,quæ cũ vitæ periculo coniuncta ſit: Tamen magis communiter Doct.loquuntur,etiam quando talis iniuria cum periculo vitæ coniuncta non eſt.arg.d.l.itaq;. Placet mihi tamen ſententia Decij,per c.ſignificaſti.el 2.&ibi gl.extr.de homicid.

QVAESTIO IX.

Quæro, An dolo vel ex propoſito excedens moderamen inculpatæ tutelę,ſit puniẽdus pœna ordinaria,vel mitiori extraordinariè? Reſp.Hæc quæſtio mirificè controuerſa eſt. Nãque nonnulli exiſtimauerunt taliter delinquentem tantùm pro ſolo exceſſu puniendum eſſe. Bald. d.l. 1. q.9. C.vnde vi. & c. 1.in prin.n.7.de pace tenend.Alex.conſ.76.conſ.107.numer.7.lib. 1.conſ.24.n.2.conſ. 140.conſ.24.n. 5.lib. 2. conſil. 119.lib.7.Vbi dicit eam eſſe communem Hipp. pract.crimi. §.quoniam.n.85.eandem dicit eſſe communem Zoannet.repet.d.l.vt vim.2.par.nu.83.& ibi Iaſ.licet Dec.dubitet.

Alij verò contra cenſuerunt, pœna ordinaria puniendum eſſe.Bald.l.vni.nec verò C.de emend.ſeruo.Ant.de But.c.ſignificaſti.el 2.extr.de homicid.Dec.d.l.vt vim.& ibi Zoannet. Verùm à communi non eſt recedendum, cùm dolus malus eſſe non poſſit ſine certa animi deliberatione,quæ non eſt in prouocato ad iram.

QVAESTIO X.

Quæro, An magiſtratui liceat reſiſtere? Reſp. pro habenda veritate diſtinguo ſecundum communem & receptam Doc. ſententiam. Aut iudex procedit extraiudicialiter de facto ꝯ ius,& tunc cuilibet etiam priuato licitum eſt de facto reſiſtere,& indiſtinctè ſiue grauamẽ eſt reparabile,ſiue irreparabile. l.prohibitum.C.de iure fiſc.& tenet Alex.&Doct.cõiter.l.ſed eximendi.§.item ſi quis.ff.ne quis eum,qui in ius.Abb.c.conquerente.de reſti.ſpol.& in hoc nemo eſt,qui diſcrepat,vt dicit Marant.in diſput.nu.1.14.cum pluribus per eum alleg.

Aut verò iudex procedit iudicialiter,& tunc aut damnum eſt irreparabile,& tunc licet reſiſtere, ita communiter tenent omnes,& in hoc nullus diſcrepat,vt firmat idem Maran.d.diſput. 1.n.35.licet contrarium velit Bald.d.l.vt vim.q.7.Aut dãnum eſt reparabile, & tunc aut non conſtat notoriè iniquitas,& debet ei obtemperari,quia conceſſa eſt appellatio.text. l.2.ff.de appel.Bar.& Doct.d.l. vt vim. & ibi communem dicit Zoannet.aut euidenter conſtat de iniuſtitia,& licet reſiſtere,ita tenet gl.&Doc.communiter,teſte Zoannet.d.l.vt vim. nu.43.ibi Iaſ.nu. 19.& Deci.nu.26.

QVAESTIO XI.

Quæro, An probetur defenſio, ſi teſtes deponant tertium occidiſſe ad ſui defenſionem,licet nõ dicant ad defenſionem neceſſariam? Reſp.Doc.variant.Namque alij exiſtimant,q̃ debẽt deponere,occidiſſe cauſa neceſſarię defenſionis,quoniã, ſcilicet,aliter ſe defendere non potuit,ita tenet Bald.l.vni.C. de confeſſ.quia neceſſitatẽ alleganti incumbit onus probandi.Alij verò contrà cẽſuerunt,ſufficere ſi teſtes ſimpliciter deponant,q̃ occidit ad ſui defenſionem,licet non dicant,ad defenſionem neceſſariam.ita tenet Bart.conſ. 100.lib. 1.Bald.ſibi contrarius l.ſolam.n. 11.C.de teſtib.Alex.conſ. 110.n. 6.li. 1.Zoannet.d.l.vt vim.vbi communem dicit.2.par.n.36. Defenſio enim neceſſitatem quandam in ſe cõtinet, quam teſtis potuit ex multis circunſtantiis colligere,& ex imminenti periculo,ideoque debet ſtari eius ſimplici dicto, & ab hac recedendum non eſt.

Cautius tamen facit teſtis ſi dicat,aduerſarium ei inſultum feciſſe,ideoque cauſa defenſionis interemptum.Namque ex eo,q̃ dicunt inſultum feciſſe,patet occiſorem in periculo vitæ cõſtitutũ,&ob id defenſionẽ ei premiſſam.Mich.Graſſius.

Defenſionis propriæ iuſtum modũ egreſſus, & alterius læſor non ſtatuta, ſed mitiori pœna plectitur, commune aſſero ex magna doctorum phalange in ordines digeſta ab Ant.Gomez.de delict.c.3.nu.24. E.Suarez.

defenſioni ſui nec in proprij ſtatus cauſis, nec in criminalibus quis poteſt renuntiare,commune aio iuxta Hippol.in l.j. n.91.& ſeq.C.de rapt.virg.Ant.Gomez.de delict.c. 1.n.66.fusè Did.à Couarru.de ſponſ.2.part.c.vlt.§.vlt.nu. 16.& qui rectè declarat Iul.Clar.in practic.& vlt.q.49.verſ. quæro nunc. E.Suarez.

defenſionem de iure,deque facto pollicitus nõ tenetur armis defendere,commune inquit Cagnol.in l. non videtur.n. 6.ff.de reg. iur. delegatus iuri dicundo locum poteſt eligere, vt commune dogma ait Curt.iun.in rubr.n.22.ff. de off. eius cui mand.eſt iuriſd. Suarez.

defenſionis iuſtum modum trãſgreſſus, non pœna ſtatuti, ſed mitiori plectendus erit.communis eſt opi.Soarez in verſ. defenſio.nu.26. Bonacoſſ.

defenſioni in criminalibus quis renuntiare non poteſt, vt eſt communis opi.de qua Soarez ver.defenſioni.n.27. niſi vt ꝯ.Clar.q.48.ver.quæro nunc. Bonacoſſ.

defenſionis excedens modum,mitius punitur,vt eſt cõmunis opi.Soarez verſ.defenſionis.n.26.Marſ.ſing. 100.Alex.cõſi. 119.in vlt.vol. Bonacoſſ.

defenſionem pro amicis extraneis ſuſcipere,&quandoque per conſequens occidere,communi Doc.ſentẽtia receptum eſt, quia ſi licitum eſt pro rerum defenſione quem occidere, ergò multò magis pro corpore humano tuendo.arg. l. ſancimus.C.de ſacroſ.eccle.Item ſi poteſt quis conuocare amicos vicinos ad recuperandam rerum ſuarum poſſeſſionem, ergò etiam ad defenſionem hominis.l.3.§.cum igitur.ff.de vi &vi ar.Ita Bar.ſcribit in l.vt vim.n.7. quem reliqui Doc.communi voto ſequuntur.ff. de iuſt.& iure.Bal.in l.j.n.21.C.vnde vi. Iaſ.in d.l.vt vim.n.29.vbi ipſi hoc temperamentum adiiciũt, præſertim ſi auxilium petitum fuerit.Bart.Romul.ibi.n. 142. Licet ipſe à communi ſententia recedat. Kirchouius.

defenſionem allegatam vt quis probet, non neceſſe habet vt iſta neceſſitas defenſionis in ſpecie probetur,ſed ſufficit q̃ ſimpliciter probet ſe feciſſe ad ſui defenſionem,communem atteſtatur Pract.Carer.n.126.quem refert Plaza in lib. 1.delictorum,c.28.n.20.Dec.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.n. 17. & ab hac opinione dicit Clar.non eſſe recedendũ,licet Menchiaca in c.28.n.6.illuſt.controuerſ.dicat contrariam receptiorem, refert Clar.d.§.Homicidium,verſ.ſed quomodo.Et ad probãdum aliquẽ fuiſſe in periculo vitæ,ſufficit probare, q̃ eius aduerſarius veniebat armatus contra eum,ita tenet glo.in l. 1.in verbo Moderatione. C.vnde vi. quam dicit communiter approbatam Bertrandus in conſ. 128.n.3.Claud.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.n. 54.Gramm.conſ. 59.n.9.Riminal.conſ. 13.n.39. Plaza in d.c.28.n. 15.Non.n.tenetur quis expectare q̃ ab alio prius percutiatur,ſed ſi quis ipſi mortem minetur,poteſt ipſe ſtatim minantem percutere,commu.dicit Bart.inter conſilia crimin.diuerſ.conſ.97.n.21.lib. 1.Io.de Amicis conſ. 16.n. 5. Refert Clar.d.verſ.ſed quomodo. P.Fichard.

defenſionem quoque extranei ſuſcipere licet, ita vt ſi quis alium inſultantem occidat,non incidat in pœnam homicidij ordinarij,commu.dicit Dec.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. n.32. ver.ſubiicit Alc.conſ.475.Bart.in d.l.vt vim.n.7.& in l.ſi quis in ſeruitute,num.3.ff.de furt.Clar.d.§.homicidium, ver.Item locum. P.Fichard.

defenſione honoris ſui cauſa licet alium occidere, nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ,l.iuſta. ff. de manu. vindict.communem teſte Bolenco in repet.l.capitalium. §.famoſos,num. 161.de pœnis.refert Clar.d.§.homicidium. ver. idemque. P.Fichard.

defenſionibus autem competentib. de præſenti bene quis poteſt renunciare generaliter in iudicio.& hac practica vtuntur hodie aſſeſſores,cum faciunt damnãdos ad mortem renũtiare termino,adiecta cauſa, quia nullam habent defenſionẽ. ita Ang.in l.ſed ſi quis.§.quæſitum.col.2.ff.ſi quis cautio.Caueant tamen(inquit)ne ſuper ſe & eorum filios conuertatur, ſi iniquè facerent.vide eundem Ang.in l. pactum inter hæredes.ff.de pactis.ſi autem antequam fiat executio,ipſum pœnitеat,poteſt reuocare talem renunciationem, & ſe defendere, per iura allegata per Caſt.vbi ſ.vide Iaſ.in l.iuubemus.nu.7.C. de iudiciis.Benè verum eſt, q̃ licèt expreſsè quis nõ poſſit in criminalibus renunciare appellationi,&defenſioni,nec valet pactum,tamen tacitè non appellando poteſt renunciare. Peru.in c.interpoſita.§.ille denique.n.23.de app.&ſtatutum tollens defenſionem reo non valet, cũ nemini ſit auferenda defenſio neque bannito,neque excommunicato,& cuicunque criminoſo.c.cum inter.de excep.Abb.in c.dilecti.n. 13.eo.tit. limita,vt ibi pulcherrimè per Abb.vbi defenſio negatiua,defenſio naturalis,defenſio ciuilis, vt eſt ꝓſcriptio ſtatutaria tolli poteſt.Et plures caſus in quibus reus poteſt renunciare defenſioni in criminalibus,ponit Fel.in c.querenti.col.2.n.3.de foro comp. Et poteſt renũciare defenſioni ſtatutariæ ꝓpter crimінis,vt per Fel.in c.ſi diligenti.de foro comp.& plura idẽ Fel.in c.cum dilecti.n. 1. de accuſa.& not. q̃ ſi quis promittat aliquem ſiſtere in iudicio,etiam in cauſa criminali,ſi eum preſentare non poteſt.eum tamen defendere tenetur,& tunc excuſatur à pœna,vbi,ſ.non requireretur rei præſentia perſonalis.Ang.in l.ſi eum.in prin.ff.ſi quis cautio.& no.etiam q̃ defenſio etiam Diabolo non eſt deneganda, ſecundum Bal. de quo Fel.in c.qualiter.§.2.de accuſa. etiam ſi eſſet Diabolus in iudicio.nec Papa, nec alij poſſunt tollere defenſionem reo,vt ibi per Fel.n. 15. Et defenſio eſt permiſſa etiã illi, cui illata eſt iniuria,tanquàm prouocato,vt eſt cõmunis opi.Graſſus communium opi.lib. 1.c.2.q.7. Bonacoſſ.

Defenſionem allegatam vt quis probet non eſt neceſſe, vt iſta neceſſitas defenſiõis in ſpecie probetur,ſed ſufficit,q̃ ſimpliciter probet ſe feciſſe ad ſui defenſionem,vt eſt communis opi. à qua non debet recedi.Clar.in d.§.homicidium.ver. ſed quomodo. & ad probandum aliquem fuiſſe in diſcrimine vitæ,ſufficit probare, q̃ eius aduerſarius veniebat armatus contra eum,vt eſt communis opi.Cum quis non teneatur expectare,quod quis eũ,offendat. Sed ſi ipſi mortẽ minatur, mortem illi dare poteſt,vt eſt communis opi.Clar.in d.§. homicidium.ver.ſed quomodo. Bonacoſſ.

Defenſionem quoque extranei ſuſcipere licèt,ita vt ſi quis alium inſultantem occidat,non incidat in pœnam homicidij ordinarij,vt eſt communis opin.Clar.in §.homicidium. verſ. item locum. Bonacoſſ.

defenſione honoris ſui cauſa licèt alium occidere, quia periculum famæ æquiparatur periculo vitæ, vt eſt communis opi.Clar.in §.homicidium. ver.idemque. Bonacoſſ.

defenſionem quis ſuſcipere pro alio non tenetur,vt eſt cõmunis opi.de qua fuſius Dec.in c.quia quæſitum.n.7. de offi. deleg.etiam de iure canonico, vt eſt communis opi. de qua ibi per Dec.nu.8.Soarez iſto verbo.nu.23. Bonacoſſ.

defenſioni reus renuntiare poteſt, vt eſt communis opi.& practica,vt per Bened.de Vado, de foro Sẽpro.in repert.Feli. in ver.reus in criminalibus.quod procedit, quando reus ſpõte confeſſus eſt delictum, & iudex dedit ſibi terminum octo dierum ad faciendum ſuas defenſiones,deinde renuntiauit tali termino. Certè iudex poteſt eũ facere iuſtitiari, quia renuntiat ſolum dilationi,ex quo conſtat,q̃ nulla ſibi competat defenſio.& ita practicatur.Immo totus mundus ſeruat,q̃ ſpõte & ſolenniter cõfeſſus delictum in iudicio,poteſt renuntiare defenſionibus in cauſa capitali,& nõ curatur,ſi extra iudicium fuit confeſſus per tormenta. Vnde ſe latro, qui nullam poteſt habere defenſionem,vel homicida confiteatur maleficium, & iudex dat ei dilationem octo dierum ad faciendum ſuas defenſiones, poſtea die ſequẽti facit eum renunciare dilationi,& poſtea eum cõdemnat ad mortẽ, q̃ licitè facit. Adde q̃ ſi aliquis eſt confeſſus, & non obſtãte confeſſione petit à iudice terminum ad ſe defendendum, q̃ iudex poteſt ei denegare terminum,quia maleficium eſt notorium,& poteſt procedere ad condemnationem. Adde etiam q̃ reus repertus in flagranti crimine, poteſt renuntiare dilationibus & defenſionibus.Immo nulla ſibi dari debet dilatio, vel defenſio, idem ſi reus diceret ſe nullam habere defenſionem Benedic.vbi ſuprà. Bonacoſſ.

Defenſor qui allegat cauſam abſentię debet promittere eũ præſentare Iaſ.in rub. ff.in ius voc.vt eatur.ita etiam ſi allegat impedimentum,vt per eum,& Caſtr.in l.filiusfamil.ff. qui ſatiſd. cog. Et quid teneatur promittere defenſor neceſſarius, vide l.ſi cum vno.vbi gl.& doct.ff.ſi ex nox.cauſ.agat.&ibi an poſſit fieri pro parte: Et quãdo pater teneatur ſatiſdare de defendendo cauſam filij,vide Caſtr.&Iaſ.d.l.filiusfamil.ff.qui ſatiſd.cog. Put.

defenſor qui nõ ad plenam cauſam ſed tantùm allegãdam cauſam abſentiæ admittitur,perinde atque procurator ad certum tantùm actum datus,non tenetur appellare,l.libero.§.ſi. ff.de neg.geſt.ſecundum Bart.in l.inuitus,C.de procura.l. maritus,C.eodem,& c.non iniuſtè,&ibid.Goff.Io.Andr.& poſt eos D.Ant.ita communiter teneri refert Bened.Capr.reg.65. nu.17.& ſeq.

PRO.defenſor proprię ſalutis in nullo peccaſſe videtur.l.ſi quis percuſſorem.ff.ad l.Corn.de ſic. Bellon.

defensor vnius articuli & non totius causæ absentis, nõ tenetur satisdare, secundum gl. singularem, in l. in eo, la 2. in verbo nemo. circa med. ff. de reg. iur. Item quando defensio quæ allegatur ad totam causam, apparet ex actis: quia tunc etiã inhabilis, vt minor & mulier admittitur ad defendendum sine satisdatione. l. exigendi. C. de procu. quam ita intelligit Inn. in c. veniens. ext. de accusa. quod sequitur Ang. & do. Cato in l. filiusfa. ff. qui satisd. cog. nam & iudex talem defensionem apparentem ex actis adducere potest nullo defendente. l. planè. & l. fin. ff. de peti. hæred. gloss. in l. vbi pactum. C. de transact. Balb. decis. 246.

Defensorem alienæ litis Quod dicitur non admitti, nisi satisdet, intelligi debet si petatur, aliàs si omittatur, tenet iudicium, & excluditur talis exceptio lite contest. l. ita demum. C. de procur. nisi interueniret defensor post litem cõtest. vt per gl. in l. 2. C. de consor. eiusd. li. ita notabiliter Ang. in l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procu. dicens idem tenere Iac. Bu. ibi, & ita fuisse iudicatum Bononiæ in causa per regem Hispaniæ transmissa. Balb. decis. 288.

defensor potest allegare causam absentiæ saltem, vt est cõmunis opi. Cap. reg. 65. nu. 19. Bonacoss.

PRO. definitum non debet latiùs patere, quàm ipsa definitio, & econuerso. l. 1. §. dolum. ff. de dolo malo. Bellon.

Defuncti ordinatio in feudo non admittitur in c. 1. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente de suc cef. feu. c. 1. §. donare. Qualiter olim feud. alie. poter. Quod adeò generale est, vt vasallus non possit legare vel mortis causa donare feudum, sine consensu domini, Matth. de Afflict. in 6. §. donare. n. 1. nec pro anima relinquere ibid. ibi, iudicare p̃ anima. & Fe. in c. quæ in ecclesiarum. n. 70. atq; Dec. n. 32. ext. de constit, vbi ab illis limitationes & declarationes adiiciuntur. Quia prohibitus testari, prohibetur etiam feudum legare vel donare, idem Phil. Dec. in cons. 144. n. 2. ver. nam dato quod concessio inuestiturę & venditio valuissent. & Cur. iun. in tract. feuda. in 4. part. ex quibus cau. feu. amit. n. 125. §. pen. quæro an & quando vasallus possit de feudo testari. Quã cõclusionẽ adeò receptam esse inquiunt, vt legatario etiam nõ debeatur æstimatio feudi. Iac. de Sancto Georgio in tract. feuda. in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo possint ipsi vasalli inuestiti testari. n. 5. Quod quoque procedit si legatum factum fuerit Ecclesiæ. Cur. iun. in d. 4. par. in d. §. pen. quæro. ver si. 5. videretur limitanda prædicta cõclusio. Vbi ipse dicit hãc esse communem Doct. sententiam, quam etiam refert Rol. à Valle, in cons. 41. nu. 32. in Tom. 2. con. Kirchouius.

Degradatio in clerico reo criminis læsæ maiestatis. non debet fieri actualiter sed verbaliter tantùm. commu. dicit Curt. iun. cons. 159. n. 1. Clar. d. lib. 5. §. fi. q. 36. vers. quæro nunquid Clericus. Similiter quoque propter assassinium non debet clericus actualiter & solenniter degradari, communem dicit Lãbert. in c. q. 11. n. 88. de hæret. in 6. Dias in prac. cri. cano. c. 91. Did. lib. 2. resolut. c. 19. n. 26. Pract. Conrad. ver. 18. fallit. Clar. d. §. fi. q. 36. ver. quæro, tu scis. P. Fichard.

degradatione verbaliter tantum facta, iudex laicus nullam adhuc habet in eum potestatem, nisi etiam illi tradatur, sed si actualiter facta, est, tũc potest eum iudex secularis punire absque aliqua traditione commu. dicit Alc. in c. cùm non ab homine, de iudic. nu. 108. Clar. d. §. fi. quæst. 36. vers. scias autem. P. Fichard.

degradatio licet auferat priuilegia clericalia, prout notatur in c. 2. de pœnis. tamen non tollitur character & votum continentiæ, quare degradatus non poterit matrimonium cõtrahere, 1. q. 1. vt notatur secundum Imolam d. c. 2. & D. Ant. in c. Ioannes, de cle. coniug. multò minus depositus ab officio. 81. dist. c. dictum. vt notatur c. 1. qui cler. vel vouent. communem refert Bened. Cap. reg. 97. num. 4.

degradatio ab inferiore Episcopo neque verbaliter neque actualiter fieri potest, c. degradatio in pr. de pœnis, c. trãsmissam. de elect. & Doct. communiter teneri refert Bened. Capr. in c. at si clerici de iudiciis, reg. 84. nu. 37. plura ĩ. nu. 22.

degradatione verbaliter tantum facta, iudex laicus nullam adhuc habet in eum potestatem, nisi etiam illi tradatur. Sed si actualiter est facta, tũc potest eum iudex secularis punire absque aliqua traditione, vt est communis opin. Clar. q. 36. vers. scias autem. Et duplex est degradatio, verbalis & actualis. Verbalis si Episcopus pronunciat sententiam contra clericum, p̃ quam remanet priuatus ordinibus clericalibus. Actualis quãdo actualiter degradatur personaliter, & spoliatur ecclesiasticis beneficiis. Clar. q. 74. in prin. Et clericus non debet degradari, nisi propter graue crimen, vt est communis opi. Cla. ibi. ver. regulariter. Bonacoss.

degradatio autem hodie ex Concilio Tridentino actualis potest fieri à solo Episcopo adhibitis prælatis. Cla. ibi. ver. sed quæro. vbi dicit, quod verbalis degradatio fit aliter, vt ibi per eum. Bonacoss.

degradatio potest dici pœna corporalis in clericis, cum tradantur curiæ seculari, & postea ad mortem corporaliter puniuntur. Clar. q. 70. ver. credo etiam. Bonacoss.

degradatur etiam laicus Doctor propter delictum, & miles, quia in signibus priuantur antequàm suspendantur. Clar. q. 74. ver. scias autem. Bonacoss.

degradatus licet amittat priuilegium immunitatis personalis, non perdit potestatem cõficiendi Eucharistiam. Sed potest conficere Eucharistiam, vt est communis opi. de qua Soci. senior. in cap. si quis presbyter. de cler. excommunica. n. 15. Bonacoss.

degradatus ab ordine ecclesiastico, non ideo est excõmunicatus, & celebrans ipso facto non incurrit excommunicationem. Sed si præmissa monitione persistit in cõtumacia, debet excommunicari, & sic requiritur sententia, vt est communis opi. de qua Soc. senior in c. si quis presbyter. nu. 5. de clerico excommunicato vel deposito. Bonacoss.

delegare potest Princeps causas meri, & misti imperij. Cur. iun. in d. l. 1. nu. 73. communem dicit. Villalob.

Amplia ad delegatũ Principis qui potest subdelegare causas meri, ac misti imperij. Curt. in d. l. 1. n. 74. & Alc. in d. c. p̃ sedem. nu. 81. communem dicunt.

Amplia secũdò, in ordinarium propter infirmitatem. Cur. iun. in d. l. 1. nu. 81. communem dicit.

Nota istas communes cum sequentib. ad intellect. l. 19. tit. 4. par. 3. dicentis delegatum à principe posse subdelegare.

Restringe istam ampliationem ad infirmitatem grauem, non tamen ad leuem, idem Curt. iun. n. 81. communem dicit.

Amplia tertiò, in ordinario propter absentiam necessariã, idem Curt. iun. nu. 68. communem dicit.

Nota p̃ absentia necessaria præsumitur, idem nu. 69. communem dicit.

Nota istas omnes cum aliis quatuor sequẽtibus ad intelle. l. 5. tit. 15. lib. 1. ord. quæ assumpta est à l. 2. tit. 56. lib. 1. For. ll. vbi disponitur, p̃ propter infirmitatem, vel etiam ex aliis causis prætores quos vulgò dicimus *Adeus*, possunt committere alteri exercitium iurisdictionis: dũmodo locum tenens sit bonus vir: & iuret se administraturum ius & iustitiam. Et nota p̃ iste locum tenens potest omnem iurisdictionem exercere, non potest tamen ad mortem quenquam condemnare, licet possit absentes pronuntiare esse cõfessos, vt habetur in l. 129. styli. licet. 18. tit. 4. par. 3. excipiat etiam mutilationem membri, & causa status. Tamen per l. styli sola mors excipitur. Aduerte, p̃ iudex ordinarius datus à Rege, ex istis causis potest alteri committere iurisdictionem lege hac permittente: aliàs non de iure communi, cùm isti iudices, ordinarij sint solũ administratores, vt per Bald. in c. cùm vigesimum. n. 3. de off. de leg. & vsuarij non potest dare vsurarium alium vt in l. 2. de vsur. quæ etiam per plura comprobat Alc. in paradoxis. lib. 2. c. 6. nõ possunt vicarios constituere in iurisdictione, vt per Author commentar. in consuet. Paris. 1. in mate. feuda. tit. 1. §. 1. gl. 5. ver. *le fief*. n. 57. cum sequente. ex quibus possumus cõcludere iudices ordinarios creatos ab inferioribus recognoscẽtibus superiorem, non posse constituere vicarios: nisi de mandato domini: quod cogita hodie, correctoribus ciuitatum p̃ regem datur facultas ponendi vicem gerentem cùm creatur corrector in casib. permissis quem aliàs non poterant ponere per l. 10. ti. 16. lib. 2. ordi. sine expresso mandato. Et de istis vicem gerentibus vide Pet. Nun. in ca. 3. correctorum. de exequen. mand. regum.

Nota secundò, p̃ ordinarius non potest Delegare ea, quæ sunt meri, & misti imperij, propter multitudinem causarum. idem Curt. iun. in d. l. 1. n. 83. communem dicit, de off. eius cui mand. est iurisdict.

Fallit prima ampliatio, si in commissione Principis est appositum verbum, præcipimus. Fel. in c. eam te, de rescrip. & in c. pro debilitate. de off. deleg. Cur. iun. in d. l. 1. nu. 80. communem dicit.

Fallit secundò, si est onerata conscientia delegati: quia non potest subdelegare. Soc. cons. 95. vol. 1. communem dicit.

Fallit tertiò, si est electa industria personæ delegati. idem Soc. communem dicit.

Fallit quartò, quando delegantur ea, quę sunt concessa in signum supremæ potestatis, Curt. iun. in l. 1. de iurisd. om. iud. ff. nu. 8. communem dicit.

Fallit quintò, in actuali missione in possessionem: quia licet possit

possit subdelegari cognitio de mittendo in possessionem, nõ tamen ipsa missio. Cur. iun. in l. 1. de iur. om. iud. ff. n. 36. communem dicit.

Amplia istam quintam limitationem ad missionem in possessionem ex primo decreto. Ias. in l. iubere. n. 70. ff. de iurisd. om. iud. communem dicit.

Fallit sextò, quando agitur de remotione actuali tutoris vt puniatur, quia solus præses cognoscit: secus tamen ad remotionem ciuilem. Curt. iun. in l. cognitio. n. 7. ff. de offi. eius cui mand. commu. dicit.

Fallit septimò, in causa criminali, Alber. in l. 1. ff. de off. eius cui mand. communem dicit, sed Ias. ibi tenet contrarium esse communem. sed Boer. in decis. 6. n. 8. 9. & 10. concordat opiniones dicens p̃ tota causa non potest subdelegari: sed articulus causæ tantum sic.

Fallit octauò, in subdelegato Principis, Curt. iun. in d. l. 1. de of. eius. nu. 80. communem dicit. Idem.

Delegari causa criminalis meri & mixti imperij à iudice delegato ab inferiore quàm principe, nõ potest, & licet Neuius de los corregidores. dicat communem esse (vt eum refert Villalobos in comm. opi. litera D. n. 34.) p̃ post litem cõtestatam possit delegari, Clar. tamen non credit verum esse, negando Nunium id dicere. d. §. fi. q. 61. versi. si verò. In delegato verò principis magna est doct. controuers. ita vt Pau. Cast. in l. vnica C. qui pro sua iurisd. dixerit magis communem esse p̃ possit delegare, vt eum refert ac sequitur Vantius de nullit. n. 26. Contra verò Alber. in l. 1. de officio eius, nu, 21. dixerit magis cõem esse p̃ non possit, vt Ias. ibi. n. 64. ver. contra viam, eum recte dixisse putat, prior tamen opinio magis communis est, sed posterior æquior videtur Claro. d. q. 41. vers. in delegato. vbi addit Boerium in decis. 6. in fi. dicere, eam etiam in Frãcia seruari. In casu tamen p̃ mertum & mixtum imperium possit delegari, poterit delegatus procedere vsque ad vltimum supplicium, vt commu. dicit Alc. in c. p̃ sedem. n. 83. de offi. ordi. maxime si periculum esset in mora, vt in signi latrone. vt commune esse dicit Curt. iun. in d. l. 1. n. 65. de offic. eius. Clar. d. q. 41. ver. sed nunquid. P. Fichard.

Delegari causæ criminales à iudice ordinario non possunt, intellige quæ sint meri, ac mixti imperij, & in ordinario inferiore qui princeps. com. dicit Dec. in l. 1. ff. de off. eius. n. 26. & Curt. iun. ibid. n. 21. quia censetur tunc electa industria ipsius personæ, vt commu. dicit Claud. in d. l. 1. n. 2. Clar. d. §. fi. q. 41. P. Fichard.

Delegans Quamuis possit etiam post litem contest. delegatum à se reuocare, trahendo ad se causam vt ipse cognoscat, non tamen vt alteri committat sine causa legitima, secũdum Guil. de cu. Sali. do. Cato, & Sandilia. ac communiter doct. in l. more. ff. de iuri. om. iud. Balb. decis. 390.

delegari hodie possunt de iure canonico omnia, quæ sunt meri & mixti imperij delegabilia, vt est communis opi. Vantius de nullitatibus processus. fol. 129. n. 86. Cap. reg. 79. n. 13. D. m. Alc. in c. quod sedem. de off. ordi. nu. 82. communem dicens. Ant. de Tremolis in practica Bonacursij, tit. de impe. & excep. quæ contra rescrip. fol. 63. in gl. merum. litera à. & communem dicit Pet. Rauen. in suo aureo Alphabeto. in ver. delegatio. Vantius de nullitatibus processus. fol. 153. n. 50. nisi in commissione dicatur, præcipimus tibi. Fel. in c. cum te. de rescript. & in c. si pro debilitate. de of. deleg. communem dicens. vel si sit delegatus, cui oneratur conscientia, quia non potest subdelegare. Soc. cons. 95. vol. 1. col. 3. communem dicit. vel si sit electa industria personæ. Socin. ibi. communem dicens. Bonacoss.

delegari possunt hodie ex generali consuetudine indistinctè omnes causæ meri & mixti imperij, etiam quò ad pœnam vltimi supplicij. Clar. q. 40. in prin. de iure canonico etiam, & de iure ciuili per Principem, Bal. in c, decernimus. n. 18. de iudi. Delegatus autem Principis potest delegare causas criminales. idem in delegato ab inferiore, vt est cõmunis opi. ibi. ver. si verò iudex. & ver. in delegato. fallit in casu necessitatis propter absentiam iudicis. Pau. de Cast. in l. iudices. n. 1. C. de fide instrum. Bonacoss.

delegare non potest Episcopus laico causas criminales clericorum, etiam p̃ sit adiunctus clerico. vt est communis opi. Clar. q. 41. ver. quero nunquid. Etiam clerico coniugato delegare non potest Episcopus, vt est communis opi. Clar. versic. sed an. Bonacoss.

delegare potest causas criminales laicis summus Pontifex etiam meris laicis. vt est communis opi. Non autẽ causas criminales clericorum Principibus puniẽdas, vt est communis opi. Cla. q. 40. ver. sed quid dicendum. Bonacoss.

Delegari causa criminalis meri & mixti imperij à iudice delegato ab inferiore quàm Principe, nõ potest. In delegato verò principis secus est, quia delegare potest, vt est magis communis opi. Clar. q. 41. ver. In delegato. Et in casu, in quo merũ & mixtũ imperium delegari possit, poterit delegatus procedere vsque ad vltimum supplicium, vt est communis opi. maximè si periculum esset in mora. vt in insigni latrone. vt est communis opi. Clar. d. q. 41. ver. sed nunquid. Bonacoss.

delegari causæ criminales à iudice ordinario non possunt, quæ sunt meri & mixti imperij. Et in ordinario inferiore quã Princeps, quia censetur electa industria personæ. vt est communis opi. Clar. q. 41. Bonacoss.

delegatus post tempus datum ad cognoscendũ potest proferre sententiam, si pœna est apposita iudici non determinanti. Fel. in c. de causis. de off. deleg. communem dicit. B. Villa.

delegatus post sententiam latam, non habet cognitionem. Fel. in c. ex literis. de off. deleg. communem dicit.

Fallit primò si non obseruauerit formam mandati: quia etiam post sentẽtiam potest reuocare acta, & de nouo cognoscere. Fel. in c. qualiter, & quando. de accusat. communem dicit, & Ripa. in l. quod iussit. nu. 66. ff. de re iud.

Fallit secundò, quia potest mandare executioni suam sententiam. Panor. in c. significasti. de of. deleg. Ant. de Tremo. in addit. ad Bonac. in pract. exce. in rub. de rescr. n. 4. comm. dicit.

Amplia dictam limitationem, non solùm quo ad suam sententiam, sed etiam illius qui vice sua iudicauit. Ias. in l. cũ specialis. nu. 5. C. de iudi. communem dicit.

Restringe istam limitationem, & ampliationem in delegato principis: nam delegatus inferioris non potest mandare executioni suam sententiam, tamen admonere & excommunicare potest. Fel. in c. significasti. de of. deleg. com. dicit. Idem.

delegati iurisdictio nõ perpetuatur per actum citeriorem citatione, vt est commissio de citando, &c. Ista est sententia communis cõtra Bart. vt refert Ias. in l. more. n. 58. circa med. ff. de iurisd. om. iud. Sed per citationem bene perpetuatur, vt ibi, quæ sententia similiter communis est vt ibid. num. præced. 57. I. Fichard.

Delegatus Principis, siue ante, siue post litem cõtestatam, potest facere citationem realem, seu personalem. Curt. iun. in l. 2. n. 39. ff. de iur. om. iu. & in l. cui iurisdictio. n. 22. ff. e. ti. communem dicit. B. Villal.

Delegatus inferioris non potest, siue ante, siue post litem contestatam facere citationem personalem. Curt. iun. in d. l. 2. nu. 19. communem dicit.

Fallit si timetur de fuga. idem ibi nu. 30. communem dicit. Idem.

delegatus datus sub nomine dignitatis, nõ trãsit ad successorem, quando quis habet dignitatem, non nomine proprio. Ias. in l. more. n. 65. ff. de iurisd. om. iud. communẽ dicit. Idem.

delegatus non potest minuere, nec augere quadrimestre quod datur iudicatis ad soluendum. Ias. in l. qui tribunali. n. 5. ff. de re iud. communem dicit. Idem.

delegatus potest sibi eligere locum, vbi ius dicat, Curt. iun. in rub. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. num. 22. communem dicit. Idem.

delegatus iudex appellationis si pronuntiat causam appellationis legitimam, an possit de principali negotio cognoscere, & deniq; Abbas post antiquiores. in c. vt debitus. de appel. cõcludit p̃ sic: quia dictum negotium accessoriè venit ad ipsam appellationis causam, quæ cõmittitur. Et cũ in ipsa causa principali ẽt accessoria includãtur c. prudẽtiam. in fi. de offic. deleg. Rõ tñ ista videtur dubitabilis, quia illa accessoria tantũ cẽsentur commissa, & veniunt, sine quib. causa expediri, & cõmissio adimpleri nõ potest. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. not. in c. p̃tereà. & in c. ex literis. e. ti. de of. deleg. sed causa principalis ñ est necessaria ad causam appellationis, cùm sine illa possit ipsa appellatio expediri, Inn. in d. c. vt debitus, alleg. gl. in c. solet in ver. per superiorem. de sent. excom. in 6. quæ dicit, p̃ nec etiam veniũt ea, cum quib. causa facilius expeditur. Dec. tamẽ in d. c. vt debitus. dicit primam opinionem magis communẽ.

Delegatus nõ tenetur citato mittere originale suæ cõmissionis, sed satis est tenorem inserere citationi, secundum cõmuniorem. per tex. in c. 2. & ibi Docto. de dila. refert Minsing. obserua. 1. Cent. 3. I. Fich.

delegatus quando est periculum in mora: vt in insigni latrone, potest imponere pœnam mortis. Curt. iun. in l. 1. ff. de off. eius cui. n. 65. communem dicit Alc. Et plus dicit in ca. p̃ sedem. n. 83. de off. ord. esse communem opinionem p̃ delegato mero imperio in casu in quo delegatio subsistit, delegatus potest procedere ad vltimum supplicium. B. Villa.

Delegatus non potest mittere in possessionem ex primo decreto.Ias.in l.iubere.num.18.ff.de iurisd.om.iud. communem dicit. Idem.

delegatus inferioris à Principe post litem contestatam potest subdelegare tam in ciuilib.quàm in criminalib.Petr.Nuni.de exeq.mand.Regum c.1.communem ait ex gl.in l. vnic. C.qui pro sua iurisd.

delegatus etiam à principe, non potest subdelegare cũ potestate subdelegandi:qtamen potest ordinarius.Maran.in tracta.de ord.iud.parte quarta.n.58.communem asserit ex Ias.in l.1.de off.eius. B.Vill.

delegatus ab eo,qui infrà principẽ sit,non exequit̃ suã sententiam, quamuis admonitionis, & excommunicationis ius habeat,commune autumat Fel.in c.significasti.de off. deleg. at delegatus à principe, & exequendæ sententiæ copiam habet,commune iuxta Ias.in l.vlt.nu. 5.C.de iudic. post Alex.in l.2.n.10.ff.de iurisdom.iud.Fel.n.1.Dec.n.2.in laudato c.significasti.Ant.de Tremor.ad Bonacur.in prag.excep. in rubr. de restit.nu.4. E.Suarez.

delegatus à principe subdelegat(vt interpretũ ore loquar) illa etiam,quę meri imperij sunt,commune iuxta Felinum n. 82.Alc.n.81.in c.q̃ sedem.de off.ordi.Excipe primò,cũ commissio verbo præcipimus facta est,commune dicit Fel.in c. si pro debilitate.de offi.deleg.& in c.eam te.de rescri.Curt.iun. in l.1.n.80.ff.de off.eius,cui mandat. Excipe secundo, si delegati conscientia onusta sit,commune testatur Soc.cons.95.li. 1.Excipe tertio,vt id in criminum causis haud procedat,commune inquit Alb.in d.l.1.ff.de off.eius, cui mand. vbi in contrarium ab interpretibus itum frequentius scribit Ias. quos conciliat videndus Boer.decis.6. E.Suarez.

delegatus duntaxat à principe seu ante,seu post litis contestationem ius personalis citationis habet,vt frequenter placitum scriptis produnt Ias.in l.cui iurisdictio.n.22.Curt.iun.in l.2.n.18.& nu.39.ff.de iurisd.om.iud. E.Suarez.

delegatus meri imperij iure constitutus ad vltimum supplicium rectè progreditur,commune ait Alc.in c. quod sedem. nu.83.de off.ord.ac Villalob.in sua collecta. E.Suarez.

delegatus subdelegandi, ac subcenturiandi ius non habet si eius industria sit electa.commune fatur Soc.cons.95.lib.1. alioquin contestata lite delegatus ab inferiore etiam q̃ principe,id ius habet quà in ciuilibus,quà criminalibus causis. vt commune ait Petr.Nun.de execu.mand.regum.c.1.videbis tamen quæ s̃.ver.delegatus à principe obseruantur. E.Suarez.

delegatus Licet ordinarij regulariter subdelegare non possit,tamen potest delegare,& alteri cõmittere ea, quæ sunt nudi ministerij,vt testium receptionem,& similia,secundum gl. fi.in cle. 1.de off.deleg.quæ reputatur singularis.Quod procedit secundum Panor.in c.cum causam,extrà,de ap.& do.Præpo.ibidem,quando iudex ipse prius approbauit capitula &testes examinandos:aliàs non. Balb.decis.212.

delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare authoritatem præstandam in manumissione.Cur.iun.in l.mãdata.nu.7.ff.de off.eius communem dicit. Villalob.

Episcopus potest delegare causas clerici laico.Curt.iun.in rub.ff.de off.eius.cui nu.20.communem dicit. Idem.

delegatus iudex fungitur vice delegantis tantùm, non autem sua.l.1.§.fi.& l.si prætor.ff.de off.eius cui man. est iurisd. l.solet.ff.de iurisdom.iud.in c.fanè,de off. & potest.iud.deleg. Bellon.

PRO.delegatus iudex delegare non potest.l.à iudice. C.de iud.&l.fi.ff.de off.eius cui man.est iurisd.Ratio ponitur in l.j.§. fi.ff.de of.eius cui manda.est iurisd.iuncta l.more maiorum.ff. de iurisdom.iud. Idem.

PRO. delegatus iudex sententiam suam exequi nõ potest. l.à diuo Pio.ff.de re iud.

OB.contrà de c.quærenti.extra de off.& post.iud.dele.

SO. Ibi per annum tantùm exequi potest de iure canonico, Bellon.

delegatus ab ordinario non potest subdelegare,nisi ei subdelegandi facultas expresè concessa fuerit.Est communis opi.secundum Ias.in l.à iudice.C.de iudi. Chærian.

delegatus papæ vel principis ad vnam, vel certas causas potest contumacem mulctare.c.de causis,ext.de of.deleg. & ibi But.& Panor.c.pastoralis.circ.fi.ibi,puniat,iuncta gl. ordinaria ibid.ext.eod.Inn.&Host.in c.1.eo.tit.Secus in delegato inferioris,secundum gl.in l.fi.C.de modo mulcta.Bart.in l.1.ff. si quis ius dic.non ob.nisi in casu l.2.C.de sport.& ibi ipse delegatus inferioris non posset aliter suam iurisdictionẽ defendere,secundum Panor.in d.c.& Ang.in d.l.1.Licet Inn. & Panor.vbi s̃.voluerint etiam delegatum inferioris posse mulctare,sed nõ tantam mulctam imponere,sicut delegatus à Papa. Delegatus autem ad vniuersitatẽ causarum bene potest mulctare extra dictos duos casus,licet sit ab inferiore, secundum gl.communiter approbatam in d.l.2.cùm sit ad instar ordinarij,iuxta gl.in l.fi.C.de iudi.in c.cum causam.in verbo, delegatus.in fin.ext.de appel.in l.Pomponius.in §.si vni.ff. de re iud. Balb.decis.155.

delegatus principis vel papæ,cui est commissa causa per seipsum terminãda,non potest eam subdelegare,etiam partib. cõsentientib.secundùm Ang.& do.Cato in l.more.ff.de iurisdom.iud.per c.cum dilecta,extrà,de resc. Balb.decis.59.

delegatus non potest causas criminales subdelegare,nisi à principe datus esset,iure ciuili. Iure canonico autẽ potest eas delegare indistinctè,nisi electa fuisset industria pſonę,quo casu iure Canonico subdelegare eas non posset, licet datus fuisset à principe. Ordinarius quoq; inferior principe causas criminales subdelegare nõ p̃t nisi in casu absentiæ vel infirmitatis,cões refert Bn̄d.Cap.reg.76.n.2.3.5.&13.vide j̃.ordinari⁹.

delegatus iudex ferens sn̄iam nullã,dicitur functus officio suo,& necesse est recurri ad delegãtem, nisi fuisset nulla quia non seruasset formã mandati,quo casu iterum posset pronũtiare,In eo.n.qui alieno iure habet potestatem indistinctè,lata semel sentẽtia licet nulla,finitur potestas, præterquã in beneficiis principum,in quib. per actum nullum nõ expirat potestas delegata, secundum communem opi. vt refert Bened. Cap.reg.26.nu.12.& 49.vide j̃.in verb.Iudex.

delegatus principis ad causam criminalẽ potest eam subdelegare secundũ gl.Guil.de Cu.Bart.Bald.& Sandilia.in l.1.C. qui pro sua iurisdi.per tex.ibi,nullo causarum habito tract.Et quia princeps,cuius vices tenet,potest tales causas delegare: & qa principis delegatus est maior omni ordinario.c.studuisti.ext.de of.lega.contrarium opinio.tenent Cy.Pet.Iac.But. & Salic.in d.l.1.durum esset recedere in iudicando à dicta gl. à tantis docto.approbata. Balb.decis.342.

delegatus ordinarij causam subdelegare nõ potest,etiam lite coram eo contestata, per text.cum gl.communiter approbata in c.cum causam,ext. de appel. tenent communiter Docto.in l.à iudice.C.de iudic.quicquid contrà senserit gloss. in verbo,lex.ad fi.in l.& quia.ff.de iurisd.om.iud.in l. legatus.in vna sua solutione.ff.de of.proconsul. Balb.decis.328.

delegatus ab ordinario potest per nuncium citare, nõ per edicta,sicut etiam arbiter.l.sed & interpellatur §.1.ff.de arbit. secundum Bart.& cõiter doct.in l.sancimus.C.de iudi. quicquid contra senserit Lotha.vt ibi refert Odof.Balb.decis.339.

delegatus principis mulctam imponere potest, fm sententiam Doct.cõiter approbatam,referentib.Panor.n.12. Fel.n. 9.& Phil.Dec.n.13.ver.successiuè. Abb. quærit an delegatus mulctare possit.in c.4.inci.de causis.ext.de of.deleg. Licet alij aliter censuerint,tamen prior sententia receptior est.Alex.de Imo.in l.vni.n.13.& 14.ver.extrà.gl.& ver.secundò fallit.Ias. n.20.ver.limita tamen istam conclusionem,nisi sit delegatus principis,& Cagn.n.58. volentes indistinctè recipi(non cõsiderato eo,q̃ multi fuerint in ea sentẽtia,delegatum principis de iure ciuili regulariter non posse mulctare per l.2. arguẽdo à specialib.C.de sportul.)cum in causa delegata maior sit quocunq; ordinario.c.fanè.2.ext.de of.& potest.iud.dele.Sed tamen delegatus principis maiorem,aut nõ ita grauem mulctã imponere nõ posset, q̃ imponeret ordinarius,l.eos.C.de modo mulctar.& Alex.de Imo.in rub.n.8.ver.4.per l.2.ff. de off. eius cui mãdat.est iurisd.Atq; hanc communem Doct.sn̄iam esse referũt Gas.Valasc.in l.imperium.n.221.ver.vlt.pro complemẽto.ff.de iurisdom.iud.in 1.vol.repe.&Rol.à Valle,in cõsi.47.n.74.in 2.Tom.con.idq; etiam de iure canonico procedit,q̃uis Dec.p̃riam sentẽtiam defendat in d.c.4.incip.de causis.n.13.Illius tn̄ rationib.benè respõdet Cagnol.post alios in in d.l.vnic.n.58. Nõ obstãte eo, multas & aliquas differẽtias delegationis inter ius canonicũ & ciuile receptas esse,cũ quo ad impositionẽ mulctæ nõ reperiatur cõstitura differẽtia. Id circò à iure ciuili perspicuè determinante recedere nõ est integrum,per c.1.& 2. & quæ ibi à Doct.notantur.extr.de noui ope.nunciat. Kirchouius.

delegatus ex maioribus magistratibus potest minuere pœnam reo delicti.vt est communis opi.Dec.in c.de causis.n.18. de offi.deleg. Bonacoss.

delegatus iudex ecclesiasticus potest impetrare brachium seculare iudicis secularis ad executionem sentẽtię.Etiam si is non habeat id expressum in sua commissione,vt est communis opi.de qua Menochius in suo de retinen.possessio.in 3.remedio.n.360. Debet tamen iudex laicus animaduertere ante quam concedat hoc suum auxilium,an is delegatus& iudex, qui pro

qui protulit sententiam, fuerit iudex competens,quia si fuisset incompetens,brachium esset denegandum,vt ibi. Bonac.

delegatus meri imperij constitutus ad vltimum rectè progredietur supplicium,cõis est opi.Soarez.in verb. delegatus, n.38.Clar.q.40.ver.sed nunquid.Capr.reg.79.Alc.in c.quòd sedem.nu.83.de iudi. Bonacoss.

Delegatus regulariter (vt dixi)non potest delegare causas criminales.vt est communis opi.Cap.reg.79.n. 1.fallit in delegato Principis.ibi.n.3. communem dicit. Et ordinarius eas delegare non potest,vt est cõis opin.ibi.n. 5.fallit vt per eum. Et de iure canonico delegari possunt indistinctè causæ criminales,vt est communis opi.ibi.nu.13. Bonacoss.

delegati iudices licet habeant iurisdictionem seu habitum iurisdictionis insolidum,cùm ipsa iurisdictio sit indiuisibilis. 24.quæstio. 1. capit. loquimur. tamen exercitium, sicuti ordinarij non habent insolidum,cùm vnus sine aliis eandem exercere vel cognoscere non possit,sed debent simul cognoscere vt patet ex ca.prudentiam,de of.dele.& si aliter fieret,factum non teneret,c.causam matrimonij,de of.dele.& c. vno delegatorum,& c.cum causa, eo.tit.l.duo ex tribus,ff.de ar.iudic.quod tamen fallit quãdo dati fuerint delegati ad vniuersitatem causarum,quia tunc perinde atque ordinarij iurisdictionem habent insolidum, licet exercere sine fraude non possint,arg.l.1.§.fi.ff.quis & à quo.& hoc voluit gl.in l.1.si vni alius ff.de re iud.quam sequitur Bart.ibi.& in l.1.§.fi plures,ff. de exercitor.& D.Floria.in d.c.prudentiam.cum quibus communiter Doctores asserit transire Bened.Cap.reg.27.n.21.& seq.per ea quæ not.Bald.in l.à iudice,C.de iudic.licet dubitationem ac restrictionem id habere ibid. Capra teneat quem vide.Similiter fallit quando dati essent cum clausula,q̃ si non omnes,&c.vel cum clausula alternatiua,videlicet. vt omnis, vel duo,vel alter,tũc enim si vnus solus procederet, valeret, gl.in c.cùm plures,de off.dele.lib.6.l.qui res,§.area, in fi. ff. de solut.idem Capra.ibidem.nu.25.& seq.

delegati iurisdictio non expirat per legantis præsentiam,secundùm gl.notabilem in l.cunctos.C.de meta.lib.12. quæ al legat ad hoc §.nulla.in auth.de defen.ciui. quod posset limitari,nisi fuisset delegatus propter absentiam futuram delegantis, nam tunc cùm per præsentiam eius esset causa delegationis,cõsequenter ipsa delegatio.arg.in l.1.in prin.ff.de of.eius, cui manda.est iurisd.& §.1.auth.de iudic. Balb.decis.489.

delegati iurisdictio per citationem decretam& emissam dicitur cœpta geri,vt non expiret ea per mortem delegantis.c. gratum. extrà,de offi.& potest.iud.dele. Licet huic decisioni tex.in c.relatum.eo.ti.obstare videatur.Bart.in l. more maiorum.n.13.ff.de iurisd.om. iud.Et hanc sententiam communiter approbatam,& communem opinionem esse,referunt Panor.in d.c.relatum.n.4.Io.de Imo.n.2.in fi.Fel.nu.11.Alex.in d.l.more.n.35.Ias.n.57.ibi. Hæc vera & communis sententia est, q̃ per solam citationem perpetuetur iurisdictio delegati. Et idem Ias.in Rub.n.1.in fi.C.de in ius voc. & Zas. noster in d.l.more.n.59.ver.tertia opi.quia citatio est inceptio causę iudicialis & iudicij,vt ibi latiùs per Doctores traditur. Kircho.

delegati plures si sint dati cum clausula, vos vel alter, tunc altero subdelegante,collega non tenetur admittere subdelegatũ,etiam absque collega impedito, quocunq; etiam impedimento.cap.cùm plures,de of.dele.lib.6.Si verò sint dati cũ clausula,q̃ si non omnes,vel q̃ si ambo.& tunc collega subdelegare volens impeditus est perpetuo impedimento, tunc,licet subdelegare possit,c.fi.de of.del. & c.si pro debilitate,eo. tit. tamen collega talem subdelegatum similiter non tenebitur admittere cum purificata sit clausula data tali impotẽtia, vt voluit glos.in c.coram,de of.del.& ibid.Goff.& Io.And.& ita communiter teneri argumento,c.quod super iis,de voto. dicit ac sequitur Bened.Capr.reg.29.n.12.& seq.

delegati cognitio lata sententia terminatur, commune ait Fel.in c.in literis.de of.del.excipe cum mandati formam non seruauit,nam tunc & acta circunducere,&denuo cognitionẽ ordiri poterit,commune ponunt Fel.in c.qualiter,&quando de accus.Rip.in l.quod iussit.nu.66.ff.de re iudi. E. Suarez.

delegati nõ veri sententia nulla est,licet is,qui delegare potuit,eam ratam habeat,commune effero ex Paul.in l. licet.ff. de iudic.Fel.in c.nõnulli.§.fund & alij.n.39.de rescri.Barb. in clem.j.de sequestr.Guid.Pap.decis.286.nu.2. E.Suarez.

delegato nec minuendi,nec augendi quadrimestris temporis iudicatis concessi copia est,commune ait Ias.in l.qui tribunali.nu.5.ff.de re iudic. E.Suarez.

delegata iurisdictio potest prorogari de loco ad locũ, modò partes consentiant,c.statutum,§.in nullo,de rescrip.libr.6. quam extra dubium apud omnes communem refert Bened. Capr.in tract.prorog.post conclus.55.posito nu.62.qua de re plura vide infrà in verb.iurisdictio.

delegatio potest fieri vt petat consilium alicuius tertij.etiã si sit delegatio.Fel.in c.si pro debilitate.de off.deleg.communem dicit. B.Villal.

delegatio dicitur quando aliquis dat debitorem suum,vel expromissorem,etiam non debitorem, per quem delegans liberatur,Aret.cons. 5.n. 1.& Afflict.decis.Neap.353.n.4. communem dicit ex Bar.in l.delegari.ff.de nouatio.12.

Delegatione facta,cẽsetur facta nouatio,etiam de iure nouissimo,dato q̃ non sit expressum,& sic l.fi. C. de noua. non procedit in delegatione,ideò delegans campsorem,qui sit debitor suus,concurrentibus duobus requisitis,primò q̃ ille,q̃ delegatur sit debitor delegantis,& secundò q̃ interueniat stipulatio inter debitorem delegatũ,& eum cui fit delegatio, p delegationem ipsam fit vtique nouatio, quamuis non sit expresè dictum,secundum gl. 1.in l.3.C.de noua. Bar.Ang.Im. Pau.castren.Rapha.&cæteros omnes,in l.delegare.ff.de nou. Bal.in l.pecuniam quam.ff.si cert.pet.scribent.omnes cõmuniter,in l.qui vsumfructum,ff.de verb.obl.Dec.cons. 107.sub n.1.& cons.421.n.16.Pau.castren.Aret.Ias.n.37.Cagnolum, n.167.cum aliis seq.Bolognetũ.n.93.& seq.cæterosque Moder.omnes,in l.singularia.ff.si cert.petat. vbi ostendunt istam communem opinionem fore.

In contrariam verò sententiã inclinauere complures Docto.prout refert Pau. castren. in d.l. delegare, adeò q̃ ob hoc Ang.ibi falsus est istum passum decisione cæsarea indigere.& huic vltimæ opinioni videtur inhærere quoque consulendo Iacobus Mandellus cons.2.nu.10. & 13. tamen quicquid isti Doct.suadeant,& in dubium reuocent noli discedere aliter à communi præmissa,cùm re vera tutissima verissimaque appareat, & contra eam difficilè, imò impossibile foret obtinere in causis decidendis. F. Viuius.

Delinquens confugiens ad statuam principis,nõ debet inde auelli.com.dicit Remig.immun.ecclesi.ampliatione.Clar. d.§.fi.q.29.in fi. P.Fichard.

delinquens debitor potest quãdocunq; dare de bonis suis insolutum suis creditoribus.communem dicit Picus in l.post contractum,nu.41.ff.de donat.Clar.d.§.fin.q.78.versic. scias etiam. P.Fichard.

Delinquens permutans bona aliqua post delictum,vel vẽdens,si bona permutata,vel precium vẽditorum reperitur in bonis fiscatis,non debent molestari possessores eorum bonorum quæ delinquens alienauit communem dicit Quemada. quæstio,fiscali,septima Clar.d.§.fi.q.78.ver.contingit.P.Fich.

delinquens potest non solùm à iudice loci vbi deliquit, sed etiam à iudice domicilij sui tempore commissi delicti,puniri.communem dicit Salic.in l.1.nu.3.C.vbi de crimi.agi oport.Gramma.cons.27.n.6.Afflict.super tertia par.consti.Regni.rub.55.n.18.idque non solum si reperiatur in loco domicilij,sed etiamsi absens sit,tunc.n.citari potest,vt comm.dicit Abb.in c.fi.n.41. de for.compet.Clar.d.§.fi.q.39.ver. fortitur. P.Fichard.

delinquens regulariter nõ potest nec debet de sociis interrogari,per tex.l.fi.C.de accusa.& est communis.vt dicit Io.de Amicis.cons.27.n.1.præterquã in quibusdam criminib.propter eorum immanitatem exceptis,quæ recenset glo. in d. l.fi. quos tamen casus August.ad Ang.de malefi.in ver.& Sẽpronium,n.5.dicit non sufficere, quia etiam alij traduntur p scriben.Bart.autem in l.repet.§.1.ff.de quæst.distinguit,dicendo: Aut agitur de crimine q̃ principaliter cõmittitur in propriũ commodum,vt monetam falsam cudere,furari,&c.& tũc interrogare licet de sociis,aut agitur de crimine q̃ committitur tantũ in offensam & odium alterius,vt est homicidium, &c. & tunc non potest deliquens etiam contra se confessus interrogari de sociis & dicit Aug.ad Ang.de malefi.in verb.fama publica.n.106. q̃ hodie assessores cõiter videntur obseruare hanc doctr.Bart.Sal.tamen in d.l.fi.inter alia tandem ita consuluit,q̃ in iis criminibus quę regulariter non solent committi absq; sociis,delinquens possit interrogari de sociis,&hanc cõem dicit Ant.Gom.c.12.deli.n.16.in fi.& dicit Bos.in ti.de indic.n.374.q̃ illæ considerationes Sal.seruantur in practica. Alij verò dicunt,quicquid sit de iure, hodie de consuetudine non seruari, sed delinquentes in omni casu interrogari de sociis,vt attestatur Blanc.de ind.n.374.Fulg.cõs.173.n.2.Pract. Cason.n.6.& 9.Not.tamen,si delinquens interrogetur de sociis,non facit indicium ad torturam,sed ad inquirendum tm̄, cõem dicit Publi.super consue.Aluer. n.3. Hæc Clar.in d.§.fi. q.21.ver.dictum socij,de vltima tamen communi,vide plura in d.q.21.ver.si verò.& ver.successiuè. P.Fichard.

delinquens si confugiat ad sacerdotem portantem sacram eucharistiam in manibus,gaudet immunitate ac si ad ecclesiã confugisset.communem dicit Gomes.in §.pœnales.nu. 50.In stit.de actio.Cagn.in l.vinum.n. 54.ff. si cert. pet.Did.in c.20. lib.2.resolutio.n.6.Remig.de immunit.ecclesia.Ant.Gomes. c. 10.delictor.n. 1.Clar.d.§.fi.q.30.ver.vlt.quæro. P.Fichard.

delinquens si persequatur à familia sui iudicis in aliud territorium,& ibi captus fuerit,non debet ab illo iudice qui capturam ordinauit retineri,sed relaxari & dimitti: Ita communem dicit Barbat.cons.26.in fi.lib. 1.quem refert Boss.in ti.de captura.n.34.& idem Boss.in tit.de fauoribus defensionis, n. 7.ita etiam practicari attestatur Ant.Gomes.c.9.delictor.n. 5. non enim hoc casu attendi debet principium sed finis ꝓrium tñ in facti cõtingẽtia decisum fuisse,refert Paris.de puteo.de syndicat.ca.4.num.2.Clar.d.§.fin.q.29.in fin. P.Fichard.

delinquenti opem vel auxilium præstans,licet teneatur ratione qualitatum quæ insunt delicto puta ratione loci,tẽporis,vel personæ,quæ delictum exaggerant & augent,perinde atq; ipse delinquens.id tamen fallit inter cætera etiam in casu,l.raptores,C.de rap.virg.& communiter tenetur,Similiter fallit,quando in præstante opem adest qualitas quæ aggrauat pœnam,& quando propter qualitatem delinquenti inhærentem pœna præstantis opem cui talis qualitas non inest augeretur.vt communiter teneri refert Bened.Capr.reg.80.n.44. & 48.vide §.Auxilium.

delinquens captus in loco commissi delicti potest puniri secundum statuta & iura illius loci,est communis opi. relata per Gandin.tit.de pœn.n. 16.per Vital.tit.de inquisit. n. 52.in prin.& aliqua ponit Alex.cons. 166.lib.7.pro qua vide etiam quæ scribit Bursat.cons.77.col. 1.lib. 1.

delinquens mandato alterius,mandato expressè vel tacitè reuocato,ex tali delicto mandans non tenetur,vti communiter teneri refert Bened.Cap.reg.8.n.9.vide ꝗ.Mandatum.

delinquere assuetus quomodo puniatur:Abb. in c. 1.extra de pœn.Grammat.voto.9. Et de reiterante delictum,vide Aret.in c.cum non ab homine.vlt.not.de iudic.

delinquens,qui est in pœnis vtriusque fori obligatus,accusatus in vno foro & punitus, potest & in atrocioribus criminibus ab ecclesiastico etiam iudice nihilominus plecti. vt est communis opi.Soarez verbo,delinquens.nu.45. Bonacoss.

delinquens & in loco delicti,& in loco originis,potest puniri pœnis , quas eius loci statuta imponunt,vbi delictum sit perpetratum.communis est opi.Soarez ver.delinquens.Bon.

delinquens alibi agens ad delicti locum tunc omnino remitti non debet,cum vterque locus,& in quo agit,& ad quẽ remitti postulatur,in eisdem Principis ditione non est. communis est opi.Soarez verbo delinquens,nu.47. Bonacoss.

delinquens potest puniri in loco delicti,& in loco originis secundum statuta loci,vt est communis opi.de qua D.m.Alcia.in c.perniciosam.nu.67.de off.ord. Bonacoss.

delinquens confugiens ad statuam principis,non debet in de auelli,vt est communis opi.Clar.q.29.in fi. Bonacoss.

delinquens debitor, potest quandocunque dare de bonis suis insolutum suis creditoribus, vt est communis opi. Clar. q.78.ver.scias etiam. Bonacoss.

Delinquens,qui iuris Cæsarei,ac pontificij pœnis est obnoxius non expeditur pœnis à legibus Cæsarum statutis,ꝓ accusatus, ac punitus apud iudices ecclesiasticos in iis atrociorib. delictis fuerit,commune infit Ant.Gomez.de delict. c. 1.n.4. & vide infrà ver.pœna. E.Suarez.

delinquens & in loco delicti,& in loco originis pœnas dare cogitur,quas eius loci statuta infligunt,vbi delictum ꝓpetratum est,commune ait Alc.in c.pernitiosam.n.67.de of.ordi.& qui cõpiosè hac de materia agit Iul.Cla.in pract.§.vlt.q. 85.ver.tertius est casus. E.Suarez.

delinquens alibi agens , ad delicti locum tunc omnino remitti nequit,cum vterque locus,& in quo agit,& ad quem remitti postulatur,in eiusdem principis ditione non est,vt communem praxim latè testantur Did.Couarru.in pract.q. 11.n. 11.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q.38.ver.sed certa.& ver.hoc tamẽ, quem semper in materia cõsule,ac Viuium,qui praxis rerum magistræ,ac gubernatricis nõ admodum memor,doctorum commenta tractat.lib.1.opi.187. E.Suarez.

delinquens potest puniri in loco delicti,& in loco originis secundum statuta loci delicti,Alc.in cap.pernitiosam. nu.67. de off.ord.communem dicit. B.Villal.

ADDITIO.Quando autem hoc procedat.vt puniri possit in dictis locis,videat dicta per Ant.Rosel.in trac.de indulgen. nu.248.cum tribus sequent.

Nota istam communem ad declarationem l.32.tit.2. part. 3.vbi ponitur locus vbi reus delinquens potest conueniri:& etiam ad intellectum l. 1.& 2.tit. 17.lib.8.ord.loquentium de remissionibus faciendis per iudices ad requisitionem iudicis procedentis.Et circa dictas remissiones vide l. 18.tit. 1. par.7. per quam approbatur opi.Bart.in l.si cui.§. cùm sacrilegium. ff.de accus.dicentis remissionem esse necessariam: & per d.l.j. reprobatur gl.in l.à diuo Pio.§.sententiam.in verbo in prouinciis.ff.de re iud. dicens in ciuilibus non habere locum remissionem quæ communiter approbatur.& per d.l.disponitur ꝗ rium:tamen d.gl.potest adaptati ad intellectum l. 5.tit.2.libr. 3.ord.vbi disponitur,ꝗ absens ex contumacia potest citari etiam in alieno territorio:quod planè intelligendum est in criminalibus,secus tamen in ciuilibus,ratione contractus.iuxta tex.in c.Romana.§.contrahentes.de foro comp.lib.6.&d.l.1. titul.7. & l. 5. est intelligenda in iudice delictum cognoscente.& non in iudice domicilij,vt per Pan.in c.fi.de for.compe. ex quibus limitatur nostra communis in hoc regno. Et vide dist.Panor.in d.c.fi.distinguentem inter crimina grauia, & leuia,& secundum eius distinctionem intellige dictas leges.

delinquens permutans bona aliqua post delictum,vel vendẽs,si bona permutata,vel precium venditorum reperiuntur in bonis confiscatis, non debent molestari possessores eorũ bonorum,quæ delinquens alienauit,vt est communis opi.Clar. q.78.ver.contingit. Bonacoss.

Delinquens potest non modo à iudice loci,vt ibi deliquit, sed &à iudice domicilij sui,tempore commissi delicti puniri, vt est communis opi.Idque si reperiatur in loco domicilij,& etiam si sit absens.tunc enim citari potest.Clar.q.39.ver. fortitur. Bonacoss.

delinquens regulariter nõ potest,nec debet de sociis interrogari,vt est communis opi.præterquàm in certis casibus ob immanitatem exceptis.Distingue tamen.Aut agitur de crimine,quod principaliter committitur in proprium commodũ, vt monetam falsam cudere,furari,&c.Et tunc interrogare de sociis licèt aut agitur de crimine, quod committitur tantum in offensam & odium alterius,vt est homicidium, adulteriũ, &c.Et tunc non potest delinquens etiam contra se confessus interrogari de sociis.Et hodie assessores communiter videntur obseruare.Sed in his criminalibus,quæ regulariter nõ solẽt commiti absque sociis. delinquens potest interrogari de sociis,vt est communis opi.Et ita seruatur in pract. Aliqui verò dicunt,ꝗ quicquid sit de iure,hodie de consuetudine non seruatur. Sed delinquens in omni casu de sociis interrogaretur.Et si delinquens interrogetur de sociis,non facit inditium ad torturam, Sed tantum ad inquirendum, vt est communis opi.Clar.q.21.ver.si verò.& ver.successiuè.vbi fusius.Bonac.

delinquens si persequatur à familia sui iudicis in aliud territorium,& ibi captus fuerit,non debet ab illo iudice,qui capturam ordinauit retineri.Sed relaxari & dimitti,vt est cõmunis opin.Non enim hoc casu debet attendi principium sed finis.Clar.q.29.in fi. Bonacoss.

Delicto obuiare nemo tenetur de iure ciuili secundum gl. in l.culpa caret.ff.de reg.iu.quam sequitur Bart.in l. 1.§.sed in eo.ff.ad Sillania.in l.metum.§.sed licet.ff.quod met. caus.in l. vt vim.ff.de iust.& iur.Salic.in l.quisquis.§.id quod de prædictis.C.ad l.Iul.maiest.Rom.cons. 117.Fel.in c.qui alios,de hæ re.& in c. 1.de of.dele.vbi etiam Dec.& Barb.Anchar.in c.dilecto.de sent.excom.lib.6.Aret.in §.iuris.in fi.instit.de iust & iur.& Ias.in d.l.vt vim.& istam scribit esse communem opin. Dec.in d.l.culpa caret,n.4.&Hieronymus.Chucalõ.ibi in addit.in principio , & Franciscus Conscius decanus Senensis in c. 1.n.78.de offi.del.de iure vero Canonico tenetur quis si potest obuiare delicto,tueriq́ue offensum vt per glossam in d.l. culpa caret,&ad hoc facit tex.in d.c.dilecto.Tamen Andreas Sycul.in d.c.1.affirmat opinionem d.gl.non esse veram,quia etiam de iure canonico nemo tenetur alium iuuare,& hoc in foro conscientiæ esse dicit,& ita iura citata secundum eum intelliguntur,& idem tenet Ant.de But.in d.c.quantæ. Abb. in c.1.de restit.spol.Bald.in l. 1.C.de ser.fugit.Io.de Anan.in c.2. de hæret.Sali.in d.§.id quod. Legistæ omnes in d.l.vt vim. & Canonistæ.in d.c.quantæ;videlicet quod dictæ gl. intelliguntur in foro conscientiæ,& ista est communis opi.vt constat ꝑ supra allegata,& attestatur Conscius in d.c. 1.n.84.& seq.vbi etiam Deci.& Ias.in d.l.vt vim, licet in præcitatis locis ipsi teneant contrariũ,videlicet quod de iure canonico quis teneatur aliquem iuuare.Ego verò semper hortarer omnes homines , vt obuiare deberent delictis propter periculum animæ, & conscientiæ,quæ cunctis rebus præferenda est, quãdo posset tutè & absque aliquo vitæ discrimine, & haberent secum arma apta ad obuiandum delictis,& non aliter,Nam vbicunque quis

que quis defenderet extraneum , & eum tuendo alium occideret,nõ veniret punendus,ita Ias.in d.l.vt vim.vbi ait istam esse communem opinionem,& D.Phil.in d.c. 1.Sed ista communis ita enucleata, & explicita interpretatur non habere locũ in vasallo,qui profectò tenetur offensioni dñi sui obuiare secundum ac.Leo.consi. 117. n. 18.quod reperitur positum inter consi.feudalia Albert.Bruni,& ita tenent Doct.in d.l.vt vim.Limitatur quoque ista communis in nonnullis aliis casibus traditis per Bart.& alios in d.l.vt vim,per Anch.in d.c.j. & Dec.in d.l.culpa caret,nu. 5.cum aliis seq. F.Viuius.

delictum commissum in offensam Principis dicitur publicum.ita refert ex Ant.Gomez.c. 1.delictorum.Clar.lib. 5.§. 1. ver.2. P.Fichard.

Delictum non probatur per instrumentum. communem dicit Boer.in c.at si clerici.n. 14.de iudic.Cur.iun.in auth.si qs in aliquo.n.34.ver.4.aduerte.C.de edendo & dicebat Dy.qd hæc opin.tenetur & seruatur pro euangelio,quẽ refert Gãdi. de malef.in tit.de pœna.n. 15.Intellige qñ crimen,consistit in facto separato ab instrumento,vt homicidium,furtum,adulterium,&c.sed si crimen consisteret in animo,prout est hæresis, vtique per instrumentum in quo aliquis assereret aliquid hæreticum,posset crimen ipsum probari.item si quis ratificet per instrumentum delictum commissum ab alio vel si aliquis faceret instrumentum contractus viurarij, poterit delictum vsuræ probari per instrumentum.Hæc Clar.d.lib. 5.§.ti. q. 54. in prin. P.Fichard.

Delictum omne quod principaliter fit in offensam Dei,dicitur publicum,& quilibet de populo potest accusare.cõmuniter tenent doct.in l.Manichæos.C.de hæreti.teste Ant. Gomes.in c. 1.delictorum,num. 1.vt refert Clar.in lib. 5.sent.§. 1. vers. 1. P.Fichard.

Delictum quod committitur faciendo grauius reputatur quàm quod committitur omittendo,communem esse dicit Alber.in l.præscriptione,ver.Item ex prædictis. C.si cõtra ius vel vtil.publi.& in ead.l.Ias.n.9.quem refert Anto.de Padilla in l.transigere.n. 107.C.de transact.Clar.in lib. 5.sent.§. 1.ver. Est etiam. P.Fichard.

delictum sine dolo commissum vel extra propositum &intentionem ipsius delinquẽtis, meretur mitigationem pœnæ, ita vt reus non debeat corporaliter puniri. Ita post Bart. in l. quid ergò.§.pœna grauior,post n. 11.de iis qui not.infam. dicere omnes scribentes attestatur Cæpol.in d.cons. 35.versi.& postremò.Clar.d.§.fi.q.40.ver.sunt etiam. P.Fichard.

delictum quodnam sit leue,seu atrox , ex pœnæ qualitate & quantitate cognoscitur.& ista est communis opin. vt dicit Soc.in cons. 157.n. 5.& 6.in 2.vol.Clar.in §. 1. ver.sunt etiam. vbi etiam ponit exempla de hoc.&de delictis atrocissimis ponit exempla. Bonacoss.

delictum est grauius quod committitur in faciendo quàm in omittendo.vt est communis opi.Clar.in §. 1.ver.est etiam. Bonacoss.

delicti qualitas est probanda.vt est communis opi. Bursat. cons.20.nu.12.D.Brunorus cons.vnico.nu. 52. Bonacoss.

delictum de noctè à testibus non probatur,non deponentibus de Luna,vel de accenso lumine,vt est cõmunis opi.Burs. cons.34.nu.6. Bonacoss.

delictum patris non nocet filiis in feudo. communis est opi.Burs.cons.91.nu.14. Bonacoss.

delictum sine dolo , culpáue in committendo non est criminale,nec punibile,vt est communis opi.Burs. cons. 59.n. 1. Bonacoss.

delictum extra territorium commissum , per iudicem originis puniri non potest ex magis communi opinione. Licet alij communiorem asserant.Burs.cons. 59.nu.2.& 4.& eo magis,si statutum id dicat.communis est opin.Burs.cons.77.numer. 5.& 6. Bonacoss.

delictum ex propria sola confessione , & qualificata punibile,nunquàm pœna ordinaria punitur, vt est communis opi.Burs.cons.77.nu. 18. Bonacoss.

delictum à multudine cõmissum, si principalis delinquens sit incertus,non potest puniri,& omnes absolui debent.communis est opi.Burs.cons.65.nu.10. Bonacoss.

delictum à multitudine commissum si principalis delinquens certò sciri nequit, puniri nõ debet:imò omnes debent absolui, secundum communem per Burs.cons.65.n. 10.lib.1. secus si constet quis deliquerit,quia ille solus puniri debet,& alij absolui.

delicti probatio semiplena inducitur ex sententia contra contumacem de iure canonico, si de causa liquet,secundum communem per Burs.cons.7.nu.22.lib.1.

Delicti commissi tempus reo instante præcisè declarare debet,secundum magis communem per Bursa.cons.34.nu.25. 27.lib. 1.

delictum commissum extrà territorium iunctum delictis in territorio commissis auget pœnã, vt sic fur qui in territorio commisit duo furta,& vnum extrà territorium suspendatur ex statuto:ꝗ pro tribus furtis fur moriatur,secũdum Bart. in l.3.C.de episc.aud.in l.si cui.§.fi.ff.de accusat.Bald. in auth. sed nouo iure.C.de ser.fug.per l.ex ea causa.ff.de postulan,Io. And.in add.ad Spe.ti.de fur.addi.inci.Famosa est alia quęstio, & Iac.de Belui.in auth.vt nulli iudicum.§.si verò quis cõprehensorum, videntur tenere contrarium , & æquius videtur: quia statutum locale non debet extendi extra locum. argu. l. venditor.§.si constat.ff.comm.prædi. maximè in pœnalibus, & odiosis. Balb.decis.367.

delictum de nocte:non probatur per testes non deponentes de statu noctis,puta,an lucente luna, vel accenso lumine, secundum communem per Bursat.cons.34.nu.6.lib. 1.

delictum patris in feudo non nocet filiis , secundum communem per Burs.cons.9 .nu. 14.lib. 1.

delictum sine dolo culpáue in committendo,non est criminale,nec punibile,secundum communem per Burs.cons. 59. nu. 1.lib. 1.

delictum extra territorium commissum per iudicem originis puniri nequit,secundum magis communem per Burs.cõsi.77.à n.2.vsque ad 6.lib. 1.vbi disputat, & disserit quæ sit receptior ? & ibi quid si statutum hoc exprimat post pluraque concludit delictum extra territorium commissum punitur ꝑ iudicem originis,si in loco originis statutum id exprimat, secundum communem d.cons.nu. 5.nu.6.

delictum itaque quatuor modis committitur,facto,dicto, consilio,& scriptura,de quibus sigillatim Bal.in l.opera.n. 14. qui accusa.non possunt. Quod sanè delictum debet prius esse manifestum,& de delicto prius constare debet, antequã iudex procedat criminaliter in omnibus casib. vt est cõis opin. Clar.q.4.in pr.D.Brunor.à Sole cons.vnic.n. 52.& ibi.nu.seq. dicit ꝗ stante statuto,ꝗ si sit factum furtũ scholari,ꝗ de damno stetur iuro suo , vt non habeat locum statutum, nisi prius ꝓstet de furto,quia delictum non præsumitur.l.meritò.ff.pro soc.Riminal.nouissimus Ferra.nostrę decus,cum sit optimus legista, optimus orator,optimus poeta, & optimus musicus, quod sit dictũ in eius bonam gratiam & affectionem,ꝑꝑ pro prium nomen meum,ꝗ habet.iuxta illud Arim.in ad.ad Ang. de malef.in ver.fama publica.n.36.ver.& libẽter feci.vide per eundem Rim.nouis.cons.42.n.130.Riminald.in quam,cons. 67.n. 52.&seq.Aristides sanè Atheniensis philosophus,Minucio.Fundano Asiæ Proconsuli scripsit,Neminem occidẽdum nisi de accusatore & crimine constaret, vt in historia mundi scribitur,in 6.ætate,fol. 112.vbi de eo agitur. Põt tñ iudex ad querelam partis ꝓcedere vel inquirere, vt pateñat delictum, vt ibi dicit Clar.de hæresi autem,adulterio & alio coitu,qui sine fractura committuntur,& de quibus nulla apparent signa, furto sine fractura,ꝑcussione,q̃ sit alapa,vl baculo sine liuore, verbali iniuria,vel simili,quia non ꝑt constare de delicto.ꝓtatim porrecta querela, ꝑt & dẽt iudex inquirere ꝑ delinquentẽ. Assumendo informationes,& habitis indiciis,reum in carcerib.detrudi facere,vel citari,prout delicti qualitas,& discretio requirit.q̃ qdẽ discretio cũ sit mr̃ asinorũ,vt dr̃ Paui.tract. de visitatorib.q.1.sub n.43.facilè non recipitur. Et tñ scimus certi,qd̃ sine discretiõe qs est vna bestia.Bal.ꝓsi. 161.li.3.col. 2.Neuiz.in sylua.lib.4.sub n. 56.& qui non facit decentia hoĩ similiter est vna bestia,vt dicit gl.decentem.in auth.de mona. Homicidio aũt perpetrato,debet iudex ire ad videndũ cadauer interfecti.Et illud dr̃ visum & non repertum.vel domum combustam,vt est cõis opi.Clar.q.4.ver.qñ verò.Vel põt mittere notarium,qui inspiciat cadauer,& vulnera scribat.Nec refert si ignoretur nomen interfecti.vt est cõis opi.Clar.ibi.dũmõ ꝓstet de corpore.Amplia & limita supradicta, vt per Ant. Gabr.cõium opin.lib.7.concl.2.fol.775. Qñ aũt quis dicatur participare de delicto,& qũo.Capr.reg.80.& not.ꝗ quis deliquisse præsumitur,qui ex opere commodum sentit. Alb.in l. 1.§.si quis ita in suo.ff.ne quid in loc.pub.vbi ex hoc infert ad eum,in cuius prato aqua reperitur irrigata.quod statuto de auertẽte aquam alienam in suo prato puniatur.Et excessus notat delictum tam in committendo, quàm in omittendo. Ab. in c.sicut nobis.n.3.de sup.neg.prel.Differentiã aũt habemus inter delictum, crimen & peccatum,ponit Alex.in l.si mora. n. 14.ff.fol.ma.& no. ꝗ quando statutũ loquitur de crimine, oportet prius ꝓstare ꝗ sit crimen.quia ista exceptio est impeditiua litis ingressus.D.m Alc.cons.7.n. 12.lib.7. Bonacoss.

delicta præſcribuntur per viginti annos, vt eſt communis opi.Boer.deciſ.26.n.6.& hoc de iure communi, exceptis tribus,vt eſt cõmunis opi.de qua Marſ.conſ.117.n.42.in 2.vol. Boer.deciſ.26.communem dicit. Bonacoſſ.

Delictum ſine dolo commiſſum, facit vt reus corporaliter etiam non ſit puniendus,&t quãdo delictum eſt commiſſum extra propoſitum & intentionem ipſius delinquentis, nã eo caſu poteſt iudex minuere pœnam,vt eſt communis opin.de qua Clar.q.60.ver.ſunt etiam. Bonacoſſ.

delictum commiſſum in offenſam Principis dicitur publicum.communis eſt opi.Clar.in §.1.ver.2. Bonacoſſ.

delictum non probatur per inſtrumentum,vt eſt communis opi. Quando crimen conſiſtit in facto ſeparato ab inſtrumento,vt homicidium,furtum,adulterium, &c. Sed ſi crimẽ conſiſteret in animo,prout eſt hæreſis vtique.per inſtrumentum,in quo aliquis aſſereret aliquid hæreticum, poſſet probari ipſum crimen,Item ſi quis ratificet per inſtrumentum delictum commiſſum ab alio,vel ſi aliquis faceret inſtrumentum contractus vſurarij,poterit delictum vſuræ probari per inſtrumentum Clar.q.54.ver.1. Bonacoſſ.

delictum omne,quod fit principaliter in offenſam Dei,dicitur publicum.& quilibet de populo poteſt accuſare, vt eſt communis opi.Clar.in §.1.ver.1. Bonacoſſ.

Delictum. Si vnus ex dominis vel cõſortibus caſtri vel villæ delinquat, ibi alius condominus vel conſors poteſt eũ punire quaſi delinquẽdo ibi,ſe tacitè ſubmiſerit, ſecundũ Guil. & Ang.in l.eſt.ff.de iur.om.iud. Sal.& do.Ambr.ibi per c. in archiepiſcopatu,extrà de rapto.c.fi.extrà de for.compe.& eſt communis opin.ſecundum eos.Quicquid ipſe Guil.viſus ſit tenere contrarium in l.fin.ff.de rer.diuiſi.vt refert & ſequitur Do. Cato. in d. l. eſt. dicens tunc adeundum eſſe ſuperiorem. Balb.deciſ.116.

delictum clam factum magis punitur, quàm palam in his, quæ ex ſui natura poſſunt eſſe licita & illicita,vt ſunt contractus. Non licèt tamen tutori cõtrahere cum pupillo, & clam cum eo contrahens magis punitur.Clar.q.60.ver.ſed an fortè.Si autem eſt delictum. q ſui natura ſemper ſit illicitum, vt blaſphemia,furtum, homicidium,& ſimilia. Et magis palam committens punitur,vt eſt communis opi Clar.d.q.60.verſ. ſed an fortè. Bonacoſſ.

PRO. delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet.in c.venerabilis extra de excep. Bellon.

PRO.delicti venia pœnitentibus datur.l.Manichæos.C.de hæret.l.vlti.C.de ſum.trin.& fide cathol. idem.

delictum ſi commiſſum eſt in confinib. communiter ſeruatur.quod vterque iudex procedat. ne faciãt ſibi præiudicium in territorio.Boſſius de foro comp.n.60.& ſeq. Bonacoſſ.

delicta preſcribuntur per viginti annos.Boer.deciſ.76.n.6. communem dicit. Villal.

Concor.cum l.5.tit.7.par.5.quæ loquitur in falſario:adulterium autem accuſatur vſque in quinquennium,l.quinquẽnium.ff.de adult.l.4.tit.13.par.7. actio de dolo durat per biẽnium ad intereſſe . ex damno proueniens agitur per triginta annos.l.6.tit.17.part.7.& hoc damnum non eſt illud de quo loquitur l.4.tit.7.l.5.ordi. Et circa illam legem vide Geral. in ſingulari 72.ponendum regulam,& limitationem.B.Villalo.

delicta quæ dicuntur grauia,relinquuntur arbitrio iudicis. Alc.in c.cùm non ab homine.n.28.de iud.communem dicit.

L.33.ti.5.part.1.tria delicta grauia dicit:crimen hæreſis,ſimonia,& homicidium voluntarium:ſed nota iſtam communem ad ampliationem illius legis. Idem.

delicta quæ grauia dicantur,iudicis arbitrio relinquitur,vt eſt communis opi.de qua Soarez verbo delicta.nu.80. D.m. Alc.in c.cum non ab homine.nu.28.de iudiciis,communem dicit. Bonacoſſ.

delicta extra commiſſa aggrauant commiſſum intra territorium.Vnde qui fecit plura furta extra territoriũ,poſſet ſuſpendi pro vno furto commiſſo intra territorium ,quia furta extra territorium commiſſa faciunt eum famoſum,& quocũque vadat,ſequuntur eum.vt eſt communis opi.de qua Bald. in l.fi.ver.illud tamen.ff.de iuriſd.om.iud.Fel.in c.ſicut.1.col. ver.gl.in ver.adulterio.de teſtibus. Bonacoſſ.

delicta paria mutua compenſatione tolluntur. Perſonalis de adipiſcen.poſſeſſio.n.284.& n.406.communem opi. probans.Quod intellige,vt ibi per eum. Bonacoſſ.

delicta.quæ grauia ducãtur,iudicis arbitrio præciditur,cõmune inquit Alc.in c.cum non ab homine.nu.28.de iudic.& multum laudatus,ac multum laudandus Iul. Clar. qui varias hac in re communes ſentẽtias memorat in prac.§. 1.ver.ſunt etiam delictorum. E.Suarez.

Delictorũ alia ſunt merè eccleſiaſtica , alia mere ſecularia, alia communia,alia nominata,alia innominata, vt eſt cõmunis opi.Clar.in §.1.ver.habes. Bonacoſſ.

delictorum alia eſſe merè Eccleſiaſtica,alia merè ſecularia, alia communia.Item alia nominata,alia innominata, vt ea diſtinxit Bart.in l.nunquam plura.n.4.ff.de priuat.delict.cõmuniter approbatum,dicit Blanc.in pract.crim.n.111.Clar.lib.5. §.1.ver.habes. P.Fichard.

delictis, & in atrocibus habẽtibus ſpeciale nomen delicti, vt in furto,adulterio,homicidio & ſimilibus,mãdatum ſuperioris non excuſat.Eſt vera; & communis opi.ſecundum.Iaſ. in conſ.136.dubitatur.circa med.vol.1. M.Chærianus.

ſi in accuſatione,vel inquiſitione Delictum deductum fuerit,cum aliqua qualitate aggrauante,& poſtea probatum fuerit tale delictum ſimpliciter,ſine illa qualitate, reus in totum abſolui debet.Eſt comm.opin.ſecundum Rom.in conſ. 167. Anch.circ.fi.Vide ĩ.in verb.qualitas.nu.1. Idem.

PR.Demonſtratio plerunque vice nominis fungitur.l.nominatim.ff.de condi.& dem.l.certum.ff.ſi cert.pet. Bellon.

Denuntians an debeat in expenſis condemnari,ſi denũtiatio non ſit legitima:vide Guid.Pap.q.269. vbi quid de procuratore principali. Et dic q vbi adeſt ſtatutũ q non poſſit procedi niſi præcedente denuntiatione,tunc in defectum denuntiantis põt ſuperior,nec delicta remaneant impunita, ipſe denuntiare. Abb.in c.conquerente.col.3.de reſtit. ſpol. Quia in materia denuntiationis vide Ang.in l.diuus.la 2.ff.de cuſtod. reor. maximè q debeat euocari vt probet ſuam denuntiationem:alias punitur, licet non teneatur ſe inſcribere. vt per eũ. Quid de ſyndicis villarum qui ſunt obligati ad denuntiandũ maleficia intra aliquod tẽpus ſub pœna ? & dic q intelligitur de maleficiis manifeſtis,non de occultis. Alberic.in l.ſemper. §.hoc interdictum.ff.quod vi aut clam.Et plura in materia denũtiationis ponit Fel.in c.ſicut.extr.de accu. Spec.ti.de denũtiat.3.part.Bart.in l.diuus.la 2.ff.de cuſtod.reor.doct.in l.ea q. dem.C.de accuſ.Quid de alia denuntiatione:& an ac quando denuntiatio conſtituat quem in mala fide. vide Abb.in ca.2. extra.de præſcrip.& vide Bart.in l.item veniunt. §. petitam.ff. de petit.hæredit. Put.

Denuntiare delictũ alicuius ad acta poſſunt officiales, licet ſint plurimum pauperes & viles perſonæ,& quandoque etiã infames.Communiter obſeruari teſtatur Ang. de maleficiis. in gl.necnon & ad denuntiationem.nu.4.quem refert Cardi. Alex.in d.c.de accuſat.ver.2.quæro. 2.q.8.Marian.in repet.c. qualiter & quando.n.81.&Pract.Conrad.n.9.Et eiuſmodi denuntiantis dictum ſufficit ad inquirendum. communem dicit Boſ.in tit.de denun.n.2.Clar.d.§.fi.q.7.ver.primo & ſecundo.Si tamen abſoluatur reus,tunc denũtiator ratione calumniæ condemnandus eſt in expenſas.com. dicit Alber.in l.ſancimus,nu.6.in fin.cap.de iudic.quem refert Gratus conſi.97. lib.1.Clar.ibid.ver.vlt. P.Fichard.

denuntiare poſſunt non ſolum officiales. ſed etiam aliquibus eſt facta aliqua iniuria,vt eſt communis opi.Clar.q.7.ver ſi.dixi.Et tenetur iudex inquirere. & ſtante ſtatuto, q ſyndici debeant denũtiare maleficia, nec apponit terminum. Dic.qđ intelligitur incontinenti à tempore ſcientiæ,non tamen tenẽtur denuntiare præcepti feſtinatione,ſed inquiſita veritate.facti.Bald.in l.cum ancillis n.5.C.de inceſtis nuptiis. Bonacoſſ.

denuntiare poteſt monachus,vt eſt communis opi.Cla. q. 7.ver.item quæro. Bonacoſſ.

denuntiare poteſt laicus ſuum clericum parrochiæ prælatum,vt eſt communis opin.Clar.d.q.7. verſicu.quæro etiam. Bonacoſſ.

denuntiare delictum alicuius ad acta poſſunt officiales, licèt vt plurimum ſint pauperes,& viles perſonæ.& quandoq; etiam infames, vt eſt communis opi. Et eorum dictum ſufficit ad inquirendum, vt eſt communis opi. Si tamen abſoluatur reus,tunc denuntiator ratione calumniæ condemnari debet in expenſis,vt eſt communis opi.Clar.quæſt.7.ver.vltim. Bonacoſſ.

Denuntiatio quæ fieri debet ab emptore venditori,qui de euictione tenetur.non intelligitur ſimpliciter fieri ad hunc finem,vt venditor ſciat, ſed vt aliquid faciat, & incitetur, puta ad ſuſcipiendam litem , & defenſionem. Igitur non ſufficit, quod venditor aliunde habeat notitiã dictæ litis ſed requiritur neceſſariò , quòd ei fiat denuntiatio per emptorem : aliàs non tenetur , de euictione , nec ad expenſas : quia non præſumitur emptorem fuiſſe condemnatum propter malum ius , ſed propter ignorantiam iuris venditori competentis. Eſt communis opinio ſecundum Dec.in conſi.lxxiiij.volu.1. M.Chærian.

Denuntiatio Euangelica in prælatis eſt de præcepto , Alci. in c.nouit.n.20.de iudi.communem dicit. B.Villal.

denuntiatio Euangelica non requirit trinam monitionem vt dicebat Hoſt.ſed ſufficiunt quæ Pan.in c.in omni negotio. n.3.de teſti.communem dicit. Idem.

denuntiationem Euangelicam poteſt facere criminoſus,cũ denuntiat pro proprio intereſſe.Alcia.in ca.nouit.n.14.de iudi.communem dicit.

Amplia ad accuſationem pro propria iniuria, q̃ põt facere accuſatus de aliquo crimine graui,lege,4.tit.1.parte.7.Idem.

denuntiatio officialis vel alterius, qualis eſſe debeat cõmuniter.Clarus.d.q.7.verſ.quæro nũc.Et no.q qui denuntiauit. ſuper crimine,poteſt teſtificari ſuper eo.ca.licèt heli.vbi Inn. no.de ſimonia. Alberi.in l.j.§.incidit n.2.ff.ad turpilia.& quãdo ſyndicus denuntiat poſt terminum ponat in denuntiatione,qđ de nouo peruenit ad ſuam notitiam.Bal.in l.ann⁹. ff.de calumniato.item officialis,qui ex ſtatuto tenetur denuntiare maleficia. Tenetur etiam denũciare maleficia non punibilia. niſi notoriè conſtaret delictum non eſſe punibile, vt puta,qa erat bannitus occiſus,vt per Alex.in l.nequis.C.vt nemo priuatus. Statuto tñ dictante puniri ſyndicum non denuntiantẽ maleficia,ſyndicus non incidit in pœnã, ſi non denuntiat maleficium pprium,vel eius patris, vel filij. Stepha.de Federi.in tract.de interpretatione iuris.n.164. Bonacoſſ.

denũtiatio extraiudicialis emptori ante alienationẽ facta, ne rẽ emat nõ pertinẽtem ad eius venditorẽ cõſtituit emptorem in mala fide:ſecus ſi poſt tranſactam alienationẽ, & traditam poſſeſſionẽ fiat.quippe qa tunc nihil nocet cõmune aio ex Alex.in l.de pupillo.§.nunciationẽ.n.12.ff.de noui ope.nũciatio.Fel.in c.2.n.5.de præſcr. Math.de Afflict.deciſ.369.ac Balb.in l.Celſus 3.par.n.13.ff.de vſucap. E.Suarez.

denunciatio euangelica in prælatis eſt de præcepto. D. m. Alci.in c.nouit.n.20.de iudi.communem dicit.Et non requirit trinam monitionem,vt atteſtatur Hoſtienſis.Sed ſufficiũt duæ.Pan.in c.in omni negocio.de teſtib.n.3.communem dicens.Et denuntiationem euangelicã facere poteſt, etiam criminoſus,cum denuntiat proprio intereſſe.D.m.Alcia.in c.nouit.n.14.de iudi.communem dicit. Bonacoſſ.

denũtiatio litis motæ niſi venditori aut donatori fiat debito tempore, emptor vel donatarius aut vaſallus aduerſus vẽditorem,dominum,donatorem non agit,iux.gl.in c.ſi venditori,de emptione & vẽditione,l.emptor fundi,l.actore,C.de euiction. nec ſatis eſt eos ſcire litem ſibi motam fuiſſe, nã tametſi ad finem certificandi illis denuntiare non ſit opus , tamen quò ad alium finem , nempe vt veniant ac ſe defendant, & probationes producant omnino opus eſt denũtiatione,vt voluit Bart.in l.denuntiaſſe.§.quod tamen,& in l.non ſolùm, §.morte,ff.de noui operis nuntiat.idem tenent Bald. & Ang. in l.abſente,ff.de procurat.& D.Petrus Floria.& Ant.in ca.fi. de empt.& vendit.per l.ſi parentes,l.cùm ſucceſſores,C.de euict.l.ſi rem, §.fi.ff.eodem tit.quam ſententiam Bened.Capr. reg.87.n.227.& veram & cõmuniter teneri affirmat etiamſi venditor vel donatarius iuraſſet,defendere,cùm hoc caſu iuramentum nihil addat contractui, ſed eundem dũtaxat roboret,iuxta l.fi.C.de non numerata pecu.Benedict.Cap.ibidem n.231.vide infra.Venditio,vbi dicit ita practicari & communiter obſeruari.

discussio bonorum principalis debitoris, ad hoc vt possit haberi regressus contra fideiussores, iuxta Auth. præsente. C. de fideiuss. vel vt possit peruenirì ad tertios bonorum possessores, iuxta Auth. hoc si debitor. C. de pig. & hyp. nõ solùm requirit nuncij publici relationem factam in actis, sed etiam super ipsa discussione pronunciari eam legitimè factam fuisse oportet. ita tradit Bar. l. stipulatio. §. habet autem stipulatio. nu. 4. ff. de noui ope. nun. Et hanc sententiam veram & communem esse interpretes tradiderunt. Ias. ibid. nu. 7. Ang. Aret. in §. item si quis in fraudem. nu. 10. inst. de act. Ant. Negusant. in tract. de pig. & hyp. in 8. par. prin. 1. memb. n. 11. ver. quarta conclusio. in 9. vo. tract. Doct. Huius autem differentiæ aliquot restrictiones & declarationes referuntur à Barth. Socy. in consil. 80. numer. 2. circa fin. in 3. volum. consil. Aym. Crauet. in consil. 201. numer. 45. cum seq. in 2. parte consil. & Roland. à Valle, in consil. 14. num. 14. cum seq. in 1. Tom. consil. kirchouius.

PRO. disiunctiua posita inter personas inter quas cadit affectio ordinata, non soluitur in coniunctam. l. cum pater. §. pen. ff. de leg. 2. Bellon.

dispensandi potestatem habens à Papa cum quibuscunq; in qualicunque statu nõ poterit dispensare in prohibitis à iure diuino. Vnde clausula supplẽtes oẽs defectus referr̃ tũc ad solennitatẽ iuris positiui non naturalis vel diuini, vt est cõis opi. Grammarus in trac. extensio. numer. 193. ideò simpliciter dispensatus ad duo incompatibilia restringitur, vt non procedat

procedat in eadem ecclesia, vt est tandem communis opi. ibi. n. 194. Bonacoss.

PRO. dispensatio est iuris communis relaxatio. gl. in ca. requiritis. 1. q. 7. & in c. vt constitueretur. 50. dist. Bellon.

PRO. dispensatio sine causa non est tuta quod ad Deum. gl. sing. in c. non est voti. ext. de voto. & vot. redem. Idem.

PRO. dispensationem exorbitantem à iure oportet velut odiosam restringi in c. 1. §. fi. de fil. presb. lib. 6. Idem.

dispensatio Principis sine causa, valet: si tamen alteri committat faciendam non valet, nisi causa sit adhibita. Curt. iun. cons. 175. communem dicit.

Nota istam communem ad intel. l. 20. tit. 26. part. 5. vbi dr̃, q̃ Episcopus p̃t dispensare in omnib. casibus, in quibus non est prohibitum, quã intellige in criminibus maioribus adulterio vt habetur in verbo Episcopus.

Fallit in dispensatione facta per Papam contra ius diuinũ, vel canonicum fundatum in ratiõe diuina, vel naturali: quia in hac dispensatione debet esse causa expressa, aliàs nõ valet. Io. de Rip. i c. 2. de restit. spol. n. 19. communẽ dicit. B. Villal.

dispensatio Romani p̃tificis in affinitate, proueniente ex coniunctione carnali, & matrimonio oportet q̃ vtrunque ex primatur videlicet affinitas, & publica honestas. Coua. i epist. 4. c. 6. §. 7. n. 4. communem dicit. Idem.

dispensatio Romani pontificis de crimine non solum operatur in via inquisitionis: sed etiam accusationis, Decius cõs. 136. n. 1. communem dicit. Idem.

dispensatio non extenditur ad casum maiorem, vel habentem maiorem rationem, Cur. iun. n. 95. n. 7. com. dicit. Idem.

PRO. dispõnat testator, & erit lex. in §. dispõnat. in auth. de nupt. Bellonus.

dispensatio Romani Pontificis de crimine operar̃, non solum in via inquisitionis, sed etiam accusationis. Dec. cõs. 136. vol. 1. communẽ dicit. Soarez verbo dispẽsatio. n. 81. Bonac.

dispensatio (vt doctorũ principibus blandientium cõmenta loquar) ad fratrum, & sororum matrimonium, vel vt neptis patruo, aut auunculo nubat, nulla ab vllo indulgeri p̃ot, commune dicit Porc. in §. vlt. n. 14. inst. de gradib. E. Suarez.

dispensatio Pontificis crimen remittentis, & inquisitionẽ, & accusationem tollit. commune loquitur Dec. consil. 136. quãuis aliud verius, æquiusq; sit, vt alibi demonstrat. E. Suar.

dispensatio Pontificis sine causa, etiam si tm̃ sit cõtra ius ab hominibus commentum, tuta animo nõ est, commune testatur Did. à Couar. de sponsal. 2. par. c. 6. §. 8. n. 9. at contra ius diuinum, vel canones, seu lege diuina, seu naturali ratione inintentes sine causa expressa non valet, commune ait Rip. in ca. 2. n. 19. de restit. spol. quin nec cum causa temerè admittendam alibi latè, & diligenter ostendo. E. Suarez.

dispensatio principis quin & absque causa valeat, nemo dubitat: si eam tamen princeps alij committat, causa desiderabitur, commune infit Curtius Iunior. cons. 75. E. Suarez.

dispensatio tunc ex Pontificis dissimulatione gignitur, cũ ipse se dissimulare dicit, non verò cùm tantùm conniuet, cõmune enuntiant Fel. in c. 1. de treug. & pac. Did. à Couarru. de spons. 2. part. c. 6. §. 10. n. 15. tametsi alij alibi non de nihilo in diuersa omnia habeant. E. Suarez.

dispẽsatio mera Papæ, simpliciter ad spiritualia, velut odio se, est stricte interpretãda, vt sic per eam minus recedatur à iure communi prout communiter fit de qualibet dispensatione iuxta c. 1. & 2. & in eis tradunt Docto. extra de filiis Presb. lib. 6. cum concordantibus, vt per Barbat. in cons. 57. præclarè scribitur apud &c. n. 3. vol. 2. Tradit Fel. in c. mandato. n. 3. de Simo. Deci. in p̃. 476. pro resolutione casus, &c. n. 7. Ruy. in cons. 140. clarum est, quod de iure, &c. nu. 9. 5. vol. Paris. in cons. 136. stante defectu, &c. n. 23. 4. vol. Et hanc opinionem, seu distinctionem inter legitimationem, & dispẽsationem, in simili ponit Corn. in cõs. 93. primo aspectu videtur &c. 3. vol. Vbi alios allegat, vt per eum. Et ita etiam rectè intuẽti voluit Fel. in d. c. mãdato. n. 4. de Simo. Quod autem ita in effectu se habeat communis opi. attestatur etiam Soc. Iunior in consil. 48. n. 27. vol. 4. E. Muscul.

dispensationi filij à principe impetrandæ necessaria est illorum citatio, ad quos inde damnum aliquod redũdare potest, commune inquit accuratè Did. à Couar. de spons. 2. part. c. 8. §. 8. n. 15. ver. quartò infero. E. Suarez.

PRO. distingue tempora, & concordabis scripturas. l. apud antiquos. C. de furt. & can. si peccauerit. 2. q. 1. Bellonus.

PRO. dispositio in filio extenditur ad nepotem. l. filium habeo. ff. ad senat. Macedon. Appellatione enim filiorũ veniunt etiam nepotes. l. liberorum. in fi. ff. de verb. sig. Bellon.

dispositio hominis verificatur in primo actu. Cur. iun. cõs. 178. n. 27. communem dicit, de quo tamen plenè omnino vidẽdus est Tiraq. ĩ l. boues. §. hoc sermõe. ff. de verb. sig. B. Vil.

dispositio auth. ex causa. C. de lib. præteri. locum habet in præteritione facta de filio per matrem aut alios ascendentes. com. ait Clar. in §. Testamentum. q. 51. vers. Et quia. Similiter etiam locum habet in filio à patre præterito. communem dicit. q. 35. ver. sed quid. idem locum habet tam in præteritione filij nati, quàm posthumi à patre scienter facta. commu. in d. q. 51. ver. item quæro. Non autem locũ habet in posthumo à patre ignoranter præterito. com. in d. q. 51. versic. sed quid si posthumus sit ignoranter. Contrar. dixit Paris. in cons. 60. nu. 13. Neque etiam locum habet quando frater à fratre est præteritus & turpis persona instituta. communem dicit. d. §. testamentum. q. 52. Hæc tamen opinio ipsi Claro non placet. Tandẽ locus est d. dispositioni siue exhæredatio facta sit nõ inserta causa legitima, siue causa sit inserta, sed per hæredem non probata. com. dicit in d. q. 52. ver. vlt. P. Fich.

dispositio auth. ex causa, facit vt etiam legata & fideicommissa sustineantur. com. in §. d. q. 54. vers. item substitutiones. com. idem Clarus dicit. q. 54. Quæro etiam. Sed legata facta ipsi filio præterito, vel exheredato non sustinentur. communem dicit. q. 53. ver. præterea. Similiter nõ sustinentur legata facta per testatorem turpibus personis. communem dicit. q. 54. ver. item. Idem.

dispositio auth. quòd sinc. C. de testam. habet locum etiam si filij in schedula non sint æqualiter instituti. com. dicit in §. testamentum, q. 18. ver. sed quæro nunquid. Idem.

dispositio c. cũ esses, extra de testa. locum habet etiam in testamentis conditis ad causas profanas. com. dicit Io. Clarus d. §. Testamentum. q. 57. Extra tamen terras Ecclesiæ nõ habet locum ea dispositio, quod tm̃ intellige quo ad forũ seculare. nã in foro ecclesiastico etiam in terris imperij seruatur ea dispositio. com. dicit idem in d. q. 57. ver. Extra. cum seq. Idem.

dispositio c. 1. an agnat. vel fil. locum habet solummodo in feudo hæreditario, vel simpliciter recepto. communem ait Clar. in §. feudum, q. 76. Contrar. tenet Isser. in eo. ca. quem sequuntur Cur. Bru. & Didac. Idem.

dispositio c. potuit, extra de locato, procedit tãtùm in emphyteotis ecclesiæ, non autem in emphyteotis laicorum cõmunem dicit. §. feudum. q. 8. ver. vlt. Idem.

dispositione l. 1. C. de sacro. eccles. non sublatę sunt omnes solennitates iuris ciuilis in testamentis ad pias causas. com. d. in §. testamento. q. 6. ver. Fuit. Idem.

dispositio l. vnic. C. si liberal. imp. li. x. habet locũ etiã, in feudis, quæ communiter aliquibus à principe ꝓcessa sunt. magis. com. dicit in §. feudum. q. 78. Contrar. Cyn. in d. l. vnic. Idem.

dispositio l. si quis argentũ. C. de donat. nõ habet locũ in donatiõe remuneratoria. com. dic. §. donatio. q. 14. ver. q̃ro. Idẽ.

dispositio d. l. si quis argentum non habet locum in donatione præsumpta. §. donatio. q. 14. ver. item quæro. Idem.

dispositio d. l. si quis argentum, locum habet etiam in promissione de donãdo. com. d. in §. donatio. q. 14. ver. dispositio. contrarium. dicit Alci. in l. 1. ff. de verb. obl. Idem.

dispositio l. si vnquam. C. de reuoc. don. locum habet tm̃ in Donat. omnium bonorum, sed in qualibet parte bonorũ donata. non est locus illi dispositioni, com. §. donatio. q. 22. Idẽ.

dispositio d. l. si vnquam nõ habet locum in donatione ob causam. com. in §. donatio. q. 23. ver. item quæro. Idem.

dispositio d. l. si vnquam habet locum in donatio. Ecclesiæ facta. nõ tm̃ reuocatur donatio nisi ad legitimam filiis postea natis cõpetentem. com. dicit in §. donatio. q. 23. in prin. Idem.

dispositio d. l. si vnquam. locum habet non solum quando legitimi & naturales liberi superueniant, sed etiã si naturales tantùm postea nascãtur. communem. in §. donatio. q. 24. vers. sed quæro. Idem.

dispositio d. l. si vnquam non habet locum si quis tempore donationis habet naturalem aliquẽ filium, & faciat eum post donationem legitimari. communem dicit in §. donatio. q. 23. ver. Sed quid. Idem.

dispositio. §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testa. non habet locum in testamento inter liberos si vnus ex liberis sit preteritus. com. dicit in §. testamentum. q. 8. ver. sed quæro. Idem.

dispositio. §. ex imperfecto. l. hac ꝓsultissima. C. de testa. non limitatur per auth. subsequentem quantum ad testamentum nuncupatiuum, sed solum quantum ad testamentum in scriptis. com. dicit. Io. Clarus. d. §. testamentum. q. 11. Idem.

dispositio §. ex imperfecto. l. hac consultiss. C. de testa. non habet locum inter liberos naturales tãtùm vel spurios. com. dicit. Clarus. in §. testamentum. q. 12.

Dispositio. d.§.ex imperfecto locum habet etiam in legitimatis.com.dicit Clar.in §.testamentum.q.12.ver.sed quid.

dispositio d.§.ex imperfecto locum habet etiam inter liberos,qui per statutum sunt exclusi à successiõe intestati.com. in §.testamentum,q.12.ver.Item quæro. Idem.

dispositio d. §. ex imperfecto locum habet non solum inter filios primi gradus tãtum, sed ẽt vlterioris,vt nepos &c. com.dicit in §.testamentum.q.12.ver.quæro etiam. Idem.

dispositio d.§.ex imperfecto nõ habet locum si filius familias testetur inter parentes.com.dicit in §.testamentum.q.12. ver.vlti. Idem.

dispositio §.si quis, auth.l.hac consultissima. C.de testa.nõ habet locum quando in secundo testamẽto esset præteritus aliquis ex filiis testatoris,communem in §.testamẽtum.q.95. ver.Scias tamen.

dispositio testatoris de personis quæ sibi ab intestato succedere possent,in dubio intelligitur eo modo &ordine,quo de iure communi vel municipali ad successionem ab intestato vocarentur.communem in §.testamentum.q.76.ver.secũdo infertur. Idem.P.Fich.

dispositio auth.bona damnatorum. C.de bon.damnat.extenditur etiam ad collaterales, licet corpus vnde sumpta est, nullam mentionem faciat de collateralibus.com. dicit Aret. in l.eius qui.§.si cui,versicul.sed quæritur. ff.de test.quem refert Cagnol.in l. ea sola deportationis numer.7. ff.de reg.iur. P.Fichard.

dispositio authent.bona damnatorum. C.de bon.damnat. non corrigit indistinctè iura antiqua, sed tantummodò in illis casibus, in quibus pœna confiscationis est imposita in cõsequentiam alterius pœnæ, & ideò in illis in q̃bus à lege antiqua est expresè imposita pœna confiscationis bonorum, non sunt correcta iura antiqua.com.dicit Bart.in l. 1. nu. 3. ff. de bon.damna. quem refert Boer.decis.264.n.15.Clar.d.§.fi. q.78.in prin. P.Fichard.

dispositio c. 1.de homicid.in 6.non solùm locum habet in certo illo hominum genere qui assassini appellantur,sed omnibus homicidiis. commu.attestatur Bost.in tit. de mandato ad homicid.num. 16.Refert Clar.libr. 5.senten.§. Assassinus, in princ. Et extenditur illa dispositio etiam in episcopum assassinum,com.dicit Soc.in consiliis Curtij senioris,consi. 20, n.43.ver.omitto postremo.Clar.ibid.ver.quæro. P.Fichard.

dispositio auth.minoris.C.qui dar.tut.vel curat. poss.non procedit in Tutore testamentario, quia fides dicti Tutoris,p testatorem dicitur approbata,siue testator tale debitum sciuerit, siue ignorauerit, cùm semper vigeat eadem ratio approbatæ fidei Tutoris per testatorem:prout istam opinionẽ, absque aliqua distinctione post Ioan. & Azon. sequitur, & dicit communiter obseruari Odoffred. in dicta authenitic. minoris. versi.sed nunquid poterit esse Tutor testamentarius,&c. Quos refert & sequitur Socinus Iunior in consi. 5.n. 1.vol.4. E.Muscul.

dispositio, siue remedium l.2. C.de rescind.vend.habet locum in transactione quando in ea excessus, seu deceptio trãsigentis, esset vltra dimidiam iustæ æstimationis, dubij euentus litis in magno excessu. Et licet magna sit inter Doctores disputatio. Tamen in nostro casu videtur per Modernos teneri,quod procedat d.l.vt signanter voluit Corn.in cõs. 166. litera R. & S. 1.volum.dicens: quod tunc recedendum omnino erit,à transactione etiam iurata. Et ita tenet etiam Dec. vt patet in consil.203. versic.negari tamen non potest, &c.& in cons.479.vers.ex quibus patet,& cum concordantibus,vt per Paris.in cons.96.n.65.& 66.vol.1.& voluit Crauet.in ꝓs. 192.n.3. vol.1. Ait communem ac frequẽtibus interpretum sententiis probari, ac magis recipi attestatur Soc.Iunior cõs. 129.n.48.ver.postumus.vol.1.& in cons.98.n.17.vol.2.& in cons.25.n.22.vol.4. E.Muscul.

dispositio simplex non trahitur ad futura in materia pœnali,vt est communis opi.de qua Ias. in l.si quis iniquum.§.illud quoque.ff.quòd quisque iur.n.2.Amplia multipliciter,vt ibi per eum. Bonacoss.

dispositio Auth.bona damnatorum.C.de bonis damnato. extenditur etiam ad collaterales.licèt de his nullum verbum in corpore vnde sumitur,vt est communis opi. Cagnolus in l.ea sola deportationis.n.7.ff.de reg.iu. Bonacoss.

dispositio Auth. bona damnatorum.C.de bon.damna.nõ corrigit indistinctè iura antiqua.Sed tantummodo in illis casibus, in quibus pœna confiscationis est imposita in consequẽtiam alterius pœnæ.Et ideò in illis casibus,in quibus à lege antiqua est expresè imposita pœna confiscationis bonorum, non sunt correcta iura antiqua, vt est communis opin. Clar.q.78.in prin. Bonacoss.

dispositio.c.1.de homicidio.in 6.non solum habet locum in certo illo genere hominum, qui assassini dicuntur, sed in omnibus homicidiis,vt est communis opin.Quę extenditur etiam ad Episcopum assassinium, vt est communis opi. Clar. in §.assassinium.ver.quæro. Bonacoss.

dispositionem,concessionemq; hominis strictam,& quantumuis personalem vel per verba personalissima factam extendi ad alios casus ex dictæ rationis identitate vel vbi ratio familiæ,vel agnationis concurrit,communem dicit Burs.ꝓs. 17.n.12.lib.1.vbi ponit exemplum not.

dispositio generaliter loquens maximè prohibitiua, non comprehendit dotes,secundum vnam magis communem opin.per Burs.cons.32.n.11.lib.1.quam declara, vt per eum.d. cons.n.27.

dispositio exorbitans loquens de feudo, non extẽditur ad feudum improprium,secundum communem per Burs.cons. 85.n.24.lib.1.

dispositio l.cum Auus,ff.de cond.& demon. non comprehendit naturales filios tantum, secundum communem per Bursat. cons. 51.n.20.libr. 1.secus autem dispositio hominis, si sine liberis, cum naturales fideicommissum deficere faciant, secundum magis communem per eundem d. consil. vbi sup.

dispositio quælibet contrahentium regulatur continuo secundum ius commune, vel municipale, si adsit, teste Bursat.cons.67.n.11.li.1.l. hæredes mei §. cum ita.vbi Bar.& alij ff.ad trebel.

dispositum in vno ex æquiparatis à lege antiqua,& in alio dispositum censetur, etiam q̃ non essent in omnibus æquiparata,secundum communem per Burs.cons. 120.nu.21.lib.1. quam latius ibi declarat.

disponendi verbum in re dubia ad vltimas volũtates referri debet,commune aiunt Paris.cons.33.li.1. Viuius lib.1.opi. 442. Suarez.

distributiones quotidianæ,& ex ꝓsuetudine absentibus,& non ministrantibus,dari non debent.c. vnic.de cleri. non residen.in 6.vbi Doct.imò nec canonicis secundum iuris dispositionem. Existentibus autem in Episcopi seruitio, & ministerio debentur istæ distributiones, ca.de cetero.de cleri.non residen.Similiter nec illi, qui literis in aliquo studio operam dant,distributiones quotidianas recipiunt,vt no.in c.licet.de præb.vbi gl.Abb.& Doct. communiter in ca.in præsentia.de probat. vbi Modern. hoc latè explicant, quibus adstipulatur istud no.quòd habẽs à Papa priuil. vt fructus beneficij etiam absens recipiat, non posset quotidianas distributiones ex eo habere,tex.est & ibi gl.communiter approbata in ca.fi.de rescript.libro sexto.gl.& ibidem Doct. in c.2.de priuil.eod.lib. tradit.Io, Staphi.in tract. de literis gratiæ.& quamuis põtifex proprio rescripto iubeat absenti reddi fructus beneficij ac si clericus præsens esset, nõ ob hoc ei distributiões quotidianæ debentur secundum gl. communiter receptam in d.c.vnico. de cleri.non residen.in 6.& ibi Probus num. 50. & hoc idem dicendum erit vbicunque Pontifex absenti permitteret fructus ꝑcipere, & ei debere statueret,ac si resideret.Adhuc eñ ex hac indulgentia fructus beneficij,distinctos,& separatos à distributionibus quotidianis percipiet, non autem ipsas distributiões quotidianas, quod annotauit Cassador.post alios in decisio.vnica in titulo de clericis non resident. F.Viuius.

distributionis quodlibet verbum adscribit actum cuilibet insolidum, vt commune inquit Bellon. consil.20. numer.2. E.Suarez.

distributionis, quam alicuius summæ inter pauperes fieri testator iniunxit hæredi, tempus, ac locus hæredis ipsius voluntate non metitur. vide infrà vers. hæres,& vers.pauperes. E.Suarez.

distributum per verbum,quodlibet,tribuit actum cuilibet in solidum.Bello.cons.20.nu.2.communem dicit. ex Bart. in l.hoc articulo.ff.de here.insti.& Curt.Iuni.cons.49.quam intellige quando verba distributiua sunt apposita inter distributiuos principales:secùs tamen,si ad eorum, successores referatur, vt si institutus est Petrus & Sempronius: & quilibet eorum tunc vnicuique in solidum actum tribuit,tamen si instituatur Titius, & Caius & filij cuiuslibet eorum, vel si concedatur pro Sempronio,& pro quolibet eius filio,vel eius descendenti. tunc ex filiis descendentibus mortuo non accrescit alteri,ita in terminis consuluit Pet.de Anch.cons.245.& Cur.iun.cons. 55. B.V.

PRO.diuersa ratio pactum reformat.in l.interpositas.C.de transact. Bellonus.

PRO

PRO.diuersa proponens nõ auditur.l.professio,& desiderium tuum.C.de mu.patr.lib.10. Idem.

PRO.diuersitas nominũ diuersitatem constituit effectuum l.si idem.C.de codicillis.

OBIEC.contrà de l.quicũque.§.idcirco.C.de hæret.vbi est diuersum nomen hæreticorum,& tñ eadem hæresis.& l. 1.ff. de legat. 1.& l.2. C.communia.de leg. vbi legata & fideic. diuersa habent nomina,& tamen habent eundem effectum.

SOL.diuersæ appellationes diuersos effectus constituunt, diuersos tractatus habẽt,alias minimè,vt in ꝑtraris. Bellon.

PRO.diuersitas factorum exigit diuersitatem pœnarum.l. si seruus.ff.de nox. Idem.

PRO. diuersitas temporum diuersitatem donationum inducit.l.sancimus,in §.si quis autem.C.de donat. Idem.

PRO. diuersitatem corporum diuersitas sæpe sequitur animorum.c.quia diuersitatem.extrà de concess.præb. Idem.

diuidi possunt de iure feuda inferiora tantùm, maiora eñ (vt Ducatus,Marchiæ,vel Comitatus)non diuidi debent.cõmunem dicit I. Clarus.§.feudum q.44.sed consuetudine hodie vbique ferè diuiduntur,de qua consuet.Gratus in cons.4. n.29.lib.1. P.Fich.

diuidentes prædam cum aggressoribus viarum,puniuntur pœna mortis,quod facit contra barisellos,qui de nocte diuidunt furta cum furibus quos secum ducunt.cõmunis est opi. Clar.q.68.diuidentes. Bonacoss.

diuidente hæreditatem, testatore si alteri ex cohæredibus portio sua euincat, alter cohæres tenetur de euictione: secus in prælegato,secundum communem per Burs.ꝓs.6.n.19.li.1.

PRO.diuinus cultus est semper angẽdus,nõ deminuẽdus, in can.vasa.de pœnitentia.di.3.c.ex parte.extrà,de cõsti.Bell.

diuisio ex possessione pacifica x.an.apud vnum solùm existente,in re aliàs communi, præsumitur facta. Est communis opi.secundum Dec.cons.79.in fi.vol. 1.Vel sic.

diuisio ex possessione diutina 20. anno. alicuius partis rei communis, & sustentatione onerum dictæ rei insolidũ præsumitur.gl.communiter adprobata in l.pen.C.com.diuid.Est cõmunis opi.fm Alex.in ꝓs. 139.viso.in fi.vol.2.M.Cherian.

diuisionem non potest prohibere testator. Curt.Iun.cons. 112.n.2.communem dicit. Villal.

diuisio inter fratres,si sit facienda, non debet maior facere partes,&minor eligere, sed fit diuisio sorte,vt officio iudicis. Ias.in l.si duobus,n.7.C.cõmunia de legat.cõem dicit.B.Vill.

Idem Ias.in l. 1.n.36.ff.si cer.pet.plenius tractat,& refert Legistas communiter hanc primam opinionem (quæ originaliter fuit Bart.in l. 11.C.quand.& quib.pars.lib.x.)tenere.Canonistas autem communiter tenere contrariam:quod imo maior teneat diuisionem facere,& iunior habere electionem.in qua videtur etiam ipse Ias.(licet dicat hũc passum esse in magna dubitatione)residere. Hãc quæstionem tractat plenè idẽ Ias.in §.omnes autẽ.n.62.cum seq.Inst.de Actio.vbi expresè dicit,tenendam esse opinionem Canonistarum, &c.Declarat tamen eam notabiliter ibidem,Nẽpe qd̃ maior hìc nõ capiat ratione tp̃is vel ætatis, sed administrationis, s.qui diutiùs administrauit,hoc dicit probare tex.in c. 1.de Paroch.& qd̃ hoc ibidem expresè notant Host.Io.Andr. Ant.But.& Ab. p hac consuluit Aemi.Ferre.cons. 1. Et dicit Minsig. obser. 37.Cen. 4.quod ista posterior opinio seruetur in Camer. I.Fich.

diuisio inter fratres præsumit,si diu fuerint separati, vnusquisque partem possidens.Boer.deci. 58.Ias.cons. 127. vol. 1. communem dicunt.Et istud diu,intelligitur per decennium, vt post Alex.communem etiam dicit Steph.Bertr.cons.344. vol. 1.per l.si cum.§.Aristo.ff.qui & à quib.

Limita si esset inæqualitas possessionis.Balb⁹ de præsc.par. 3.q.10.n.45.communem dicit.

Nota istas communes ad intell.l.8.ti.6.lib.3.For.ll.&l. 5.ti. 13.lib. 3.ord.quæ assumpta est à l.2.tit. 11.lib.2.For.ll.q̃ leges dicunt inter fratres habentes rem pro indiuiso, possidens ex tempore non iuuatur, quæ leges concordat cum communi posita in vers.præscriptio. n.290. est intelligenda non quo ad præsumptionem vt hic de qua per Alex.cons.96.vol.2.& Deci.cons.79.n.3.

Nota tñ,& intellige dictas leges,nisi alias vnus fratrũ p 30. annos possedisset, vt est gl. notabilis iũcto tex.in §. 1.de ꝓpet. & temp.actio.inst.quam gl.in d.l.8.Suarez.à n.38.vsque in finem per plura comprobat:dicens,q̃ verbum,perpetuò, positũ in dispositione non transcendit 30.annos,vbi dicit q̃ licet filio non currat tempus ad se immiscendũ in hæreditate paterna per l.licet.C.de iure deliber.currit tñ tempus 30.ann.Et hanc opi.dicit magis communẽ n.40. vers.intellige.ad quod accedit dictum Ang.& Bart. in l.si quis decurio. C. de decur. libr. 11.q̃ præscriptio quadragenaria non censetur exclusa p constitutionem omnem præscriptionem excludẽtem, quod etiam tenet Ang.in l. 1.ff. de concu.quem refert Curt.iun.ꝓs. 158.n.13.quod est etiam ex mente d.l. 5.ord.& l.2. fori.iũcta l.21.tit.29.par.3.quia in d.l. 5.sunt æquiparatæ res furtiuæ,& per l.21. res furtiua præscribitur p 30.annos, & sic res fratrũ: cùm de æquiparatis idem sit iudicium.gl.in c.si postquam de elect.ĩ 6.Ang.in §. 1.in prin.insti.de legi. paren.tute.not.3.per tex.in l.si quis seruo.C.de furt.& ibi gl. Bart.& Doct. quod ẽt corroborat per gl.in c.solicite.de rest.spol.Balbus in præscri. in 4.part.q.24. vbi dicitur,quod remedium canonis redintegranda, competit perpetuò, per gl.dicitur non excedere 30. annos,& Balbus dicit communem opinionem. Villal.

diuisio non inducitur ex petitione, & solutione partis debiti ab vno ex correis debendi receptæ, non expresso quod petebatur, & soluebatur pro virili.Balbus decisio.789.communem dicit. Idem.

diuisio simplex cum clausula de non contraueniendo, nõ videtur causare renuntiationem fideicommissi,nisi aliter cõstet ex mente diuidentium.Cur.Iun.cons.49.n. 12.& ante cũ Deci.cons.243.n.2.communem inquiunt. Idem.

diuisio si petatur reformari non ex eo q̃ nõ potuit fieri,sed ex eo q̃ altera pars minùs recepit, diuisio in totum nõ dissoluitur, sed arbitrio iudicis tollitur læsio, vel in alia re ad arbitrium non læsi Lud.Gozard.cõs.44.n.15.communem ait,ex Bart.Bal.Docto.in l. 1.C.commu.diuid. Idem.

diuisio aliàs inualida iuramento confirmatur. Communẽ dicit.Durand.in ar.testan.Tit.3.n.2. I.Fichar.

PRO. diuisio reddit rem clariorem.in l. 1.ff.de do.mal.exce.in §.sed non vsque.inst.de leg. not.gl.in procœ. insti.in verbo,pertinet. Bel.

PRO.diuisio gratia vberioris culturæ, diuersos fundos non facit.l.Caius.§.Titius.ff.de legatis secundo. Bellon.

diuisio patris inter filios habet vim vltimæ volũtatis,&nõ simplicis donationis. Bart.in l.si filia §. si pater.ff.famil.ercisc. Quid si sit iurata?vide Dec.cons. 86.Soc.cons.33.lib.2.& cõs. 4.cons. 58.107.lib.3.Corn.cons.228.lib.4.Alex.cons.28.col. pen.lib.3.in l.pactum quod dotali, C.de collat.Et an reuocari possit,quando est iurata.Ruin.cons.96.libr. 5.quid quãdo est iuramentum.Ruin.cõs. 187.lib.2.vbi q̃ non potest reuocari.Cuius contrarium tenet Paris.cons.24.n.60.cons.26.34.li. 2.Afflic.post Bald.in §.item sacramẽta.in gl.3.post 7.no.ti.de pa.iura.firm.Grat.ꝓs.24.lib.2.Qujb.adde q̃ vbi adest iuramẽtum ea reuocari nõ potest:vt no.Iac.de S.Seuerin.&Cagnol. in l.frater à fratre.ff.de condict.indeb.quia patria potestas nõ est cognita de iure naturali & diuino. Dec.cons.414. n. 12.& 17.cons.631.nu. 5.& 688.Alex.cons.8.col.2.lib.2. Soc.cons. 91.ver.sed pro certo lib. 1.vbi dicit communem opi.Cephal. cons.61.n.21.Rol.cons. 77.in prin.libr. 1.Paris.cons.33.lib.3. Quæ omnia latè etiam examinat Osasc.decis. 125.n.4. 5.& 6. & vide Rol.cons. 34.nu.69.lib.4.post Abb.cons.66.li.2.Dec. cons.475.n.21.Paris.cons.126.n.103.lib.2. Nat.cons.273.& 474.Dilect.de arte test.titu.3.c.2.Imbert.in enchirid.iur.Gal. vers.collationis exceptio.Bart.in l.cum pater.§.euictis.de leg. 2.& in apostil. ad eundem in l.si fratres. §. idem respondet.ff. pro soc. vbi loquũtur de diuisione facta per regem Aragonæ inter duos eius filios: qui filij iurauerant eam ratam habere: postea idem rex fecit quasdam substitutiones:quęritur ibi an tale iuramentum impediat secundum testamentum. Dic vt ibi per eos. Put.

diuisio bonorũ latis verbis& clausulis generalib.ac multũ prægnantib.facta operatur fideicommissi renuntiationem:secundum communem per Burs.cons. 86.n. 12.& 13.li. 1. Quæ cõclusio procedit data scientia fideicommissi,iuxta communem per eundem cons. 12.nu.45.eo. quo casu fideicommissi remissio inducitur.pro quo vide quæ idem scribit consil.64. n.28.& 34. vbi q̃ diuisione simplici fideicommisso renuntiatum mei intelligitur, secũdum magis communem ibi.nisi adsint dictæ clausulæ generaliter pregnantes & alia de quib.ibi. vbi plura no.in materia.pro qua vide quæ scribit Rol.cõs.34. col. 19.& 20.lib.4.vbi est locus proprius.

In diuisione quæ fit inter fratres,debet restitui dos illi fratri q̃ est vxorat⁹,& ipse cauere aliis q̃ pro illa amplius nõ molestabuntur.l.si filia.§. 1.ff.fam ercisc. Et an diuisio seu instrumẽtum diuisionis dicat titulus,& probet dominium,vel possessione diuidentium,vide Alex cons. 137. col.pen.lib.2.& cõs. seq. Quid de diuisione sponte facta cum eo qui putabatur cohæres, & non erat?& q̃ diuisio non præiudicet, etiam si sit facta per errorem iuris, vide doct. in apostil. ad Bart.in l.cum putarem.ff.famil.ercisc.Dec.cons.206. Put.

Diuisio inter fratres cohæredes quomodo facienda sit, tres Doct. sententiæ inueniuntur: alij dixerunt maiorem natu diuidere, minorẽ eligere. arg. c. 1. ext. de Parroch. & alien. parroch. Guido Papa in suis Decis. Gratianop. q. 289. Alij verò voluerunt, dissentientibus fratribus iudicem diuidere oportere. §. si familiæ. & §. fi. inst. de of. iud. Pan. in d. c. 1. n. 4. ver. ego tamen non puto. Alij autem dixerũt sorti hoc esse committendum: & hæc est communis opi. Legistarum referente Ias. in l. 1. nu. 39. ff. si cer. pe. & in l. si duobus. n. 7. C. communia de legat. Primam probarunt Aemilius Ferrettus in 1. respon. suor. consil. Mynsing. in suis obserua. Cameræ. obser. 37. in 4. Cẽtu. addẽs, assessores Cameræ in iudicando illam approbasse, & pulchrè Hieron. Schurpf. in cons. 71. n. 1. in 1. Centu. pluribus argumẽtis hanc sententiam defendere cõstituit. Tertiam & communem nobiles in Ducatu Megapolensi semper obseruarunt. kirchouius.

diuisio prohiberi à testatore nequit. commune dicit Curt. Iun. cons. 112. nu. 1. quod intellige, vt simpliciter facta ea prohibitio procedere non possit: nam ad certum vsque tẽpus, vel ad alicuius personæ vitam, prohiberi, atque interdici poterit. commune affirmant Grat. cõs. 66. n. 24. lib. 2. Iul. Clar. de test. q. 67. vers. quæro, an testator. E. Suarez.

diuisio inter fratres, si ius ciuile spectetur, sorte absolui debet, vt commune ponunt Spelucanus in pract. artis notariæ in form. instrument. duorum fratr. fol. par. 283. copiosè Ias. in l. 1. n. 39. ff. si cer. pet. & in l. si duobus. n. 7. C. communia de legat. Rip. in l. 1. n. 70. ff. si cer. pet. At si ad Pontificum æquitatẽ te vertas, maior diuidet, minor eliget. vt commune videt ex Vbald. & iis, quos refert in tract. de duob. frat. part. 11. q. 12. n. 13. Afflict. de iur. prothomis. in prin. n. 45. E. Suarez.

diuisio facta inter fratres ex diuturna diuisim seruata possessione præsumetur, commune effantur Rip. in c. sæpe. n. 2. in fi. de rest. spol. Ias. cons. 127. li. 1. Boer. decis. 58. Erit autem hac in specie decennij possessio diuturna. vt ꝑmune scribit Bertr. cons. 344. lib. 1. Suarez.

diuisio simplex cum clausula non contraueniendi, non inducit fideicommissi renuntiationem. ni aliud de diuidẽtium mente constat. commune dicunt Dec. cõs. 243. n. 2. Curt. Iun. cons. 49. n. 12. E. Suarez.

diuisio familiæ, in qua quis vltra dimidium captus est obnoxia sit remedio l. 2. C de rescind. vendit. & si iusti pretij explendi electio decipienti non concedatur, commune ait Fulgos. in l. maioribus. C. commu. vtriusque iudi. & qui latè in vtrãque partem doctorum scripta exhaurit Arius Pinellus ad illam l. 2. par. 2. c. 1. à n. 1. E. Suarez.

diuisio cùm reformari desideratur, ꝓ alterutri diuidẽtium minor portio addicta sit, non verò quia fieri nequierit, nõ ea impetrota reformatione dissuetur diuisio, sed iudicis arbitratu resarcietur læsio. vt commune inquit Gozad. cons. 44. nu. 15. E. Suarez.

diuisio dicitur confirmata, vel saltem inducit præsumptio diuisiõis tacitè factæ inter fratres, per cursum 15. an. post maiorem ætatem, quib⁹ bona fuerint pro diuiso possessa. tex. est in l. pen. & ibi gl. communiter approbata. C. comm. diuidun. prout Bald. ibi declarat Et vltra etiam, opinio. glo. in d. l. pen. Prout ibi declarant Doctores, ꝓcedit, quando diuisi inter fratres, erat æquis portionibus facta, seu pro æquis portionibus bona fuerunt, per longum tempus pro diuiso possessa, vt tradit Nic. Boer. in decis. 58. an vnus, vel duo ex coheredibus, n. 3. Et commune dogma constituit Soc. Iun. in cons. 50. nu. 34. in fi. vol. 4. E. Muscul.

diuisio licet sit inter aliquos prohibita ex præcepto testatoris, non tamen illi dicuntur prohibiti diuidere fructus bonorum communium, quia illa diuisio intelligitur quo ad dominium, non autem quo ad fructus & ius fruendi prohibita. Et hanc veram & communem opinionem Doct. esse inquiunt Socy. Iun. in cons. 79. n. 6. in 1. parte & Rol. à Valle, in cõs. 80. n. 33. in 1. Tom. cons. kirchouius.

diuisionis placitum siue cõtractus, perinde atque alij bonæ fidei contractus. si per eum quis vltra dimidium suæ partis decipiatur. admmittit remedium, l. 2. C. de rescind. vendit. vt voluit gl. in l. maioribus, C. communia vtriusque iudicij. & gl. in c. cùm dilecti, de emptione & venditio. & ita communiter tenetur, prout notatur in d. l. 2. C. de rescind. vendit. & ibidem p Baldum, vt in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. & ibidem per Bartolum, qui ibidem vult, quòd etiam locum habeat in stipulatione quæ non nouandi animo interponitur contractui bonæ fidei, vt refert Benedictus Capra, regula 87. nu. 77.

diuisionem qui vulgò ita faciendam dicunt, vt maior partem facere, minor verò eligere debeat, fallunt secundũ Bart. in l. 1. C. de iis qui se deferũt. quod exceptis casibus in quibus id pro priuilegio concederetur verum est, quia Bart. ibi non loquitur de minore. 25. an. sed minore ratione ætatis, relatione scilicet facta ad maiorem natu, quod communiter teneri refert Benedictus Capra reg. 109. n. 16.

diuisionem aũt vrgere aut ad eam socium vel cohæredem maiorem prouocare, licèt minor non possit, l. si pupillo. ff. de rebus eorum. l. pen. C. de prædiis minorum, id tamen nisi ipse ad eam prouocet aut ei eandem facere expediat, & commu- 10 nio damnosa sit, aut nisi fructus diuidere velit quod facere potest, l. 1. gl. d. l. pe. & Bart. in l. iubemus, & ibidem Cy. & Baldus. C. de sacros. eccl. Bald. in l. 1. ff. de rebus eorum. & id communiter teneri refert reg. 109. n. 19. Bened. Cap.

diuisionem inter hæredes testator prohibere non ꝑt. communẽ dicit idẽ in §. testamentum. q. 67. ver. q̃ro an. P. Fichard.

Per simplicem Diuisionem non censetur remitti fideicom missum. Est communis opi. secundum Decium cons. 267. nõ excedit, in prin. & eundem in cons. 79. vol. 1. Tamen Deci. ibidem limitat communem opinionem procedere in fideicõ- 20 misso de futuro, quod nondum erat purificatum. secùs tamẽ in fideicommisso iam purificato: quia in eo non procedit cõmunis opi. Adde Dec. cons. 79. vol. 1. Corn. cons. 102. licet in hoc, vol. 4. Dec. cons. 243. vt clarior. vers. venio ad secundum. vol. 1. M. Chærian.

volentibus fratribus venire ad diuisionem, maior non tenetur facere partes, & dare electionem minori, vt vulgò circumfertur, sed electio debet fieri sorte, vel arbitrio iudicis. Est communis opin. secund. Ias. in l. fi duobus. in 1. not. C. com. de leg. & in l. 1. ff. si certum pet. idem latissimè in §. quædam. inst. de actio. Idem.

Illud quod dicitur in l. si creditores C. de pact. quod per receptionem parti inducitur tacita Diuisio, procedit quãdo recipiens solutionem, recepit illam partem non simpliciter, sed tanquam partem spectantem ad soluentem, seu pro persona soluentis: secùs tamẽ, si simpliciter dictam partem, & virilem recepisset, quia non induceretur diuisio. Est communis opin. secundum Alex. in cons. 178. viso processu. vol. 7. Idem.

Fideicommissum iniunctũ fratribus etiam reciprocum & coæquæuum, per diuisionem etiam cum clausula qua promi serunt ad inuicem se nihil contra talem diuisionem facturos, non censetur remissum. Est communis opi. contra Angelum secundum Alex. cons. 167. visis, vol. 7. Adde Dec. cons. 79. diligenter viso. vers. venio ad secundum. vol. 1. vbi dicit magis communem. Idem.

PRO. diuites & non pauperes ad officia ciuitatum eligantur, ne pauperes forte non possint adimplere officiũ. l. ad subeunda. C. de decur. lib. 10. Bellon.

diuitiæ, quæ in intentionis fundamẽtum allegantur, ab allegante probari debent, commune aio ex Rhoderi. Soarez in ll. regni ri de las arras. Tiraq. de retract. lign. gl. vna n. 91. Did. à Coua. li. 2. resolutionũ c. 6. n. 3. & vide j. ver. qualitas. E. Sua.

doctor, & Aduocatus põt esse 17. anno. l. 1. §. initium. ff. de postulan. vnde si ipse tanquam minor allegaret se deceptum, ac læsum in allegatione Iuris, non esset restituendus omittẽs quędam allegare in causa sua, allegansque ex hoc se deceptũ, & cetera. vt per scriben. omnes cõmuniter in l. 1. C. qui, & aduersus quos. & opinionẽ istam scribit esse cõmunem Boeri. decis. 350. nu. 7. & Gulielmus Raynerius in l. nihil. §. non capitur. nu. 5. ff. de reg. iur. cum sit contra eum præsumptio. arg. d. l. 1. §. initium, quoniam in suo doctoratu fuit approbatus tanquam sapiens, ita quod in suo casu professio sua & suum desiderium repugnant, vt in simili dicitur in l. professio. cum ibi no. in gl. C. de muneri patri. lib. x. & tenet Cy. & Docto. in d. §. initium, & Ang. consil. 58. & facit quia turpe est patricio viro ius, circa quod versatur, ignorare, vt dicit tex. in l. 2. §. Mutij. ff. de origine iur. & ita etiam tenet Marcus Mantua in suis apotheg. apoph. 20. vbi ait hoc idem dicendum in mercatore, qui quippe si reperiretur descriptus in matricula mercatorũ & assereret se in actibus mercantiæ deceptum non audiretur secundum Ang. in l. 1. C. qui & aduers. quos, quia secundum Mantuam in loco citato, quodam modo mercator iste allegaret turpitudinem suam ab alio non detectam, contra tritam iuris regulam. F. Viuius.

doctor, vel aduocatus, qui operas suas locauerũt casu quo moriantur, pendente anno locationis transmittunt salarium annuum ratione illius anni ad hæredes, & per cõsequens eorum hæredes possunt petere integrũ salarium totius anni secũdum Ias. post alios in l. diem functo. ff. de of. assesso. per tex. in l. post duos. C. de adu. diuer. iudi. Ratio dicti huius ista videtur, quia ꝑ eos nõ fietit. l. 1. §. Diuus. ff. de variis & extraordi. cogni

cogni. istam scribunt esse communẽ opi. Mod. in l. diem functo, præsertimq; Cur. Iun. inibi. n. 53. Ampliat hoc etiam habere locum in prætore moriente intra tempus sui officij, q quidem salarium totius anni transmittit ad suos hæredes, vt tradunt Bar. Ang. Bald. ceterique; communiter in d. l. diem functo. istam communem sequũtur, attestanturq; Deci. ibi. n. 15. Ias. n. 38. & Curt. iun. n. 29. & Ripa in trac. de peste. in tit. de priuilegiis contractuum causa pestis n. 115. Ampliatur quoque in Doct. legente & moriente, qui proculdubio transmittit salarium ad suos, secundum gl. in d. §. Diuus. vbi hoc idem procedere dicit in doctore impedito infirmitate cui etiam debetur totum salarium per rationem illius tex. & per elegantem tex. in l. cum hæredes. §. Stichus. ff. de stat. liber. hoc idem voluit etiam Bal. l. vnic. q. 3. C. de suffrag. Ias. Deci. Iac. Nigri, ceterique; Mod. in d. l. diem functo. Alex. & Dec. in d. l. 1. ff. de of. eius, & ibi excellentissimus & celeberrimus Do. Petrus Calefatus de Plumbino præceptor & promotor meus, n. 265. ait istam esse communem opi. & Curt. iun. in d. l. diem functo, contra verò istam communem adsertionem nonnulla argumenta adducuntur per Fulg. & Rom. in d. l. 1. quibus omnib. abundè respondet Deci. & post eum prædictus Petrus sequendo communem. n. 266. & seq. F. Viuius.

doctor emeritis 20. an. stipendiis dignitatem illustris cõsequitur, commune dicunt Ias. in l. quæcunque, n. 12. ff. de offi. eius cui mãdat. Syl. nup. lib. 5. n. 36. & seq. antea verò in dignitate censetur, commune aiunt Fel. in c. quãto. n. 1. de magistr. Guid. Pap. decis. 388. nu. 9. amicus noster Nic. Ant. Grauatius ad Vestrium lib. 6. c. vlt. n. 12. & qui multa ad illius nobilitatẽ congerit Viuius lib. 2. opi. 87. Atque ideò torqueri non poterit, vt frequens esse doctorum placitum scripserunt Bossius in prac. tit. de indit. n. 111. Duennas reg. 190. ampliat. 4. & Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 64. vers. quæro. E. Suarez.

doctor, qui publicè ad profitendum conductus est, nõ potest suas vices per alium supplere, vt magis communem opi. verè arbitratur præclar⁹ qua iuris professor, quà aduocatus. Io. Ronchegallus Gioldus i l. nemo est. ff. de duob. reis, Quod tamen non processurum intelliges, cùm fontica aliqua causa intercesserit, vt alibi latè probamus. E. Suarez.

doctor inuitus cogi potest ad consulendum, teste Bar. in l. 2. C. de proxi. sacror. scrin. libr. 11. Ias. in l. eum qui res. n. 13. C. de procur. Fel. in c. ex literis. in prin. de of. iudi. & vide Ias. in l. inuitus. n. 2. C. de procur. Et dic ꝓ qui melius cõsiderat, aliqñ consilium mutat. teste Bart. in l. si pater. post n. 3. C. de instit. & substit. vbi doct. in apostil. plura no. de doctore ꝑsulente. & ꝓ cogatur quis ẽt iudicare, no. Bart. d. l. 2. de prox. sacr. scrin. Put.

doctor habet dignitatem ex not. in apostil. ad Bart. in l. 2. C. de profess. & medic. vbi plura de doctore, & doctoratu: & inter alia ꝓ assumens gradum doctoratus indignè, peccat mortaliter, ex gl. in clem. 2. vers. honore. de magist. vide latius per eos ibi. Put.

Si iudex vel aduocatus ellgãt opin. quam multi Doctores tenuerunt, licet non sit approbata, an excusentur, vel teneantur: & quid si aduocatus consuluit, & iudex pronuntiauit cõtra communem, vide Ias. in l. cum prolatis. col. 3. ff. de re iudi. Quid quando adest diuersitas opinionum, & ibi dixi & an excusetur qui secundum opinionem ꝓceptoris consuluit, vel iudicauit? dic ꝓ sic, vt per eundem Ias. in l. generaliter n. 10. ff. de in ius voc. & vide tex. in l. dicere. §. fi. ff. de arbit.

doctoris dictum debet intelligi secundum ea, quæ alleg. vt est doctrina Bart. cõiter approbata in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de liberat. legat. cum cõcordantibus per Soc. iun. in cons. 14. n. 10. & in cons. 71. n. 15. vol. 4. E. Muscul.

doctori attestanti sic seruari de consuetudine, creditur. Vide sup. in ver. consuetudo. E. Muscul.

doctori attestanti de consuetudine credi oportere voluit Bar. in repe. l. de quibus. n. 21. ver. quartò principaliter q̃ritur, qualiter consuetudo probetur. ff. de legi. sed huius sentẽtiam expressè reprehẽdit vir magni iudicij Alex. de Imol. in l. post dotem. n. 29. inquiens, etiamsi Doctores plures in lecturis affirmassent ita de consuetudine seruari, illis tñ non adhibendã esse fidem, cum iure non sit prouisum, ꝓ mortua voce Doct. consuetudo probetur. ff. sol. mat. Quia non creditur testib. absque iuramento. l. iurisiurãdi. C. de testi. item duplex esset specialitas, si Doctoribus crederetur. prima, ꝓ testis absque iuramento reciperetur: altera, ꝓ deponeret per scripturam. ita cõsulendo in specie tradit Are. in cõs. 132. inci. in causa quæ vertitur. hanc sententiam pluribus & aliis rationibus ꝑfirmat Ias. in d. l. de quib. n. 89. in fi. & 90. eamq; communẽ Doc. opinionem esse inquiunt Phil. Dec. in ꝑs. 402. n. 15. & latiùs Portius, in lib. 1. concl. vtriusque iuris. c. 24. ver. contrarium. quam Apostillat. vbique defendit, in d. cõs. Dec. 402. & in cons. 691. in ver. reprobatur. Verum Bar. sentẽtiam magis communem & veriorẽ esse reperio. Raph. Cu. in cons. 57. inci. monasterium. cir. fi. Pau. de Ca. in cons. 162. inci. in præsenti causa. in prin. secũdùm veterem impressionẽ. Lanf. in c. quoniam. in verb. responsiones. n. 13. ver. & ideò refert. 11. de proba. Dec. in l. 2. §. mutui. n. 8. & in altera lectura eiusdẽ. §. n. 13. 14. & 15. ff. si cer. pe. cons. 559. n. 6. & 7. & in d. cons. 691. n. 12. & 13. & in consi. 694. n. 3. & 4. vbi ipse plures Doct. authoritates adducit, & nouissime Sichard. Germ. in Auth. sacramenta puberum. nu. 27. C. si aduer. vend. quia Barto. loquitur explicante Dec. de præsumprione, cùm dixerit, Credo ꝓ authoritas excellentis Doctoris sufficiat, nisi contrarium probetur: nam pro sententia Doctoris sicut pro iudice & notario præsumitur. ita quoque Bartoli sententiam intelligunt & defendunt Ludo. de Goza din. in cons. 59. n. 18. Socy. iun. in cons. 60. n. 9. & 10. in 2. part. cons. & Grauet in cons. 166. n. 9. Licet Alex. de Imo. voluerit assertionem aliquorum Doctorum non facere præsumptionem, quod ita si consuetudo in loco aliquo, in consi. 50. n. 5. in 5. lib. cons. kirchouius.

doctori attestanti de communi vsu loquendi, quo ad præsumptionem credendũ est, vt onus probandi contrarium trãsferatur in aduersarium. Bar. in l. de quibus. vers. quartò principaliter quæritur. n. 21. ff. de legib. Quamuis Alex. de Imo. cõtrariam sententiam defendat, inquiens, etiamsi plures Doctores in lectura affirmarent, ita de cõsuetudine seruari, quod eis non crederet, ga nõ reperit iure cautũ, qd̃ eorũ voce mortua ꝓbetur ꝓsuetudo ĩl. post dotẽ. n. 29. ff. fol. mat. aliiq; Doc. sententiam Alex. sequãtur: tamen Dec. in l. 2. §. mutui datio. n. 8. ff. si cer. pe. testatur. Bartoli sententiam magis communem esse, quam ipse quoque sequitur in cons. 420. n. 9. circa fi. & Bar. opinionem magis communem esse idem Dec. inquit, in cõsi. 159. n. 7. & in cons. 694. n. 3. & hãc Doct. alij communiter approbarunt, eamq; communiorem esse fatentur Lud. & Goza din. in cons. 59. n. 18. ver. 9. si cõis vsus loquẽdi est. Aym. Crauet. in cons. 166. n. 9. in 1. par. Rol. à Valle, in consi. 71. n. 22. in 1. Tom. cons. & idem Crauet. post Cur. Sen. in cõs. 74. col. 24. voluit, ꝓ communis vsus loquendi probari nõ debeat, quando plures illustres Doctores de eo testarentur, in consi. 325. n. 1. in 2. parte. kirchou.

doctori famoso (quemadmodũ est Alex.) attestanti de cõsuetudine, vel cõsuetudinem ita esse, vel in aliqua particulari Ciuitate ita, & taliter obseruari credẽdum est ꝓm Bart. in l. de quib. ff. de legi. à quo discordant omnes Mod. cõiter, & complures alij. Doct. quos ꝑgerit Pari. ꝑs. 158. vo. 4. Rochus Curt. in c. fi. sectio. 7. n. 9. de consuet. Hoc Bart. dictum vr̃ nimis dubitabile, vt referũt Mod. ipsi in d. l. de quibus. & Paris. ꝑs. 105. n. 4. Sed aduerte, ne erres, quia Bart. opi. vr̃ magis communis vt scribit Io. Bapt. Ferretus ꝑs. 102. n. 6. Gratus ꝑs. 12. nu. 58. & seq. Deci. in l. 2. §. mutui datio. n. 8. ff. si cer. pet. vbi eam non nihil tueri conat̃, & Mod. Senenses ꝑs. 60. Assertio aũt prædicta Doctoris de consuetudine ad tollendũ omne dubium ꝓm veriorem, & communiorem opinionẽ saltem inducit præsumptionem. & transfert in partem aduersam probandi onus. & hoc vltra alios firmat Dec. cons. 559. in casu. & cons. 694. pro resolutione. Curt. iun. cons. 60. n. 5. cũ aliis cumulatis p Mod. in d. l. de quibus. & Stracca. in tract. de mercatura in 5. part. de Doctorib. n. 6. Procederent quoque præmissa absque dubio etiam in curia dũtaxat, in qua versatus est Doctor ille qui suis scriptis de re aliqua esse consuetudinem attestatur, vt p Par. de puteo in tracta. syndic. in ver. doctor seu aduocatus. Alex. cons. 5. circa primum lib. 3. Deci. cõs. 472. testator. Hoc modo posset procedere dictũ Bart. in d. l. de quibus. Quatenus verò superius ꝑclusum fuit, qd̃ standũ est dicto Doctoris attestantis de consuetudine, dic plenè vt per Ias. in d. l. de quibus. per Curt. in d. c. fi. in sectio. 7. n. 9. Marsy. in prac. cri. in §. constãte. & in rep. l. fi. ff. de quæst. Capicium decis. 176. & Gram. vo. 13. & in hac quæstione variauit Deci. in d. cons. 482. & 691. ponit Mars. singul. 768. Probus in c. 1. de const. & in rub. de ꝑsue. in 6. & adde Zasium dicentem e sse an Doct. specificet locũ cõsuetudinis vt ei credat̃. F. Viuius.

doctor q per 20. annos publicè legit, efficitur illustris. Ias. in l. quæcũque. n. 12. ff. de officio eius, communia dicit. B. Villal.

doctor habet dignitatem communem, testatur Fel. post Io. de Anani. in c. quanto. n. 1. extra de magist. Idem.

doctori attestanti aliquam opinionem esse communẽ, creditur. doct. in l. de qbus. ff. de legib. Hieron. Alba. cons. 5. n. 46. licet. n. doctori de consuetudine attestanti non credatur, qm̃ ea facti sit, in quo vel prudentissimi falli possunt, vt s. dictum est, in ver. ꝑsuetudo, tñ asserẽti aliquam opinionẽ esse in iure

fundatam,aut communem,ei creditur ſecundum regulã,vni cuique in arte ſua credendum eſſe.c. vt conſtitueretur. 50.di. Et quæ ad hoc congerit Matth. de Afflic. deciſ.253.nu.10.Et quia doctoribus conceſſa eſt poteſtas jura interpretandi,licet eorum interpretatio probabilis tantum,nõ autem neceſſaria ſit ſecundum gl.in l.1.C.de legib.Et hoc concedunt etiam Alex.ĩ l.poſt dotem.n.29.ff.ſol.mat.atque alij quos s.in d.verb. conſuetudo recenſui. Nec admodum controuertitur. Quod ego tamen intelligo,ſi talis doctor ſit non ſolũ excellens,ſed etiam integræ,atque receptæ fidei:nõ autem qualis Andreas Barbatia cuius allegationibus non eſt confidendum,vt multi dicunt, quamuis enim fuerit celeberrimus, tamen doctor cũ veritatis obliuione,quo nihil execrabilius eſt in iuriſconſulto(à quibuſdam appellatur.De quo multa Neuizanus in d.li, 5.Sylue nupt.Calca.conſ.1.in prin.Et plura congeſſit Iac.Menoch.in 14.Remedio,recup.poſſ.n.57. I.Fich.

Doctores tam legentes, quàm non legentes ac ſcholares quoque ex priuilegio,& fauore publicæ vtilitatis.ſcientiæq;, poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxta domos eorũ malleantes,ſm gl.Dyn.Alber.Bart.Bal.Ang.Pau.Caſtr.Iaſ.& D.Pontanum Peruſinum,n.84.cum aliis ſeq.in l.1.ff.ſol.mat. & omnes alios Legiſtas tam antiquos,quàm modernos communiter inibi,& Canoniſtas.in c.fi.de iudic.vbi Fel poſt alios innumeros relatos per eũ.Guid. Papa deciſ.83.& 388.Alcia. in lib.8.pareg.c.2.Franciſcum Marci.deciſ.63 5.& Io.de Amicis conſ.104.n.9.vbi exprimit poſt Mod.in d.l.1.iſtam eſſe cõmunem opi.Sed in ciuitate Neapolis extat cõſulendo in contrarium,videlicet.quod fabri malleantes retinent, ac habent officinas ſubtus domos doctorum,&aliorum iuxta eccleſias, & monaſteria:quę obſeruatur,vt valet rã ibi,quàm in toto regno,vt firmauit.& conſuluit.Ioan.de Amicis. in d.conſ, 104. n.12.cum aliis ſeq. F.Viuius.


dominus potest ratificare sententiam latam in fauorem fal si procuratoris.Ias.in l.licet.de proc.n.10.communem dicit.

Amplia etiam ad sententiam latam in fauorem collegij, vel vniuersitatis agentis sine auctoritate superioris:quia superior potest ratificare.Franc.de Aret.c.causam quæ,de iudi. n. 34.communem dicit. Idem.

PRO.Dominus ꝓbatur ex eo ꝙ percepit fructus,& distrahit bona.l.Titia.ff.de verb.obl.§.fi.instit.de hered.qualitate& differen. Bellonus.

Dominus inueniẽs rem suam sibi furto subtractam à fure, cũ ea fugiẽte, potest auctoritate propria de manibus furis auferre.vt est cõmunis opi. de qua per Ias.in cons.20.vol.3.Per. Rauen.in Alpha.aureo in ver.fur.Angel.in l.qui vas ff.de fur. Bonacoss.

dominus qui dixit famulo,vade & non redeas domum,nisi sentiam aliquid de illo negotio,si famulus occidit, vel vulnerauit aliquem,præsumitur fecisse mandato domini. tex.est in c.ex literis.de excessi.prælat.& ibi Abb.n.3.Ang.&Imo.in l.si quis mihi bona.§.si quis mãdauerit.ff.de acq.hæred.Aug. de Arim.in Addi. ad Ang.de malef.in versi Sempronium.21. q.n.42.& est communis opi.teste Augustino ibi.& per Apostillantes ad cons.29.nu.25.Pau.de Cast. Bonacoss.

dominus regulariter non tenetur de his delictis, quæ facit filius,seruus,vel aliquis de domo & familia inscio ipso,vel ꝓhibere nõ valente,vt est communis opi.de qua Corn.in consi.40.lib.1. Cagnol.in l.culpa caret.n.13.ff.de reg.iur.sequitur Clar.q.86.in princ.limita vt per Clar.ibi. Bonacoss.

Dominus tenetur pro facto serui, si ex illo facto commodum sentit.aliàs non, vt est communis & recepta doctorum sententia.de qua Menochi.in cons.53.nu.15. Bonacoss.

dominus pro seruo,pater pro filio,Abbas pro monacho,ciuitas pro ciue,pro interesse proprio ad iudicem venire,& defendere potest,communis est opi.Rol.à Valle in cons.47.nu.32.in 3.vol. Bonacoss.

dominus vnus ex dominis,vel consortibus castri,vel villæ delinquens,ibi alius condominus, vel consors potest punire quasi delinquendo, quasi se submiserit consorti, vt est communis opi.de qua Iaffred.decis.116. Bonacoss.

dominus aut pater licet cōtractus filij & serui etiam nō suo nomine gestos ratos habere possunt,vt ex eo in solidum obligentur,& communiter teneri refert Bened.Cap.n.17.& 24. tamen si alius filij ver serui cōtemplatione negotia peculiaria gesserit,vel si ratum habeant,nō vt pater,vel dominus,sed tāquam alius vel tāquam pater,& alius, vel dubitetur quomodo vel qualiter ratum habuerint,non obligabuntur vltra peculij vires, quia hisce casib.ratihabitio nihil operatur nec retrotrahitur,vt communiter teneri refert Bened.Cap.reg.54. n.6.22.24.& seq.Qua de re vide j.verbo Pater,&Ratificatio.

Dominus non tenetur pro delicto famulorum,vt est communis opi.Nisi dominus teneret in domo viros notoriè scelestos,vt est cōmunis opi. Vel nisi famulus domini occasione, vel illo sciente aliquid mali faciat.Secus si inscio domino aliquid mali faciat,quia pro famulo nō tenetur dominus,si prohibere non potuit,vt est communis opi.Clar.q.86.versi.hinc infertur. Bonacoss.

dominus etiam absque causa intra modum seruos verberare impunè potest.commune enuntiat Porc.in §.sed hoc tēpore.nu.9.insti.de iis,qui sunt sui vel alieni iur. E.Suarez.

dominus nequit cogere in ipsius iurisdōne positos ad suū. fornacem, pistrinumuè, sed molendinum venire illis vsuros nec si id statuto caueat,quidpiam efficiet.cōmune effert Did. à Couarru.in c.possessor.§.4.n.7.de reg.iur.lib.6.ac Villalob. in sua collecta. E.Suarez.

dominus alicuius terræ cum mera & mixta omnimoda iurisdictione in perpetuum pro se,& legitimè descēdentib.dicitur habere iura Principis,vt est celebre cōsilium Pau.de Cast. n.227.super primo dubio videtur dicēdū.in Antiquis.In nouis est cōsilium 34.vol.2.cum cōcordātibus ibi alleg.per Decium in cōs.403.Quamuis in casu,&c.& per Curt.iun.in cōs. 61.habita,&c.n.6.Qui dicit,quòd de hoc est communis opi. Et secundum eam pluries consuluisse dicit Soc.iun.in cons.1. nu.65.in 4.vol.vbi etiam communem ait. E.muscul.

PRO.Domini est terra & plenitudo eius.Psal.23.& c.tua. extra de decim. Bellon.

PRO. domini appellatione, & dominum pro parte contineri posse certum est.l.1.§.domini.ff.de senat.Silla. Idem.

domino currente ad brauium,si cadit equus,& relicto sessore equus præ aliis currit ad brauium, dominus consequitur brauium.Raue.in alpha.Aur.in verbo brauium, communem dicit ex Cyn.in l.gallus.§.si eius.ff.de lib.& posth.B.Vill.

Dominum qui se simpliciter affirmat, si sibi vtile dominiū competere probet,nō succumbet.commune aio ex Ias. in §. sed istæ quidem.n.141.instit.de act.& in l. si domus.§. si fundus.n.9.ff.de leg.lib.1.& in leg.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.Feli.& in c.cæterum de iudic.& in rub.n. 7.de præscrip.quod etiam processurum arbitror, & si rei dominum dicat. quippe cum nullo modo alias dominium aut proferri, aut intelligi soleat. tametsi in contrarium doctores crebrius iuerint secūdū Alex.Bolog.n.11.Alc.n.9. Horman. n.19.Rip.n.27.Claud.Marmer.nu.46. in l.naturaliter. §.nihil commune.ff. de acq. posses. sed ea de re copiosius, & accuratius suo in loco. E.Suarez.

PRO.Domus tutissimum cuiusque refugium &receptaculum est.l.plerique.ff.de in ius voc. Bellonus.

domus si vēdatur,& hortus vēditioni eius accedet,ad quē per illam aditus patet aliter autem neutiquam.commune dicit Ias.in l.beneficium.n.14.ff.de constit.prin. Villalob.in sua collect.sed ipse contrahentium mētem, verba ac reliquas rei præsentis coniecturas inspiciendas arbitror. E.Suarez.

PRO.Domo translata cēsentur venire quoque domui cōnexa.l.creditor.in §.fi.ff.de act.emp.l.prædiis. in §.qui domū. ff.de leg.3.l.si quando.C.de bon.vac.lib.10. Bellonus.

domo vendita,cēsentur venditus hortus si est additus per domum,aliàs secùs.Ias.in l.beneficium.ff.de constit.prin.nu. 14.communem dicit. B.Villal.

ADDITIO. Et hoc ratione cōnexitatis,quia cōnexitas operatur,vt vnitas censeatur,cum connexorum idem sit iudicium vulg.iurib.prout in alio casu vendita domo intelliguntur vēditæ statuæ si domui cohærent,& sint affixæ&cōnexe. l.nemini.C.de ædif.priua.l.senatus ff.de contrah. emp.cum aliis,&ita fuit iudicatum in vrbe in sacro Rotę auditorio,Cor. Iac.Cardi.de Puteo tunc Aud.vt refert.M.Ant.Bard.in Trac. de Temp.Vti.& contin.in c.18.nu.20.

domo contigua vendita vel legata,debētur ab alia domo, licet non dicatur,seruitutes habentes causam continuam,secundum magis communem per Bursat.cons.57.nu.12.lib.1.

Domum insultātis pœnam luit,qui insultum ad porticum fecit,vt est communis opi.Soarez in verbo domum.nu.144. Bonacoss.

domum insultātis pœnas luit,qui insultum ad porticū domus fecit receptū attestatur Iul.Clar.alia ad hanc rem apposita commemorans in pract.§.vlt.q.82.statut.10. E.Suarez.

domo ex sua quando quis ob pecuniæ debitum extrahi possit,vide suprà ver.carceri. E.Suarez.

Donans propter merita tenetur de euictione, secundum communem per Bursat.cons.31.nu.5.lib.1.

Donare qui nequit,nec gratis remittere potest.communiter est receptum:vt apparet ex allegatis Hipp.de Rimi.in §.1. nu.302.Inst.de dona. Ioan.Fich.

donare nō potest filius familiàs causa mortis patri ipsi cuius consensus requiritur.communem dicit Cornæ.cons.294.refert Durand.de Arte test.tit.1.cons.1.nu.4. I.Fich.

donari ac concedi potest ius patron.religiosis per Laicum patronum sine cōsensu Episc.ca.licet.vbi Abb.de iure patro. & in c.illud,eo.tit.&est tex.in c.vnico de iure patron.in 6.per quem tex.hodie subiata est omnis dubitatio,quæ de iure antiquo inter gl.& Doct.an patronus posset donare loco religioso ius patrona.absque cōsensu Episcopi,quia aliqui volebant quod sic,aliqui vero qđ nō,vt habetur in d.c.illud,hodie autē emanauit dispositio d.c.vnici ad pręcidendum dubium istud: sed vbicunque(nota)laicus donaret ecclesiæ vel pio loco,ecclesiam de cōsensu Episcopi, eo casu ex huiusmodi donatione transfertur nō solum ius patronatus, verum etiam dominij proprietas,& omnia iura temporalia,quæ habebat Episcopus in ecclesia transferuntur secun.gl.in cap.de Monachis.in ver.de prouentibus.de præb.quā sequuntur Car.But.& Abb. in c.illud.de iur.pat.gl.& Abb.in c.quod autem.eo.ti.Abb.in c.pastoralis.de donat.Host.in Summa de iure pat.§.quid competat patrono,&Domi.c.vnic.de iure pat.in 6.& ista est communis opi.teste Dec.in d.c.de Monachis.nu.24.cum aliis seq. & donatio hæc eo magis valeret etiam quo ad proprietatem & iurisdictionem temporalem,quādocūque patronus laicus donaret ecclesiam cum consensu Episcopi loco religioso in casu,in quo patronus ipse occuparet de facto ecclesiam,&ab eius manib.ob suam potētiam aliter ecclesia eripi non posset, nisi mediāte donatione prædicta,ita tenet Abb.& omnes cōmuniter,& indifferēter in d.c.illud.& in c.cura.& in c.nullus. de iure pa.& ita intelligunt communiter Doct.in dictis locis, tex.in d.c.quod autem,vt ibi refert August.Beroius.n.51.sed ista cessant,qñ patronus Laicus donaret ecclesię seu pio loco absque Episcopi cōsensu ecclesiam,tūc quippe ea donatio facta sine Episcopi cōsensu nō valet etiam quo ad ius patronatus,& per cōsequens ex ea nihil trāsfertur,secundum gl.Calderi.Abb.Dec.& omnes in d.ca.quod autem,& ista est magis communis opi.secūdum Dec.in d.c.de Monachis.n.27.circa medium.cōtrarium vero tenuit gl.in summa 16.q.2.quā sequitur Anch.Butr.& Imin d.c.de Monachis,quorum fundamētis sequēdo, & attestādo dictā cōmunem respōdet Aug. Beroius in d.c.qđ autem.n.40.cum 10.aliis seq.& fatuum esset ab ea discedere in actu practico per optimas rōes citatas per relatos scriben.In præsentiarum vero vtiliter limitatur regula ista ita declarata nō habere locum in priuata persona,& sic in laico,ad quē patronus absq; cōsensu sui Epi ius patronatus trāsferre,legare,vel donare nō p̄t.d.c.nullus.& d.ca.illud. vbi Abb.aliiq; Doct.tenēt & firmāt,& Abb.in sua disputatio inci.Augerio,& istā scribit esse cōem opi.Dec.cōs.541.sed vt valeat hoc legatum,testator debet obtinere,ac impetrare cōsensum Episcopi prius quàm leget: quia tunc valebit legatum,vt constat ex relatis per Cæsa.Lambe.in trac. de iure patro.lib.6.parte 2.q.6.prin.& eandem q.art.2.vbi refert istā esse com.opi.& Roma.sing.427.accidit mihi Romæ.F.Viuius.

donare tutores, cæterive administratores possunt bona minorum remunerationis causa,atque in eos conferre,qui erga minores benemeriti fuere.l.qui filium.ff.vbi pupil. educari debeat:& l.filius,in prin.ff.de proc.&voluit gl.in c.fi.de off. vicar.li.6.Bar.in l.ambitiosa.ff.de decretis.Fulg.cons.cj.Rom. consil. 50.& Areti. consil. 24.vbi appellat istam opinionem comm

communem esse, imò ipsi minores, etiam absque iudicis decreto possent facere huiusmodi donationem,secundum Roma.in l.si ante nuptias.ff.sol.mat.Marian.Soci.cons.66.Bertr. cons.205.vol.2.& Alc.in l.creditores.ff.de verb.sig. Contrarium verò,& malè firmauit Ias.in l. si non sortem.§. libertus. ff.de cond.indeb.in l.ex hoc iure.ff.de iust.&iur.& in l.cum filio.ff.de leg.1. F.Viuius.

PRO.Donare est perdere.l.filiusfa.de dona.cano.pastor.1. q.2. Bell.

PRO. donari videtur quod nullo iure cogēte conceditur. lege.donari.ff.de don. Idem.

ex pacto nudo de Donando an oriatur actio,an verò ex lege propter pactum,vide s.libr.1.versi.actio quæ oritur ex l.si quis argentum. cui adde ꝙ promissio de donādo obligat ad donandum.d.l.si quis argentum.§.si autem.vbi Bart.& doct. & in l.Aristo.§.Labeo.vbi quęrit an donator teneatur de euictione. & tandem in locis prædictis concludunt, ꝙ vbi quis promisit donare,ad implementum compelli potest,siue promissio fiat per stipulationem,siue per pactum nudum.Put.

Donatum sibi mortis causa accipiens non potest testamentum separatum ab ipsa donatione infringere,teste Rom.sing. 482.per tex.in l.si verò.ver.sed si mortis.ff.de bon.libert.Put.

Donata sponsæ per consanguineos & attinentes mariti & sponsi,soluto matrimonio per mortem vxoris, & sponsæ remanere debet penes maritum,& nō veniunt restituēda heredibus vxoris,secundum Bart.in l.sed,& si plures.§.ad substitutos.ff.de vulg.&pup.quem sequitur Ias.ibi,& cæteri,quos ipse refert,& in l.vt liberis.C.de collat.Ang.Aret.in §.fuerat.instit.de actio.& Lupus,in repet.rub.de donat.inter vir.& vxo. §.45.& est decisum per Rotam,in decis.1.de don.inter vir. & vxo.in antiquis,vbi latè domini de Rota distingunt,& ita cōcludūt in dubio,quam opinionem ostendit communem esse Cagnolus,in l.cōtractus.n.38.ff.de reg.iur.& magis communem.Clarus,in tract.de don.q.10.ver.sed nūquid ea.In cōtrariam verò partē,videlicet,ꝙ nō acquirantur marito,sed vxori, quamuis à cōsanguineis mariti donatio processerit inclinauit Alc.cum aliquibus doct.illustribus signatis per eum,in trac.de præsump.reg.1.præsump.18.verùm ipse inhæreo cōmuni præmissæ, quæ roboratur,declaratur,tutaque redditur plurib.fundamētis per Lupū,in d.§.45.ferè p totū. F.Viuius.

donata sponsæ non præsumuntur,quæ maritus,vel eius pater ad illam simpliciter mittit.commune aiunt Cagn.in l.contractus.nu.35.ff.de reg.iur.Iul.Clar.latè de don.q.10.E. Suar.

donata spōsæ à viri consanguineis, aut propinquis donata viri contemplatione censentur:at illi donata ab ipsiusmet necessariis,sua contemplatione videntur elargita. vt commune aiunt Ias.in l.vt liberis.n.17.C.de collat.Cagnol.in l.contractus.nu.38.ff.de reg.iur. E.Suarez.

donata sponsæ per cōsanguineos sponsi,sol.matri.sunt heredis mariti & non sponsæ.Cagno.in l.contractus,n.48.ff.de reg.iur.communem dicit,tamen per plura Alc.de præsumpt. re.1.præsump.18.tenet contrariam.quem vide, & tene communem. Idem.

de iure regio intellige istam in pretiosis, nō tamen in aliis, Ang.l.32.tit.11.par.4.de qua in verbo vestes n.33.& vide Io. Lupum in repe.rub.de don.inter vir.& vxo.§.11.n.3.& cons. 187.§.44.nu.1.& 2.qui contra communem inducebat l.2.ti. 3.lib.3.For.ll.

Donare causa mortis nō potest mulier,stāte statuto, quod non possit contrahere sine cōsensu agnati,Ias.in l.2.ff.de leg. 1.ff.communem dicit:licet Alc.in l.2.de verb.oblig.n.10.veriorem dicat contrariam. B.Villal.

donatio inter virum, & vxorem regulariter, cōstante matrimonio,est inualida,& prohibita,vt in toto tit.ff.&C.de dona.inter vir.& vxor.Sed hoc fallit vbicūque donatio ista prohibita rōe personarum firmeretur iuramēto, tūc, quippe valet,prout tenet Bart.in l.Seius, & Augerius.ff.ad legē Falcid. &in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.Feder.de Se.cōs.150.Guli. de Cug.& Alber.in l.sed & si possessori.§. item si iurauero. ff. de iureiur.Maranta in tract.iudiciorum.in 6.par.n.26.Abb. Imol.aliique Canonistæ in c.cū cōtingat de iureiur.Pau.Cast. & Ias. abūdè plures cumulans & dicēs istam esse magis communem opinionem.in l.pacta quæ.C. de pact. Mar. in pract. crim.§.secūda quæst.n.59.Boer.decis.92.nu.6.Deci.cōs.232. Rube.cōs.25.n.5.& cōs.54.Ruynus cōs.179.n.111.vol.1.& cōs.132.n.2.vol.4.Aret.cōs.84.in 2.dub.Soc.iun.cōs.44.vol. 2.Bertr.cōs.215.vol.4.cōs.301.n.3.& cōs.327.nu.4.vol.1.& Parisi.qui pari modo supponit esse magis com.opi.cōs.86.n. 46.vol.3.Cotta in lib.memoralium in versi.donationes inter vir.& vxo. vbi dicit ꝙ secūdum cōmunem sæpius vidit iudicari,& Crotus in repetiti.l.frater à fratre nu n.72.& seq. ff.de cōd.indeb.respōdet omnib.Doct.cōtrarium asserētibus.Sed hoc certè nō procedit in donatione simulata, quia hoc casu videtur esse facta in fraudem,nō valet,nec firmatur iuramento,secūdū Bart.in l.Codicillis.§.Titia.in fi.ff.de leg.3.&Ruynum cōs.230.n.4.vol.1.& iuramētum hoc dicitur assertoriū, ꝙ quidem nō valet,sed si esset promissorium de futuro s.quādo promitterem nō cōtrauenire nullo vnquam tēpore,tunc vigore istius iuramēti promissorij firmatur donatio ista, vt p Bald.Nouellum in tract.de dote.in 10.par.&Rip.in 3.li.de donationib.c.6.Fallit 2.dicta conclusio,seu regula in donatione facta inter virum & vxorem ex causa benemeritorum,seu seruitiorum,quæ donatio vtique valet secūd.præcitatos Doct. tamē seruitia ista debēt probari aliter quàm per cōfessionem ipsorum cōiugum,secū.doctrinā Bart.in l.si fortè.ff.de Castr. pecu.communiter approbatam ab omnib. in l. si donatione. C.de collatio.de qua communi vltra scriben. ibi facit mētionē Soc.cōs.65.& cōs.66.vol.1.& Gra.cōs.175.n.2. Fallit tertio dicta regula in rōe reciproca,videlicet reciprocè inter cōiuges hoc modo facta,ꝙ si cōtingat alterum præmori, superstes habeat bona,valet,& tenet talis donatio,ita cōcludit Cy. Bald.& Sali.quos refert,& sequitur Ias.in l.si pater puellæ.C. de inoff.testam.& Soci.in tractatu fallētiarum,fallent.204.in prin.vers.Limitatur quarto loco nō habere locum præcedēs regula,quotiescūque vxor marito donaret ius patronatus tātùm,quia tūc valeret donatio,ex quo maritus nō efficitur locupletior.l.naturalis.ff.de præscr.ver. & l.planè.la 2.in fi.ff.de leg.1.& ita tenet Alex.in l.cōstante.§.siue autem.circ.fi.ff.solut.mat.& Domini.de Rota decis.11.in antiquis. sub rubr.de pactis inci.cōsuetudo.cir.fi.Limitatur quintò vbicūque plebeius acciperet mulierem nobilē in vxorem,& cōstante matrimonio,faceret instrumētum de receptione dotis,quam in effectu nō receperat,& quamuis ista dicatur donatio inter virum & vxorē, nihilominus valet, quia fit in remuneratione, ac recompēsationem, propter inæqualitatem eorum,ita eleganter cōcludit Bart.post gl.ibi in l.si volūtate.n.2.C.de dot. promis.& in l.si diuortio.& ibi Ias.n.9.ff.de verb.obl. idem tenet Bald.in l.2.§.fi.ff.si cert.pet.Abb.in c.1.n.8.de adult. Ias.in l.fi.C.de verb.sig.& in l.ex hoc iure.n.55.ff.de iust.& iur.Tiraquel.in tract.de legib.cōnubia.in 4.l.n.7.& in l.5.nu.18.&istā recitat esse communem opinionem Curt.iun.cons.6.n.20.& Bald.Nouellus in dicto tract.de dote in 10.par.nu.7. Limitatur postremò hæc regula nō procedere,quādo vxor donaret pecuniā marito pro refectione ædiū,quæ incēdio cōsumptæ fuissent,vt in l.qđ si vir vxori.ff.de don.inter vir.&vxor.F.Vi.

donatio facta priuato propter superueniētiam liberorum penitus reuocari solet.l.si vnquam.&ibi notāt omnes communiter.C.de reuoc.don.& in l.1.C. de inoffi. donatio. Amplia hoc intātum ꝓcedere,ꝙ licet illius rei donatę dominium fuisset trāslatum in donatarium per patrem ante natiuitatem filij,nihilominùs post natiuitatem filij reuertitur in dominio donatoris dicta donatio ante petitionem ipsius ipso iure,vt p gl.& alios Doct.communiter in d.l.si vnquàm. & Bar.in l.Titia.la 2.§.Imperator.n.2.ff.de lega.quam cōmunem declarat, &citat Ripa in d.l.si vnquam.n.103.simul cum aliis Mod.Sed. fallit primò ista communis, vbicūque donatio esset facta ecclesiæ,tūc dūtaxat reuocatur vsq; ad legitimam, vt voluit gl. & Archid.in c.fi.17.q.4.Bart.in d.§.Imperator. & post eū Cuma.Roma.in auth.similiter.in 8.specia.C.ad legem Fal. Bald. Ang.Saly.& Pau.de Cast.in d.l.1.Abb.&Imol.in c.fi.de donatio.Barba.in repeti.l.cū acutissimi.C.de fideicom.Ias.in auth. si qua mulier.C.de sacrosanctis eccl.& in l.generaliter.§.cùm autē.C.de insti.& substi.Fel.in c.in præsentia.de probat. Cornel.cōs.11.vol.3.& cōs.30.vol.4.Calca.cons.13.Corset.sing. in ver.donatione,incip.licet donatio.Paris.cons.73.n.24.volu.1.vbi recitat istam esse communem opinionem, idemque testatur Ripa in d.l.si vnquam.n.115.& Tiraq.ibi.n.66.Verū communis ista procedit in foro contentioso:in foro verò politico,ipsa Ecclesia tenetur propter superueniētiam filiorum donata restituere.tex.est in d.c.fi.17.q.4.quē tex. dicit ad hoc mēti tenēdum esse August.Beroius in c.1.seu rub.nu.217.de cōstitut.Limitatur secundò dicta cōis,qñ facta esset per patrē vni filio,quæ quippe donatio nō posset reuocari post natiuitatē aliorū filiorū,vt sentit Bart.&omnes Legistæ cōiter in d. §.Imperator.& Canonistæ in d.c.fi.de donat.vt per Ripam in d.c.vnquam.n.115.postremò quotiescūque donatio esset remuneratoria,tūc quātumuis sit facta priuato,non reuocatur, nec reuocari p̄t aliquo mō sm scriben.oēs cōiter in d.l.si vnq̃ vbi Moder.& Rip.n.29.nōnihil istā cōem declarāt.F.Viuius.

Donationem stipulās Notarius absenti, ignorāti adhuc ex parte

parte absentis, & ignorantis, non est donatio, nec ei aliquod ius quæritur, nisi ratificatione secuta, & cõsensu cõcurrente, vt tradit Bald.cons.220.lib.2.Alber.in l.non enim.ff.de adop. Paul.Cast.cons.195.vol.2.Dec.leg.in l.certi condictio.§.si nũmos.ff.si cert.pet.in l.1.n.22.C.de pact.in l.ꝓtus.nu.16.ff. de regu.iur.& consulendo cons.226.cons.247.cons.432.cir.fi. cons.586.n.13.& cons.661.Curt.iun.cons.52.n.12.cons.55. n.9.& cons.120.Bertr.cons.116.lib.2.& cõs.304.vol.3.Soc. in l.1.§.si iusserim.in fi.ff.de acq.posses.Ruy.cons.121.lib.1.& cons.174.eo.li.Cassan.cons.7.&cons.59.Pari.cons.12.n.100. lib.Rube.in repeti.l.non solùm.§.morte.n.9.& 59.ff.de noui oper.nuncia.& cons.132.Gratus cons.12.cons.25.n.37.consi.67.cons.94.& cõs.127.li.1.Galliau.in rub.n.84.ff. de verb. oblig. vbi refert istam esse veriorem opinionem, Et Carolus Molineus in additio.Alex.cons.31.lib.6.scribit esse magis cõmu.opi.& ad hoc corroborãdum omnes præcitatos Doct.cumulat Tiraq.in tract.de iure constit.possesso.in 3.par. limitatio.30.n.10. & seq. concludẽs ibi non valere generaliter stipulationem notarij pro altero, nisi eo ratum habente, prout voluit Salyc.in l.Gaius.ff.de vsu.Soc.iun.cons.126.nu.12.& Alc.in c.cum contingat.n.234.de iureiu.qui audacter recitat istam esse comm.sent.Cagnolus etiam in l.fi.n.273.C.de pactis.In contrariam verò partem inclinauit titubãter Dec.cõs. 293.Ruy.cons.119.ꝓ.126.n.10.vol.1.& cõsi.47.vol.5.Cor. cons.21.vol.4.Bertr.cons.156.n.5.vol.1.Soc.in cons.118.volu.2.& nonnulli alij Doctor relati per Tiraq.in præcitato tracta.const.possess.n.13.& seq.Sed quicquid isti Doct.suadeant contra istam communem,ob hoc factum foret ab ea recedere.quam quidem ita receptam tãquam verissimam intellige, vt non requirat expressam ratificationem, sed sufficiat,vt absens tacitè ratum habeat donationem istam,secundum Dec. in d.cons.586.Goza.cons.42.&Gratum d.cons.12.&quomodo,quib.modis,&signis videatur,seu colligatur tacitè absens ratificare donationem,vide Tiraq.latè declarãtem in d.tract. consti.possesso.in 3.par.30.limitatio.n.11.& seq.His accedit similiter,ꝙ in dubio præsumitur præsentia donatarij,licet nihil fuerit dictũ de præsentia ipsius. vt tenet gl.1.in l.1. in ver. inter præsentes,& ibi Bar.ff.de don.caus.mort.& gl.in l. optimam.in verb.ipso die,& in ver.seruus,& ibi Iac.But.C.de cõtrah.& committenda stipula.& tenet Io.de Imol.cons. 7. sed Bald.videtur tenere contrarium in l.si quando,per illum tex. C.de statu.& imagi.vbi respondet ad d.l.1. & ad l. optimam. quòd ibi per scripturam apparebat partes fuisse presentes,sed vbi non apparet,non præsumitur. F.Viuius.

Donatio facta absenti verbo tenus,si Donatarius adipiscatur postea possessionem rei donatæ, non tamen ideò dicetur contractus donationis perfectus,nisi etiã nuntius vel epistola interuenerit.cõmunem dicit in d.q.12.ver.sed pone.P.Fic.

donatio facta absenti, interuenientẽ Notario,q ꝓ absente acceptauerit,valet:& licet dõator postea antè, q̃ donatari? eã ratificauerit simplr reuocauerit, tñ simplex illa reuocatio ñ obstat qn donatarius adhuc postea eã ratificare possit.Hãc magis communem dicit in §.donatio.13.ver.1.ergo casu.cõtra.tenet Cagnol.in l.quo tutela.§.nec pacisc̃do. de reg. iur. imò etiam si donator etiam rem donatam in alium transtulisset,nihilominus valebit prior donatio. Hanc magis communem ꝑ Decium & Cagnolũ dicit in d.q.13.ver.Cõtrariã.Idẽ.

donatio facta coniugi à marito ignobili, vel sene, propter ignorabilitatem vel senium,valet.communem dicit in d.q.9. ver.sed pone.Putat tamen Clar. procedere,si in ipso actu dotis constitutæ fieret donatio,secùs si post. Idem.

donatio facta Ecclesiæ non potest propter ingratitudinem reuocari,quia cẽsetur Deo facta,qui ingratus esse non potest. com.dicit §.donatio.q.21.ver.Item quæro,cum seq. Idem.

donatione facta præsenti hoc pacto, vt certo casu veniẽte, res donata perueniat ad tertiũ quendã absentẽ,non licet donatori tale pactũ in præiudicium absentis remittere, etiam si nemo ꝓ absente acceptauerit &ideò nec reuocari potest.Magis cõem dicit in §.donatio.q.13.versi.Secũdus.cũ seq.Idem.

donatio facta per patrem filio emancipato,valet.communem dicit in §.donatio.q.8.ver.Secundo. Idem.

donatio hereditatis alicuius,non valet,qa Hereditatis verbum nihil excludit.communẽ dicit in d.§.donatio.q.19.vers. sed quæro.contr.Purpura.in l.fi.C.de pact. Idem.

donatio ĩdubio potius præsumitur esse inter viuos quam mortis causa facta, si in ipsa non sit facta mẽtio mortis, & ita non collata sit in tempus mortis.communem dicit in §.donatio.q.4.vers.Sed quæro. Idem.

donatio inter coniuges confirmatur morte donãtis.Intelligendum tamen si modò interuenerit traditio vera vel ficta, alias enim si sola promissio interuenit non confirmatur morte.communem dicit in d.q.9.ver.sed hoc intellige. Idem.

donatione immẽsa facta,si dicatur in instrumẽto, ꝙ donator velit cẽseri plures donationes non excedẽtes pro singula summam 500.solidorum,nihilominus cẽsebitur vna tantum donatio,& nullius valoris,tanquam clausula illa in fraudem legis apposita.cõem dt in §.donatio.q.17.vers.Sed pone. Idẽ.

donatio immẽsa iuramẽto firmata non eget insinuatione. Magis communem dicit in §.donatio.q.18.Intelligẽdum tamen hoc dicit,vt insinuationis renũciatum sit in specie,aliàs secùs.Item intelligendum vt valeat,si insinuatio debet interuenire in ipso actu donationis.Si autẽ esset lex, vel statutum ꝙ insinuatio deberet fieri intra certum tempus, eo casu iuramẽtum non firmat donationem, si insinuatio non esset facta intra præscriptum tempus.com.dicit.ead.q.ver.vlt. Idem.

donatio inofficiosa si facta sit vni ex filiis, tunc siue sit inofficiosa re tãtùm, siue re,& consilio,nũquam reuocatur nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum. Si verò facta est extraneo,tũc si est inofficiosa re tãtùm reuocatur solummodo vsque ad legitimam, si verò est inofficiosa re & consilio,reuocatur in totũ.cõem dicit in §.donatio.q.24.ver.aut verò quis non agit. Et hæc quidem obtenent etiam in donatione iuramento confirmata.comm.ead.q.vers.Hæc autem. Idem.

Donationem inofficiosam in extraneum factã pater in totum non potest reuocare,si filio aliquid reliquerit.com. dicit in §.donatio.q.24.ver.Sed quid si pater. Idem.

donatio mortis causa inter coniuges facta non valet.§.donatio.q.9.ver.& hæc quidem. Idem.

donatio ob causam non potest reuocari propter ingratitudinem.com.dicit.§.donatio q.21.Sed quæro. Idem.

donatio ob causam, causa non secuta ipso iure reuocatur. com.dicit in §.donatio.q.24.ver.Præter has. Idem.

donatio omnium bonorũ, præsentium,& futu.non valet, com.dicit l.Cla.§.donatio.q.19.Si quis verò donat presentia sua bona tũtùm valet donatio.com.ead.q.ver.ex hac.Item valet donatio, si quis simpliciter donat bona sua. Imò etiam si quis vniuersaliter omnia bona sua donasset,quia eo casu non subintelliguntur bona futura. Similiter si quis donat omnia sua bona mobilia & immobilia,quia in tali donatione non venium iura & actiones,com.dicit.d.q.19.ver.eademque.cum seq.Valet tamen donatio omnium bon.præs.& fut.si mortis causa facta sit.com.ead.q.ver.sed quid si quis.In tantùm verò non valet don.om.bo.præs.& futu.vt etiam iuramẽto firmari non possit.com.dcit in §.donatio.q.20. Et nota quod talis donatio annullatur in totum,non pro parte tãtùm.com.ead.q.ver.Item quæro.Talis verò donatio facta Ecclesiæ valet,& est speciale in Ecclesia:quia etiam personam suam quis Ecclesiæ donare potest.ea.q.vers.vlterius.Valebit tamen eiusmodi donatio,si inter duos fratres reciprocè facta sit.ea q. ver. sed pone.&valet non solùm inter fratres,sed inter quoscunque si post mortem collata sit. Idem.

donatio propter merita facta valet,etiam si de ipsis meritis aliter,quam per assertionẽ donãtis non constet.Intellige modò non fiat inter personas prohibitas,nam eo casu non statur assertioni donãtis,sed requiritur probatio meritorum. com. dicit in §.donatio.q.3.ver.sed hic occurrit. Idem.

donatio propter nuptias nõ constituitur ipso iure.& ideò si nõ fuit petita cõstituì cõstante matrimonio, nõ potest postea soluto matrimonio peti.potest autem peti vt cõstituatur cõstante matrimonio, licet tpe dotis promissæ vel datæ,non fuerit petita,neq; ꝓstituta,com.dt.§.donatio.q.11.ver.fi.Idẽ.

donatio ꝓp superuenientiam filiorũ reuocatur etiam si appositũ sit iurm.com.dicit §.donatio.q.22.ver.stat ergo.Idem.

donatio reuocatur si post factã donationẽ ipsi donatori superueniant liberi.per dispositionẽ.l.si vnquam.C.de reuocat. don.com.dicit.§.donatio.q.20.in prin.Hinc infertur,ꝙ si Donator tẽpore donationis de liberis cogitasset,dispositio d.l. si vnquam non locũ habeat,nec donatio reuocari possit.com. dt.q.22.ver.ex qua. Sitr nõ reuocatur,si donatio esset facta in ꝓctu mrimonij,nã eo casu ꝑsumit donator de liberis cogitasse.com.dicit.eo.ver.Ex qua.q̃ tñ opi.ipsi Claro nõ placet.Idẽ.

Donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum aliàs prohibita tanquam liberam testandi facultatem tollens nõ valet,nec tenet secund.Bar.& alios Doct.communiter in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.quam nimirum communem sequuntur,declarant, & citant Mod. ibi, & Curt.iun.cõsi.23.num. 1. & infiniti cõsulentes variis in locis, sed fallit ista communis vbicunque donatio hæc esset facta ecclesiæ,tunc enim valet, & tenet,vt ponit Ias.in d.l. stipulatio hoc modo concepta.nume.10.& latius in l.fi.C.de pactis, ibique

ibique Dec.n.31.asseuerat istam esse com.opi.& in ca.in præsentia.n.8.& 27.de prob.in antiq.& post eum Aug.Berius.n. 81.& idem Dec.testatur cons.488.n.5.& Ias.cons.169.vol.4. tamen in hoc casu ecclesia ipsa teneretur donãti alimẽta sub ministrare.l.sunt qui.cũ trib.seq.ff.de re iud.& ita tenent omnes præcitati Doctor.examinãtes materiam istam.Fallit secũdo loco dicta cõis,si in ista donatiõe om.bo.præs.& futur.fuerit appositum precarium,tunc quippe habetur loco traditionis,vt per Doc.in d.l.stipulatio hoc modo cõcepta,Alex. in l. 3.§.incertam,& ibi Ias. audacter asserit istam esse com. opi.ff. de acq.posses.quam sequitur Afflict.decis.30.& Tiraq.in tracta.const.poss.in 2.par.30.ampliatio.Tertiò limitatur cõmunis ista,quãdo in donatione om.bo.præs. & futur.fuerit facta retẽtio fructuum, ac alicuius rei certæ à donãte,de qua disponere posset,quo,inquam,casu valet donatio,secun.Doct.omnes in d.l.fi.C.de pact.& in d.l.stipulatio hoc modo concepta, & alios complures cõgestos per Boer.decis.204.n.25.vbi affirmat istam esse com.opi.licet Deci.præcipitãter consi.33.& cõs.351.& cons.203.tenuerit contrarium,in quibus locis voluit etiam ipse Dec.donationem omnium bon.præs. & futur. non valere,quãdo donans reseruasset de illis bonis in vita disponere,simul ac in morte. Sed in hoc casu sicut in alio superiùs relato com.opi. videtur cõtra Decium, vt abundè deducit Boer.in d.decis.204.n.25. Quartò limitatur præcedẽs cõmunis, qñ aliquis donaret omnia bona sua alteri per stipulationem, tunc enim donatio ista trãsit in cõtractum qui est irreuocabilis,vt sentit gl.in d.l.fi.C.de pact.in verb.accommodauerit, quam communiter sequuntur scriben. ibi, & de ista communi vltra Moder.in d.l. stipulatio, & in d.l.fin. testatur Boer.decis.353.nu.2.& 14. F.Viuius.

Donatio facta à patre filio in potestate nõ valet regulariter,secũdum Doct.communiter in l.frater à fratre.ff. de cõd. indeb.quam communem citat,& latè limitat in decem casib. Crotus ibi,& inter alios casus limitatur per scribentes ista cõmunis nõ procedere, vbicunq; donatio esset iurata inter patrem & filium in potestate,quia tũc valeret,& sustineretur ratione iuramẽti,vt tenet Bal.in l.fi.C.de vsucap.pro do.in consi.430.præmittendũ est.vol.1.aliàs 362.vol.3.Abb.cæterique Canonistæ in c.cùm cõtingat.de iureiur.& Legistæ in d.l.frater à fratre.& in l.pacta,quæ cõtra.C.de pact.Aret.cons.27.& cõs.72.in fi.Alex.cons.20.vol.3.& in l.si donatione.C.de collatio.vbi Ias.quoq;.Dec.&Riminal.attestãtur istam esse com. opi.& idem Deci.consi.202.Parisi.cõs.69.n.128.vol.3.Bertr. cõs.35.& cõs.62.n.4.& cõs.135.n.1.vol.1.vbi dicit,ꝙ ista hodie videtur communis sntia tam scribẽtium in iure,quàm cõsulẽtium,quam etiam latè tenet Ias.cõs.118.vol.4.Soci. iun. cõs.13.vol.2.Ruyn.cõs.179.vol.1.& cõs.96.n.5.vol.5.Capi. decis.Neap.56.eamque fatetur communem Alci.in d.c.cum cõtingat.n.207.Et donatio ista nõ est imputãda filio in legitimam.l.si qñ.§.gñaliter.C.de inoffi.testa.& notat Grauet. cõs. 136.n.2.Fallit similiter dicta communis,quotiescũque donatio facta esset propter benemerita præcedẽtia filio in potestate cõstituto, tũc vtique ista donatio statim valeret, secũdùm gl.in Auth.vnde si parẽs.C.de inof.testam.Ratio est,quia prę sumitur sibi deberi ex operib.suis,&sic iudicatur aduẽtitium & aduẽtitia in quartam nõ computãtur.l.scimus§. repletionem.C.de inoffi.testa.Cæterùm Alex.consil.8.vol.2.allegando cõcordantia,dicit communem opinionem esse,ꝙ imputetur, nisi expressè dicatur. Ampliatur dicta limitatio eatenùs procedere,ꝙ si pater donaret filio,qui ipsi patri beneficia cõtulerat,nulla facta mẽtione,vel expressione meritorum,tũc præsumeretur istam donationem esse factam intuitu meritorum præcedẽtium:nõ autẽ intuitu filiationis.secũdum gl.cęterosque Doctores.communiter in d.l.si donatione,&Crotũ qui communem asseuerat in d.l.frater,à fratre.n.79. Tamẽ si in instrumẽto diceretur,sanguinis affectione,tũc potiùs præsumeretur dictam donationem celebratam fuisse naturali affectione,quàm ob merita,vt per Doct.præcitatos,& ita consuluit Pau.de Castr.cons.105. sed quæstionis tollendæ gratia cautè pater posset specificare benemerita.Vbicũque enim in instrumẽto forẽt specificata bnficia,valeret donatio inter patrem & filium,vt cõcludũt Doctores communiter in locis citatis,&communis ista nõ habet cõtradicẽtem,vt per Moder. in d.l.frater à fratre,& intellige limitationem hãc procedere, quãdo videlicet benemerita rei donatę respõderent,vt est gl. not.communiter approbata in d.l.si donatione.in ver. postulas,& in c.relatum.lib.2.in ver.iuxta seruitij.de testam.Bart.in l.ũ fortè.n.5.ff.de Castr.pecu.&in hoc nõ stãdũ esset cõfessioni patris,s.merita præcessisse, sed opus est ꝙ seruitia ipsa probẽtur,vt tenẽt glo.& Bart.in d.l.fortè.Ias.in d.l.frater à fratre. n.44.Cor.cons.144.n.10.vol.2.Man.in d.l.si donatione.n.46- vbi Rimi.n.8.Cotta in memoralibus iuris in ver.donatio inter patrem& filium.Ruynus cõs.96.n.2.vol.5.&Afflict.decis 360.n.15.& ista est communis.vt in sequẽti cõclusione ponã post prin.Fallit quoque dicta communis, quãdo pater remitteret filio vsumfructum in bonis aduentitiis filij, nam in casu hoc donatio statim valeret,nõ expectata morte patris,secundum Bart.in d.l.frater à fratre.n.57.& Bart.in l.2.C.de inof.testam.quam Doct.Bart.sequũtur Doct.communiter.Ias.in d.l. frater à fratre.n.44.& Crotus ibi.Fallit vlterius dicta communis nõ procedere in donatione facta filio in potestate à patre causa studij,quam donationẽ valere dicũt, sicuti pro dote facta.Bald.Ang.Alex.& Ias.in l.1.ff.solu.matri.quorum opinio certè videtur dubia & nimis periculosa:nã cõtrarium,ꝙ non valeat huiusmodi donatio,tenet Bart.Bald.sibi cõtrarius.Im. Alex.Iasonque similiter.Saly.Põtanus,& Ripa,qui prædictos citat in d.l.1.in fi. & recitat istam esse communem opinionẽ. Nec procedit hìc æquiparatio dotis, & studij. quoniam pater tenetur dotare filiã.l.fi.C.de dotis promissio.sed non tenetur aliquid dare filio causa studij,præter grammaticam,qua filius cum honestate cõditiõis suæ carere nõ potest.vt per Alex.in d.l.1.in fi. meritò donatio facta filio causa dotis per patrẽ valet,sed nõ idẽ iuris cẽseri debet de donatione facta causa studij,cũ in donatiõe studẽti facta fraus subesse possit,&tãto magis,qa Scholares sũt calidi,&aduers' eos ꝑsumit,vt tradit Bal. in d.l.neq; natales.C.d ꝓb.& Ias.l.1.ñ hoc.n.17.C.vñ legiti.Vi.

Donatio inter viuos facta vsque ad quingẽtos aureos,valet sine insinuatione.l.si quis pro redemptione.§.fi. C.de donat.& vltra nõ valet,quia don.excedẽs quingẽtos aur.debet insinuari.d.§.fi.& l.fancimus.e.tit. Sed hoc limitatur in donatione facta Ecclesiæ,vel alteri pio loco. Nã donatio ista vltra quingẽtos aureos nõ insinuata facta ecclesiæ, valet & tenet, ita Spec.& Io.Andr.post Pileum in tit.de instrum.editio.in §. porrò.in fi.Host.& Io.And.in c.fi.de fide instrum. Butrius, & Im.in c.ád hæc.de testam.Bar.& Alber.in l.illud.C. de sacrof. Eccles.Abb.in c.relatũ.el 1.n.4.de testa.Paul.Castr.cons.212. n.6.vol.2.in nouissimis.Calder.cons.111.de don. Cannari in tract.de insinuatio.in 3.par.q.8.& Paris.cons.70.nu.23.vol.4- &opinionem istam supponit esse cõmunem.Fel.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.n.57.de cõstit.Ias.cõs.169.vol.4.&Ripa in 3.li. respõsorum.c.17.In contrariam sentẽtiam inclinauit gl.in §. sinimus.in auth.de nõ alie.vbi tenet,ꝙ donatio nõ valeat ecclesiæ facta sine insinuatione vltra quingẽtos solidos,& eam glo.Bar.præter morem suum cõtrarius latè confirmat,sequũtur etiam Cy.Alber.Ang.& Salic.in d.l.fancimus,Ang.& Fulgo.in l.pen.C.de do.Cy.Odo.Bal.Sal.& Pau.Cast.in d.l. illud, Barba.in d.c.ad hæc.Sed primam opinionem amplectendam esse suadeo,quæ videtur magis communis teste Ruyno cõs. 182.n.13.vol.1.Fallit secũdo loco dicta conclusio in donatione reciproca,& vicissitudinaria,quæ nõ requirit,nec eget insinuatione, etiam ꝙ excedat quingentos aur. secun.Ang.consi.169.visis ꝑdictis instrumẽtis.& voluit gl.in l. Aquilius Regulus.ff.de don.& ibi Doct.gl.& communiter scribent.in l. licet.C.de pact.Bal.post Guli.de Cu.in l.illud.C.de sacrof.eccl. & in l.3.C.qui bonis cede.poss.& in l.& si mortis, cir. fi.C.ad l.Falc.& in l.fin.ff.de exercito.Alex.cons.244. ponderatis,Io. And.in addi.Spec.in tit.de instru.editio.§.porro.circa fi.Ias.in l.si pater puellæ.C.de inof.testa.vbi plura congerit in materia vicissitudinaria,& idem Ias.cons.9.nu.13.posito inter consil. feudalia Alberti Bruni,& Curt.iun.cons.81.n.5. vbi deducit istam esse com.opi.Fallit tertiò regula prædicta,vbicũq; donatio esset facta vltra quingentos aureos,tamen,soluta gabella non ascenderetur in effectu vsque ad quingentos solidos, tunc profectò valet donatio vltra talem summam etiam nulla facta insinuatione secũd.Bar.in l.quoties.C.ad l.Falc.quem sequitur Bal.Imo.Pau.Cast.in lectu.Paduana.&ibi Alex.quoque,Rom.sing.cc.&Cremen.sing.pe.licet Ang.& præcipitãter d.l. quotiens asserat contrarium cuius fundamenta confunduntur per Alex.& alios communiter ibi.ista Bar.opinio communis etiam seruatur quotidie in practica,secundum citatos Doct.Limitatur quartò quotiescunque donatio hæc esset iurata,quia donatio sine insinuatione isto casu firmaretur iuramẽto,& iuramentum tolleret solennitatem insinuationis. secun.Ioan.Alex.& Imo.in loco superiùs citato:& hoc idem firmat Alex.in l.nemo potest.ff.de leg.1.dicens ꝙ ita sæpe consuluit,put reperit cons.4.vol.6.& cons.133.n.10.vol. 7.idemq; latè Aret.cons.247.& Dec.cons.77.& Dec.ꝓ.239. n.2.vbi scribit istam esse magis cõem sent.& cons.432.& ꝓsi. 488.n.6.Rubeus cons.59.n.5 Soc.iun.cons.118.nu.2. vol.2. Pari.consi.xxxiij.num.45.& cons.69.num.67.vol.3.Ruynus

consi.172.in fi.180.n.14.vol.1.&159.n.15.volu.4.Bellonus consi.60.Gratus consi.70.n.28.vol.1.Bertr.latè consi.1.n.19. vol.2.78.nouis.n.7.vol.3.&Cur.iun.cõsi.47.Sed Cur.ipse cõsi.66.cum seq.Inclinauit in contrariam opinionem negatiuã Bal.& Saly. & camque communem asserit Bauerius in tract. de virtute iuramẽti,prima par.ver.22.n.35.Ferratius cau.33. multos cumulãs.Ant.de Cãnaria in tract.de insinua.in 2.par. q.pe.& Calca.consi.25.& Crotus in d.l.nemo potest.n.21.& Tiraq.in l.si vnquam.n.138.& 154.C.de reuoc.don.vbi congerit nõnullos Doct.hinc inde pro vtraque parte.& opinionem istam negatiuam,contra cõmunem supponit esse magis communem Barbat.& multi alij relati per Moder.Senen.cõsi.69.lib.1.vbi citat omnes Doct.pro ista parte. Tamen prima sententia affirmatiua videtur verior, & magis communis, vt ś.ostẽdimus,& casu cueniẽte, semper secũdum eam iudicarẽ & cõsulerem.Quæ opinio retẽta tãquam verissima,& magis cõmunis limitatur nõ procedere,quãdo iuramentum donationis,si cõfirmaret donationem, tẽderet in præiudicium tertij: tunc enim donationem ipsam nõ cõfirmat tale iuramentũ,prout in notabili casu tradit Soc.iun.in d.cõsi.69.n.40.vo.j.

Prædictis accedit, q̃ in insinuãda donatione decretũ iudicis nõ requiritur,secũdum Bar.Rom.&alios in l.Modestinus. ff.de don.& opinionem istam asseuerat esse communem:Rogerius,ibi.n.16.Faber.& Aret.in §.1.Instit.de don.idemque tenet Bal.in l.illud.C.de sacrosecc.Ang.Pau.de Cast. & Ias.in l.omnium.C.de testam.Bertr.consi.248.nu.14.lib.1.Tiraq.in tract.de legib.cõnubia.in glo.5.nu.32. & Cannarius in dicto tract.de insinua.q.x.vbi abundè respõdet fundamentis Doct. cõtrariam tenẽtium.Occurrit similiter præmissis vtiliter hîc, q̃ insinuatio fieri potest coram quocunque iudice,etiam cui nõ subsit donator,nec res donata secundum Bar.& Roma.in d.l.Modestinus.Saly.in l.data.Alex.cõsi.156.vol.2.Guid.Pap. cõsi.23.n.6.& Fabrum in d.§.1.instit.de don.Sed cõtrarium tenuit Imo.in d.l.Modestinus.cui videtur inhærere Capicius de ci.Neap.203.idem tenet titubãter Guid.Pap.decis.325.Cætrùm prima opinio Bar. est verior & magis communis, quam seqtur Ant.de Cãnar.in dicto tract.de insinuatio.q.12. & Rogerius in d.l.Modestinus.n.19.Occurrit vltimo loco q̃ donationis insinuatio nihil aliud est,quã eam facere redigi in scriptis corã iudice, ita tradit Bart.in d.l.Modesti.n.2,quem Rom. Pau.Cast.& alij.communiter ibi sequuntur:vbi Cum.dicit,q̃ magis propriè loquẽdo est reductio donationis ad acta iudicis,idem quoque tradit Bart.in l.donationis.C.de don.Bal.in d.l.illud & in auth.si omnes.C.si min.ab her.Old.consi.253.in fi.Alex.consi.156.vol.2.& Soc.iun.consi.67.n.19.vol.2. F.Vi.

Donatio ex quinq; causis ingratitudinis reuocari potest, quas enumerat gl.in §.1.insti.de don.& tex.in l.fi.C.de reuoc. don.Sed ex hoc dubium resultat,nũquid ex alia causa simili, nõ expressa in dictis locis,liceat donationem reuocare,vt puta si donatarius donatorẽ nõ aluerit,Gofr.Alb.Ang.& Fulg. in d.l.fi.& Faber in d.§.1.tenẽt q̃ nõ,& opinio ista fuit de mẽte gl.in l.in cõdemnatione.ff.de reg.iur.quatenus dixit cautũ nõ reperiri,donatarium teneri ad alimẽta donatori,ergo propter ea nõ præstita,priuari donatione non debet.Cõtrarium verò tenet glo.Cy.Faber,& alij in d.l.fi. & post eos Ripa in q. 41.&49.n.163.& seq.Abb.Anch.Imo.&Barb.in c.fi.de don. Ias.in auth.nõ licet.C.de liber.præt.Lupus in rub.de don. inter virum & vxorem.§.70.n.25.Guli.Bened.in c.Rayn.n.19. de testa.verb.Guli.Mainer,& Cagnolus in d.l.in cõdemnatione. Et id saltem procedit secũdum plerósque prædictorum, quãdo donatio esset facta omnium bonorũ, vel magnæ quãtitatis, aut propter dictam donationem, donator ad egestatẽ redactus esset. Distinctionem istam ponit Rogerius in l. qui ex donatione.ff.de don.& hæc est æqua,& commu.opi. Contraria autem superiùs relata impia, & quæ gratos animos ad ingratitudinem prouocat,prout Sal.Ripa,Guli.Ben. Meynerius,& præcitati Doctores testantur,& Moder.in d.c.fi.Aliud exemplum vltra allegatum dictę com.opi.ponit Rip.in d.l.fi. Declaratur primò regula ista vbicũque donator donationem reuocare nõ potuit,vel quia ingratitudo sibi nota nõ fuit,vel repẽtina morte p̃uẽtus,impeditus fuit eã reuocare.ita voluit Io.And.Anc.Im. & cæteri Can.in d.c.fi.Rom.& Alex.in l.rei iudicatæ.ff.fol.mat.Faber in d.§.1.&Rip.in d.l.fi.q.61.vbi scribit istam esse comm.opi.& Moder.in allegato c.fi.quæ communis probatur hac ratione,quia nõ potest videri remissa ingratitudo ex taciturnitate defuncti, qui agere propter ignorãtiam, vel aliud impedimẽtum,nõ potuit.Argumẽto l. mater decedẽs.ff. de inof.testa. Ergo nõ mirum si heres suus potest ad reuocationem agere.Declaratur secũdo loco dicta cõclusio, q̃ñ fit reuocatio donatiõis in vltimo casu posito in d. l.fi.videlicet ob pacta donationi imposita,per donatariũ non adimpleta,nam hoc ius ad heredem quoque donãtis trãsmittitur,vi cõcludũt ibi Bal.Ang.Alb.Sal.&alij cõiter moti,quoniam nõ fit eo casu reuocatio propter ingratitudinem,sed pp pacta nõ seruata,prout etiam dicũt Abb.Sycul.& Barba.in d. c.fi.Fulg.& Ripa verò q.63.in d.l.fi.tradũt in hoc quãdam distinctionem,quæ erit satis vtilis in practica.Amplia,prędicta, q̃ donatarius in isto casu nõ posset purgare moraã & præsertim,quãdo ipse donatarius iurasset cõuenta inter ipsum & donãtem adimplere:nam iuramẽtum obstaret purgationi l.si qs maior:vbi Bart.C.de transact. & idem Bart. & alij communiter in l.si insulã. ff.de ver.obl.&ita in terminis cõsuluit Corn. consi.cx.vol.1.Sed nũquid purgatio ista moræ admittatur de æquitate Canonica,vide Moder.declarãtes in d.l.si insulam& Ripa in d.l.fi.n.110.cum seq.Sed vbicũque(nota ad prẽmissorum interpretationem)donatio esset remuneratoria,propter ingratitudinẽ reuocari nõ posset,secũdum Roma.consi.298. in fi.circa prẽmissum,& voluit Alex.cõsi.215.nec arguẽdi.volu.3.vni subdit, q̃ licet aliàs priuilegium exẽptionis possit reuocari propter ingratitudinem,vt notat Bal.in l.2.C.de lib.& eorum lib.tamen quãdo esset cõcessum in remunerationem, nõ posset reuocari propter ingratitudinem , ad quod allegat Bald.in l.si cum mihi.ff.de dolo, nec posset reuocari donatio facta Ecclesiæ,propter ingratitudinem Prælati,vt sentiunt omnes Can.in d.c.fi.& ista est communis opi.teste Ripa in d.l. fi.nu.173.& seq.vbi eam latè probat & declarat. F.Viuius.

donatio facta inter virum & vxorem,cõstãte matrimonio firmatur iuramẽto.Est communis opi.secũdum Ias.in l.pacta quæ cõtra.C.de pact.Dec.cõsi.232.dura admodum.Idem cõsil.240.& diligenter,Alex.consi.8.in 2.volu.Dec.dicit magis esse cõmunem,in cõsi.202.vt patris cõsult.vol.1.M.Chærian.

donatio facta inter patrem,&filium cõfirmatur iuramẽto. Est com.opi.secũdum Decium cõsi.239. Primò non videtur. in princip.& consil.432.cùm sit quod Almericus. Idem.

In donatione facta à patre filio propter benemerita,nõ stat tur soli assertioni patris de benemeritis , nisi aliter probẽtur. Est communis opi.secundum Decium, consi.366. pro declaratione.Oldr.consi.5.Titius dedit.in fi. Idem.

donatio causa mortis, facta per filium patri , ipso patre ad suam vtilitatem cõsentiente nõ valet, Est communis opi. secũdum Dec.consi.279.placet mihi.ver.ita ergo in proposito. vol.2. Idem.

Fallit quando pater generaliter cõsensisset filio donãti causa mortis,vt possit donare cui voluerit:ita Dec.in d.consi.ver. & certè negari non potest.

In Donatione remuneratoria,non habet locum dispositio l.si vnquam,C.de reuoc.don.Est communis opi.secun.Deci. cõsi.366.pro declaratione.ver.venio ad tertium dubium.Tamen pars,quę dicit donationem esse remuneratoriam,debet probare veritatẽ benemeritorum : nec sufficit assertio solius donantis,etiam in specie,secundum eundem.

donatio omnium bonorum,præsentium& futurorũ,facta Ecclesiæ valet fauore ecclesiæ.Est com.opi,secũdum Dec. in c.in præsentia.in prin.ver.opi.tamen.extra de probat.Alex.in l.stipulatio hoc modo concep.de verb.obl.Dec.in consi.488. in causa.ver.secundò respondetur,vol.3. Idem.

Vestes prætiosæ,gemmæ,catenæ,monilia,& alia ornamenta p̃ maritũ vxori vel sp̃osæ tradita,nõ cẽsentur donata,sed vt ornatius incedat,ad vsum tm̃ accommodata,igitur veniũt ip si marito,vel eius hæredib.restituẽda.Est cõis opi. secundum Corn.q̃.81.primus q̃sultationis.ver.nõ obstãtib.vo.j. Idem.

donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, etiam cum iuramento nõ valet omnino,nec in parte.Est communis opi.secundum Corn.consi.166.in præsenti.ver.ex quibus.vol.2.Pulchrè Dec.consi.30.vol.1. Idem.

donatio facta in aliquo testamẽto , in pœnam mutationis ipsius testamenti non valet.Est communis opi.secundum Alex.in consi.156.viso testamento.vol.7. Idem.

Iocalia & alia ornamẽta,missa vel tradita à sponso sponsę, in dubio nõ censentur ei tradita animo donãdi , sed ad vsum cõcedendi,vt sponsa venustior reddatur.Est com.opi. secun. Alex.consi.155.viso.tit.in fi.vol.7.& vide ś.n.7. Idem.

donatio facta filio emãcipato,aliis filiis in potestate cõferri debet,sed nõ aliis emãcipatis.Est verior & magis com.opi. secund.Dec.in cõsi.59.licet in causa.circ.fi.ver.nõ obstant allegata.vol.1.& com.opi.maximè procedit,quando non conferendo fratres ad maiorem æqualitatem reducuntur,vt ibidem tradit Deci.vers.sed tamen diligenter. Idem.

donatio omnium bonorum præsentium valet,& tenet.Est com.opi.secun.Corn.consi.228.viso. ver.nõ obstat,& consi.

252.primo.ver.sed quòd imò,vol.3. Idem.

Promissio sciẽter facta,etiam sine aliqua causa discreta vel specificata,videtur facta animo donandi.Est com. secundum Alex.consi.4.circa primum.ver.sed his nõ obstant.vol.1. Idẽ.

Donatio iurata non infringitur ex defectu insinuationis. Est vera opi.secundum Alex.in consi.4. vers. quinimò. virtute.vol.1. Idem.

Ad iudicandam quantitatem Donationis inspicitur quantitas bonorum existentium tempore mortis donatoris. Est com. opi.secundum Alexan.consi.14.circa primum.in fi.ver. non obstat.vol.1. Idem.

Constitutum donãtis,& possidentis,in fauorem primi donatarij.præfertur actuali donationi secundo donatario factæ. Est com.opi.secundum Alex.d.consi.14.in fi.vol.1. Idem.

Pactum q̃ Donatio prætextu ingratitudinis reuocari non possit,non valet,secundum Pau.&Ias.in l.fi.C.de pact.Butr.& Imol.in c.fi. de donat.Et est communis opi. secundum Alex. in l.stipulatio hoc modo concepta,de verb.obli.nisi interuenerit iuramentum:quia tunc tale pactum confirmatur secundum Alex.consi.40.super primo.ver.frustra quęritur.vol.4.& Corn.consi.102.vo.1. Idem.

Donatio facta patri à filio,de cõsensu ipsius patris indistinctè,non valet.Est magis com.opi.secun.Deci.consi.245.versi. non obstant.vol.3.post Soc.ln l.1.§.fuit quæsitum.ad Trebel. vide ś.nu.4. Idem.

Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum,reseruato tamen vsufructu,non valet.Est verior opi.secundum Ripam,in lib.3.resp.c.14.ver.circa tertium.& ita tenuit Pau. de Cast.in consi.cj.notandum est.in l.fi.C.de pact.Corn.in cõsil.176. in præsenti.volu.2.Dec.in consi.30.& in consi.251. in causa magnificæ. Licet contrarium tenuerunt Alex. & Ias. in l.stipulatio hoc modo concepta,de verb.oblig.tamen præcedens est verior,& communior,vt patet ex prædictis. Idem.

donatio facta alicui & eius liberis vel descendẽtibus,vt facta ordine successiuo vt primò pater,deinde post eius mortẽ filij admittantur.Ita est communis obseruantia, & Doct.opi. secun.Dec.in con.607.viso puncto.in prin.vol.5. Idem.

Donatio facta sine solennitatibus,à iure vel statuto requisitis iuramento suppletur & conualidatur.Est vera & com.opi. secun.Ias.in consi.51.si tota dubitatio.nu.3.vol.1.

donatio iuramēto firmata inter patrem& filium valet.Bal. in l.ſi.n.6.C.de vſucap.pro donato.Alex.de Im.in cōſ.8.nu,2. in 2.vol.& in cōſ.7.n.8.in 6.vol.cōſ.Pet.Philip.Cornæ.in cōſi.306.n.5.vol.3.conſ.Et hāc communem opinionem Doct. eſſe inquiūt Soc.Sen.in cōſ.91.n.8.in 1.vol.Crauet.in ꝓſ.201. n.1.ver.ſed præmiſſis.& Rol.à Valle,poſt alios multos allegatos in cōſ.77.n.2.in 1.Tom.& in cōſ.25.n.24.in 2.Tom.cōſi.Ita quoq; aſſeritur de donatione iurata inter vxorem & virum.Dec.in cōſ.202.n.2.& cōſ.240.in priñ.Licet Alc.in c.cū cōtingat.n.108.extrà,de iureiu.&moder.Pariſ.cōtrariam ſentētiam veriorē arbitrētur,in d.cōſ.202.in ver.arbitretur.& in d.conſ.240.in verb.iuramēto.De quorū modernorum Pariſ. ſententia dixi etiam in verb. donatio inter viuos facta inter virum & vxorem iuramento firmata valet. Kirchouius.

donatio excedens ſummam quingētorum aureorum carēs inſinuatione,etſi nō valeat.l.ſancimus.§.j.C.de don. tamē ſi iuramento confirmata fuerit,etiam in exceſſu valebit. Hāc Doc.communem ſentētiam eſſe ſcribūt cōſulēdo Dec.in cōſi.432.n.17.& 18.& in cōſ.488.n.6.& Rol.à Valle,in cōſ. 77. n.20.in 1.To.cōſ.vbi ipſi plures authoritates adducūt.Kirc.

donatio cauſa mortis cū hodie nudo pacto fieri poſſit iuxta ſentētiam gl.approbatæ.in l.cùm pater.§.Mæuio.ff.de leg. 2.donatarij præſentia cum taciturnitate cōſenſum inducit,& ipſius donationis validitatē:quia cùm agatur de vtilitate donatarij præſentis,cōſentire cēſetur.l.qui patitur.ff. mādati & per cōſequens interueniſſe pactum.Ita expreſsè cōſuluerunt Ang.de Peruſ.in cōſ.183.incip.ex thematę prædicto.n.3.cir. fi.Soc.Sen.in cōſ.112.n.7.& 8.in 1.vol.cōſ.Et hāc ſentētiam veram & communem eſſe,ſcribūt Hiero.Cagn.in l.ſemper.n. 7.ff.de reg.iu.& Benuenutius Stracchæ.in tarc.de aſſecuratio nib.in 3.par.25.Limita.n.86.licet ſniam cōtrariam amplexus fuerit Dec.in d.l.ſemp.n.4.& 5.& ī Rub.C.de pac.n.5.cui? argumēta ꝓfutat Cagn.ī d.reg.ſemp.n.4.5.6.& 7.cū ſeq.Kirch.

donatio & inter viuos , & à traditione etiam cōceptu adiectis turpibus,aut impoſſibilib.conditionib. euertitur.commune affirmat Eman.à Coſta in l.cùm tale.§.ſi arbitratu.limi. 2.nu.2.ff.de cond.& demonſt. E.Suarez.

Donatio,quæ legitimam filiorum exhaurit,ac re,& cōſ. in officioſa eſt,ſi in extraneum cōferatur, penitus reſcinditur,at quæ reipſa tātum inofficioſa eſt , ad legitimam vſque liberorum portionem dūtaxat retractatur:commune aiūt Curt.Se. cōſ.1.n.39.Soc.Iun.cōſ.67.n.55.lib.2.Pariſ.cōſ.72.n.28.& cōſi.73.n.26.lib.j.Iul.Clar.de don.q.24.ver.aut verò.Neque qđquam oberit , ſi iuſiurandum huiccè donationi acceſſerit.vt

frequenter placitum teſtatur Did.à Couar.lib.1.reſolu.c. 19. ver.cæterum. Non tamē iſthæc recepta ſentētia procedet, vt filius totam donationem re,& conſilio inofficioſam reuocet vbi pater illi aliquid teſtamēto reliquerit,quamuis ad ſuæ vſque legitimæ expletionem poſſit eam reſcindere vt receptū affirmat Bertand.conſ.38.n.3.lib.4. nec item vbi id genus donatio non in extraneum, ſed in aliquem alium filium collata eſſet.quia & in hac ſpecie ad ſolam legitimæ portionis ſummam donatio quocunque conſi.facta reſcindi poterit. vt receptiſſimum eſſe ſcribit Iul.Clar.vbi ſupra. E.Suarez.

donatio ob liberos poſtea natos vſque adeò iure ipſo reuocatur,atque euaneſcit,vt nihil obſit ante illos natos domini transiatio,nec item obſit nihil adhuc à patre petitum eſſe. vt commune affirmat Ripa.in l.ſi vnquam.n.103.C. de reuocand.donat.Reuocatur autem,quia tacitam liberorum conditionem cōtinere cēſetur,vt receptum aſſeuerant Io. Ceph. vir doctiſſimus,atque eruditiſſimus conſ.94.nu.11.Iul.Clar. de don.q.12.Viuius lib.1.opi.86. Vnde iuſiurandum ei additum nihil proderit.quod frequenti interpretum ſuffragio receptum teſtantur Ruin.conſ.70.n.13.iul.Clar.d.q.ver. ſtat ergo.Viuius vbi ſupra ver.itē ampliatur. Quin & illud nō proficiet,& ſi pars aliqua bonorum tantum donata ſit.commune dogma ait Rip.in d.l.ſi vnquam.q.3.nu.7.vel etiā ſi res aliqua ſingularis,quę minima non ſit,elargita fuerit commune infit Io.Nic.ad Alc.reg.1.præſump.13.&copiosè iul.Clar.d.q.ver ſi.quarto infertur.&ver.cæterum.Intellige tamen prędictam iuris definitionē nō procedere,cùm donatio in ſacrum,pium uè locum aliquem collata proponitur.quia tunc illa ſolùm, quatenus legitimam ſuſceptorum filiorum portionē exhauriz,reuocatur,vt commune renunciant Rip.n. 115. Tiraq.n. 66.in d.l.ſi vnquam.Pariſ.cōſ.73.n.24.li.j.Iul.Clar.d.q.ver.q̄ro etiam.Intellige ſecūdò & cum in vnum ex aliis liberis iam natis prædicta donatio delata eſt,non illam in totum, ſed tanquam in officioſam vſque ad legitimam portionem filiis poſtea natis debitam reſcindi.vt receptum fantur Ripa.Clar. ac Viuius vbi ſ.ver.ſed quid ſi pater.& Did.à Couar.lib.1.reſol. c.19.n.1. Intellige tertiò non proceſſurum ſuperius cōe placitum cùm ob merita donatur.cōmune aſſerūt Iaſ.cōſil.171. n.1.lib.4.Clarus vbi ſ.ver.item quæro,Viuius d.opi.in fi.& ſi cōtrarium iure verius ſit, ac reip. vtilius, vt alibi latè oſtenditur.Intellige quartò hanc omnem quæſtionem de medio ſublatum iri, cùm illi l.ſi vnquam expreſſim renunciatur. commune inquiūt Soc.conſ.147.n.17.lib.1.Tiraq. in eādem l. in præfat.n.174.& qui multos ꝓtrariæ ſectæ auctores refert Iul. Clar.d.q.ver.tertio infertur.Intellige quintò,ꝙ licet ipſo iure fiat iſthæc huius donationis reuocatio,& filius naturalis ad illam ſufficiat,tamen ſi donator ad extremum vitę vſq; crepuſculū tacuerit,illius hęredes eam reuocare nō poterūt.vt cōia latè,ac diligēter ponit Iul.Clar.in laudata quæſt.ad fi.Suarez.

donatio cùm ob pactam fidem non ſeruatam reuocatur, & ab hæredibus,& contra hæredes reſcindi poteſt.commune teſtificantur Curt.iun.conſ.126.n.14.Iul.Clar. de don.ad fi. Viuius lib.1.opi.79.ver.declaratur ſecundo loco. Suarez.

donatio non tantum ob ingratudinis cauſas iure ſcriptas. ſed etiam ob alias ſimiles,aut maiores reuocabitur.commune ponunt Ant.Gomez.de teſta.c.11.n.25.ver.ſed ex his.Iul. Clar.de don.q.21.Viuius lib.1.opi.79.Intelligenihil ingrato profuturum pactum,aut ſtipulationem de nō reuocanda donatione,quin poſtea donatio ob admiſſum ingrati vitium reſcindi poſſit,vt commune ait Ant.Gomez.de teſtam.c.vl.nu. pen. in fi. Intellige ſecundò, idem futurum & ſi donationem non reuocaturum conceptis verbis iurauerit. commune inquiunt Corn.conſ.224.lib.4.Alc.in c.cum contingat.n.39.de iureiur. Curt.iun.cōſi.33.n.21.quod & ſummè pium.ac reip. vtile arbitror.& ſi contrarium magis probauerint,ac receptū deblat erauerint Alex.n.23.Aquenſ.in l.ſtipulatio hoc modo ff.de verb.obl.Bauer.de virt.iuramen.caſu.38.Rub.conſi.64. n.3.Bolognet.in l.vlt.n.97.& ſeq.C.de pact.Intellige tertiò,idem omnino proceſſurū, & ſi huic reuocationi ex ingratitudinis cauſa expreſſim renuncietur,dū tamen & donator,non eius hæres agat, & contra eum, cui donatum eſt, non aduerſus eius ſucceſſorem agatur, quia generaliter id criminis nec ab hærede.nec aduerſus hæredem intētabitur.communia cefſer Anto.Gom.de contract.c.4.n.14. ſed & donatoris hæres tunc ſemper admittetur,cum vel cauſa ingratitudinis donatori ipſi occulta fuit,vel donatori morte prauēto tempus, & commoditas agendi non fuit commune aſſerunt Rip.in l.vl. q.61.C.de reuoc.don.Vi.lib.1.opi.29. Suarez.

donatio verbis generalibus,& aſſentatoriis concepta,nempe non ſolùm eam rem,quam peris,ſed &meas res omnes alias, ac quidquid tibi videbitur promitto donatorem non obligat.commune aiunt Ex ea de pact.par.1.n.171. Viuius lib. 2.opi.ccxlij.& ſi facile cōtrarium iure poſſit probari. Suarez.

donatio,quæ à traditione initium ducit,non parit euictionis obligationem.commune enunciat Curt iun.conſ 178.n. 27.Amplia & ſi ficta ſit traditio per conſtitu.clauſulam. commune aſſeuerat Tiraq.de conſtit.2.par.n.6. Secus autem erit ſi à promiſſione cōtexatur.communia ponunt Ant.Gomez. de contract.c.2.n.35.Viuius lib.1.opin.80.& ſi de iure verius ſit nunquam euictioni locum fore. qua de re alibi latiùs, & commodiùs. Suarez.

donatio in legatos,aut oratores collata non principis ſed ipſorummet contemplatione cenſetur facta.vt commune dicit Alciat.reg.1.præſumpt.18.numer.12.Villa.in ſua collect. E.Suarez.

donatio in clerici,militis,vel aduocati concubinam,ab iis collata,qui cum illis rem habent,nullius eſt ponderis,ac momenti,quamuis expreſſa meritorum nuncupatio ſubdatur,ſi merita ipſa non probētur.receptum inquit Io. Cora. in l.frater à fratre.§. quæritur. numero 55.ff. de condition.indebit. Suarez.

donatio à patre in filium nōdum ſuo mancipio,ac poteſtati exemptum delata,nihil omnino regulariter valet commune teſtificantur.Io.Crot.in l.frater à fratre.ff.de condict.inde. Iul.Clar.de don.q.8.& Viuius libr.1.opi.74.Producit tamen ſupernaturalem obligationem, vt cōmune effatur Io. Cora. in l.ftater à fratre.§.quæſitum n.46. Ac ſi traditio præceſſerit, patris morte cōfirmabitur,vireſque ſummas nanciſcetur.cōmune fatur Iaſ.in d.l.frater.nu.45.Valebit autem ſtatim,ac firma prorſus erit, ſi iureiurando munietur,receptum pangunt Rip.in l.ſi vnquam.n.35.C.de reuoc.don.Alc.conſ.45.n.2.Pariſ.conſ.69.nu.128.libr.3.latiſſimè Iul.Clar.vbi ſ.q.8.ver.ſed quæro.Viuius d.opi.74. Valebit ſecundò ſi fiat ob merita, vt commune affirmant Deci.in l.ſi donatione.n.10. C. de colla. Rimina.conſ.240.n.3.Io.Cephal.cōſ.61.n.13.Clar.vbi ſupra ver.hæc tamen concluſio.Viui.laudata opi.ver, ſecundò fallit.&qui cum multis præferendus multis contrarium meritò aſſerit Arius Pinel.in l.1.part.4.n.62.ver. infertur vndecimo. C.de bon.mat.quin & in dubio ſi nulla donationi cauſa adiiciatur,& filius antea de patre præclarè meritus fuerit,valebit donatio,&ob merita cenſebitur facta.vt commune aſſeuerāt Crot.in d.l.frater à fratre.n.79.Viuius vbi ſupra,ver. Ampliatur dicta limitatio.& ſi minus hæc communis opi.quam illa vt dixi,iure ſubſiſtat,preſertim ſi qua expreſſim ſanguinis mētio fiat iuxta præcitatos;opus tamen ſemper erit,vt beneme rita probet filius, nec enim aſſertioni patris etiam ſpeciali de illis fides habebitur.commune teſtificantur Ruinus in conſ. 96.n.2.lib.5.Cotta in memorab.ver.donatio inter patrem & filium.Iul.Clar.vbi ſ.ver.hinc infertur.Viuius dicto loco ver ſi.& in hoc nō ſtandum eſſet.Quin & poſtquam merita filius ꝓbauerit,eatenus dūtaxat donatio valebit,quatenus ipſa merebuntur.commune ait Dec.in l,petens n.17.C. de pact. idq; prudentis iudicis arbitrium metietur. vt receptum enunciat Iaſ.conſ.154.n.5.lib.2.Clar.ac Viuius vbi ſupra conferetur tamen poſt patris mortem huiuſmodi donatio.atque in legitimam filij portionem imputabitur,ſi aliter nō ſit expreſſum, vt frequenter placitum infit Alex.conſ.8.lib.2.& vide ī.verſ. donatio quæ à patre.Valebit tertiò iſthæc donatio, de qua agimus,nec vnquam poſtea conferetur,ſi ſit facta ſtudij cauſa. vt commune aſſerunt Iaſ.in l.1.nu.52.ff.ſolu.mat.ſegur.in l. vnum.ex familia.§.ſed fundum.n.131.ff.de leg.lib.2.Iul. Clad.q.8.ver.tertiò infertur, & ſi perperam magis commune aſſerat contrarium Rip.ad laudatam l.1.numer.104. quem parum iuuant rationes adductæ à Iul.Clar.vbi ſupra, & à Viuio d. opi.lxxiiij. in fine, vt alibi latius, & opportunius oſtendo. E.Suarez.

donatio, quæ à patre in liberos eius ditiōi adhuc ſubiectos collata ſtatim valet,non aliter poſt eiuſdem mortem conferetur,quam ſi legitimam ipſorum portionem exceſſerit, quippe alioquin & ratione legitimæ facta videbitur , & magis legati naturam,quam donationis induet.cōmune aiunt Ruin. in l.in quartam.n.18.& nu.23.ff.a.l.Falc.Soc.conſ.18.libr.2. Io.Coraſ.in l.filium quem habentem.nu.106.C.fami.erciſc. E.Suarez.

donatio,quæ à parentibus,vel ab aliis in eos cōfertur, qui ipſis ab inteſtato alioquin ſucceſſuri ſunt.liberalis donatio nec dicitur,nec dicitur, nec donationis definitionib.regitur. vt voluit Bar.n.1.Plat.n.2.in l.1.C.de impon.lucrat.deſcript. lib.10.quem ſequitur Arer.conſ.17.nu.3.Tiraq.cum aliis de retract.lign.l.1.n.47.dicit receptum Arius Pinel.contrarium

euidenter verius oſtendens in l.1.par.3.n.61.ver.infertur.29. C.de bonis maternis. E.Suarez.

donatio inter viuos facta inter virum & vxorem iuramento firmata valet,licet aliàs ſine iuramēto nō valeret.l.1. ff.de don.inter vir.& vxo.Et hanc ſententiam de iure veriorem & magis communiter approbatā eſſe,conſulendo tradūt Alex. de Imo.in conſ.157.n.17.in 2.vol.conſ.& idem Alex.in conſi.8.n.3.in eod.vol.Dec.in conſ.102.n.2.in 1.parte cōſ.vbi ipſe contraria argumenta ſoluit.Licet hanc communē ſententiam falſam eſſe Moder.Pariſ.crediderūt, per authoritates ab ipſis allegatas in verb.firmetur.ad d.conſi.8. Alex.de Im.Sed priorem approbat & ſequitur Rol.à Valle,in conſ.8.n. 16.in 1.Tomo conſi. Kirchouius.

Donatio nō vitiatur ex defectu inſinuationis,ſi nullitas opponeretur,iuxta l.ſancimus.C.de don.ſi iuramētum interuenerit.Hanc ſententiam veram & communem eſſe paſſim ſcribunt Doct.Alex.de Imo.in conſ.4. nu. 10.& ibi Apoſtillat.in verb.iuramenti.in lib.1.conſ.Dec.in conſ.432.n.17. & 18.in 3.parte conſ.&in conſ.488.n.6.in 4.parte cōſ.Iaſ.in conſ.118. n.2.in 4.vol.conſ.Rol.à Valle,in conſ.19.n.48.in 1.Tom.cōſil. Licet multi Docto.contrariam ſententiam ſecuti fuerint, quos refert And.Barb.in conſ.15.n.35.in 2.vo. kirchouius.

donatio inter virum & vxorē reſoluitur per mortem donatarij prædecedētis donatori l.à marito.C. de don.inter vir. & vxo.l.ſi inter virum ff.de reb.dub.l.quod de bonis.§.ex donationib.& ibi Pau.de Caſt.n.2.ff.ad l.Fal.&ita inquit Dec.donationem factam per maritum vxori,præmoriente vxore reſolui.l.non omnis.n.8.ff.ſi cert.pet. ſed quid ſi iuramētum acceſſiſſet.Reſpondent Bald.Dec.& alij,ꝙ quemadmodum donatio cauſa mortis in cauſam caduci conuerteretur, quando donatarius præmoritur donanti, etiamſi donatio ipſa ſit iuramento firmata.Quia iuramentum recipit interpretationem, ſecūdum naturam actus ſuper quo interponitur.l.ſi.C.de nō nu.pecu.Ita etiam donatio inter virum & vxorē.Nam ſi præmoreretur donatarius lex illam reuocat,& in cauſam caduci conuertit Bal.in conſ.29.in 1.vol.Dec.in conſ.240.cum vlterius non extendatur iuramentum,quam extenderetur virtus promiſſionis,vt in caſu præſenti etiam cōſulendo ſcribit Deci.in conſ.536.horum ſententias & alij ſequūtur vt refert Pariſ.in conſ.85.n.47.in 3.vol. Sed alij contrariam ſententiam tanquam veriorem & communem defendunt,per multas rationes, & argumenta quæ referunt excellentiſſimi recentiores Alc.in c.cum contingat.n.108.ver.tertiò limitatur, vt nō procedat quando donatarius prædecederet donanti.extr.de iureiur.Aym.Crauet.in conſ.102.in 1.part.& Rol.à Valle, in conſ.77.n.7.cum ſeq.in 1.Tom.conſ.&in conſ.25.n.24.in 2. Tom.Sed Moder.Pariſ.Baldi,Decij & aliorum ſententiam ſequuntur in ſuis annotationib.in d.conſ.240.in verb.tacitam. & in verb.habet.in d.conſ.536.in verb.iuramentum.quæ cōmunior videtur. Kirchouius.

donatio inter cōiuges ſi iureiurando vallata ſit. firma ac rata prorſus erit commune aſſeuerant Alc.in c.cum contingat. n.196.cum ſeq.de iureiur.Boer.deciſ.92.n.6.Io.Cro.in l.frater à fratre.nu.71.& ſeq.ff.de cond.indeb.Cot.in memorab. ver.donationes inter virum & vxorem.Crauet.conſ.81.n.1. & cōſ.102.n.2.& latiſſimè in propoſito conſulens Io. Ceph. vir doctiſſimus,atque eruditiſſimus cōſ.61.n.15.& n. 22.Iul. Clar.de don.q.9.ver.ſed quid ſi in ipſa donatione,Viuius lib. 1.opi. 75.& ſi non perperam cōtrarium cum multis aſſerant: tamen id commune affirmantes Curt.ſen.conſ.66.n.3. cum trib.ſequentib.Caſſan.in conſuet.Burg.titu.de iuribus ad matrimonium attinētibus.§.7.quorum contraria ſententia tunc proculdubio admittitur. cùm ſimulata donatio erit. vt aſſerunt commune Iul.Clar.d.q.ver.hæc tamen cōcluſio,Viuius vbi ſ. niſi tamen iuſiurandum in promiſſionem de non contraueniendo nuncupatum proponatur. quia tunc enim ſimulata donatio valebit.commune ponit cum Bald.de dote.par. x.& cum aliis,Viuius vbi ſ.Valebit item ſi alternis fiat, vt ſ.ſi alterutrum eorum mori cōtingat,ſuperſtes bona omnia,aut aliquam bonorum partē habeat.vt cum Iaſ.in l.ſi pater puellæ,C.de inof.teſta.Soc.reg.204.in primo ver. commune ponit Viuius d.opi.75.ver.fallit teriò,adde latè Io.Ceph.conſil. 43.n.7.Valebit rurſum huiuſmodi donatio,de qua diſſerimus ſi ob merita fiat:vt frequenter placitum atteſtantur Soc.conſi.66.lib.1.Ant.Gomez de contract.c.4.n.31.Viuius opi.ver. fallit 2.Io.Ceph.cum multis,conſ.61.n. 12. & qui in contraria omnia meritò abit Arius Pinel.in l.1.par.3.n.61.C.de bo. mat.vnde & ea donatio valebit.quæ à ſene,vel populari marito,in vxorem iuuenem,ac bellam,vel nobilem alioquin deferetur.vt receptum aiunt Curt.iun.conſ.6.nu.20.Bal.de dote. part.x.n.7.Iul.Clar.d.q.9.ver.ſed pone,Viuius.vbi ſupra in fine ſed profectò qui à Pinelli ſententia erūt,vt omnes diligentius rem perpendentes erunt,hanc opinionem æquè ac ſuprà proximam omnino refellent.Memineris tamē ſemper,quod is merita probare tenebitur, cui donatum ob illa aſſeritur, vt commune aſſeuerant Soc.conſ.65.& cōſ.66.lib.1.Clarus,ac Viuius vbi ſ.Memineris etiam perpetuò,quod huius generis donatio alioquin inualida,ac nullius momenti.morte donātis cōfirmabitur ſi vel ficta traditio interuenerit, vt voluit gl. vlt.in fi.in l.2.C.de dot.caut.non nume.cōmuniter interpretibus placita.vt conſtat ex Pariſ.conſil.90.n. 17.lib.3.Did.à Couar.lib.1.reſolut.c.7.n.4.& in rub.part.3.n.3.de teſtam.& intellige illam duntaxat confirmatum iri donantis morte,quatenus legitimam ſeptingentorum ſcutorum ſummam nō excurrit,ſi alioquin inſinuatione caruerit.vt commune ait Bellon.conſ.4.n.11.cui adde multos,quos laudat Io.Ceph.conſ. 61.nu.3. E.Suarez.

Donatio alternis facta,quam reciprocam doctores dicunt inſinuatione non eget,& inter coniuges fieri poteſt. vide ſupra ver.donatio aureos quingentos.& ver.donat.inter coniuges. nec enim donatio propriè cēſetur:vt commune ait Cur. iun.conſ.82.nu.5. Suarez.

donatio in pium,ſacrumue locum aliquem collata,nec inſinuatione eget, vt ſupra obſeruaē ver. donatio aureos quingentos, nec ob iuſtas ingratitudinis cauſas à prælato, ac toto inſuper c.admiſſas reuocatur.commune aſſeuerāt Rip.lib.2. reſp.q.28.n.20.Iul.Clar.de don.q.21.in fi.Viuius li.1.opi.79. in fi. Suarez.

donatio,quæ alicui cōfertur ea conditione, vt caſu aliquo interueniente,ad alium vel tota,vel eius pars perueniat,& abſenti illi alij,& non agnoſcenti vtilem condictionem:ſi caſus aduenerit,abſque vlla ceſſione pariet,non vero etiam rei vendicationem ſuggeret.vt probat apertè text.in l.quoties.C.de don.quæ ſub modo.& eſt receptum ex Alc.in l.traditionibus ad fi.C.de pact.&in c.cum contingat.n.239.de iureiur.Guid. Pap.quem refert,& ſequitur Tiraq.de conſtit.par.2.ampliat. 28.Aym.Syuel.conſ.9.Ant.Gomez in l.40.Tauri.n.25.Soci. conſ.115.n.1.lib.4.Did.à Couar.lib. 1.reſolut.c. 14.quamuis Dec.conſ.239.& in l.traditionibus.Rip.libr.3.de reuoc.don. c.1.ad fi.cōtrarium negligenter,ac perperam tradiderint.Qđ primo intellige in donatione,& cauſa dūtaxat penitus lucroſa ex illorum omnium parte,qui id negocij agunt vt commune reſoluit Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in 1.n.22.ff.ad Senatuſconſult.Trebel.& communiter tradūt ij,quos ſtatim infra laudo. Intellige ſecūdò, cum res eadem non alia danda eſt.vt commune aio ex Bar.Iaſ.n.26.& ſeq.in l.ſtipulatio iſta. §.ſi ſtipuler.ff.de verb.obl.Pau.in eiuſdem l.§.alteri.ad fi. Alc. in l.certi condictio.§.ſi nummos.n.2.ff.ſi cer.pet.late Exea de pact.n.128.Ant.Gome.in d.l.40.Tauri.n.25.Did.à Couar.vbi ſupra.Vel etiam vbi pecunia loco rei elargienda erit.commune affirmat Soc.conſ.236.n.1.lib.2.Intellige tertiò,quod pendente vel caſu, vel tempore, & ante illius tertij acceptionem liber pro animi ſui ſententia pactum huiuſcemodi adiectum donationi,& donationem ex illo emerſuram reuocare poſſit.vt eſt frequens interpretum dogma cum Bar.in l.q Romæ.§.Flauius.ff.de verb.obl. & ibidem atteſtantur Soc.n.16. Iaſ.n.24.Cagnol.in l.id quod noſtrum.nu.12.ff.de reg.iu.Exea de pact.n.143.Grat.conſ.25.n.39.lib.1.Aym.d.conſ.9.nu. 11.& conſ.135.n.10.Did.à Couar.d.ca.9.n.17.Ant.Gome.in d.l.40.Tauri.n.26.ad fi.Duennas reg.216.Iul.Clar.de don.q. 13.ver.difficultas eſt.vbi multos contrarium aſſerentes commune refert.quib.acceſſerunt Did.à Couar.Aym. & Anton. Gomez.vbi ſ.& ipſe alibi latius illorum ſententiam Deo volente cōfirmabo. Non tamen donatoris hæredibus idem vſquam licebit. vt cōmune profitētur Soc.in d.§.flauius.n. 19. Did.à Couar.d.c.14.n.17.Iul.Clar.d.q.13.verſ.vlt.Amplia,ac perpetuo reminiſcere,quod ſi ille tertius præmoriatur, ſpem ac ius,ꝙ habet,ad ipſius hęredes tranſmittet.vt commune auſim pronunciare ex Old.conſ.224.n.28.in fi.Abb.conſ.85.li. 1.Pau.conſ.164.num.7.lib.2.Dec.conſ.443.Afflict.in c.1.numer.20.verſic.11.arguitur.de ſucceſſ. feud. in vſibus feudor. Suarez.

donatio atque omnis generaliter lucroſus contractus in liberum illius arbitrium,in quem confertur rectè refertur.commune loquitur Anto.Gomez.de contractib.cap.20.num.19. Suarez.

donatio fundi trium iugerum non concutitur, ꝙ plura iugera fundo inſint,imò donatio in toto fundo rata eſt. cōmune dicunt Alex.conſ.106.lib.6.Dec.conſ.347.quod intellige cum donatio à fundo ipſo,non ab illis iugeribus initium du-

xit, alioquin in iugeribus nominatis donationi tantùm robur erit.commune inquit Curt.iun.conſ.131. Suarez.

Donatio non præſumitur,ſi quis alicui dicat,tolle pecuniā cùm magna pecuniæ ſumma eſt,ſecus ſi parua ſit.commune ponit Ioan.Lup.in rubr.§.11.n.1.de don.inter vir.&vxo.Nec item præſumitur cū debitor aliquid creditori ſimpliciter dedit,tunc enim compenſatio potiùs cenſetur. commune aſſeuerat Io.Coraſ.in frater à fratre.n.42.ff.de cond.indeb.&vide infra ver.donata.Ac memineris præſumptam ſeu tacitam donationem non minùs inſinuatione egere,quam expreſſam vt frequenter placitum inſit.Curt.iun.conſ.136. Et potius errorem ac fatuitatem præſumi quàm donationem.vt commune pono ex gl.Bal.& Ang.in l.generaliter. C.de non num.pecu. Alex.conſ.13.lib.1.& conſ.19.lib.2.Dec.conſ.350.Alciat.de præſump.ac viro multæ doctrinæ Io.Cephal.conſ.39.nu. 30. Suarez.

donatio ſub clauſula, ſi donator caſu aliquo teſtamentum reuocarit,inutilis eſt,nec à iureiurando vires mutuatur.commune ait Ale.conſ.156.lib.5.& vide infra verſ.teſtamentum. Suarez.

donatio ob merita, ſeu cauſam, non eget inſinuatione, vt receptum eſſe literis produnt Rip.in l.ſi vnquam.n. 35. C.de reuoc.don.Iaſ.in l.ex hoc iure.n.53.ff.de iuſt.& iur. Tiraq. in d.l.ſi vnquam.ver.donatione.n.44.Aufrer.ad Capel.Thol.q. 381.Petruc.in l.1.n.180.ff.de iureiur.latè Io.Ceph.vir multæ doctrinæ,atque eruditionis conſ.61.n.17.Nec reuocatur ob ingratitudinem.vt commune aiūt Boer.dec.27.Tiraq.d. ver. donatione.n.12.Roma.conſ.26.n.8.Fortun.in l.1.§. ius naturale.n.61.ff.de iuſt.& iur.Gozad.conſ.50.n.10.Curt.ſen.conſ. 66.n.2. Grammat.deci.65.n.24.multoque minus donatio,q̄ princeps ob præclarè merita confert,poterit ex cauſa reuocari,vt cēſuit Bald.in l.ſi cum mihi.ff.de dolo.cuius opinionem frequenter placitam effero ex Iaſ.in d.l. ex hoc iure.n. 54.Fel. in c.nouit.de iudic.Tiraq.d.ver.donatione.n.13.Capic.deciſ. 121.n.15.Afflict.in c.1.n.24.de natura feud.Ari.Pinel.in rub. par.1.c.2.n.31.ad finem.C. de reſcind. vend. Quin nec ſubſequenti liberorum ſuſceptione retractabitur.vt commune ponit Rip.in l.ſi vnquam.nu. 25.atque euictionis obligationem ſemper pariet,ſeu à promiſſione,ſeu à traditione ordiatur.cōmune aiunt Crauet.conſ.64.n.12.Boer.dec.67.Viuius lib. 1. opi.80.ad finem.Ac denique,& vltra quam facere poſſit,donatorem obligabit. vt commune ponit idem Viuius eodem lib.opi.81.Sed enim & falſas iure,& vſu pernicioſas reip.cōmemoratas omnes ſuperiùs opiniones cum multis aſſeuerat, atque oſtendit præclarus iuris interpres Arius Pinel. in l. 2.par.3.n.62.cum præcedenti.C.de bon.mat.à quo ſto.An autem,& quando,& quomodo merita probari debeant.vide infra ver.merita. Suarez.

donatio ob merita quæ remuneratoria dicitur, nudo pacto haud hodie perficietur.commune ait Iaſ.in l.iuris gentiū. §.quinimò.num.19.& ſeq.ff.de pact.quem merito improbat Iul.Clar.de don.q.14.ver.quæro an diſpoſitio. Suarez.

Donatio ob merita,in perſonas aut ſolidi non capaces,aut omnino incapaces collata, nullius eſt momenti, qua ſine ſupergreditur merita.vt receptū pronuncio ex Alex. in l.ſi donatione.n.4.C.de collat.Iaſ.& Dec.in l.petēs.C. de pact. Caſſan.in conſuet.Burg.rub.7.§.5.n.49.Tiraq.in l.ſi vnquam.ver ſi. donatione.n.71.& ſeq.C.de reuoc.don. & idem atteſtātur notabiliter Soc.conſ.91.n.9.lib.1.Bertr.conſ.164.nu.2.lib. 5. ſtabiturque ea in re iuſto iudicis arbitrio.vt frequenter placitum effantur.Iaſ.cliiij.n. 5.lib.2.Loazes in alleg.pro Marchione.num.3. Suarez.

Donatio,quæ mero facto conſtat, ſi pacto nudo conficiatur, obligationem non pariet at ſi quid mixti ſecum habuerit,ſecus erit,vt cum quis donandi animo Romam ſe iterum promittit,pacto nudo non obligabitur.Cum alteri effodiendæ cretæ in ſuo agro facultatem paciſcitur,obligabitur. communia ponit Viuius lib.1.opi.14.ver.quarto loco. Suarez.

donatio locum non facit legi.2.C.de reſcind. vend. vt frequentiſſimis doctorum ſuffragiis ſanctum ponit Arius Pinel. ad eandem l.2.par.1.c.4.nu.4. Suarez.

donatio ſimplex vbi fit mētio de donatione ſimplici:in dubio intelligitur de donatione inter viuos, vbi verò in donatione fit mētio mortis,tūc illa cēſetur mortis cauſa donatio, teſte Rom.cōſ.229.col.1.vbi in caſu de quo ibi ſuſtinet donationem mortis cauſa nō inter viuos, per l.ſeia.ff.de don. cauſa mor.ſequitur Alex.cōſ.81.nu.2.lib.1.Boer.q. 353.in prin. Rom.cōſ.513.in prin. vbi quādo cauſa mortis donatio facta cēſeatur?de qua per eūdem Rom.d.cōſ.229.col.1.Corn.cōſ. 289.n.11.lib.4.Quibus Adde ꝙ donatio cauſa mortis ad eſſe ſui requirit perſonæ præſentiam,ex not.per eundem Rom.d. cōſ.513.n.2.& d.cōſ.col.fi.vbi ꝙ & ſi in donatione adſit clauſula per quam promittat quis donationem nō reuocare. tūc quāuis facta ſit mētio mortis:erit tamē donatio inter viuos,l. vbi ita donatur.ff.de don.cauſa mor.Ang.cōſ.179.col.5.n.6. Alex.cōſ.14.col.2.li.1.Boer.d.q.353.n.11.quam differētiam inter donationē cauſa mortis & inter viuos vide per Alex.cōſi.152.n.10.libr.6.pulchrè per Nat.cōſ.115.270.Iaſ.in l.quæ dotis.à n.26.vſque ad 48.ff.ſol.mat.Corn.cōſ.223.lib.1.Alc. conſ.81.lib.1.quādo autem donatio cauſa mortis ꝯuertatur in donationem inter viuos:& per quæ verba?dic,vt per Dec. conſ.305.470.quid quādo quis in donatione cauſa mortis ꝓmiſit non reuocare?& dic per Dec.cōſ.521.n.13.Iaſ. in l. non omnis col.2.ff.ſi cert.pet.Aym.cōſ.214.n.10.Rol.cōſ.8.n.6. & ſeq.lib.1.conſ.61.77.82.lib.2.& an donationes cauſa mortis reuocētur ad inſtar legatorū?dic,ꝙ nō, ex no.per Rom.d. cōſi.229.n.2.Dec.d.l.nō oīs.n. 14.quid de donatione facta de nomine debitoris? an videatur reuocata per exactionem partis? & ad quid teneaē heres eius qui donauit cauſa mortis nomen debitoris? dic vt per Rom.d.conſ.229.col. 1.poſt med. vbi ꝙ ex donatione de re aliqua vtenda ad tempus transfertur in donatarium ius plene proprietatis,ex iuribus ibi alleg.

Donatio ſi fit alicui pro benemeritis, & bonis ſeruitiis habitis,ſi non legitimè de cauſa allegata,& benemeritis conſtet, aſſertioni donatoris de tali cauſa. & benemeritis non creditur per doctrinam cōmuniter approbatam.in l. ſi fortè. ff. de caſtr.pecul.Dum vult,ꝙ quando validitas donationis conſiſtebat in bene meritis,ſola aſſertio meritorum non ſufficit,vt per eum communem ponit Soc.iun.in conſ.8.n.28. volu.4. E.Muſcul.

donatio inter viuos, habitura effectum poſt mortem, ſub conditione,ſi donans deceſſerit ſine filiis legitimis,& naturalibus valet.vt eſt communis concluſio Doct.ſecundum Soc. iun.in conſ.21.nu.1.vol.4.cum concordantibus ibi per eum. E.Muſcul.

donatio facta Eccleſiæ,vel Epiſcopatui,nō indiget inſinuatione,ſecundum magis communem opinionem:vt ſcribit Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ n.82.in lib.de conſtitut.Vbi etiā ponit rationem differentiæ inter clericum &eccleſiam vt per eum.Quem etiam retulit & ſequutus eſt Soc.iun.conſ.82. n. 31.in 4.vol. Muſcul.

donatio reuocatur per natiuitatem filij iuxta l.ſi vnquam. C.de reuoc.don.Nam ſatis eſt filium naſci,etenim donatio reuocatur,eò,ꝙ facta dicebatur ſub conditione,ſi donans filios nō habuerit,vt per Doct. in d.l. ſi vnquā.Et durat reuocatio, ſeu annullatio donationis etiam, ꝙ filius viuo patre decedat, vt voluit Bart.in l.Titia cū teſtamento.§.Imperator.ff.de leg. 2.Et eſt communis opi.Doct.in d.l.ſi vnquam. vt ibi nouiſſimè per Tiraq.ſuper verb.ſuſceperit liberos.n. 151.cum aliis ſeq.quod etiam voluit ibi Ripa q.38.in prin.&c.niſi veriſimiliter cōſtet,ꝙ voluerit in donatione perſiſtere,& ſic ſufficit illam conditionē ſemel defeciſſe.per natiuitatem filij.licet poſtea ille decedat. Id communi interpretum ſententia receptū affirmat Soc.iun.in conſ.29.num. 19.vol.4. E.Muſcul.

donatio filiofamil.facta,ita vt ipſi ſoluatur,per hoc dicitur facta prohibitio vſusfructus ipſi patri,idque tacitè colligitur ex eo,ꝙ relinquens,vel donator voluit ipſi filiofam.ſolui:ſecundum doctrinam Bart.per illum tex.in l.ſi vſusfructus.§. ſi ita quis. ff. quando dies leg. vt per eum, cum quo tranſeunt communiter Doct.vt ait Soc.iun.cum cōcordantibus ibi per eam in conſ.84.n.11.vol.4. E.Muſcul.

donatio iuris præſentādi facta à patrono cum cōſenſu epiſcopi,valet.Et hāc communem Doct. ſententiam eſſe referūt Philipp.Dec.in cōſ. 541.n.2.Rochus de Curte.in trac.de iure patro.in ver.pro eo.in 2.q.n.3.in 15.vol.tract.Quæ tamē ſententia intelligitur, quādo donatio de beneficio vacāte, ſecùs autem de beneficio vacaturo facta eſſet.c.ſi.ext.de cōceſſ.pb. & ibi Abb.in vltimo notab.n.6.ait,ꝙ ſicut collator nō poteſt promittere beneficium vacaturum,ita nec dare in ſpecie alicui poteſtatem cōferendi antequam vacet.c.conſtitutus.c.2. ext.de cōceſſ.præb.ſic & patronus nō poteſt promittere pręſentationem alicui, nec dare in ſpecie alicui poteſtatem præſentandi cùm vacabit,quia ea ratio quæ eſt in collatione militat in p̄ſentatione.nā ſperās ſe præſentādū deſideraret mortē ꝓximi.Quā cōcluſionē plurib.authoritatib. cōfirmat Rol.à Valle,in conſ.47.n.53.cum ſeq.in 1.Tom.conſ. kirchouius.

donatio facta eccleſiæ alicui an valeat ſine inſinuatione,exiſtimat gl.eam factam eccleſiæ excedentem ſummam quingentorum aureorum ſine inſinuatione non valere, & ſic niſi fieret coram iudice,& probaretur in actis publicis gl.in l.ſan-

cimus.in verb.ad quingentorum aureorum. C.de dona.glo. in verbo,si minus igitur. & in verbo, firma. in Authentic. de non alie.aut permu.rebus eccle.colla.2.Bal.in l.illud.n.3.ver si.tertiò quæritur,C.de sacrosf.ec.quia speciale est in donatione quæ fit pro redemptione captiuorum,vt illa valeat cuiuscunque sit quãtitatis sine insinuatione.l.si quis pro redẽptione. C. de don. ergò secùs videtur in donatione quæ fieret ecclesiæ aut piis locis.Hanc sentẽtiam sequitur And.Sicul.in c. adhæc.ext.de testam.Sed cõtrariam sentẽtiam,ꝙ hodie indistinctè valeat donatio facta ecclesię sine aliqua insinuatione, defendit Bar.in d.l.illud.n. 5.quem alij sequuntur, adiicientes rationem per tex.d.l.si quis pro redẽptione. sicut in donatione facta pro redemptione captiuorum est sublata solennitas insinuationis,ita eodẽ fundamento asserendum in donatione facta ad quamlibet piam causam,quia incernentibus animam & fauorem religionis, cùm videatur esse eadem ratio, eadem etiam esse debet iuris dispositio.c.cum dilecta.extr.de confir.vtili vel inutili.Spe.in tit.de instr.edi.in §.porrò. nu.7. ver.itẽ no.in fi.lib.2.par.2.copiosè pro more suo D.Panor.in c.relatum.j.n.4.ver.sed quæro.ext.de testam.Et hanc opinionem communem Doct.esse scribit Ias.in cons. 169.nu.8.ver. breuiter in contrarium.in 4.vol. vbi plures rationes huic decis.annectit. Kirchouius.

donationem causa mortis nequit illa mulier absq; cognatorum auctoritate concinnare, cui facultas contrahendi absque illorum consensu adempta est.commune dicit Ias.in l.2. ff. de leg. lib. 1. & si verius contrariam opinionem veriorem censeat Alc.in l.2.ff.de verb.obliga. Suarez.

donatio sub modo:ob defectum modi resoluitur ipso iure teste Cast.cons.360.in fi.lib.2.Bal.cons.74.libr.1.qui modus facit condictionem,secundum Bal.& Saly.in l.fi.C. de reuoc. don.Bal.cons.448.lib.1.Aret.cons.17.col.9.de quo plura no. Nic.moron.trac.de fid.treug.& pace.par.1.q.20.n.3.& eo casu impeditur purgatio moræ,ex not.per Bertr.cõs.63. 74.lib. 3.vbi talem donationem ipso iure resolutam determinat, de qua moræ purgatione an eo casu admittatur vide quę scribit Rip.in d.l.n.q.38. & seq. & sunt qui dixerint monitionem & interpellationem necẽiam: vt donatarius cadat ob modum non impletum,inter quos est Corn.cons.120.208.li.1.Aym. cons.59.col.fi.post Aret.cons.150.per l.si pœnam C.quando dies leg.ced. rationem ponit Moron.d.trac.q.præalleg.n.6.n. 7.& seq.vbi declarat,quid dicendum vbi modus est finalis,& dic,vt per Corn.cons.102.lib.2.Aym.d.cons.59.nu.8.

DONATIO.

Summaria.

Donationem omnium bonorum præsentium & futurorum,non valere:Et quæ sit huius ratio.q.1.

donationem omnium bonorum præsentium & futurorũ, ne quidem cum iuramento valere:reprehensa, atque reiecta opinione aliter sentiendum.q.2.

donationem omnium,tam futurorum,quàm præsentium bonorum,esse contra bonos mores,liberamq; testandi facultatem auferre.ead.q.

Iuramentum factum super donatione omnium bonorum, præsumitur factum in fraudem legis.ead.q.

An libera testandi facultas tolli possit per statutum , vel etiam iuramentum.ead.q.in fi.

donationem omnium bonorum , in totum vitiari, tam in præsentibus,quàm futuris.q.3.

donationem omnium bonorum ob dotis, causam factam valere propter fauorem matrimonij.q.4.

donatio omnium bonorũ ecclesię facta,vel monasterio,& pio loco valet.ead.q.

Causam dotis esse piam.ead.q.

An & quando donatio inter virum & vxorem,quam aliàs ius ciuile non agnoscit,per iuramentum interpositum facta, firmetur.& valeat.q.5.

donationem rustici,vel plebei,qui duxit nobilem, & constante matrimonio confessus est in instrumento se recepisse dotem,quam non recepit,valere tanquam remunerationem ad recompensationem inæqualitatis.q.6.

donationem à patre factam filiofam. quæ aliàs iure ciuili nulla est,nisi in certis casibus,iuramento firmari & corroborari.q.7.

Data filiofam. studiorum causa,à patre,vt sunt libri,&c.an censeantur filio donata,&an post mortem patris conferãtur. q.8.remissiuè.

Patre remittente vsumfructum filiofam.quẽ habet in bonis aduentitiis filij,valere donationem.q.9.

Quando quis mortis causa donare,censeatur.q.10.

Apposito pacto,de nõ reuocãdo,in donatione causa mortis,transire donationem in contractum inter viuos.q.11.

Ad cognoscendum qualitatem contractus,non attendi sonum verborum,sed effectum rei.ead.q.

Donationem excedentem quingentos solidos , sine insinuatione non valere. ead.q.

Si fiat computatio aurei, secundum valorem eius temporis,quo lata est.l.si qs pro redẽptione.C.de don.posse tũc hodiè consistere donationem vsque ad aureos 800.ead.quæst.

Aureos olim maioris põderis fuisse,quàm hodiè:Et nostra quidem ætate plures quàm centum & viginti constituere libram auri,olim autem 72.& postea.96.ead.q.

Remissionem esse instar donationis: Et ideò creditore remittente debitori suo debitum excedens quantitatem quingentorum solidorum,requirit insinuationem.q.12.

donationem remunerandi compẽsandíve vt causa factam & mutuam,nõ esse meram donationem:Ideoque valere absque insinuatione.q.13.

donationem iuratam excedentem etiam summam quingentorum solidorum.valere absque insinuatione.q.14.

Iuramentum seruandum esse,vbicunque potest seruari, sine periculo æternæ salutis.ead.q.in fi.

In donatione facta ecclesiæ, vel pio loco, non requiri insinuationem.Idemque esse in ea,quæ confertur scholari.q.15.

QVAESTIO I.

Quæro, An valeat donatio omnium bonorũ præsentium & futurorum?Resp.Bart.in l. stipulatio hoc modo concepta. ff.de verb.obl.tenet ꝙ non.Idem tenet Alex.& Ias.n. 20.qui dicit eam esse communem,& tenet idem Bar.l.fi.nu.12.C.de pac.Fel.vbi hanc communem dicit esse in c.præsentia.n.5.de prob.Eandem opinionem amplectitur Abb.consi.48.vol.2. &Bal.d.c.presentia.communem dicit Curt.iun.cons.23.n.1. Roma.cons.271.n.1.Et hanc dicit esse communem Deci.l.fi. n.30.C.de pac.Ratio est,quia per eam aufertur libera testandi facultas.Soc.iun.cons.21.nu.9.vol.2. Hanc dicit esse communem Gratus in cons.70.nu.1.vol.1.

QVAESTIO II.

Quæro,Quid si iuřm interuenisset?Resp.Donatio etiamsi iuřo firmata sit, inualida est. Ita tenet Bar. d. l. stipulatio hoc modo.quem sequitur Panor.cons.48.n.2.vol.2.Hãc opinionem tenet Fran.Purpu.d.l.fi.n.240.&ibi Cur.iun.cõem dicit, n.57.Cagnol.n.220.C.de pact.Et tenet Corn.in cons.60.n.3. & cons.186.n.16.vol.2.vbi communiter dicit ita teneri.Hãc opinionem sequitur Claud.de Seysel.in l.licet.C. de pact.Ripa lib.3.Resp.c.14.& tenet Bal.cons.22.lib.1.Pau.Paris.cons. 26.n.59.& 60.vol.2.& cõs.72.n.15.vol.1.Rõ est,qa talis donatio est ꝯ bonos mores,cùm liberam auferat testãdi facultatem.Vnde succedit regul.non est obligatorium. de regulis iuris.in 6. Et tale iuramẽtum factum super donatione omnium bonorum,præsumitur factũ in fraudem legis prohibẽtis talẽ donationem, ideò seruandũ nõ est. Eãdem opinionem tenet Zasius d.l.stipulatio hoc mõ.n.52.vbi dicit esse magis verã& cõem.Soc.iun.cons.44.n.35.vol.2.Crauet.cõs.139.n.9.vo.1.

Cõtrariam tñ opinionem tenet Dec.in cõs.655.n.12.&in l.pactum ꝙ dotali.n.2.C.de pact.vbi dicit hãc opinionem esse veriorẽ.Hãc etiam tenet Corn.sibi ꝓrius in cõs.252.n.6.li. 3.Maria.Soc.iun.cõs.65.n.49.Gartz.ĩ tract.de vlti.fi.illat.20. n.349.pro hac opinione Doct.allegãt dictum Baldi in l.cum Archimedoram.n.12.C.vt in possessionẽ legato.vbi tenet,ꝙ hæc libera testãdi facultas põt tolli ꝑ statutũ, ergò & ꝑ iuřm. Sed illud reꝑhẽdit Ale.ac respõdet d.l.stipulatio hoc mõ.n.7.

QVAESTIO III.

Quæro,An prædicta dõatio in totum vitietur tam in ꝑsentibus quàm futuris?Resp.ꝙ sic,ita tenet Bar.in d.l.fi. Idem tenet Aug.io.de Im.& Alex.d.l.stipulatio hoc modo.n.21.Docto.in l.1.§.sed mihi.ff.de verb.obl.Et eã dicit esse cõem Fran. Purp.d.l.fi.n.247.& ab ea nõ esse recedendum ĩ consulendo.

QVAESTIO IIII.

Sed quæro,Quid,si donatio omniũ bonorũ fit ob causam dotis?Resp.Old.cõs.5.tenet,ꝙ talis donatio valeat ob matrimonij fauorẽ.Eãdẽ opinionẽ tenet Boer.Dec.353.n.10. Cũ enĩ dõatio oĩum bonorũ eccłię vł monasterio facta,ſm Bart. & Doct.l.fi.C.de pac.Itẽ pio loco,valeat,ſm Bald.l.iubemus. C.de sacrosf.eccl.& dos dicatĩ cã pia, idẽ dicẽdũ est in cã dotis. Hãc opinionẽ tenet quoq; Fel.c.in ꝑsentia.n.5.đ ꝓb.Et eã đt eẽ cõem Fran.Purpu.ĩ d.l.fi.n.242.& tenet Soc.reg.69.fall.4.

QVAESTIO V.

Quæro,An donatio inter virum & vxorem valeat,si interueniat iuřm?Resp.Bart.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falcid.tenet, quòd licet donatio inter virum & vxorem de iure ciuili non va

non valeat,tñ bene firmatur iuramẽto. idẽ Bar.ĩ l.si quis pro eo.n.17.ff.de fideius.Eandem opinionem tenet Fred.de Senis in ꝯs.140.n.3.Ab.ca.fi.n.9.de don.inter virum & vxorem.Et in c.cùm ꝯtingat.n.30.de iureiu.ibi,Imo.n.85.Abb.cõs.195. n.1.vol.2.vbi dicit hanc esse communem opi.Roma.cõs.44. Corn.cõs.41.n.6.lib.3.vbi dicit ita communiter teneri. Idem tenet Alex.cõs.8.& cõs.158.vol.2.Franc.Aret.cõs.199.Aret. Rub.Alex.cons.25.n.5.cons.130.n.6.Maria.Soc.iun.cõs.44. n.6.li.2.Pau.de cast.ꝯs.49.vol.2.Cæpol.caut.122.Ant.Cors. rep.Rub.de iureiu. priuil.25.Bald.l.j.lec.antiqua.ff.de don.inter virum & vxorem. Eandem opinionem dicit esse communem Laur.Sylua.in cons.40.n.20.Cagn.rep.l.fi.n.36.C.de pactis.Gomes.§.quædam.n.19.insti.de actio.Cotta in memora. iuris,verb.donatio.el.5.Ias.l.pacta,quæ cõtra.n.5.C.de pactis. Ruin.cons.137.n.2.& 2.vol.4.Roder.Zuaretz.l.j.vt de las aras.lib.6.fori.3.9.Ant.Bauer.trac.de virtu.iura.n.38.Guid.Papa cons.204.n.3.Cæpolla.cons.8.in ciuili.Iac.de Sãcto Georgio.l.ꝑfectitia.§.si pater.n.4.ff.de iur.dot.Fort.Gartz.d. tract. de vlt.fi.illat.20.n.349.Eandem dicit esse opinionem Alex.d. l.Seius.Tom. Gram.decis.103.nu.73. & eam dicit esse magis communem Bertr.cons.215.n.4.&cons.301.n.2.Et vbi dicit ab ea in iudicando & consulendo nõ esse recedendum,in cõs. 327.n.4.vol.1.Hanc dicit communem Alciat.c.cùm contingat.n.204.licet ipse velit contrarium.n.198.de iureiur.

contrariam opinionem,ꝙ talis donatio non firmetur iuramento,tenet idem Bart.in l.1.per illum text.ff.de donat.inter virum & vxorem. Hãc opinionem ibi sequitur Bald.Salic.& Fulg.&tenet Bar.l.cùm quis decedens.§.Titia.n.2.ff.de leg.3. Ang.l.si quis pro eo.n.2.ff.de fideiuss. Card.Clem.1.§.porrò. n.10.de iureiur.Bald.l.si quis inquilinos.§.1.ff.de legat.1.Eandem opinionem tenet Curt.Seniorẽ,in cons.66.n.3. Soc.cõsi. 65.n.12.vol.1.Corn.cons.223.nu.4.vol.3.Io. Andr.addit.ad Spec.tit.de dote post diuort.restitu.in fi.Salic.l.2.75.C.de rescindend.vend.Hanc opinionem amplectitur Alciat.supradicto loco, dicens eam sibi plus arridere, & eam communiorẽ esse tenet Chassanę.in consuetu.Burgun.vt des droitz.Rubr. 4.§.7.fol.167.n.27.Sed reuera Bart.& doct. per Chassanæum relati,si rectè inspiciantur eorum dicta,hanc sententiam non probant.Non enim loquuntur in donatione vera,sed in confessione dotis receptæ,vt si maritus confitetur se debere vxori suæ mille,quæ dicit se ab ea recepisse, & iurat, talis donatio nõ firmatur iuramento,ita loquitur Bar.d.§. Titia.& Doct.ferè omnes. Ratio est, quia talis confessio præsumitur facta in fraudem legis,& iuramentum tale interponitĩ super eo, quod est de præterito.Nostra verò cõclusio,de qua Bar.in d.l.si qs, loquitur in eo casu,quando iuramentum interponitur super eo,quod est de futuro, & tunc locũ habet.d.c.cùm cõtingat: & quæ ibi tradunt doct.ita distinguit Imo.ibi, & tenet Soci.l. 1.n.98.ff.sol.mat.Cur.cons.95.n.4.vol.2.

QVAESTIO VI.

Quæro, Si rusticus vel plebeius duceret nobilem & constãte matrimonio faceret instrumentum,in quo confessus est,se recepisse dotem,quam nõ recepit,An valeat talis donatio tãquam remuneratoria, ad recompensationem inæqualitatis? Resp.Bart.l.si voluntate. C.de dotis promissione.nu.2.tenet, ꝙ licet talis donatio dicatur ĩ effectu inter virum & vxorem, tamen valet.Idem tenet in l.si diuortio ibi,Ias.n.9.ff.de verb. obl.Eandem opinionem tenet Bald.l.2.§.fi.ff.si cert.peta.Ias. l.ex hoc iure.nu.55.ff.de iusti.& iur.Tiraq.in Legib.connub. in quarta l.n.7.& in quinta l.n.18.& in repet.l.si vnquã.verb. donatiõe largitus.n.19.C.de reuoc.donat.Hanc dicit esse cõmunem Bald.Nouel.in tract.dot. 10.part.n.7.Curt.iun. cons. 6.n.20.Couar.epit.4.lib.2.part.c.3.§.3.n.2.& tenet Abb. c. 1. n.8.de adult.Segura.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff. de vulga. & pup.nu.162.Neuiz.in sylua nupt.lib.2.nu.28.

QVAESTIO VII.

Clarum est in iure donationem inter patrẽ & filium in potestate existentem iure ciuili esse prohibitam. Textus est in l. donationes.C.de don.inter virum & vxorẽ. Quæro igitur an talis donatio firmetur iuramento?Resp.Bal.in l.fi.in fin.C.de vsucap. pro donato tenet ꝙ sic. Eandem opinionem tenent communiter Canonistæ,in d.c.cùm cõtingat.Ias.l.pacta,quæ contra.& ibi Docto.communi calculo approbant.C.de pact. Dec.cons.216.n.2.Pau.de Cast.in cons.375.col.2.vol.1. Crauet.cons.29.n.1.vol.1.Ferdi.Loazes,repet.l.filiusfamiliàs. §. diui.n.95.ff.de leg.1.Alc.d.c.cùm contingat.n.207. Alex.l.si donatione.C.de colla. Eandem tenet opinionem Aret.l.placet.ff.de acq.hære.Paris.cons.69.n.128.vol.3.& communem dicit Grat.cons.63.n.23.vol.2.Io.Duran.in tract.de arte testãdi.ti.3.caut.Eandem dicit communem Anto.Capyc.decis.56. n.2.Dec. cons.239.n.1.cons.216.n.2. Intellige tamen supradictam conclusionem,ꝙ donatio inter patrem & filium sit inualida,procedere in simplici donatiõe,secùs in donatione ob causam, vt que fit propter benemerita vel ob causam remunerationis,quo casu tales res donatæ fiunt peculij aduentitij. Namque talis donatio valet.Ita est glo.in l.si donatione.C.de collatio.quam communiter approbatam dicit Pet.Duen.reg. 222.n.1.& tenet Bar.l.si forte.n.5.ff.de castr.pecul.Nec venit in legitima computanda,vt dicit d.gl.communiter approbata.verb.postulas.

Requiritur tamen hoc casu,ꝙ benemerita probentur,nec statur assertioni partis.Ita dicit glo.& Bart.vbi suprà.Ias.rep.l. frater à fratre.nu.44.vbi cõem dicit.ff. de cond. vide tu Mar. Mãt.d.l.si donatiõe.& ibi Riminald.Ruin.cõs.96.n.2. vol.5.

QVAESTIO VIII.

Quæro,An si pater tradidit filio libros ex causa studij, censeatur illos donasse.& an post mortem eius conferre debeat, vel habeat præcipuos?Respon.dixi infrà c.23.q.18.

QVAESTIO IX.

Quæro , Quid si pater remittat vsumfructum filio , quem habet in bonis aduẽtitiis filij,An valeat donatio? Resp.ꝙ sic, nõ expectata etiam morte parẽtis.ita tenet Bar.d.l.frater à fratre.n.57.quem communiter consequuntur Doct.ibi,vt dicit Ias.n.44.Grat.fol.6.ver.fallit ergò conclusio præmissa.

QVAESTIO X.

Quero,quando censeatur quis causa mortis donare?Resp. ꝙ donatio causa mortis cẽseatur , si in ea de morte mẽtio facta sit,aliàs donatio inter viuos.ita ẽ tex.l.Seia.§.fi.ibi gl.verb. videri.ff.de don.causa mort.& ibi Bar.gl.l.fi.C.de dona.causa mortis.Hãc opinionem tenet Bart.l.quę dotis.ff.sol.mat.& ibi Guliel. Ponta.n.7. Ias.n.26.vbi communem asserit Bar.l.fi. n.11.ibi,Dec.n.20.communem dicit.C.de pact.

QVAESTIO XI.

Quæro,quid si in donatione causa mortis apponatur pactũ de nõ reuocando,an transeat donatio in contractum inter viuos? Resp.ꝙ sic, ita est tex.in l. vbi ita donatur.ff.de don.cau. mort.Et ita expresse cõsuluit Alex.ꝯs.14.n.2.vol.1. Eandem opinionẽ tenet Ias.d.l.quæ dotis.n.31.Bald.l.2. C.de iur.dot. Ad iudicandum.n.qualitatem cõtractus,non attẽditur sonus verborum,sed effectus rei.Hanc dicit esse communem Dida. in Rub.de testam.2.par.n.12.licet contrarium teneat Bal.l.fi. C.de pac.Alex.d.l.quæ dotis.

clari iuris est,donationẽ, quæ excedit qngẽtos solidos,nõ valere nisi insinuetur.tex. est expressus l.si quis ꝓ redemptione.§.cæteris.C.de don.per quem corrigitur.l.sancim⁹.C.e.tit. Hanc opi.tenet Bar.l. Modestinus.ff.de don.Bal.l.fi.C.de iure do.Pau.Paris.ꝯs.25.n.53.lib.3.Ruin.cõs.159.n.6.&.15.vo.4. Hodie tñ si fiat computatio aurei secũdum valorem istius tẽporis, quo lex ista ꝓdita ẽ,donatio ꝑmittitur vsq; ad octingẽtos ẽt aureos.Nõ enim hodiè tãti põderis sunt aurei, sed minoris.Cùm olim 72.faciebãt libram auri,postea 96.tñ, vt dicit Bar.in rub.C.de vete.numisma.Ang.ĩ l.sancimus.n.4. Nostris aũt temporibus plus quàm cẽtum & viginti ad librã auri constituendam requiruntur. Vnde si fiat computatio ad antiqua tempora , sequeretur etiam donationem vltra mille aureos valere:vt dicit Duen.reg.224.limita.vltima.

QVAESTIO XII.

Quæro, an hæc conclusio procedat, vt requiratur insinuatio in remissione facta per creditorem debitori?Resp.ꝙ sic:& ita communiter teneri firmat Cagn.l.si quis obligatione.n.5. ff.de reg.iur. Eandem dicit communem Decius.l.creditori.n. 12.C.de pac.Ias.l.si mulier.n.1.C.de condi.cau.da. Alex.in ꝯs. 138.n.28.vol.2.& d.l.creditori.Roma.l.Modestinus. n.41.ff. de don.Remissio enim donatio est.

QVAESTIO XIII.

Quæro,quid in donatione remuneratoria & mutua?Resp. ꝙ absq; insinuatiõe valet.ita ẽ tex.l.si pater.l.Aquilius regul⁹. ibi gl.verb.nõ meram.ff.de don.Hanc opi.tenet Bal.in l.illud. n.8.C.de sacros. eccl. Ias.l.ex hoc iure.n.53.ff.de iusti.& iure. Talis.n.donatio nõ est propriè donatio.sed quædam compẽsatio.Et hæc est communis,vt dicit Cur.iun.cons.81.nu.5.

QVAESTIO XIIII.

Quæro,quid in donatiõe iurata?Resp.Guliel.de Cun.Alb. & Bal.in l.illud.C.de sacrosf.eccl.tenẽt,ꝙ donatio,si nõ sit insinuata,nõ valeat,etiamsi iurata sit. Hãc dicit esse cõem Barba. ꝯs.16.n.10.& 16.vol.2. Alex. sibi ꝓrius in addit.ad Bar.l.post mortẽ.ff.de adop. Barb.ꝯs.22.vol.4.Ruin.cum multis ꝑ eum relatis,in ꝯs.159.nu.6.vol.4.Crotus in repeti.l.nemo ꝑt.ff.de leg.1.Soc.iun.cons.69.n.39.vol.1.& plures alij relati per Tiraq.in l.si vnquam.in præfat.n.153.C.de reuoc.dona.

Contraria tamen opinio magis communis est, si authoritates numerentur, & tutior: eam tenet Io.de Imo.c.cùm contingat.n.90.de iureiur.Alex.cõs.4.n.x.vol. 1.asserẽs hanc opinionem esse veriorem, secundum quam semper consuleret & iudiçaret.Eandem opinionem dicit communem Paris.cons. 69.n.95.vol.3.Eandem dicit communem Ias.cons.51.vol.1. Dec.ꝓs.239.n.3.& cons.488.n.5.& hãc tenet Alex.d. l.nemo potest.ff.de leg.1.Fab.§.&cũ retrò.n.3.insti.de dona.Hãc quo que dicit communem Soci.iun.consi.67.n.20.vol.2.Matt.de Afflic.c.j.n.36.de feu.dato in vicem leg.commissor.&eam tenẽt plures docto.relati per Tiraq.d.l.si vnquam. Posset tñ attẽtari prima opinio, ꝙ iuramentũ nullum effectũ haberet tãquam contra vtilitatem publicã, & ꝑ bonos mores: sed à posteriori nõ est tutum recedere. Vbicũque enim seruari potest iuramentum sine interitu æternæ salutis, seruandum est.

QVÆSTIO XV.

Quæro, qd in donatione facta ecclesiæ vel pio loco? Resp. ꝙ valet absque insinuatiõe. Et est communis opi. vt dicit Fel. c.ecclesia sanctæ Mariẽ.n.82.de cõst.Ripa.lib.3.Resp.c.11.n. 10, Paris.cons.70.nu.23.vol.4. Rebuffus de priuileg.Schola. priuileg.64. Vbi dicit idem in donatione facta scholari tanquam pia. Mich.Grassus.

PRO.donationes causa mortis legatis comparantur, l.1.ff. si quid in frau.patro. Bellon.

PRO.donationes inter virum & vxorẽ, sunt prohibitæ, ne mutuo amore se spolient.l.1.ff.de don.inter virũ & vxor.Idẽ.

donationem factam per clericum concubinæ etiam interueniente iuramento nõ valere, secũdùm communem Doct. sententiam.duo insignes recentiores ꝓsulentes Aymon.Crauet.in ꝓs.229.& Rol.à Valle, in ꝓs.98.ĩ 1.Tom.multis fundamentis & doc.authoritatibus allegatis ꝓsulendo scripserunt. Licet alij ꝑriam sententiam secuti fuerint, quos recenset Ripa in l.miles.n.12.ff.de re iud. Sed & ipse ante Crauet.& Rolandum priorem sententiam defendit. kircho.

in donatione si talis clausula apposita fuerit, videlicet, quæ omnia & singula promisit attendere, obseruare & non cõtrauenire, &c.non dicitur factus transitus ad donationem inter viuos.Bald.in l.cum quis.ver.sed quid si dixi.ff.de cõdic. cau. data.communis tamen docto.sententia est in contrarium, vt Rol.à Valle, in d.consil.8.nu.26.& 37.in 1.Tom.sententiam Baldi post Boerium in Deci.353.in 2.parte explicãs, pulchrè & latè prosequitur. kirchouius.

extensio fieri non debet in odiosis, & in pœnalibus, & vbi lex figit pedem, non debemus vltra procedere: quia odiosa restringi debent, vt in reg. odia. de regulis iuris. in 6. & est optimus text. ad hoc in l. at si quis. §. Diuus autem Marcus. ff. de religiosis, vbi licet hæres delinquat prohibendo testatorem funerari ab eo, quem testator elegerat, seu per quem funerari volebat, tamen non punitur: ratio, dicit text. quia pœna in hæredem statuta non est, & gloss. ibi ait nota quòd illicitum non punitur, & illum text. dicit notabilem Bald. in l. 3. in princip. C. de Episcop. & cleri. Vnde in pœnalibus, quia odiosa sunt non est licita extensio, vt in regu. in pœnis. de regulis iuris libro 6. & hoc notat Decius & Cagnolus in l. factum suum. §. in pœnalibus. ff. de regulis iuris. Istam etiam opinionem ait esse communem Iason. in l. cum quidam. numero decimo & 24. ff. de liberis & posthumis. & in l. finali. ff. de in ius vocand. & latè prosequitur Crauct. in tracta. de antiquitate temporum. in 3. parte. numero 87. Quæ quidem communis regula limitatur non procedere, quando ratio est expressa in l. pœnali, quia tunc fit extensio ad alios casus, in quibus viget eadem ratio, ita tradidit Domin. & Gemin. in capitulo si ciuitas. §. primo. de sententia excommunicatio. in 6. Alexand. in l. cum mulier. in 2. notabi. per illum textum. ff. soluto matrimonio Deci. in d. §. in pœnalibus. limitat, vij. Iaso. in d. l. cum quidã. limita. 5. & in l. 1. ff. de in ius voc. & Crauet. latius in d. tracta. de antiquitate temporum. parte 5. num. 107. cum sequent. Interpretatur & limitatur quoque ista cõmunis non

procedere in pœnalibus, in quibus fit extensio de casu ad casum.ca. 1.§.porrò,quæ fuer.prima causa bene.amitten. vbi in materia priuationis feudi proceditur de similibus ad similia. & ibi Bald.dicit illum text.meliorem de iure ꝙ in pœnalibus proceditur de similibus ad similia,quem sequitur Saly.in l.2. C.de noxal.Alex.in auth.non licet.C.de lib.præt.Cyn.&Saly. in l.fi.per gl.ibi in verb.voluerit.C.de reuoc. donation. & istã opinionem ꝙ fiat extensio de vno casu ad alium latè probat. Crauet.in loco præcitato,& dicit communem Gomez.in ca. statutum.n.39.de rescript.in 6.& ista communis probatur vi ua ratione,namvbicunque aliàs lex fieret elusoria,tunc fit ex tẽsio de casu ad casum. ita voluit Ias.in d.l.cum quidam.in fi. Deci.in d.§.in pœnalibus.in 3.limitat.per gl.in c.quanquam. de vsur.in 6.vbi dum dicit aliàs facile esset hanc cõstitutionẽ eludere,& ibi not.Domini.Idem in effectu tradit Butri.in disputa.sua inci.Bononiensis,in fi.tertio dubio: vbi dicit,quod fit extensio in materia pœnali, quando aliàs magna plaga legis inferretur,& sic quando fieret elusoria,sequitur.Soci.cõs. ccxl.vol.2.& Crauet.in d.l.tranct.in 4.part.n.cx. Limitatur etiam præfata communis in quatuordecim aliis casibus,quos ponit Gem.in c. 1.de temp.ord.in 6.Sed vltra istos vide sex alios,quos refert Iaso.in d.l.cum quidam.nu.24.cum aliis seq. Idem.V.

extensio ex identitate rationis.potest fieri ratione pu.vtilitatis.etiam in pœnalibus.Bar.notabiliter. in l.2.§. exercitum. ff.de his qui no.infa.& in l.si constante.in.9.q.1.partis prin.ff. sol.mat.Ang.ml.& Alex.in l.si à po.ff.de lib.& posth.pulchre Barb.in 2.vol.cons. 48.in 1.col.Ias.in l.si filiusfa. in 2.col.ff.si cert.pet.& in l.si certis annis.in 2.col.C.de Pac.& in l.si fratres. in 3.col.C.de inof.test.Maximè si dica.vel alio quouis modo re.Barb.in 2.vol.cons.23.in 1.col.de qua.mã. habetur late. p Alex.in d.l.si constante.& in l.cum mulier.ff.so.mat.& in l.sororẽm.C.de his qui.vt ind.Fely.in c.translato in vlt.col.de cõsti.Barb.in 1.vol.cons.6.in.7.col.cons. 11.in 2.& 3.col. cons. 39.in 3.col.& latius cons.42.in 2.col.& clarius in cons.vltim. in 6.& 10.col.& in 2.vol.cons.26.in 10.col.&cons.30.in 2.& 3.col.& cons.36.in 13.col.& cons.43.in 6.col.& cons. 53.in 7.& 8.col.Iaso.insti.de actio.in prin. in 9.col. & in.§. sequens in 2.col.Io.Calde.in cons. 12.vide pulchrum text.& ibi Bal.in l.si furiosi.C.de nupt.

Idem fauore animæ.Phi.in c.sciant.de elect.in 6.

et amplia ꝙ fiat extensio ex identitate.vel maioritate ratio nis.etiam si disp.taxatiue loquatur.Iaso.in l.2. in 25.col. C. de iu.emphi.& in vsi.feu.in 26.col.& in l. 1.in pen. & vlt. col.ff. de offõ.eius.cui re.fac. quod vult ipse Iason.in l.cognitio.illo eo.tit. & in l. 1.in 3.col. ff. si quis iusd.& in l. 1.in 4.col.C.de transac.& in l. 1.in 3.& 4.col.C.de bo.pos.contra tab.Barb.in 4.vol.cons.2.in 9.col.

et vltra præmissa an in correctoriis licita sit extensio ex maioritate rationis.vide Ias.in auth.Quas actiones.in 4.5.6.&7. col.C.de sa.san.eccl.& in auth.nõ licet.in 2.& 3.col. C.de lib. præte. & in l. cetera.§. sed si quis.in 3.col.ff.de leg. 1.& in l. 1. C.de in ius voc.& §.ex maleficiis.col. 10.insti.de act.& in l.fi. ff.de in ius voc.& in l.si prius.ĩ 22.col.de oper.no.nun. Alex. in 2.vol.cons. 50.in 3.col.ibi.& pro ista op.& in cons. 113. in fi.vide etiam Phi.in c.j.in 2.col.de temp.ord.in 6.Aliquid per Alex.in l. 1.in 3.col.de verb.obl.

et in correlatiuis an fiat extensio.vide eundem Ias.in l.fi. in 1.& 2.col.C.de ind.vid.tol. P.Andora.

extens.o regulariter.nõ fit in indispensationibus.Fely.in c. postulasti in 11.col.de Rescrip. P.Andora.

Quod non est extendi non potest.l. cum præcario. ff. de præca.

extensio non fit in fictione.Alex.in j.vol.cons. 10.in 2. col. ibi & in fictione.

Vbi non est eadẽ ratio non fit extensio vt in spẽ.vult Alex. in 2.vol.cons. 115.Ibi 2.potest responderi.

et vbi est eadem ratio. non dicitur extensio Alex.in 5.vol. cons. 5.in fi.& cons.lxxv.in 1.col. P.Andora.

extensio de vno casu ad alium non prohibetur,& si in casu extensio sit maior ratio.Gome.in c.statutum.n.39.de præscr. in 6.communem dicit. Bonacoss.

extensio fit ex identitate rationis in materia correctoria,& odiosa,vbi agitur de salute animæ,& euitando peccato,vt est communis opi.de qua.Cur.iun.in cons.203.nu. 20. In 3.vol. Et fit lata interpretatio in materia odiosa, quatenus proprietas, & vis verborum significat. Celsus & honoratus Doctor. Orator,Poeta & musicus.Riminal.Vrbius nouissimus in cõs. 23.nu.272.Et no.ꝙ ex sola dissimilitudine in aliquo, non fit extensio materia aliàs extendibili. Moder. lucen.de Inuentario par.7.nu.36.fol.230.facia.2.Et ideo in statuto appellatione damnorum non veniunt expensæ, quia proprie & strictè debet intelligi statutum.Soci.Senior in ca. in nostra.nu.4.de Iniuriis & damno dato. Bonacoss.

extensio fit in pœnalibus,vt est communis opinio. Viuius in suo Communium opi.lib. 1.ver.Extensio,vbi hoc declarat procedere in casibus,vt per eum.Soarez in vers.Extensio.nu. 233.vbi fusius & numero 241.D.Hieronimus de Monte, in suis variis quæstionibus.q.28.nu. 19.communem dicit.Gratus responso. 155.n.27.in 2.vbi contradicit,limita vt per Pet. Duen.Regu.286.&287.Ias.in l.cum quidam,nu. 19.& seq.ff. de lib.& posth.vbi ponit ampliationes & limitatio.vide Gratum Responso.154.& Respon.165. Et si non fuerit extensio in materia pœnali,legi magna inferretur plaga,Soc. cõs.406. nu.7.& cons.239.n.4.vol.2.vide omnino Alberi. in l. Cæsar. nu.8.ff.de publica. vbi fusissime de hoc, statutum etiam pœnale extenditur ex identitate rationis.Gratus Responso. 65. in 1.vol.vide Dec.in cons.406.nu.7.Ex extensione scilicet actiua tanquam fauorabile, quando eadem ratio in casu, ad quem volumus extẽdere, & hoc si odiũ est rationabile. Cast. in l.si quis à seruo.nu.7.C.de furtis & seruo corrupto. Limita in statuto contra ius commune.quia non extenditur.Dec. in c.Translato.in 2.lectura.nu.7.de constit.Item limita statutum nõ debere ampliari, siue extendi ad exceptiones ibi non expressas,sed restringi debet.Bart.in l.Cæsar. C. de vectiga. & commissis.Gabrielli.in cons. 17.in 1.numero &seq.vbi de statuto,quòd nõ debet extẽdi in materia vsurarum.vide Benedictum de foro Sempro.in Repert.Fely.in verbo.Extẽsio.vbi Extẽsio fit in statutis ad casum omissum & odiosũ ex maioritate rationis: etiam si essemus in correctoriis, quando alias dispositio noua nihil induceret.Guido Papę in tracta.de compromissa.literis.q.19.Tomo 13.vide etiam Alber.in l.si quis non dicam rapere.nu.7.C.de episc.& cleri.vbi dicit,ꝙ in omnibus illis casibus, vbi est omnimoda similitudo.& subest eadem ratio,procedi debet de similib9 ad similia.& vbi est simile legis.secùs si esset simile hominis,vt ibi latius.& ibi.nu.24. dicit communem esse regulam,ꝙ in odiosis &pœnalibus nõ fit extensio.Nisi,vt ibi per eum.vide omnino Corsetum in Reperto.ad Abb.in verbo.Dictio pręcisè vbi etiam,quando possit fieri extensio in statutis, & quando loquitur statutum per verbum pręcisè.vide Gabr.cons.180.n.9. Et cõstitutio,quamuis pœnalis,etiam exorbitãs,& correctoria,quæ operatur effectum suum in casu expresso, extenditur etiam ad oẽs alios casus,in quibusversetur idem fauor animæ,vt est cõis opi.de qua Cur.Iun.in cõs.244.n.20.ĩ 3.vol.Et vbi ratio in constitutione expressa est generalis,licet decisio sit specialis,fit extensio ad omnes casus, ad quos generalis ratio adaptatur, vt est communis opi.Cur.Iun.ibi.nu.21. Item extensio etiam fit in pœnalibus de vna persona ad aliam,ne elusoria reddatur dispositio.Riminaldus nouissimus in con.21.nu.65.Et extensio in pœnalibus fit ex identitate rationis, quæ sui natura continet delictum,ne delictum remaneat impunitum.Secus in materia quę ex se non cõtinet delictum.Sed solum eatenus,quatenus lex disponit,vt delictum haberi aliquáve coherceri pœna,vt sunt negationes iudiciales, quarum aliquæ permittunt à iure,& pertranseunt impunitæ,& solum Deum habent vltorem.D.Phanucius.de Phanuciis Lucensis.de inuentario.part. 6.n.13.vbi latius. Bonacoss.

extensio de persona ad personam fieri non debet in oneribus,secundum Aret.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe. & posth.& ita in terminis nostris respondet,& declarat Dec. in cõs.217.ver.& ex prædictis decisionibus,& in ꝓs.ccclxxvij. vers. nec obstat, si dicatur, dicens: Ita communiter teneri, vt per eum.Quem etiam refert Soc.Iun.in con.29.nu.23.vol.4. E.Muscul.

extensio in iis, quæ à iure abhorrẽt(exhorbitantia Doctores vocant)ex eadem, vel pari ratione rectè ac validum. fiet, vt latè ponũt cõe dogma Tiraq.in l.nũquã.ver.libertis.n.36. & n.37.C.de reuoc.don.Roger.in tract. de interpret.iur.§.5. Arius Pinel.in rub.2.par.n.27. C. de bon.mater.At in iis quæ corrigũt,etiã à maiori ratione non procedet cõe renuntio ex Bart.in l.si cõstante.n.39.ff.so.mat.Ias.in auth. quas actiones. n.21.& 22.C.de sacros.eccl.Ario Pinello in l. 1.par.1.n.78.C. de bon.mater.Viuio lib. 1.opi.cvij.Excipe nisi vel ratio sit expressa,vel.extali extensione ad ius cõe illa l.que corrigitur.an tiquus reduceremur.Excipe rursum,nisi vnica tãtùm ratio illius cõstitutionis,de cuius extensione agitur, assignari possit, quia tunc semper à pari vel eadem, vel maior ratione procedet extensio, vt frequenter placere asseuerat Ant. Gomez de testa.c.5.n.11.& c.11.n.12.ad fi.Excipe 3.quando à significatione

tione verbi stricta ad latam ampliatio fiet commune ait Ias. in rub.nu. 1.ff.de re iud.Excipe quintò si pro animi salute agatur.quod commune effert.Cur.Iun.in l.j.n.8.ff.de offic. eius, cui mand.est iurisd. E.Suarez.

extensio in iis,quæ vel pœnam irrogãt, vel odiosa habent ex eadem ratione admitti nequit, vt commune inculcãt Ias. in l.cum quidam notab.7.ff.de lib.& posth.Viuius lib. 1.opi. xciiij.post med.ac latius eod.lib.opi.108. E.Suarez.

extensio in materia pœnali & correctoria ex identitate.rationis nõ est faciẽda,prout communiter notatur,in l.Si verò §.de vno.ff.so.mat.Auct.Quas actiones.C.de sacros.eccles.& clem. 1.de elect.refert Benedictus Capra.regul.xc.nu. 112.

extensio in pœnis locum non habet,&sic lex pœnalis non extenditur vltra terminos,&personas in ea compræhensas,& lex imponens pœnam in vno casu, non intelligitur eandem pœnam imponẽs in alio casu ad quem fit extẽsio,hanc Reg. declara,vt per Ias.in l.in eum.col. 1.&2.vsque ad nu.6.ff.de in ius voc.& in l.cum quidam à nu.9.vsque in fi. d.l.ff. de lib.& posth. vbi etiam quãdo in pœnis maleficiorum fiat extensio. Quid quando lex est pœnalis & correctoria simul? Dic non fieri extensionem ex no.per Ias.d.l.cum quidam nu. 5.cui Ad de, quòd lex, vel constitutio declaratoria, licet trahatur ad præterita:si tamen ea lex declaratoria exponat pœnam de nouo, non trahitur præteritos casus respectu pœne, secundum Ias.vbi supra.nu.8.& seq.vbi latius declarat.

extenditur consuetudo,vbi eadem ratio viget &est fauorabilis,secundum magis communem per Burs.cons.40.nu.10. l.6.1.non autem extenditur de casu ad alium casum consuetudo exorbitans,nec egreditur terminos vsus,secundum magis communem per eundem cons.82.nu.5.nu.6.eodem.

Nominata persona prohibita alienari, vel cui fit substitutio, ad aliam non extenditur etiam ex identitate rationis, secundum communem per Burs.cons.51.nu.39.lib.1.

extensio fit de nepote ad pronepotem vbi adest ratio vniuersalis,vt bona perpetuò remaneant in familia, secundum communem per Burs.cons.13.nu.15.lib.1.

extensio fit de casu ad casum ex identitate rationis expressæ in,statuto,fm communem per Burs.cons.93.nu14.lib.1.

PRO.Extinctæ res vendicari non possunt.in §.si tamen.Instit.de rerum diuis. Bellonus.

PRO. Extra territorium ius dicenti impunè non paretur in l.fi.ff.de iurisd.omnium iud.in c.fi.de consti.in 6.

OBIEC.Contrà de l.emancipati.§.apud proconsulem. ff. de adop.& l.2.ff.de offic.procons. & leg. vbi magistratus habet iurisdictionem extra prouinciam suam.

SOL.Habet voluntariam,non contentiosam,vt ibi.

OBIEC.Præterea,contra de l.si quis ex aliena.ff.de iud.vbi vocatus à prætore ex aliena iurisdictione debet venire.

SOL. Verum est, cum dubium est inter partes de iurisdictione,aliàs secus,vt hic.

OBIEC.Tertiò contrà de l. 1.ff.de iudic.

SOL.Ibi cum partes prorogant iurisdictionem. Idem.

Extrahens aliquem de ecclesia punitur morte, vt est communis opi.Clar.q.68.ver. Extrahens. Neque extrahi possunt rei à domibus Cardinalium.S.Rom.eccle.& ita hodie cõiter obseruatur.Clar.q.30.ver.Item adde. vide Alex.in cons. 145. per totum in vlt.vol.& est cõis opi.vt ibi per Alex.n. 10. vide etiam Oldra.in cons. 154.Moro.in tract.de Fide, treuga & pace.q.103.Fallit in latrone publico, & nocturno depopulatore. vt ibi per Alex. & Oldr. Quisnam verò sit latro publicus, ponit Bossi.in tit.de inquisitione.n.32.Fallit in quibusdam aliis casibus,vt per Castr.in Rub.de iis qui ad eccle.confugi. vi de omnino.Abb.in c.inter alia.n.29.de immuni.eccle.vbi distinguẽdo dicit,quod ecclesiasticus iudex tunc extrahere potest violenter de ecclesia,propter delicta in ecclesia commissa.quando reus esset sacrilegus, & in ecclesia deliquisse sacrilegium fecisset. Bonacoss.

extraneus læsus. Licet forensis contrahẽdo in certo loco ligetur statutis & consuetudinibus loci,per ea quę habentur in l.venditor.§.si constat.ff.cõia prædio.per Innoc.& Io.And. in rub.de cens.si tamen lædatur,poterit petere restitutionem in integrum propter ignorantiam eorum, secundum Inno.& Io.And.in rub.extrà de consue. Balb.decis.376.

extremum.extremis probatis.probantur media.vtj.probatio.§.68. P.Andora.

Extremum.in vltimum.gl.in l. 1.§.is vide.& ibi doct. maxime Ias.in 3.col. ff.si quis iudic. fac.fm cum qd dicitur. iste laborat ĩ extremis.i.vltimis vitæ.fac. etiam fm eum.illud,extrema gaudij luctus occupat.fac.etiam illud virgilianum in bucolis extremum hunc aretusa mihi concede laborem.& aliud poeticum.extremum hoc omnes ingrediemur iter. & dicit.ibi Ias.ꝙ intelli ẽt de 1.quia extremum componi.ex integro& corrupto.& dicitur extremum.quod est extra medium. P.A.

Quis autem dicatur laborare.in extremis.Ias.in d §.is vide. in 3.col.dic.ꝙ ille qui ex aliqua infirmitate decessit,absq; hoc ꝙ aliquod interuallum sanitatis habuerit. dato ꝙ multis diebus superuixisset.al.tex.in l.alũnæ.ff.de ali.leg.quem dicit.vnicum in iure.Bal.in c.j.in vlt.col.extra.de pac.& infert ad sta.ꝙ in extremis laborãtes nõ possint aliquem cõtractum facere. sine pũtia propinquorum vide in ver. mors vide Pet. gerar. sing. 12. De laborante in extremis, Bald.in l.cum non solùm. C.de bon.quæ liber.

Et dicitur laborasse in extremis licet postea superuiuat. Cor.in 4.vol.cons.liij.

Testm, ꝓctus, & quælibet alia dispositio eius qui est in extremis valet.Ias.in l.quoniam.C.de testa.& ĩl.iubemus.C.eo. Alex.in 1.vol.cons. 12.in 2.col.Barb.in 3.vol.in cons.43.maxime.in 9.col.Decius in c.si pro debilitate. in 1.col.de off.deleg.Card.cons.34.

Intellige dũmodo sit intelligibilis.& articulate loquatur. l.iubemus.C.de testa.Ias.in d.l.quoniam.& in d.l. iubemus.in quibus locis.multa all.vide in ver.mors.§.

Maxime procedit ad pias causas.Barb. in 4.vol.cons.87.in 1.col.& seq. P.Andora.

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum,ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber Sextus.

F

FAber vicinus ob ægrotantis salutem compelli potest, vt vel cesset, vel aliò sese transferat receptum ait Lucas de Pen.in vlt.ad finem.C. de stud.liberal.vrb.Rom.lib. 11. E.Suarez.

Faber vicin9 ob studij impedimentum,non solum à Doctore,sed à quocque literatũ studioso,potest exigi atque aliò propelli,vt commune ait Ias. in l. 1.n.46.ff.so.mat.& qui,cùm aliter consuetudo suadet.aliter seruandum esse testatur Io.de Amicis con.104.n.9.E.Suarez.

faber impediens scholarem vel doctorem ne studeat, an possit expelli? Latè doct.in l. 1.maxime Bart. Alexan.& Ias.ff. sol.matr. P.Andora.

facies quæ dicatur,Fely.in c.cum non liceat.extra de præscrip.c.significasti.2.de homicid.Ang.in tract. malefic.in vers. in facie. P.Andora.

facilius quid acquisitum retinemus, quàm de nouo acquiramus l.licet.C.de acquirenda possession.in l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alien.iuris.in c.consuluit.& c.rursus extra qui cleric.vel vouent.

OBIEC. Contrà de l.non distinguemus.in §.sacerdotio. ff.de arbitr. vbi vitiatur iam factum, quod tamen non impedit faciendum, & sic faciliùs de nouo acquiritur, quam retineatur acquisitum.

SOL.Pro sol huius contrarij dic,quod in d. §. sacerdotio. causa impediens,respicit causam finalem & tunc sicut impedit à principio faciendum, ita tollit iam factum, secùs quando causa impediens respicit causam efficientem, vt consensum,qui est causa efficiens matrimonij,l.nuptias,de regu.iur. ff.& licet ab initio aliquid impediat faciendum, non tamen tollit iam factum per regulam,factum legitimè.vbi vide Dy. de reg.iur.lib.6.

OBIEC.Præterea opponitur de l.sunt personæ.ff.de religio.& sumpt.fune.

SOL.Imò illa lex potius concordat secundum Iac.Butrig.

in d.l.patre. Bellon.Tolos.

PRO.Facilius tollitur ius speciale, quàm ius commune. l. eius militis.§.militia missus.ff.de militar.testam. Idem.

PRO.facilius compensamus quam soluimus.not. gl. in l. fideicommissa.§. item si certam.ff.de leg.3.

PRO. Faciliùs remittimus,quæ speramus,quàm debemus quæ possidemus.not.glo.in l.fideicommissa.§. item si certam per illum tex.ff.de leg.3. Idem.

PRO.Faciliores non sunt testatorum voluntates in onerandis hæredibus.l.vnum ex familia.§.si rem.ff.de leg.2. Idē.

facilitas veniæ incentiuum præber delinquendi.23.q.4.c. est iniusta.c.vt clericorum.de vit.& honest.cleric.feder.cons. 257. P.Andora.

Facile est iuuentis addere. l. 1. C. de veter. iur. enucleand. Ang.in §. 1.instit.de legit.agnat.success. Idem.

faciens,quod communiter fieri per alios videmus excusatur à dolo & culpa.Riminal.cons.164.num.42.in 1. Bonac.

factum alienum promittens,non valet promissio,nisi adiiciatur pœna,quo ad pœnam.Cur.Iun.in cons.124. num. 19. communem dicit. Bonacoss.

factum promittens alienum, & se facturum & curaturum, cumpotam nec tenetur, quò ad pœnam, si fecit posse.etiam, ꝙ adsit clausula,quod faciēdo possibilia non excusetur,vt est communis opinio.de qua Inter cons.crimi.cons.145.nu.20. 23.& cons.142.n.1.Contrarium tenet.D.Hercules de Sylue-stris noster Ferrariensis.Inter cons.crim.cons.97.nu.16.Et factum alienum promittens non obligatur. Fallit quinque modis,vt per Roma.in cons.510.n.22. Bonacoss.

PRO.Factum contra naturam seu substantiam actus non valet l.cum præcario.ff.de præca. Bellon.

PRO. Factum legis excusat negligentiam hominis. l. fin. C.si manc.fuer.alien.& ibi not. Idem.

PRO. Factum,iudicis reputatur factum partis. in l. si ob causam.C.de euict. Idem.

PRO.Factum,seu ministerium iudicis necessarium nō est, vbi lex certa est, & operatur suum effectum. l. adolescentiæ tempus, vbi Bald. not. C. in quib. caus. integr. restit. non est necessa. Idem.

PRO.Facta pro infectis haberi non possunt.l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& postl.reuers.

OBIEC.Contra de l.non dubium.C. de legi. vbi factum contra legem.habetur pro infecto.

SOL.Illud est de fictione iuris. Idem.

PRO.Facta non præsumuntur, nisi probentur, in l. in bello.§ factæ.ff.de capt.& postl.reuer. Idem.

PRO.Facta sunt incerta.l.vbi autem non apparet. §. qui id quod.ff.de verb.obl. Idem.

PRO.Facta aliena prudentissimos etiam homines fallunt, imò quandoque ipsum legislatorem.in l.2.ff.de iur. & fact.igno. Bellon.

Factum alienum si quis promittat, non valet prmissio: si tamen adiicitur pœna:valet quo ad pœnam. Curt.Iun. cons. 124.nu.19.communem dicit. B.Villalob.

Factum ad ꝙ se quis obligauit,omninò ac præcisè fieri ne cesse non est,etenim illius,quod interest. solutione, liberatio quæritur,vt commune placitum censent Rom.n.8.Alex.nu. 27.Ias.n.20.in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb. obl. Alex.Vincen.& Ias.in l.si quis ab alio.§.vlt.ff.de re iud.Iacob. de san.Geor.ī l.vna.n.61.C.de sent.quæ pro eo quod interest, & qui complures exceptiones subiungunt Soc.cons.xcix.nu. 8.cum seq.lib.1.Ant.Gomez.de contract.c.10.nu.22.Quod intellige iure Cęsarum processurum.quippe quia si canonum definitiones spectentur:aliud longe diuersum futurum est.vt frequentius dogma renuntio ex Panor.in c.veniens.nu.9. de iureiur.Rom.& Ias.n.23. ad fin.in appel.latam. stipulationes non diuiduntur.Ant.Burg.in rub.de emp.&vendit.Rebus.in l.vna.n.467.C.de sent.que pro eo quod inter. Intellige deinde atque excipe, nisi si iusiurandi vinculum accessit, vt commune inquit Fortun.Grac.in l.1.nu.26.ff.de pact.& vide inferius vers.iusiurandum. E.Suarez.

Factum suum qui præstare duntaxat tenetur,ne alter in alicuius rei dominio perturbetur,& suorum successorum factū quoque.præstabit.commune profert Boer.decis. lxvij. nu.3. cum seq. Idem.

Facti alieni promissor si se adiuncta pœna obliget,& maxima adhibeat curam,ac diligentiam,si factum tamen non præstabitur,semper ad pœnam conuentum præcisè tenebitur,vt receptissimum penit Balduin.in §.si quis alium.inst.de inutil. stip.& ante eum.Cur.Iuni.cons.139.n.19.Alci.in l.4.§. Cato. nu.132.ff.de verb.obl.Paris.cons.lxxvj.lib.3.Did.à Couar. in c.quamuis pactum.2.par.§.5.n.5.cc ncl.7.de pact.lib.6. Idém que colligitur ex Abb.cons.xliiij.ac iura omnia id liquidò p̄bāt, vt non mediocri sese obstrinxisse errore vi leatur Neapolitanum consilium aliter censens apud Matth. de Afflict. decis.ccxcv.& gruauiter eadem in re hallucinentur Tho.Gramma.q.2.n.8.post decisiones,ac Stephanus Budæus in d.§. si qs alium.& Viuius cum iis,quos citat,lib.j.opi.cclv. Cauendum erit à Deci.in l.impossibilium.n.3.ff.de reg.iur.à Ias.in l.stipulatio ista.n.10.ff.de verbo.obli.si quidem quæstio,ac varietas Doctorum,quos laudāt,ea in specie versatur cum quis se curaturū adiecta pœna spondet:in qua receptior est sententia, vt diligentia,pœnam excludat.quemadmodum constabit ex eorum numero atque authoritate,quos citat Did.à Cou.d.§. 5.n.3.ac præterea ex Fel.c.ex rescripto.n.28.de iureiu. Alc.in d.§.Cato n.129.& in l.quod te mihi.n.21.ff.si cer.pet.& ex iis, quos allegat Viuius vbi s̄.in prin.Quod tñ non procedat etiā hac in vltima specie, si expressum fuerit,vt illud, de quo conuentio initur,oīno fiat,quia tunc nulla cura ac diligētia à pœna promissorem excusabit,iuxta veram resolutionem,de qua Rip.in d.l.quod te mihi.nu.46.ff.si cert.pet.latè Did.à Couar. vbi s̄.n.6.quamuis perperam contrarium opinētur Afflict.decis.ccxcv.Paris.cons.cx.n.42.lib.1.Viuius.d.opi.Quinimò sufficiet ita ex contrahentium mente, ac proposito colligi,vt æquum & bonum affirmo,& magis commune reor ex Dec.in l.vlt.§.vlt.n.11.ff.si cer.pet.Alc.in d.§.Cato. n.135.Gomez.in §.in personam.n.57.Inst.de action.Rip.in d.l.quod te mihi.n. 47.Did.à Couar.vbi s̄.n.6.&n.7.Vnde tanquam parum vtilis in super habenda est cautela Viuij, quam ad illius opin. cclv. fi.effert. E.Suarez.

Facti alieni promissor per formulam illam se facturū & curaturum,si diligētiam & curam nō adhibuit statim ac potuit, in mora cōstituitur absque vlla etiam interpellatione,vt frequenter placitum asseuerāt Cur.Iun.cōs.124.n.6.Viuius lib. 1.opi.cclv.Falcidia locum dūtaxat habet, & ī fideicommissis singularibus.vt commune ait Bellon. in rub.n.10.ad fi.& nu. 11.insti.de fideicomm.hæredit.Atque in iis etiam locum nō habebit,si legatum integrè solui testator iubeat, vt frequenter placitum dicit Ias.in l.cum quis.nu.5.C. de iur.fact. ignorant. Idem.

Factum nō presummi,nisi probe.l.deniq;.ff.ex qui.cau.maio.l.in bello.§.factæ.ff.de cap. & postl.reuer. Barb.in 3. volu. cons.49.in 5.col.

Limita vt per Ias.in l.scien. in 1.col.ff.de verb.obl.videlicet nisi sit factum ꝓsuetum fieri.quia illud bene præsummi.alleg. Bal.in rub.C.de fi.instr.in 3.col.allegantem tex.in l.fi.ad fi. C. de fideius. alleg. etiam eundem Bal. in l.incendium.ad fi.C.si cert.pet.

Limitat etiam nisi in scriptura appona.tale verbum,quod de necessitate includat illud tale factum. quia tunc præsummi.all.tex.in d.l.scien & in.ll.allegatis in gl.ibi.per quas dicit. limitari illam regulam §.factæ. P.Andora.

Factum leg.nō debet ex nouo euentu retractari.& vt verb. legis vtar.Nō enim debet quod rite & fm.ll.ab initio actum est,ex alio euētu resuscitari.l.sancimus.C.de admi.tuto.l.nec enim corrumpi. ff. de iti. actuq; priua.& regl̄a, actum leg. de reg.iur.in 6.no.in l.si prius.C.de iu.fi.li. 10.fac.l.terminato.C. de fruc.& litis expen.vbi not.doct.ꝙ sopita mā. nō debet nouum iurgiū super ea suscitari.& est gl.& ibi Bar.in l. Barbari⁹. ff.de officio præto.Barb.in 3.vol.cons. 13.in 5.col.

faciunt quæ vult Barb.in 4.vol.cons.40.col. 19.P.Andora.

Ex facto ius oritur.l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.acq.l.præcibus.C.de impub.l.vt rñsum.C.de trans.l.domitius labeo.ff. de testa.& l.fi.C.de præci.imper.off.pulchrè Fede.in cons.clij. in prin.Card.in cons.37.in themate.

Et ex modica facti varia. totum ius varia. l. ea est nā.ff. de regul.iur.

Nec possumus bene consule.nisi facto prius cognito.l.arethusa.ff.de sta.ho. Idem.

Facta pro nō factis haberi nō possunt.& hoc solo priua.de⁹. l.verum.ff.de reg.iur.Bar.in l.non dubium.in 2.col. C.de ll.Alex.in 3.vol.cons.15.Ias.in l.1.§.hoc autem.in prin.ff.de oper. no.nun.& in l.1.§.si vir.in 1.col.ff.de acquir.poss. Idem.

Facta autem pro infect.haberi possunt.vt est tex.ad literam in d.l.non dubium.de quo vide late.Phi.in c.vt nostrum.in 1. col.de appel.all.multa.maxime gl.ī cle.j.de Immu.eccl.Barb. in 3.vol.cons.8.in 2.dubio all.tex. in c.vides. 10. dist. & idem vult in cons.13.in 3. col. Phi.in regl̄a quæ contra. quæ est 64. Idem.

In factis.nedum doctores. Sed etiam principes errant qñz. c.2.de constitu.libr.6.Alex.in l.post dotem.in 15.col.ff.solut, m..&

matr.& ideo de facto iuris consultus non respondet. Ias.in l. Barbarius phs̄.in 5.col.ff.de officio.præto.

Facto suo,an quis possit contrauenire. Vide ȳ. in ver. iuramentum opera.§.29.

Et ȳ.in ver.procurator.§.11.

facto suo nullo. quilibet contrauenire potest. Alex. in 1. vol.con.123.& in 2.vol.cons.103.in 4.col.& cons.137.Fely. remissiue.in c.à nob.in.3.col.de excep.de quo etiā vide Paul. de Castr.in 2.vol.cons.74.in 4.col.vers.circa tertium.& cons. 136.ver.tertium etiam.& segno.con.137.Alex.in 1.vol.cōs. 123.in 2.col.in fi.& in 2.vol.cons.93.& in 5.vol. cons. 81.in 1.col.Bal.in l.2.C.si aduer.rem iud.

Et ex causa superuenienti potest quis contra factum proprium venire.Phi.in c.nulli.de elect.in 6.

Item fauore rei pu.Calca.cons.225.fac.quod vult Ang.insti.qui al.licet.al.non.

Reficiens an dica.de nouo facere.Vide Fely.in c.consuluit de iude.&in c.cum accessissent.in 15.col.de consti.& ȳ.in ver. reficiens.

Multa fieri prohibentur.quæ tamen facta tenent. Paul.de Castr.in 2.vol.cons.328.alias.326.Ias.in l.pr̄e furioso.ī 3.col. ff.de his qui sunt sui.vel alie.iu.faciunt quæ vult Ludo.Rom. cons.409.in 2.dubio.

In contrarium est tex.in l.1.§.ant. seuerus.& ibi hipo.ff. de quæstio.

factum de facto.debet de facto reuocari.Bal. in l. verum.§. quod si minor.ff.de Mino.Barb.in 1.vol.con.51.in 29.col.& in 2.vol.cons.7.in 17.col.Ludo.Rom.cons.69. & cons. 158. Bal.in 4.parte cons.208.Calde.in ti.de dilla.cons.1.Sōz. in 2. parte.cons.266.in fi.Ias.in l.si pacto quo pœnam.in 3.col. de pac.&in l.1.in 2.col.ff.de feriis.& ample.Fely.in c.qualiter.& quando.col.7.& 8.de accus.Alex.in l.j.§.nūc.de ope.no.nun. & in c.vol.con. 5.Fel.in c.fi.in 7.col.de iud.Barb.in 4.vol.cōs. 37.in 1.col.& cons.76.in 6.col.& cons.83.in 4.col.Phi.in c.j. de supl.neg.præla.in 6.& in c.vnico in vlt.no. de relig. domi. in 6.hypo.sing. 12.195.Alex.in l.1.§.nunc.in 7.col.de ope.no. nun.& in l.quod iussit in 10.col.de re iud.Lud.Ro.cons.220. & cons.320.Quam concl. amplia etiam procedere in successore in officio quòd factum de facto reuocare possit parte tamen citata,& nō aliter,Bal.in l.si deserta.C.si prop.pub. pēsit.

factum non debet attendi sed quod fieri debuit.l.nemo iudex.C.de sen.& interlo.om.iud.fede.cons.152. Idem.

facto non minus quam verbis.datur voluntas intelligi.Ias. in l.de quibus in 10.col.ff.de.ll.& in l.in testamento.in penul. col.C.de testamento mil.& in l.reprehendenda.C.de insti.& substi. Idem.

facto vbi opus est.verba non sufficiunt.l.1.§. hæc autē verba.& ibi doct.maxime.Ias.in 4.not.ff.quisq.iur. Addit gl.in c. 1.de eo.qui mit.in pos.& in c.vt circa.de elect.in 6.& ideo secundum eum.vbi requi.oblatio non suffic. verbalis.l. qui decem.vers.idem respondet.in fi.ff. de sol. l. fuus qui hæredi. in fi.ff.de sta.lib.Bar.& doct.in l.prætor.§.si quis paratus.ff.de oper.no.nunc.habetur.in l.acceptam.C.de vsu.gl.fi.c.pastoral⁹. de officio ord.fac.secundum eum.ca.1. de seque.pos.& fruc. Idem.

factum censetur.quod de proximo est fieñ.Ias.notabiliter. in l.admo.in 14.col.in lectu.ff.de iu.iur. Ad quod multa accumulaui.in vers.Proximus.

Qui non potest facere. an possit facienti consentire? Vide decium.cons.124.in 3.col.vbi.dicit. ꝙ quando consentiens alteri facienti modo habet ius perfectum. tunc licet ipse facere non possit tñ. alteri facienti. consentire potest. Si vero ille qui consentit reperi. habere plenum ius. tunc sic.non potest facere.ita nc. facienti consentire. all. Bar. in l.fi.in 2.col.C.de Pac.

Et quòd possit consentire.tenet Alex.in 2. vol. cons. 57.in 3.col.ibi accedit.

facien.an sit grauius delictum.quam ommittenc⁹?Vide Ias. in l.sancimus.in 6.col.C.de iud.& in l.si quando circa fi.C.vn de vi.& in l.si mora in 6.col.cum seq.ff.so.mat. in quibus locis.dicit.regulam esse quòd sic.gl.in l.si mora.præal.& in l.lege.Corn.ff.ad silla.& in l.2.C.de liber.& eo.lib.Addo Alex.in 5.vol.cons.172.in fi.

Dic.tamen Ias.in d.l.sancimus.quòd ista regula.videtur cōfundi per illum tex.ex quo.not.Ang.& Pau.de Cast. ꝙ graui⁹ puni.iudex qui.omisit. facere.condemnationem expēsarum. quia tene.insolidum ad totale interesse.quam qui tulit sententiam iniustam.vide ibi per eum.& in d.l.si mora in 7. col. vbi plura adduc.contra.dictam regulam.

facere vide.qui per alium fac.Alex.in 5. vol. cons.88.in 4. col.vers.item poterat Cor.in 2.vol.cons.169.in prin.& in pœnalibus.Phi.in ca.sciant.de elect.in 6.Bal. in l.postulare.ff. de fideiu.tuto.Ang.in prohe.insti.vers.cunque.& vers. 5.

Limitatur per Panor.in c.licet.de decis.& vide ȳ.§.21.

facere. permittens.videtur iam factum confirmar.Alex.in 5.vol.cons.146.in 1.col.& vide.s̄.in tract.emphi.q.153.

facere promittens.intelr ȳ.tempus congruum. Cor. cons. 208.in pen.col.ver.Quia promissio.vide lati⁹ in ver.pactum. §.15. P.Andora.

Illud dicitur fieri in pa. mea. quod fit meo nomine. Alex. in l.sed si vnius.ff.de iniur. Idem.

Quando sunt plures hæredes grauati facere capellam vel huiusmodi.quilibet tene.insolidum.Ang.in §.tam autem insti.de lega. Idem.

Quæ de iure fieri non debetur. facta vtilitatem non præstatur.Bal.in l.fi.C.de iure do. P.Andora.

factum hominis & naturæ, in materia alluuionis æquiparantur ad vtilitatem habentium prædia vicina. Ita in simili determinat Bar.in l.quominus. 10.q.ff.de fluminib.vt per eū, cum quo est communis opi. vt ibi per Ias. & nouissimos. Et Bart.etiam refert,& sequitur Socinus Sen.in con.lxxix. super quæstione quæ vertitur.vers.quin imo dicit Bart.3.vol.Et est in simili decisio Bart.Ang.Pau.de Cast.& aliorum in l.fluminum.in prin.ff.de damn.infe.Soci.Iun.in cons.27.nu.8.vol.4. E.Muscul.

facultas insinuandi donationem durat tantum 20.annis, & postea præscribitur.communem dicit Ias.post Bald.in l. licet. C.de iur.delib.vt refert Hyppo.Rimi.in §.1.nu.210.Licet ipse ibidem post Ang.Canarium sequatur & firmet contrariam opinionem,vbi tamen dupliciter limitat.vide. I.Fich.

PRO.Facultas adimplendæ conditionis non transit ad heredem petendi autem transit, in l.si decem cùm petiero. vbi Bart.ff.de verbo.obli. Bellon.

facultas. An ea quæ sunt meræ facultatis præscriban .Vide in ver.præscrip.§.105. P.Andora.

facultas alicui competens non est angustanda.l.fi. & ibi Bal. ff.de vsu & hab. Idem.

PRO.Falcidia ipso iure resecat legata l.Plautius.ī l.lineam margaritarum.in l.quātitate.§.magna.ff.ad leg.Falc. Bellon.

falcidiam ne hæres detrahat, testator prohibere potest.Cōmunem dicit I. Clar. §. testamentum.q.lxxiij.vers. sed quæro. P.Fichard.

ADDITIO.

Ista communis opinio probatur in §. si verò expressim.in auth. de hæred. & falcid. Restringitur tamen hæc communis opinio vt non procedat in filiis primi gradus.Ita Ias.in l.Marcellus.nu.53.& 55.ff.ad Senatusc.on.Trebel.post Bald.in l.iubemus.ver.nota,ꝙ testator.& vers.& ego dico.C.ad Trebell. atque ita respondit P.Decius cons.lxxxj. Mouetur Ias. per gl. in d. §. si verò expressim. quæ hoc apertissimè probat ex §..aliud quoque capitulū.in auth.vt cùm de appellat.P.Prateius.

Etiam de institutionib. factis in re certa detrahitur Falcid. Est communis opinio secun.Cor.in cons.136.constat.vers.tamen his minimè.volu.3. M.Chærianus.

falcidiam quæ debetur hæredi ex legatis,si testator dicit,ꝙ integrè legatum soluatur tenetur hæres dimittere.Ias.in l. cū quis.nu.5.C.de iur.& fact.ign. magis cōmunem dicit. Vilall.

falcidiam ac Trebellianam licet hæres inuentarium conficiens possit regulariter detrahere Auct.de hæredibus & Falc. §.si verò non fecerit inuent.collat. 1. id tamen inter alia fallit quādo testator detractionem alterutrius prohibuisset. Auct. Sed cùm testator.§.si verò expressum.C.ad l.Falcid. Bart. & Imol.in l.Marcellus.§.quod autem.ff.ad S.C.Treb.quos communiter sequuntur canonistę,in c.Raynaldus.de testam.sicut refert Bened.Capra reg.cx.nu.3.Similiter fallit si legatum factum aut relictum esset ad pias causas. vel pro redemptione captiuorum,quia.nō detrahet Falcid. aut Trebelliana. Auct. de eccles.tit.§.sin autem.collat.9. quod & voluit Domi.Ant. in d.c.Raynaldus,cōmuniter ab vtriusque iuris Doctoribus, tenetur,per not.in c.si pater,de testamen.lib.6.& Bald.in l. id quod pauperibus.C.de episco.& cleric.quemadmodum quidem,nu.5.refert idem Capr.

falcidia licet in eo quod pœnę nomine per iudicis condemnationem post specialem affectionem decedit vel accrescit non detrahatur.l.cùm pater,cum l.seq.ff.ad l.Falcidiā,tametsi pœnæ nomine iussu testatoris relictum sit, putà vt legatario contradicente alteri detur, tunc quia non tam pœna quàm legatum sit,rectè detrahetur,prout voluerunt Inn.Anchar.& Abbas d.c.Raynald.de testamen.quos ibidem Io.And. & Domin. Ant.sequuntur ꝙ communiter quoque teneri ibidem refert.

refert.Benedictus Capra.n.13.Falcid.non solùm non detrahitur nisi hæres ĩ.annum à die monitionis per iudicem facta legata exoluerit. sed nec vllum ex testamento emolumentum capitur gl.in c.Raynaldus de testam.Barto.in Auth.Hoc amplius.C.de fideicommissis.c.si hæredes.ca.nos quidem de testamentis.gl.in Auct.de hæredibus & Falcid.§.si quis non implens.ꝙ communiter teneri ibidem,nu.22.refert Capr.quod est verum,nisi aliud tempus ĩ. quod voluntati satisfaciẽdum sit testator prefixerit,quia illud tunc obseruabitur iuxt.l.statu libe.§.herede.ff.de statu lib.l.fi.§.Sin autem.C. de iure delibe. prout d.c.nos quidem.voluerunt Anc.Imol. D.Nicol. & cõmuniter Doctores,vt ibidem numero 28.refert Capra.

Falcidia potest prohiberi per testatorem. §. si vero expressim.& ibi Ang.in auth.de hæred.& falc.gl.in l.decem.ff.de fideicom.lib.doct.in auth.sed cum testator.ad l.falc.& in l.marcellus.ff.ad treb.Pau.de Castr.in 2.vol.cons. cl.incip. in causa quæ vertitur. P.Andora.

Item prohibe.tacitè.falc.quando testator mandat præstari integra legata.fin.doct.in locis.præal.ad quod vide omnino. Pau. de Castr.in d.cons.

falcidia non detrahitur per piam contra aliam piam causam.Bened.in cons.86.

falc.non detrahi. de dona. causa mortis facta præsenti. per stip.Bened.in d.cons.86. P.Andora.

falsantes literas inferiorum,non autem Principum,leuius debent puniri.secundum communem opinionẽ. de qua Soc. in c.ad falsariorum.nu.9.de crimine falsi. Bonacoss.

falsans literas Apostolicas per alios eadem pœna punitur, qua punitur falsans per se,vt est communis opinio.Soc. in c. ad falsariorum.nu.19.de crimi.falsi. Bonacoss.

falsificans instrumenta,vel testes,causam licet non perdat, vt tenuit Bart.in l.in fraudem.§.quoties.& ibi gl.verbo cadat. ff.de iure fisci:si tamẽ acta causæ falsificauerit,vel corruperit, causam ipsam amittet qualiscunque causa vel persona fuerit, vt idem Bart.dicit in d.l.in fraudem,quod & Anch.placuit in cons.ccclxxxviij.in casu præmisso.vers.Item non obstat predictis.&Boer.in q.ccxcj.parte 2.vbi attestatur hanc opinionem esse communem,quamuis Card.contrarium tenuerit,quo ad instrumenta.in c. olim.de rescri. F.Turzan.

falsificans monetam principis. Flammis comburitur.Cur. cons.138.all.l.1.&2.C.de fal.mo.habetur per Panor.in c.quãto.de iu.iur.

Idem in falsante rescriptum principis.quia pœna mortis puni.Panor.in c.ad falsariorum.de fal.

fabricans autem aliam monetam quam principis capitali pœna puni.Cu.vbi.s.per.d.iura.subiungens. ꝙ hoc casu app. pœnę capitalis venit exilium perpetuum:nec credit ꝙhoc casu.veniat publicatio bonorum.

Et ꝙ tũc nõ intelliga.de morte,sed de deporta.tenet in terminis. Alex. in 1. vol. cons. 104.dixi.in ver. Pœna arbit.§.20. P.Andora.

Aurifex qui fac.aurum vel argentum de minori liga,quam sit sta. vł ordinatum,incidit in falsum. Bart.in l.lege Cor.ff.de falc.

Expendens falsam monetam.nõ tene.de falso.sed extraordinarie.puniendus est. Bart.l.facularij. ff.de extraor.cri.Barb. in 3.vol.cons.lj.in 5.col.Panor.in c.ad falsariorum.de fal.

Limita nisi exponat scienter monetam plombeam vel stagneam quia tene. crimine falsi.Bar.ĩ l.lege.cor.ff.de fal. Ang. aret.in tract.malef.in verbo falsario.in 10.col.Addo. Curt. in cons.præal.

Subiungit ibi Aug.ari. ꝙ talis expendens excusare.si docet à quo habuit,nec est necesse ꝙ doceat habuisse à tali. sed suffic.ꝙ per testes doceat habuisse.all.Iac.bu.in l.maiorem.C.de fal.Barb.in d.cons.lj.Alex.in l.lege cor.ff.de fal.

Quod intelligit ipse post Ang.in d.l.maiorem.si per^a.est honesta & bone fame alias non.Nam de facili quidam ignotus. posset submitti & tempore submissionis testes adhiberi.

Adde quòd expondens bona fide non puni. ita,Barb. in 2. vol.cons.29.in 3.col.

Nec etiam punitur pœna falsi expendens monetam à principe reprobatam.vt vult Cur.in l.cum quid in 7.col.ff.si cert. pet.Addo ample.Alex.in 1.vol. cons. 104. vbi vult ꝙ sta. puniens falsificantem monetam. non habeat locum. in moneta reprobata& loqui.in bagatinis.vide ibi per eum.quia notabiliter.loqui. P.Andora.

falsitas in vna parte instrumenti,totum vitiat instrumentũ, vt est communis opinio.Fely.in c.fraternitas.num. 16.de hæret.fallit in pluribus,vt ibi per feli.num. 17.& seq.& si quis dicat instrumentum,quo vteris falsum, ꝙ nihilominus potes eo securè vti,& sine pœna,si non credas falsum quousque apparuerit de contrario.Cautum tamen est protestari,ꝙ si appareret falsum,non intendis vti. Specu.de instru.edi.§.videndum. vers.si rectis,de quo Io.Fab.inst.de publi.iudi.§.item lex Cornelia.de fals.n.6.vbi etiam ponit,quæ sit pœna committentis falsum.pulcherrimè distinguens. Bonacoss.

falsitas commissa in scriptura quæ deficiebat in forma & circa substantialia,non facit commitẽtem reum criminis falsi.communem dicit Alber.in 2.parte statutorum.q.cxlvij.Soci.cons.ciiij.nu.3.Clar.ibidem. P.Fichard.

falsitas dici non potest illud quod iuuatur primordio veritatis.comm.dicit.Foller.in pract.crim.nu.35. Clar. ibid. vers. præterea. P.Fichard.

falsans acta perdit causam.Bald.in l.qui testamento.ff.de excus.tut.Bart.in l.1.§.2.in fi.ff.de calum.Imo.in l.diuus.col.16. ff.de re iud.Ang.in l.1.in fi.ff.de his quæ in testamento delen. pariter.qui conatus est substrahere probationes aduersarij,secundum Inn in c.intimauit.ext.de testi.Ang.in l.1.§.si reus.ff. de eo per quem fac.erit. licet Bald.in d.c.teneat contra Inno. Balb.decis.361.

falsitas per partem in causa commissa circa acta ipsius causæ,facit vt causa amittatur.comm.dicit Alex.in l.diuus.nu.6. quem refert Didac.in repetit.c.quamuis.n.6.vers.Item punitur.& Pract.Conradi.n.31.Boer.decis.ccxcj.nu.2. Vantius de nullitatib.n.141.Ruin.cons.15.n.3.lib.5. secus si circa testes aut instrumenta commissa sit,vt dicit comm.teneri Dec.in c. cum venerabilis.n.21.de exceptioni.&licet aliqui dicant hoc locum habere quando causa sit contra fiscum, tamen magis communis est etiam si sit cum priuato,vt testatur Ruin.d.ↄs. 15.n.3.lib.5.Refert Cla.lib.5.sent.§.falsum.ver.item propter. P.Fichard.

falsitas quę nemini preiudicat,nõ facit commitẽtem reum criminis falsi.commu.dicit Alex.con.cxlv.vers.confirmo per id Barbatius cons.lij.nu.4.lib.3.Soci.cons.ciij.nu.1.& 2.lib.1. Clarus ibidem vers.Item excusatur. Talis tamen falsitas non excusabit à pœna extraordinaria, prout comm.dicit Plott. in repetitio.l.si quando.n.721.Clarus ibid.in fi. P.Fichard.

falsitas sine dolo committi non potest.comm.ait Soci.Iun. cons39.n.83.lib.2.Clar.lib.5.§.falsum.vers.excusatur.P.Fich.

falsitas in accessoriis nõ vitiat principale, vt est communis opi.Clar.in §.falsum.ver.sed quid si testis apostillãtes ad Pau. de castr.in cons.9. n. 27. & nota ꝙ instrumentum simulatum non comprehenditur in statuto loquente de instrumento. Firma.in verbo instrumentum simulatum. & simulatio appellatione falsitatis venit etiam in statuto. Firm.in vers.simulatio.nu.34. Bonacoss.

falsi pœna non tenetur testis non iuratus falsum deponẽs, cuius dictum est nullum,communis est opinio. Grassus communium opinionum.libro 2.c.17.q.21. Bonacoss.

falsitas etiam non nocibilis per testem, vel notarium commissa in actu nullo, punitur non pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria. Bologni. cons. 30. communem dicit. Plotus in lege,si quando.n.718.C.vnde vi. Soarez ver.falsi crimen.nu. 14. Bonacoss.

falsi crimen euitatur interpretatione verbali quoquo modo accepta,quia est necessaria probatio euidens, & de necessitate cõcludẽs nec cõiecturis & indiciis opus est, vt est cõmunis opinio.Soarez vers.falsi.nu.18. Bonacoss.

falsi crimen non censetur indultum à Principe,licet delinquenti venia generaliter reo sit concessa.communis est opi. Soarez vers.falsi.nu.31.

falsitas cõmissa circa scripturam,quæ de se non probat,non punitur gl.in c.quanto.vbi omnes.de iureiu.Parisi.cons.169. nu.61. in vlt.vol.D.Hiero.Gabriel.in cons.169.nu.12.& seq. Soarez nu.14. Bonacoss.

falsitas tripliciter puniri potest. Nam pro instrumẽto falso potest quis puniri,quia fecerit,quia fieri fecerit,& quia illo vsus fuerit,vt est communis opinio.Bossius de falsis.n.115.vide Soci.iunio.in cons.61.in 2.si quis etiam cælat instrumentum alienum,ad finem,ne veritas appareat,tenetur pœna falsi,quia plus est in totum cælare,quàm aliquid inde abradere. Aut nõ fecit,vt veritas nõ appareat,sed forte est latro,qui credens substrahere saccum cum pecunia,in quo erat instrumentũ,quod non vult exhibere, vt furtum nõ manifestetur,& tenetur furti.Bald.in l.cum qui C.ad l.Corn. de fals. Bonacoss.

falsitas nõ punitur, si quis in priuata scriptura, quæ nullam facit fidem dolo malo veritatem immutat, vt est communis opinio.Gabriellius ĩ ↄs.169.n.21.& ideo si mercator scribat, quodvnus fideiussit seu promisit pro alio, cum nõ possit hoc scribere,nec alius.licet habeat Principis decretũ,ꝙ libris mercatorum præstetur fides,quod decretum,cum debeat intelligi cum quadam limitatione, & subauditione multum æqua &rationabili.videlicet,nisi contrarium videatur iudici ex probabilibus aliquibus causis. Alba in cons.95.non est falsa,quia est nulla, ideo puniri non potest, quia falsitas circa scripturã, quæ de se non probat,non punitur,vt est dictum.per gl.& docto.in c.quanto.de iureiuran.Parisius cons.169.n.61.vlt.vol. & scriptura libri mercatoris præsumitur facta præsente parte. Bal.in l.si quis.col.2.ver.item quia scriptura.ff.de edẽ.sed habens præsumptionem pro se non tenetur de falso. Bal.in.l.fi. col.2.q.5.ver.1.casu.C.de edicto diui Adri.tollen.& in l.si prętor, in Apostillis ad fi. & licet etiam debitor Principis, vel rei publicæ scribat super libro partitam non veram prima facie, licet verificari possit ex alio non dicitur falsarius,quia non dicitur fraudatus liber, cum dolus adfuerit, cum postquàm id quod principale,& in facto suo consistens erat verum,nõ potest dici falsitas,licèt secundum verum non esset.Puta si dixisset se esse debitorem de centum libris, acceptis à tali debitore Principis,quas dicit se apposuisse super tali banco,sed non posuit fortè quia habebat animum opponẽdi.iuxta l. pen.ff. de iusti.& iur.relatione scilicet facta ad id quod non fecit,sed quod facere debebat.ex eo enim ꝙfalsitas non consistebat in facto suo secundariò.sed in facti serie & veritate.quia non dicitur falsum,quia falsum non dicitur quod mutatur per modum veritatis. l. cum filius. §. hæres meus.ff.de lega.2. sed est mendacium dicere,ꝙ opposuit in banco.licet primum fuerit verum,quod scilicet reperit, & cum potuerit constare de veritate per librum banchi, falsitas nõ dicitur cõmissa,sed mendacium.quod non potuit esse nociuum Principi,&ideo non dicitur commissa barataria,nec furtum,postquàm etiam Princeps non est adhuc dominus pecuniæ debitæ, antequàm tradatur per officialem, sed officialis qui recepit ad numerum.Ita in terminis consuluit Pau.de Cast.in cons. 9. per totum. in 3.vol.de quo cõs.facio magnum festum quia casus nunc sub iudice pendet.Et iste nõ est casus,ꝙ quis incidat in pœnam legis Corneliæ de fals.Soc.in rub.de crimine falsi.n. 5.Nam omne non verum non est falsum. Sed requiritur dolus in committente.vt per Soc.ibi.& per tex.in l.nec exẽplum. C.de falsis.Bal.cõs.33.nu.2.Alex.cons.73.nu.4.in 1.Nam non sequiť falsum committit & de falso punitur,qui verum suppressit,q̃ qui falsum deposuit,nõ tñ sequitur,vt æqualiter peccet & puniatur.Tiraquellus de pœnis temperan.causa 44.num.71.Et falsum nõ admittitur. quod admixtum habet aliquid veritatis,vel implicitè,vnde testis,qui deposuit rem esse Titij. sciẽs esse communem Titio,& aliis saluatur hac ratione à falsitate, vt est communis opinio.Phanutius de Phanutiis de Luca.in tract.de inuentario.par.6.q.130. Bonacoss.

falsitatem committens perdit causam. communis est opinio.Clar.vers.Item propter.Ruin.cons.86.per totũ in 4.vol. Quando est tñ commissa circa testes,aut instrumenta,non amittit causam.Secus si circa acta causæ,quia tunc causam perdit,vt est communis opinio.Clar.in §.falsum.vers.Item propter.Et si falsi crimen morte extinguitur.l.1.C.si reus,vel accusator fuerit mortuus.Cæpolla cons.cri.23. nu. 5.Soarez vers. falsi.nu.32.& 33.Boeri.decis.291. Bonacoss.

falsitas non committitur sine dolo,vt est cõmunis opinio. Clar.in §.falsum.vers.Excusatur. Et falsum non dicitur, si primordio veritatis adiuuatur.cõmunis est opinio.Clar.ibi ver. Præterea.plura Ant.Gabriel.li.7.concl.Conclusione 4.& seq. Soarez vers.falsi.nu.18. Bonacoss.

falsitas excusatur,si nemini præiudicat,vel preiudicare posset.communis est opinio.Clar.in §.falsum.vers.Item excusať. D.Hiero.Gabriel.in con.169.n.20.Item excusatur, si scriptura deficiebat in forma,& circa substantialia,&sic si erat nulla, neque ex ea poterat inferri damnum alicui.communis est opinio.Sic & testis cuius depositio fuit nulla,vel nemini præiudicabat.non punitur de falso,sed extra ordinem stellionatus, vt est communis opin.vide omnino Clar.ibi ver. Item debet iudex omni studio vigilare,vt reos à pœna falsi excuset.Et vt dicta testium ad concordiam reducantur interpretatione & distinctione,ne falsum dixisse iudicentur,vt est communis opinio.Clar.ibi. Et not. quod statutum dicens,quod condemnatus pro falsitate nõ admittatur ad officia,intelligitur de cõdemnato pro falsitate strictè.Bart.in l.quid sit falsum.ff.ad legem Corn.de falsis. Bonacoss.

falsitas non dicitur si quis in testamento sibi adscribat, nisi scriptura sit talis,quæ faciat fidem,vt est cõmunis opinio Bos. de iis,qui sibi adscribunt in testamento.nu.3. Bonacoss.

falsitas, quæ nemini est nocibilis, non potest de iure communi puniri pœna falsi ordinaria, siue per testem, siue per Notarium,vel alium sit commissa secundum Bar.in l.si quis legatum.ff.ad l.Corn.de fal. Ita est communis opinio omniũ Docto.vt attestatur Alex.cons.clxv.visis.vol.6.& Soc. cons.ciij. in facto,& ciiij. post reditum.vol.1. quamuis Saly.in l.1.C.de sepul.violat.& malè,imò absque vlla concludenti ratione videatur asserere contrarium, vbi tenet, ꝙ si quis in libro suo falsò scripsisset Titium esse suum debitorem, siue tabellio in sui fauorem falsum instrumentum confecisset, puniri debent pœna falsi. F.Viuius.

PRO.Falsus denarius non est denarius.not.gl.in l.3.C.de hæret.& manich. Bellon.

PRO.Falsus rumor nocere nõ debet.ĩ l.fi.ff.de hæred.insti.

PRO.Falsa credulitas non confirmat quod agitur. l.si cum te.§.fi.ff.de pact. Idem.

PRO. Falsa demonstratio non vitiat actum.l.demonstratio.& l.falsa.ff.de condi.& demonstrat.& §.huic proxima. instit.de lega.

OBIEC.Contrà de l.si sic.§.1.ff.de legat.1.vbi demonstratio falsa vitiat actum,qui geritur.

fideicommissario agenti contra hæredem grauati sufficit probare bona fuisse reperta in hæreditate fideicommittentis tempore mortis suæ, secus si agit contra tertios possessores, quia tũc de dominio fideicommittentis probari debet,secundum Rol.cons.46.nu.10.lib.3.vbi nu.11.dicit,quòd substitutus extraneum conuenire nõ potest pro rebus subiectis fideicommisso,nisi probet quòd defunctus fuerit domin' vel quasi,quod nõ probatur ex sola possessione ex ibi alleg.vbi num. 12. quòd actio ex testamẽto nõ datur cõtra extraneum possessorem, nec officium iudicis cõtra extraneum possessorem titulatum.l.1.§.si hęredi.ff.ad treb.aut ex edicto diui Adr.& nõ potest.aut condictione ex l.si coloni. vel officio iudicis & nõ potest,cum possessor habeat titulum ex no.per doct.in l.2.C. de fur.in l.rem que nobis ff.de acq.poss.Nat. cons.400.col.fi. vbi quòd si fideicommissarius agit cõtra extraneum qui possidet rem hæreditariam cum titulo, tunc quia fideicommissaria hæred.petitio nõ competit contra possidentem cum titulo:op' est rem vẽdicare à possessore l.2.l.hæreditas.C. de pet. her. necesseque habet probare de dominio vel quasi defuncti, alias obtinere non potest.iux.tradita per Rol.d.cons. 46. vbi latius declarat.

fideicommissarius non tenetur ad alimenta filij naturalis, ad quę pater defunctus grauatus tenebatur pro fructibus perceptis ex portione sua secundum communem per Burs.cons. 83.nu.18.lib.1.

fideicommissarius petit omnes fructus tam pendeñ quàm perceptos à die mortis grauati. secundum communem per Burs.cons.71.nu.25.lib.1.

fideicommissi remissio inducitur ex multis clausulis & promissionibus generalibus in instrumentis diuisionis rerum fideicommissi appositis, secundum communem per Bursat. cons.64.num.34.lib.1.puta,ex clausula,promisit non contra uenire. supposita fideicommissi scientia, quæ clausula tollet fideicommissum.iuxta communem per eundem Bursa.cons. 86.n.13.& seq.eodem vbi latius declarat.

fideicommisso non censetur renuntiatum ex simplici diuisione,secundum communem per Bursat.cons.64.numer.28. libr. 1. vbi dicit. Contrarium verius vbi adesient clausulæ de quibus ibi iuncta scientia fideicommissi.iuxta aliam communem opinionem. d. cons. numer. 29. numer. 34. & cons.12. nu.45.cons.86.nu.13.eodem.

fideicommisso paterno subiacent bona emphyteutica hæreditaria mixta, secundum communem per Bursat.cons.48. nu.7.lib.1.

fideicommisso inter filios facto comprehẽduntur emphyteuses ecclesiæ, quæ alienatæ in legitimã imputantur,secundum communem per Bursat.cons.48.num.24.lib.1.

fideicommissa conditionalia non transmittuntur ad filios defuncto grauato ante conditionis euentum secundum communem per Bursat.cons.71.post num.7.lib.1. nisi ex præsumpta mente testantis, quia ex ea transmittuntur ad filios decedeñ etiam grauato ante conditionem, teste Bal.in l.1.C.de his qui ante apert tab. quæ mens testatoris colligitur ex not. per eundem Burs.d.cons.post nu.7.

fideicommissum ante restitutionem cedi & donari potest, secundum communem per Bursat. consilio 55.numero 24. libr.1.

fideicommissum vniuersale in ecclesiam sine restitutione transit,secundum communem per Bursat.cons.55.num.26. libr.1.

fideicommissum inducitur ex clausula codicillari, secundum communem per Bursat. consilio 88. numero 22. libro primo.

fideicommissum in casu contrauentionis tantum factum, non habet locum mortuo grauato,& minus non sequuta alienatione,secundum communem per Bursat.cons. 97. numer. 13.lib.1.

fideicommissum diuisione tollitur ex clausulis prægnañ. & data scientia illius, secundum communem per Bursat. cõs. 12.num.45.libr.1.cuius fideicommissi Remissio inducitur ex multis clausulis, & promissionibus generalibus in instrumentis diuisionis rerum fideicommissi appositis,ex communi per eundem cons.64.nu.34.eodem.

fideicommissum reciprocum inter institutos non inducitur, nisi fiat substitutio in tota hæreditate vel cum alio signo vniuersali, secundum magis communem per Bursat. consil. 51.numer. 8.libr.1. & nisi fiat vltimo morienti, non autem post mortem omnium,ex magis communi ibi relata,factaq; post mortem omnium:non veniunt portiones aliorum,quę vltimo iure fideicommissi obuenerunt substituto,nisi præcedat substitutio grauamen,iuxta communem d.cons.post nu. 8.pro qua vide etiam quæ scribit Osasc.decis.110.

fideicommissum vel substitutio reciproca non inducitur si fiat tantum post mortem omnium, vel deficieñ filiis nisi in tota hæreditate & vltimo morienti fiat, secundum communem per Burs.cons. 52.nu.16.lib.1.

fideicommissum simplex non inducitur ex sola prohibitione de non alienando,quia vult testator bona ad alios deuenire.ex vna communi.secundum Burs.cons. 52. nume.39.lib.j. nisi dicat,quia vult in familia remanere, iuxta magis communem per eundem Bursat.d.cons.nu.40.vbi latius declarat.

fideicommissarij intentio, dicentis grauatum sine liberis decessisse, fundata est ipso iure quia ei qui dicit grauatum filios reliquisse,& sic fideicommissi conditionem defecisse,incumbit onus probandi.Est commu.opin.secund.Dec.consil. 652.viso consi.circa med.volum.4.vide infra.in verb.liberti. M.Chærian.

fideicommissario primo ante hæredem defuncto, fideicommissum apud hæredem remanet, cum onere restituendi secundo substituto.l.vnic.§.pro.2.C.de caduc.toll.Barto.in l. quamdiu, vltima, per illum textum de acquiren.hæred.Et est commun.opi.secun.Decium cons.ccccxxvij.licet in casu.volu.3. M.Chærian.

in fideicommissaria substitutione attendi magis testatoris, quàm hæredis proximiores,veriorem & communiorem dicit Durand.in art.testand.titul.quinto. cau. vigesima prima. vbi vide. I.Fich.

fideicommissaria in restitutione veniunt mobilia,& se mouentia,pecuniæ,merces,fructus,& similia,instit.de singu.reb. per fideicomm.relict.in princip.& not.Alex. cons. 401.497. numer. 5.Aym.cons.295.circa fi.vbi loquitur de animalibus, mobilibus,fructibus,paris.cons.septuagesimonono, numer. 44. libro secundo. cons.vigesimoquinto. numero 68. Soci. Iun. cons. 130. numer. 13.libr. 1. De quo vide Capr. consil. trigesimosecundo. numer. septimo. vbi loquitur de suppellectilibus, pecuniis, & cæteris mobilibus imputañ in legitimam consumptis. & not. Paris. cons. 55. numer. trigesimosexto.libr.3.Alciat. consil. 631. Sed an veniant bona quæ testator vendiderat cum pacto retrouendeñ intra certum terminum

minum,si post eius mortem hæres grauatus redemit dicta bona. vel ipse hæres possit dicta bona pro se retinere. restituen pretium fideicommissario. seu teneatur restituere ipsa bona etiam sine retentione pretij soluti in redemptione? Dic, vt per Cagnol.in l.2.numer.254.quæst.94.C. de pac. inter emp. qui dicit huiusmodi bona fideicommissario deberi,quia post recuperationem ex prima causa apud hæredem esse dicũtur. teste Bar. in l.in diem. ff.de aqua pluui. dicit tamen hæredem recuperaturum pretium à fideicommissario,quia de propriis pecuniis redemisse videtur & præsumitur vt ibi per eum, cui adde Decium consil.238.numer. 5.Grat.consil.160.in fi. libr. secundo.Rom.consil.276. colum.2.versicu. quo ad nouum. Alex.consil.81. numero 13.libro 2. Catel.versicu.hæres grauatus.

fideicommissum relictum eis,qui sunt de familia,intelligitur relictum ei,qui in agnatione,vel familia tenet primũ gradum & proximiorem Alex.cons.lxxxviij.nu.12.volu.1.communem dicit. Villalob.

fideicõmissum conditionale transit ad hęredem decedente fideicommissario ante factam sibi restitutionem.Communem ait Alex.in l.cum filio.de leg.1.Deci.cons.ccccxc.nu.10. vers.postremo. Idem.

fideicommissum remitti non videtur per diuisionem factã inter grauatos onere futuri fideicommissi,dato ꝓ partes promittant non contrauenire diuisioni. Communem testatur Dec cons.495.vers.sed tamen his non obst. Idem.

fideicommissaria substitutio non dicitur propriè substitutio:Communem dicit Ripa in Rub.de vulga.& pupil. nume. 10. Idem.

Si fideicommissum relictum sit vltimo morienti videtur facta substitutio reciproca inter institutos.Cur.Iun.cons.3.n. 4.communem dicit. Idem.

fideicommissum resultat ex sola coniecturata mente testatoris, etsi ex verbis non constet. Cur.Iun.consi.121.n.10.cõmunem dicit.Ex quibus quando testator ordinat,ꝓ sua bona vsque in perpetuum maneant infra scriptis filiis & hæredibus suis.& eorum descendentibus, resultat substitutio fideicommissaria,Curtius consil.tertio,numer.20.communem dicit. Idem.

fideicommissum relictum alicui,si sine filiis decesserit,expirat relictis filiabus,Cur.Iun.cons.139.nu. 14.communem dicit. Idem.

fideicommissum vniuersale transit in ecclesiam,vel ciuitatem absque restitutione.Ias.in l.vt inter diuinum,nu.11.C.de sacros.eccle.communem dicit. B.Villal.

fideicommissum non dicitur resolutum,vel renunciatum per diuisionẽ factam inter fratres:etsi promissum sit nõ contraueniri diuisioni.Bello.cons.19.nu.8.communem dicit.ex Bart.l.qui Rome.§.duo fratres.q.j.de ver.obl.ff.& Dec.cons. 86.nu.4.

fallit,si fideicommissarius sciebat,ad se pertinere fideicommissum:& diuisit:nam videtur resolutum,Idem ibi num. 10. communem dicit ex Bar.in d.§.duo fratres. Idem.

Prælegata quæ præcedunt fideicommissum, veniunt in restitutionem fideicommissi, licet tale fideicommissum non fuerit iniunctum per verba omnino vniuersalia.Est commu. opi.secund.Dec.cons.252.viso puncto.vers. sed tamen prædictis.M.Chærian.

Quando honor pręcedit grauamen,prælegata & fideicommissa veniunt in restitutionem fideicommissi,& per verba indefinita,& non vniuersalia relicti.Est comm.opi.secun.Alex. cons.25.circa prin.vers.quantum ad 2.vol. 1. Idem.

acquisitum ex substitutione compendiosa, quæ valet iure fideicommissi post aditam hęreditatem,quando talis substitutio compendiosa præcessit fideicommissum, venit in restitutionem talis fideicommissi.Est com.opi.secun.Deci. in cons. 81.in casu proposito.130.vol.1.Idem, tenet Decius,in cons. 80.circa medium vol.1. Idem.

acquisitum ex pupillari substitutione,venit in restitutionẽ fideicommissi, quando tale fideicommissum fuit per verba vniuersalia iniunctum.Est comm.opi.secund.Alex.in l.ita tamen.§.qui suspectam.ff.ad S.C.Trebel.vide j.in verb. Substi. pupill.nu.2.

In fideicommissaria substitutione,filium succedere in locũ patris esse magis communem opinionem dicit Alex.cons.36. vol.3.& Ias.cons.158.vol.2.Dec.autem cons.2.& cons.227. & cons.229. contrariam opinionem magis esse communem dicit. I.Fich.

fideicommissum conditionale decedente fideicommissario pendente cõditione,non transmittitur ad hęredes,iuxta l. 1.§.sin autem aliquid sub conditione. C.de cad.toll.Etiam ad proprios liberos.vt benè probatur in l.hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Treb.& est gl.communiter approbata in l.1.C.de his qui antè aper.Tab.vbi Bal.Saly.& alij Bart.& alij in l.is cui. ff. de actio.& obl. & tradunt communiter Doct. in locis prædictis. Soci. Iun. in cons. 54. numer. 13. & cons. 63. numer. 1. volum.4.

Limitatur,quando voluntas testatoris colligi potest in cõtrarium.per aliquas habiles coniecturas,Nam sicut fideicommissum,quod de sui natura est transmissibile,potest ex voluntate testatoris fieri non transmissibile.l. in conditionibus.§.1. ff.de conditio.& demonstr.vbi Doct. notant. Ita & per Contrarium,fideicommissum sui natura non transmissibile,potest per testantis voluntatem fieri transmissibile:vt tradunt Bald. & alij in d.l.j.C.de his,qui antè apert.Tab. & de hoc communis doctrina in l.3.ff.de leg.1.vt refert Soci.Iuni.in d.cons.63. sub nu.2.& 3.vt per eum. E.Muscul.

fideicommissum conditionale,siue spes ad illud,non transmittitur fideicommissario decedente pendente conditione. Bart.in l.is cui.ff.de actio.& obliga.& alij in l.1.ff. de leg. 1.& est communis opi.gl.Bal.Saly.& aliorum in l.vnica.C. de his, qui ante apert.Tab.Soc.Iun.in cons.66.nu.6.dicens, se aliàs quoque hanc opinionem communem probauisse,& sæpe defendisse à fundamentis in cõtrarium,per Soc.patruum suum allegatis,vt per eum in 4.vol. E.Muscul.

fideicommissum licet aliquando ex coniecturata mente testatoris,possit dici inductum,tamen id non procedit,quando tali interpretationi repugnat ratio recti sermonis, vt est doctrina Bart.communiter approbata & recepta in l.fi.ff.ad Trebel.pro quo bene facit l.Plautius.in fi.ff.de auro & arg.lega. Soc.Iun.cons.14.nu.9.vol.4. E.Muscul.

fideicommisso subiecta, post mortem possidentis possunt per eum in testamento alienari,& sic titulo legati,vt fideicõmissi relinqui,& valebit tale legatum,si aliud non obstaret.Ita in terminis de hoc est casus in l.cum pater.§. cum pater. ff. de leg.2.& ibi no.Bar. & alij sequũtur.maximè Io.de Im.licet per alios non allegetur.Nam ibi testator,qui prædium quoddam ex causa fideicommissi debebat filiæ, reliquit filio exheredato, & ibi determinatur prædium illud deberi exhæredato. Nec dicatur, ꝓ ille textus in hoc debet dici correctus per auth.res quæ.C.com.de lega.vt voluit glos.in d.§. cum pater. Quoniam respondetur, ꝓ hoc omnino falsum est,quia nulla dicatur facta correctio,vt Dyn.Bartol. & alij communiter dicunt,ibi,reprobando illam glos.Quod etiam tenent Doctor. in l.final.§.finautem sub conditione.C.communi. de legat.vt ibi per Salyc.in secunda oppos.Hæc refert Socin.Iuni.in consilio sexagesimooctauo. numero quinto. volum. quarto. E.Muscul.

fideicommissum ex sola testatoris voluntate coniecturis collecta exoritur,etiam si verba nulla in id spectantia proponantur.commune ait Curtius Iunior cons. 121. numero 10. E.Suarez.

fideicommissum quo pater hæreditatem suam ad aliquem pertinere, aut peruenire simpliciter constituit, si eius filius sine liberis decesserit, à filij hærede non ab ipso filio relictum censetur, quamobrem omnis prorsus hæreditas debebitur, ac pleniori iure eiusdemodi fideicommissum valebit.commune inquiunt Paris.consil. quadragesimoprimo. numero 44.& consilio septuagesimoprimo,numero 9. & sequent.libr.tertio.Grat.cons.134.nume.quadragesimoquinto.libr.primo.& consilio 103.numero 13.lib.secundo. ac latissimè Iulius Clarus de testament.quæst.62.versic. tertius est casus.& si contrarium magis commune asseueret Galeaul. in l.centurio.nu.409.ff.de vulg.quem meritò carpit Iul.Clar. vbi suprà. Idem.

fideicommissum conditionale nullo modo transmittitur.commune proferunt Curtius Iunior consilio lxxix.numero primo,& consilio centesimotrigesimoquinto numero quinto,atque Anto.Gome.de testament. capit. 5.numero 9. Quod ampliabis, vt nec huiusmodi fideicommissum ab ascendente in descendentem traiiciatur, vt frequenter placitum renunciant Dec.cons.115.in principio,& cons.574.Cur. Sen.cons.75.nu.4.Curt.Iun.cons.135.nu.5. Idem.

Fideicommissum post impuberis mortem à memine expressim relictum, à filij hæredibus in dubio relinqui videtur quapropter & ipsa legitima filij portio restitui debebit.commune dicunt Alex.in l.1.§.vlti.nu.3.ff.de vulg. idem Alex.& Ias.nu.16.in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.illo tit.Rhodericus Soarez Quoniam in prioribus.limit.1. C.de inoff.testa. Guliel.in c.Raynutius.ver.absque liberis,in secundo tractatu

compendiosè.nu.45.de testa. Etsi contrarium commune esse miserint in literas Rip.n.126.Galeaul.nu.409.in l. Centurio,ff. de vulg. quorum sententiam non probo, ac videndos consulo ſ.relatos,ver.isto.nu.105. Idem.

Fideicommissum vniuersale non idcò minus debetur, ac firmum validúmque est, ꝙ testamentum vel inofficiosi querela ruptum sit,vel ob filij præteritionem nullum declaretur, vt crebris Doctorum suffragiis exceptum inquiũt Alex.Ias.n. 11.Cur.Iun.n.53.in auth. ex causa.C.de lib.preter.Dec.cons. lxxxv.nu.3.Guliel.in c.Raynutius,vers.eodem testamento in 1,n.237.de testa.Ant.Gome.in l.xliiij.Tauri.nu.5. Idem.

Fideicommissum vniuersale transit in ecclesiam vel ciuitatem absque restitutione,vt commune dicit Ias.in l.vt inter diuinum.nu.10,de Sacros.eccle.& generaliter cuicunque illud sit relictum antevllam restitutionem,atque adeo ante aditam hæreditatem , in hæredes transinittitur.commune inquiunt Aret.nu.8.Alex.n.21.Ias.à nu.306.Mar.Ant.nu.154.Bal.Nouell,nu.46.nu.47.Soc.Iun.nu.235.Aymon.in 1.par.nu.36.& 2.par.à nu.263.& antea Rip.nu.73.atque eleganter Alciat.n. 21.in l.cum filiofam.ff.de lega.lib.1.Rip.in l. hæredes mei. §. cùm ita,n.57.& in l.vbi purè.nu.3.ff.ad Senatusconsult.Trebellia.Guliel.in c.Raynutius.ver.si absque liberis: in 2.à n.6. & à n.70.de testa.Alciat.lib.4.Paradox.c.5.in fi. Marian. Iun. cons.cxlj.n.27.lib.2.Ant.Gomez.de testa.c.5.nu.9.& nu. 14. vers.item quæro. Idem.

Fideicommissi restituendi onere præssi ascendentes non fruuntur beneficio.l.cum acutissimi.C.de fideic.vt nec descẽdẽtes si vel purè in vita, vel post certum tempus restitutio fieri iubeatur.communia fatur Ant.Gomez.de testa.c.5.nu.35. ver.imò quod magis est.nu.37. E.Suarez.

Fideicommisso abvltimo morienti relicto alterna inter institutos institutio facta censetur.commune dicit Cur.Iun.ꝙs. cxj.nu.4.Villa.in sua collect. E.Suarez.

Fideicommissum.an & quando inducatur.ex prohibitione alienationis?vide subtiliter dec.con.23.& con.38. Sonz.in 2. part.cons.227.& cons.249. P.Andora.

Fideicommissum.an fiat caducum.si substitutus præmoriatur.hæredi.vide Paul.de Castr.in 2.volu.cons.353.alias. 351. Idem.

Si fideicommissarius emat rem sibi aliquo casu restituendam.poterit eueniente casu agere ad prætium.gl.in l.qui Rome.§.duo fratres.& ibi doct.maxime.Alex.in 21.col.de verb. obl. Idem.

Filius fideicommissarius. non potest reuocare fideico. per ꝓrem alienatum si adiuit eius hæred. sine inuentario.vel cum inuentario. sed subsunt tot bona quæ ascendunt ad fideic.ita in terminis.tenet Lud.Rom.cons.18. Idem.

Alienatio bonorum subiectorum fideicommisso in diem vel sub conditione reuocatur adueniente die vel conditione nisi pro dote filiarum vel donatione propter nuptias.aut. res quæ.C.communia de lega. habetur ibi per Cyn.& no.per Bar.in l.seruo legato.§.1.ff.de lega.1.& l.si fundum.ff.de conditio.& demonst.& in l.fi.§.sin autem.C.commu.de lega.& ꝙ Bar.in l.marcellus.§.res que.ff.ad treb. & pretium eo casu debet restitui emptori. text. in l. emptorem. §. ibidem. ff. de actionibus emp.& in terminis substitutionis seu alienationis rei subiecte fideicommisso est text. in l. fi. §.emptor. C. communia de legat. etiam inscienter emente rem fideicommisso subiectã quo ad pretium non quo ad duplum & interesse. d. §.emptor.& ibi gl. P.Andora.

Fideicommissi ius vniuersalis , etiam ante agnitionem vel restitutionem, transmittitur ad hæredem substituti. & Com. opin.secun.Dec.in cons.478.in causa domini Aurelij.vers.& cum dicta.vol.3. M.Chærian.

Ampliatur, vt procedat etiam in fideicommisso in codicillis relicto,vel virtute clausulæ Codicillaris inducto.Est com. opin.secun.Dec.ibid.& idem Dec.cons.409.visis,vol.3.Vide J.in verbo Transmissio. Idem.

in Fideicommissis filius nõ subintrat locum patris vel matris.Est mag.com.opi.secun.Dec.in cons.408. in causa.vol.3. & in cons.1.memini.vol.1.& in cons.lxxix.in pr.eo.vol.& in cons.217.& 412.& in cons.478.in causa domini.in fin. Vide Parisium in cons.9.nu.20.volu.2. Contrarium tenet Alex.& dicit esse comm.in cons.137.præclarè.vol.1.cum Alex.tenet latè Crauetta,in cons.lxvij. Idem.

Vbicũque grauamen precedit,relictum acquisitum ex substitutione non venit in restitutionem Fideicommissi. Est cõ. opi.secun.Deci.cons.lxxx.visis in prin.vol.1,Hoc verum, nisi grauamen fuerit iniectum per verba vniuersalia. quia tunc non veniret,vt patet suprà acquisitum. Idem.

Vbi honor sequitur grauamen, taliter relicta non veniunt in Fideicommissum.Vel relicta post onus iniunctum, nõ veniunt in restitu.Est mag.com.opi.secun.Com.con.228.quod dominus Serantonius.vol.4. Idem.

In fideicommissis filius in locum patris non succedet , sed proximior in gradu præfertur.Est mag.comm.opi.cum Bald. in l.cum ita.§.in fideicommisso.reprobata.ibi gl.de leg.2.fm Dec.in cons.408.in casu.vol.3.& in cons.1.memini. Sed opi. gl.contra Bar.dicit mag.com. Socy.Iun.in cons.116.viso pũcto.nu.9.vbi reprobat Dec.vol.1.Rayn.cons.clxxj. casus. nu. 10.vol.2. M.Chærian.

Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes.Cur.Iun.cons.lxxix.nu.1.communem dicit.

Amplia & etsi fideicommissum sit ascendentis , quia non transmittitur ad ascendẽtes.Cur.Iuni.cons.135.n.5.& Seni. cons.lxxv.nu.4.& Deci.in cons.115.in prin.& con.574.communem dicit. Villal.

Fidelitas. vtrum iuramentum fidelitatis possit per procuratorem præstari?vide in tit.de feu.in rub.quid sit inue.in ver. de iuramento fidelitatis.ibi,nunquid autem. P.Andora.

P R O.Fidelitas & diligentia præualet diuitiis.in §.fi.Instit. de suspect.tu. Idem.

P R O.Fides est credere,quòd non vides.canone,domo.de pœnit.dist.4. Bellon.

P R O.Fides veritatis verborum adminicula non desiderat. l.1.C.si min.se ab hæred.abst. Idem.

P R O.Fides etiam hosti seruanda est.c.noli.36.q.1. Idem.

P R O.Fidem fallere grauissimum est.l.1.ff.de constitu.pecu. Idem.

Fides,quam priuatus hosti dedit , seruanda necessariò non est. commune ait Zas. relatus à Did. à Couar.in contrarium, cùm rei publicæ damnũ non vertitur bono exemplo abiens. in tract.de spons.2.par.ca.3.§.4.nu.14.cum præced.quam in rem nos alibi multas hincinde auctoritates colligimus multa ex præclaris rei Romanæ monumentis exempla aduocamus. E.Suarez.

Fidem , quæ à iudicibus de impunitate reis idcirco datur, quo facilius ac luculentius flagitiorum veritas innotescat, seruari non est necesse, & si ordinariis pœnis locus tunc nullus sit.commune aiunt latè & eleganter id pertractantes Ant. Gome.de delict.c.12.nu.6.& nu.7.Did.à Coua.lib. resolut.c. 2.n.16.Iul.Clar.in sua pract.crim.§.vlt.q.55.vers.circa secundum.& vide quæ latius J.obseruamus ver.Iudices. E.Suarez.

fides data hosti,fidem frangenti non est seruanda, commune est opi.Soarez n.177.Limita, nisi reipublice damnum sit, vt ibi. Bonacoss.

Fides data à iudice reo , vt confiteatur , non est seruanda, communis opi.Soarez.ver.fides.n.178. Bonacoss.

Fides quanta adhibeatur testibus,statur Iudicis arbitrio, vt est communis opi.Burs.cons.20.nu.53. Bonacoss.

Fides rumpitur quando quis negligit seruare promissa.l.1. ibi sed solum.vbi etiam doct.C.de dolo. P.Andora.

frangenti fidem , fides frangatur eidem. l. si conuenerit in fi.ff.pro socio.l.si instituta.ff.de inoff.test.l. cum proponas.la 2.& ibi doct.maxime.Ias.C.de Pac.l.quæro.§. inter locatorẽ. ff.de loca.Pau.de Castr.in 2.vol.cons.74.in fi.2.col.Barb.in 1. vol.cons.33.in 7.col.Bal.in c.cum adeo.de rescri. vbi dicit. ꝙ haber locum etiam si quis deffic.in modico.& pro hoc dicto Bal.est tex.in l.fi.ff.de cond.ob cau.quem all.Ias.ĩ l.si pro fundo.in 2.col.C.de transf. vbi habetur ꝙ paria sunt non implere. vel non perfecte. Vide quæ latius dixi.in verb.Pactum.§.36. vbi etiam posui limitationes. ad hanc regulam. Adde Ludo. Rom.cons.244. P.Andora.

Graue est fidem fallere.Bal.in 4.parte.cons.492.hypo.sing. 148.Ludo.Rom.cons.52.scilicet seruanti fidem.& non aliter hypo.sing.177.

Fides non est seruan.hosti.à priuata per. l.1.ff.de dol.Ias.latissime in l.conuentionum.in 1.col.ff.de pac.

Secus in pub.persona,quæ etiam hosti fidem seruare tenetur.vt habetur.in locis præal.Bal.in d.l.1.§.non fuit.

Fidei præstatio.an equiparare iuramento.Fely.in c.2.col.5. de sponsa.

Fides adhibenda non est multum pollicenti. Bart.in l.non omnes.ff.de re militar. Idem.

Fide bona quando quid fit,an dicatur bene fieri. Ias.in l.esi qui.§.in pluribus.ff.de iureiur. Idem.

Fidem de pretio qualiter quis dicatur habere.tex.& glo. in l.quod vendidi.ff.de contrah.empt. Idem.

Fidem de pretio an possint habere vendentes alieno nomine,Bart.remissiue in l.si ꝓcurator.§.si ab eo.ff.de iur.fisci. Idẽ.

Fideiuss

Fideiussor potest agere contra suum principalem , vbicunque creditor confiteretur sibi satisfactum esse ab isto fideiussore,& sic confessio ipsius creditoris asserentis sibi satisfactũ fuisse à fideiussore, sufficit ad agendum contra principalem,ita expresè tenet Bart.cons. 160. Titius promisit Sempronio eundem indemnem reseruare,& ibi Apostillantes ad eum, & eandem opinionem sequitur Saly.& ibi Pau.de Cast.Rom.n. 1.Alex.& Ias.n.9.in l.duob. reis.ff.de duob.reis.Fel.in c.si cautio.n.89.de fide instr.Cepola cons.ciuili 12.Deci.in l.2.§.fi.ff. si cert.pet.& cons.493.n.6.Tyraq.in tractat.de vtroq; retract. in ti.de retractu lignager gl.16.n.84.& in ti. de retractu conuentionali.gl.6.num.17.& Alc.in lege solutionis verbo ff.de verb.sig.& in l.1.in fi.C.de transact.& Afflict.in decis.91.n.3. & in decis.94.n.3. vbi dicit magnum verbum, ꝙ ita communiter tenetur per Doct. & istam opinionem veriorem & magis communem audacter attestatur Mars.in repet.rub.n.265. C.de fideiussor.In contrariam verò partem inclinauit gl. d.l. duobus reis.§.in fideiussore.in ver.solutionis,quam sequitur Bartol.præcipitanter,& sibi contrarius ibi,& in l.& per iusiurandum.§.antep.ff.de acceptilatio.& in lege cùm filius.in fin. prin.ff.de verb.oblig.& in l.reos.in 5.q.ff.de duobus reis,Roman.in l.prædia.ff.de acq.poss.Fulg.in d.l.duobus reis.& Moder.in addi.ad Alex.cons.90.in addi.ad n.3.vbi refert Alex.in multis consilio tenere istam secundam opinionem:tamen qc quid dicat Bart.cum aliis sequacibus in præcitatis lecturis obtur verior de iure,& sequenda est in consulẽdo,& iudicando tanquam communis , & ita per istam communem consuluit in Ciuitate Florentiæ Pau.de Cast.vt ipse refert in d.l.duobus reis.& pro hac parte consuluit Fran.Tigrinus, vt referunt Alex.& Ias.in d. l. duob. vbi se pro hac opinione communi his consuluisse,& ita in effectu cõsuluit cons.90.n.3.vol.3.& cons.123.vol.6. F.Viuius.

Ille cui debetur ex fideiussione,dicitur propriè creditor,& fideiussor dicitur propriè,& indistinctè debitor secũdum Bartol.in l.1.n.34.ff.si cert.pet.per l.si fideiussor.in prin.ff. de leg. 1.& ista Bart.opinio corroboratur plurib. rationibus, primò quia sicut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiussoris,l.cùm quis.ff.de solu.Secundò facit quia lex prohibens minoris debitorem esse tutorem,comprehẽdit etiam fideiussorem,vt per Angelum in auth. vt hi, qui oblig. perhires minores.§.1.Tertiò confirmatur secundum Dec.in d.l.1. quia ab eo inuito creditor exigere potest,toto titu.ff.& C.de fideiusso.& ista Bart.sententia sic corroborata est communis teste Aret.in §.1.nu.8.Instit.de oblig.Alex.in d.l.1.nu.48.Nigro,Bolognetto,& aliis Moder.ibi,qui quidem Moder.respõdent omnibus in contrariam partem allegatis,& Dec.in 1.lectu.nu.30. F.Viuius.

fideiussor si efficiatur nõ soluendo, non potest creditor petere,vt alius præstetur,si sumus in fideiussore conuentionali. communem dicit Alex.cons.60.lib 5. B.Villal.

Fideiussor non dicitur idoneus,qui non habet immobilia: nisi fideiubeat pro diuite.Hippo.in Rub.de fideiuss.ff.nu.228. com.dicit.

Nota istam communem ad intel.l.1.ti.18.l.3.For.ll.quæ loquitur de identitate fideiussoris. Idem.

ADDITIO.

Nota quod si pauper fideiussit pro diuite , omnia bona inter eos aggregantur ac pro vnico patrimonio reputantur saltem quo ad redden.creditorem cautum,vt per eundem Marsil.in d.Rub.n.179.In qua materia,nota ꝙ licet communis opi.sit ꝙ per solutionẽ factam à principali de re aliena suo creditori in solutum recipienti liberetur , & principalis debitor ac fideiussor,Instit.quib.mod.toll.ob.in prin.Bart.in l.si quis. ff.de solut.contrarium tamen ex equitate tenuerunt Domini de Rota in vrbe,rationibus,de quibus per M.Ant.Bar.in trac. de temp.Vti.& contin.in c.18.sub nu.23.vt dixi ĩ.in litera D. sub nu.14.

Fideiussor in duriorem causam iurans obligatur tanquam principalis Alc.in c.cum contingat.n.174.de iureiur.comm. dicit. Idem.

Nota istam communem ad intel.l.7.ti.12.par.5.& pro eius limitatione,& limita etiam d.l.vt per Segu.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.vbi dicit, ꝙ fideiussor potest se obligare sub guarentigia:licet principalis non sit ita obligatus: quia illud non dicitur plus,sed efficacius.vt in l.Marcellus.ff.de fideiuss. Idem.

Fideiussor,inuito creditore mutari non potest.Hiero.Cagnol.in l.plus cautionis.numero 7.ff.de regu.iur.communem dicit. Idem.

Fideiussor potest petere vt liberetur à fideiussione : si diu stetit in obligatione:quod relinquitur arbitrio iudicis.Anto. de Tremo.in addi.ad Bonacoss.in pract.excep.in Rubr. quib. mod. suo nomi. numero 3.in verbo diu stetit communem dicit.

De iure regio dicitur stetisse diu per annum,l.8.tit.18.libr. 3.For.ll.& cum hac communi cõcor.l.14.tit.12.par.5.vbi ponit alios casus in quibus potest fideiussor petere vt liberetur à fideiussione.Sed has leges & communem intellige,nisi aliàs obligatio sit guarentigia:quia potest petere: vt statim liberetur.Did.de Segu.in l.si ex legati.n.74.ff.de ver.obl.& Suarez in l.post rem iudicatam.n.14.ff.de re iud.quem intellige post quam creditor habet facultatem agendi,secund.Bal.in l.cum notissimi.§.illud.C. de præscrip. 30. anno. quod dictam nota pro intel.l.tit.13.lib.3.ord.de præscriptiõe delicti per decem annos.& l.63.tau.de executione non facienda post decem annos.& l.de madrid.anno 1534.de apocha recognita,& de cõfessione facta in iudicio, quæ in compilatione noua habetur sub tit.9.l.5.lib.3.& 4. Idem.

fideiussor potest agere contra debitorem ex sola confessione creditoris dicentis recepisse debitum à fideiussore.Hippo. in Rub.de fideiuss.numer.265.& Anto.de Tremo.in add.ad Bona.in pract.except.in Rub.quib.mod.suo no. numero 39. vers. sub iudicibus secularibus. versic. fallit. 20. communem dicit. Idem.

Hanc similiter communem dicit Ias.in l.sciendum. nu. 30. qui satisd.cog.Quam ampliat vno modo,& limitat quatuor modis Hyppollit.in Rubr.de fideiuss.sup.alleg.num.27.cum seq. I.Fich.

Fideiussor est idoneus testis pro fideiussore,ad probandum quòd non fideiusserint principaliter. Iason. in lege, dictantibus, numero octauo. C. de testamentis. communem dicit. B.Villal.

Fideiussori non citato non nocent facta contra principalem,Rip.in l.his,apud.numer.34.C. de eden. communem dicit. Idem.

Fideiussor licet in causis criminalibus vbi pœna capitalis imponenda est, vel etiam corporalis , interuenire non possit (quæ & ipsa communis est opinio) tamen potest , quando consuetudine loci ita receptum esset. communem dicit Petr. à Duennas. libro primo. Regul. Iuris. Regul. 231. in fine. I.Fich.

PRO.fideiussor pro fideiussore accipi potest.l. Græcè. §. fi. ff.de fide. Bellon.

PRO. Fideiussor non potest obligari in grauiorem causam , quàm principalis. lege , Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. Idem.

Fideiubens Titio de eum repræsentando toties,quotiens. seu de eum sistendo iuri, & non repræsentauit, nec fecit eundem iudicio sistere tenetur vltra pœnam debitam fisco rationes fideiussionis,& prædictæ remissionis parti,ad cuius instantiam fuit captus,ad interesse,secundum gl.fi.in l.fi.ff.si quis in ius voc.non ierit,quam communem esse asseuerat Afflict.de cis.234.& ibi quoque explicat ita sacrum consilium iudicasse,& sequitur istam communem Foll.pariter in sua pract.crimina. in fragmentis. rubric. de fideiussoribus. numero 260. circa finem. dict.practica. F. Viuius libro secundo. opinio. 209.

Fideiussor tutoris qui patitur nomen suum apud acta scribi nisi præsens contradicat,perinde iuxta communem tenebitur ac si stipulatio intercessisset vt refert Bened.Capr. reg. 56. nu.18.vide infrà Tutor.

Fideiussor in causa criminali, si is pro quo fideiussit postea imputatus sit de alio crimine , & bannitus, tunc ille fideiussor datus in prima causa non tenebitur illum consignare sub pœna in fideiussione contenta. imò sequuta condemnatione contra reum remanet fideiussor liberatus, nec tenetur illum amplius præsentare. Communem dicit Albert. in quart.part. stat. quæst. 64. & Bossi. in titul. de carcer. fideiuss.relaxan.numero 41.Clar.d.§.fin.quæst.46.versic. quæro. P.Fichard.

fideiussor in prima instantia , regulariter non tenetur in secunda. sed lata sententia expirat eius fideiussio. communem dicit Boerius decis.315.numero 1.Pari.cons. 171. numer.30.lib.3.Clar.d.§.fina.quæstione 46.versic. sis tamen. P.Fichard.

fideiussor de iudicio sisti,& iudicatum soluendo,acceptus in causa principali , non tenetur in causa appellationis , nisi aliud

aliud ſit actum, per caſum ſingularem ſecundum Bar.in l. cũ apud.ff.iud.ſol.& l.2.cum gl.ordinaria.C.de procur.& §.ſi verò aliquis.in fi.Inſt.de ſat.Quicquid contra ſenſerint Guil.de Cu.& Marſil.in d.l.cum apud. Idem in fideiuſſore de rato ſecundum Dyn.ibi per iura præall. Præmiſſa limitari poſſunt ſecundum Bart. vbi ſ.niſi victus appellaſſet, & appellationem deſeruiſſet non proſequẽdo. quia tũc teneretur etiam in cauſa appellationis. quia agitur tunc ex prima ſententia, non ex ſecunda.l.fi.C.de temp.appel. Balb.deciſ.99.

Fideiuſſor ſi habuerit confeſſionem à creditore,quod ei ſatisfactum ſit, poteſt agere contra debitorem, non aliter probata numeratione,quia confeſſio creditoris de recepto verã probat numerationem,vt fideiuſſor contra debitorem agere poſſit Alex.de Imol.poſt Pau.de Caſt.in conſ.90.in 3.lib.&in conſ.26.in 2.lib.& in conſ.123.in 6.vol.con.Dec.in con.493. nu.6.in 4.par.conſ.Hipp.de Marſ.in Rub.de fideiuſſ.nu.310. verſ.35.quæro.vbi ipſe inquit:hanc ſententiam veriorem & magis communem eſſe, ꝙ ſufficiat talis confeſſio creditoris dicentis,ſibi ſatisfactũ eſſe à fideiuſſore, vt ipſe fideiuſſor poſſit agere contra principalem.Matth.de Afflict. in Deciſ. ſacri conſ.Neapoli.Deci.94.nu.2.& 3.Quam ſententiam quoque communem eſſe ante Hipp.tradit Iaſ.in l.duobus reis.nu.9.ff. de iureiur.ſequitur Rolan.à Valle,in conſ.17.nu.9.in j.Tom. conſ.Licet multi alij Doc.contrariam ſententiam ſecuti fuerint,quos referunt Hipp.de Marſ.in d.rub.d.n.310.Et apoſtil. Alexan.in d.conſ.90.in ver.Florentiæ.in d.3.lib.conſ. kirch.

Fideiuſſor docens de ſolutione per inſtrumentum confeſſionis creditoris tantùm,non poteſt agere contra debitorem principalem: quia debet de reali ſolutione conſtare,ſecundũ gl.cum Bar.in l.duobus.ff.de iureiur.Cy.in l.ſi quando.C.vn-de vi. Balb.deciſ.305.

Fideiuſſor omni priuilegio competente principali gaudebit,ſi faciat quod reus principalis ſuſcipiat in ſe iudicium motum contra ipſum fideiuſſorem,&opponat tale priuilegium vel exceptionem ex perſona ſua.textus eſt not.in l.idémque. §.ſed generaliter.ff.mand.& gl.magna,in l.ſi fideiuſſor. ff. illo eo.tit.Idem quando fideiuſſor ſe opponeret in iudicio,non vt fideiuſſor.ſed vt defenſor principalis rei,per caſum in l. verũ. §.1.ff.pro ſocio. Balb.deciſ.17.

Fideiuſſor ordinis vel excuſſionis exceptionem ſolum ante litem conteſtatam allegare poteſt. vt commune placitum eſſe arbitratur Raphael Cuman.ad fin.Soc.nu.9.Zaſ.n.17. in l.1.ff.de excep.Iaſ.in l.decem.n.6.ff.de verb.obl.Fel.in c. exceptionem nu.42.de excep.Ang.in §.appellatur.nu.16.Sed ego contrarium æquius melius exiſtimo, ac non min' receptum affirmare auſim.nam id docet gl.in l.3.ff. de excep. ad finem. quam illic ſequitur Alb.& Ang.Spec. idem affirmantem laudans:& probant Bal.nu.3.Salic.nu.6.ver.ſed caute.Paul.nu.3. in l.2.C.comm.diui.Benedict.de Plumb.in trac.de diſcuſ. nu. 18.additio ad Iaco.de Aren.in tract.de excuſſio.nu.32.Anto. de Trem.in pract.ad Bonacur.verſ.aduerte & antea Paul. Ca. in d.l.decem.nu.6.& in l.vlt.n.9.ad fin.ff.ſi cert.pet. Montan. in ſua pract.c.de except. Aymon Crauet.in conſ.263. fauentque maximè iuris rationes,de quibus alibi &latius & opportunius. E.Suarez.

Fideiuſſor indemnitatis(vt doctores loquuntur)& ſi omnibus fideiuſſorum beneficiis ac legum auxiliis renunciet,non tamen poterit ante principalem debitorem cõueniri.vt commune dogma affero intrepidè ex Bar.& Plat.in l.1.C.de conueniend.fiſc.debit.lib.11.Ang.Alex.Iaſ.Dec. Alci.in l.vlt.ff.ſi cer.pet.Bal.l.1.C.de iis,quæ in fraud.cred.Salic.in l.1.C.quod cum eo.Alex.conſ.29.nu.22.lib.7.Rhod.Soarez in tit.de los emplaſamentos. Amplia vt idem proceſſurum ſit,& ſi huiuſmodi fideiuſſor iureiurando ſe obſtrinxerit.vt frequentius receptum arbitror ex Alex.Iaſ.Dec.Alci.ĩ allegata l.vlt.ff.ſi cer. pet.Fel.in c.ex reſcripto de iureiur.conferunt ea,quę tradunt Tiraq. in l.ſi vnquam.n.147.C.de reuoc.donat.Did.à Couar. in c.quamuis pactum in 1.part.§.4.de pact.lib.6.Meminériſq; ſemper quod abſque dubio hui' generis fideiuſſor excuſſionis exceptionem poterit opponere poſt litem ꝓteſtatam,& ſi alios fideiuſſores non poſſe concedamus,vt frequenter placitum opinor,ac veriſſimum aſſeuero cum Bald.in c.ex reſcripto,de iureiur.Iaſ.n.1.Alc.n.35.in l.vlt.ff.ſi cer.pe.Aret.in l.decem.Hipp.in rub.nu.314.ff.de fideiuſ.qua in re labitur.Alex. conſ.29.nu.24.lib.4. E.Suarez.

Fideiuſſor pater ante liberorum executionem,pro quibus promiſit,aut interuenit,conueniri.inſolidum poteſt. vt commune aiunt Pirrhus in l.2.C.de decur.lib.x. Viuius lib. 3. opi. 239. Idem.

Fideiuſſor,mercator,vel campſor,cõueniri atque exigi ante debitoris ipſius executionem poteſt.vt commune pronunciare non verebor ex Bal.& Sal.in l. fruſtra.C. de non numerata pecun. Ang.in §.item ſi quis.in fraudem.Inſt.de Action.Iaſ.in ſingularia.num.39.ff.ſi cert.pet.Cur.Sen.conſ.6.Dec.in l.vlt. nu.23.ff.ſi cer.pe.Hypp.de fideiuſ.n.8.Caſſan.in conſuet. Burgund.rub.1.§.5.Ant.Gome.de contract.c.13.n.4.verſ.4. limi. Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.limit.17.nu.2.C. de non numerata pec.quod placet,& ſi apertè reluctetur text.in Iuſtin. nouella 36.de argentar.contract.§.1.ſed hac de re vberius alibi.Idem.

Fideiuſſor à debitore ſolutionem diu remoranti, vt ſeſe fideiuſſione expediat,rectè ac iure exiget,eaque in ſpecie iudicis arbitratus temporis ſpacium metietur. vt commune inquit Ant.de Trem.in addit.ad Bonac.in pract.excep. in rubr. quib.mod. ſuo no. num.3. verſ.diu ſtetit.Villa.in ſua collect. Idem.

Fideiuſſor ad corporis pœnam propter alterius delictum. ſubeundam interuenire nequit. vt commune aiunt Didac.à Couar.lib.2.reſolut.c.8.n.8.Iul.Clar. in practi.§.vlt.q.46.ver. ſed nunquid. Idem.

Fideiuſſor non quis inde conſtituetur,quod etiam apud iudicij acta præſens,gnarus ac tacit' fuerit, cum alter illum proſe fideiubere diceret,niſi ſi & expreſſim conſenſerit.commune ait Boer.deciſ.314.nu.5. Idem.

Fideiuſſor de aliquo ſiſtendo totiens, quotiens, ſi eum requiſitus non ſtiterit,nõ ſolum ad pœnam fiſco tenebitur,ſed & parti ad id, quod eius intereſt, obligabitur. cõmune inquit Afflict.dec.234.Falle.in pract.criminalis fragment.in rub. de fideiuſſ.nu.260. Idem.

Fideiuſſor ex remedio l.2.C.de reſcin. vend. abſque dubio iuuari.poterit.vt commune ponunt Alex.&Iac.in l.1.C.de fideiuſ.minor. Idem.

Fideiuſſor ita pauper, vt de ſuo nequeat ſoluere, ne in carcerem alioquin trudatur,poterit de principalis debitoris bonis ſoluere. vt frequenter placitum affirmat Hippol.in rub.n. 429.ff.de fideiuſ. Idem.

Fideiuſſor,cum reus principalis ſoluendo eſt,& ipſe excuſſionis beneficio non renunciauit,& teſtis,& iudex pro principali eſſe poterit.communia inquit latè Viuius lib.1.opi.399. poſt iuris vtriuſque apprimè carum Io.Ronchegall.in l.reos. nu.53.ff.de duob.reis. Idem.

Fideiuſſor ſimpliciter datus,atque accept' in prima inſtantia, ſi appellatio interuenerit, & deſerta non amplius in euentum vllum tenebitur.commune ponunt Viuius lib. 2. opin. xcviij.ac Iul.Clar.in prac.§.vlt.q.45.verſ.ſis tñ cautus. Idem.

Fideiuſſor in prima inſtantia, non cenſetur repetitus in ſecunda,&eſt communis opinio.Etiam in criminalibus,Boeri'. deciſ.315.Pariſi.cõſ.171.n.30.li.4.Clar.q.46.verſ.ſi tñ caut'. Et ideo qñ iudex maleficiorum recipit fideiuſſores, debet facere eos obligari ad omnẽ pœnã,quæ poſſet ſequi ratione ꝓceſſus.vt docet Paul. de Caſt.poſt Bart.in l.rẽ in iudiciũ.ff. de in litẽ iuran.Et liberãtur fideiuſſores de præſentãdo ſe ad mãdatum poteſtatis.&de ſoluẽdo omnẽ ꝓdemnationẽ,ſi poſtea reus fuit ꝓdemnatus, & eius bona ꝓfiſcata.Caſt.in l.ſi debitori.n.2.ff.de fideiuſſ.Et no.qꝙ ſtatutũ imponat pœnã centum ꝓ vulnere,& mille ꝓ homicidio,& aliquis accuſat' vel inquiſitus de vulnere dedit fideiuſſores, & eſt relaxatus, qa pœna eſt pecuniaria, & poſtea ille vulneratus eſt mortuus,& iudex ꝓdemnauit accuſatũ in mille,non tenentur fideiuſſores,Caſt. in l.fideiuſſores nu.1.ff.de fideiuſſo.vide tñ poſtea. Bonacoſſ.

Fideiuſſores in inſtrumẽto pacis adhibiti in caſum contrauentionis ſecundum communem opinio. non poſſunt cogi ad ſoluendum pœnam, niſi legitimè & plenè conſtet de pace rupta,&de contrauentione per teſtes,vel veram confeſſionẽ principalis.pro quo fideiuſſerunt.adeò quod eius ficta cõfeſſio,quæ inducitur ex contumacia, ſeu bãno contra contumacem dato,non ſufficeret, vt eſt communis opi.de qua Rolan. à Valle in conſ.94.nu.24.in 3.vol.Et no.ꝙ fideiuſſor,qui fuit præſens, & ſcriptus fideiuſſor pro condemnatione ſoluenda, ſi non contradixit, obligatur. Bart.in l.1. ff.de fideiuſ. Arno. commentario.174. Et ſi carceratus offert fideiuſſores, & aduerſarius nõ cõparet,poteſt iudex recipere.& illum relaxare. Caſt.in l.eum,pro quo quis.ff.de in ius vocan.nu.2. Bonac.

Fideiuſſor ib. relaxatur reus, & procurator admittitur vbi non imponitur pœna corporalis,vt eſt communis opinio.de qua Marſ.conſ.75.n.j.in 1.Et debent eſſe idonei fideiuſſores, aliàs nõ debet iudex maleficiorũ relaxare reũ accuſatũ. Ang. in l.edicto.quæ eſt l.1.ff.in ius vocati vt eant, vel ſatiſ.quia nõ intelligitur cautum,qñ eſt vitiosè cautum. Ang. in l.quoties. ff. qui ſatiſd. cog. Et recipiens fideiuſſorem minus idoneum, ſibi imputet. vt ibi per Ange. Et debet eſſe idoneus fideiuſſor faculta

facultatibus, poſſidendo ſtabilia, vel mobilia, vt mercator. Ang.in l.fideiuſſor.ff.eo.qui ſatiſd.cog.Et quis ſit pauper,vel diues iudicis arbitrio relinquitur inſpecta qualitate cauſæ, & cõditione perſonarum.Ang.in l.ſi verò.§.1. ff. qui ſatiſd.cog. Menochius de arbitrio iudicis.Et debet quis dare fideiuſſores ciues,& non forenſes.Ang.in l.fideiuſſor.§.1.ff.qui ſatiſd.cog. & eſt communis opinio.de qua Riminal. nouiſſimus in conſ. 93.nu.16.& ſeq.vbi facit differentiam inter fideiuſſionem neceſſariam & voluntariam,ſi neceſſaria, & tunc forenſis eſt idoneus.Et caueant officiales,ne relaxent carceratos cum fideiuſore de iudicio ſiſti tãtum,quia liberantur per ſententiam cõdemnatoriam. Sed debent recipere fideiuſſores debitum ſolui,vt inquit Bal.in c.dilecti. n. 12. de appella. vbi dicit bonam practicam. & no.quia quidam poteſtas, qui hoc ignorauit, ꝓ incauta relaxatione cuiuſdam carcerati, in ſyndicatu fuit cõdemnatus,&deſolatus.vide Caſt.in conſ.328.in 2.vol.Vbi tradit cautelam,ꝙ iudex faciat apparere in actis, qualiter ex tali, & tali iuſta cauſa, quæ animum ſuum mouerunt,pronunciat non eſſe talem perſonaliter detinendum. ſed ſub fideiuſſoribus dimittendum. Et not.ꝙ ſi Notarius Curiæ maleficiorum recipit fideiuſſorem pro communi Ferrariæ, ꝓ omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poſſet, non committere malum in eius diſtrictu: Offenſus Bononię,non poteſt agere ex dicta ſtipulatione ad pœnam contractus.Bald.in l.1.§. huius ſtudij. ff. de iuſti.& iure.& dictus fideiuſſor non tenetur ad pœnã quanti pluris.Bal.in l.ſiue in duplum.ff.qui ſatiſd. cog. Et no.quod reus conuentus ſuo nomine, tenetur ſatiſdare iudicatum ſolui. Et licet pœna ſit parua & ipſe reus ſit ditiſſimus, non tamẽ debet Poteſtas dimittere propriam promiſſionem ſine fideiuſore,quia iſta eſt forma data, ꝙ recipiatur fideiuſſor,à qua nõ eſt recedendum Bal.in l.minor.§.fi.ff.de procurato.Et licet qs ſit obligatus ad dandum fideiuſſorem teneatur dare illum, q ſit idoneus facultatibus.Tñ ſi aliquis ad iudicem ducatur,debet relaxari,ſi perſona ſibi coniuncta pro eo præſentãdo fideiubeat, licet non ſit idoneus facultatibus. text. eſt in l. 1. cum duabus ſeq.ff.in ius vocati eant,vel ſatiſdent.de quo Cur.iun. in conſ.257.nu.28.in 3.vol. Bonacoſſ.

Fideiuſſor non intercedit,vbi venit imponenda pœna corporalis.Soarez.verſ.fideiuſſor.nu.145. Bonacoſſ.

Fideiuſſores in inſtrumento pacis adhibiti.in caſu contrauentionis,non poſſunt cogi ad ſoluendum pœnam, niſi legitimè & plenè conſtet de pace rupta per teſtes,vel veram cõfeſſionem principalis,vt eſt communis opi.Rolan. à Valle. in conſ.94.nu.24.in 3.vol.Adeò, ꝙ eius ficta confeſſio, quæ inducitur ex contumacia,ſeu banno contra contumacem, non ſufficeret,vt eſt communis opin.Rolan.ibi.Et fideiuſſor promittens præſentare reum toties quoties non liberatur, ſi domus reo fuerit aſſignata loco carceris.D.Hieron.à Monte. In ſuis quæſt.variis.q.28.Et quoties ſit reus perſonaliter captus, & incarceratus,eius fideiuſſores per hanc incarcerationem liberati eſſe dicuntur.D.Nonius in conſ.103. nu.8. Etiam ſi dictum fuerit toties quoties. Bonacoſſ.

Fideiuſſor & correus:an pro fideiuſſore & correo teſtificari poſſint?Dic,ꝙ ſic,quando in cauſa principaliter non teſtificantur, etiam ſi fideiuſſor pro confideiuſſore deponat: qui non interceſſerunt vt principales, ſed vt confideiuſſores, ita Alex.conſ.78.col.1. verſ.& ideo lib.1.Qui fideiuſſor ratione ſui intereſſe: non eſt idoneus teſtis, teſte eodem Alex. conſ. 154.nu.4.lib.5.ꝙ autem fideiuſſor non ſit idoneus teſtis:ſcribit idem Alex.conſ.176.col.2.nu.3.lib.7. De quo plura not. Iaſ.in l.ſi cui legetur.§.ſi titio,n.15.ff.de leg.j.Viui.inter com. opi.lib.18.verſ.teſtis. idem Iaſ.in l.dictantibus.poſt n.8.C.de teſtam.

Fideiuſſor qui ſimpliciter promiſit ſiſtere in iudicio,vel ꝓmiſit ſiſtere quandocunque.fuerit requiſitus, vel toties quoties placuerit iudici, an liberetur lata ſententia? & dic, quòd non,ſecundum Iaſo.in l. fideiuſſor.§.in fideiuſſorem.colum. ſecunda. poſt numer. 9. ff. qui ſatiſdar. cogan. & an fideiuſſor poſſit ſe obligare ad pœnam mortis, ſi reum non præſentauerit? vide eundem Iaſo. in l. non impoſſibile. numer. 2. ff. de pac. vbi concludit quòd non, de quo vide quæ ſcribit Rom.ſing.129.Doc.in apoſtil.ad text. in l.ſi quis reum.ff. de cuſtod.reor.

Fideiuſſor in duriorem cauſam cum iureiurando accept' inſtar debitoris principalis tenetur,non amiſſo tñ epiſtolæ Diui Adriani, aut excuſſionis beneficio. vt commune pronuntiat Alciat.in c.cum contingat.nu.174.de iureiur. E.Suarez.

Fideiuſſor in pecuniam acceptus, cùm principalis rem debet nullo modo ac nulla via tenetur. commune ponit Arius Pinellus in diuerſa omnia abiens in rub.part.1.c.3.n.18.cum ſeq.C.de reſcind.vendit. Idem.

Fideiuſſor de iudicato ſoluendo obnoxius executioni eſt abſque alio nouo proceſſu,commune inquiunt Cagnol.in l. nemo alienæ in fin.ff.de reg.iur.Iul.Clar.in pract.§.vlt.q. xcv. ad fi.in prin.At qui fideiuſſor ex contractu eſt,ſententiæ contra principalem latæ executioni non item ſubiectus eſt, vt commune affirmant Imo.in c.peruenit.de fideiuſ.Turzan. opin.cxl. Idem.

Fideiuſſor ex conuentione acceptus ſi fiat non ſoluendo, non poterit idcircò creditor alium idoneum poſtulare,vt cõmune teſtatur Alex.conſ.lx.lib.v. Idem.

Fideiuſſor in id, quod intereſt, rectè accipitur, cum principalis factum debet.commune pono ex Aret.in l. in illa ſtipulatione.in 1.n.3.ff.de verb.ob.Alex.in l.ſi inſulam.n.42.ff.illo eod.tit.Iaſ.in l.non amplius.§.vlt.nu.15.ff.de leg.lib.1.Dec.l. certi condictio.nu.7.ff.ſi cert.pet.& in c.1.lect. 1.num.22. de iudic. Idem.

Fideiuſſor in maiorem ſummam acceptus nec vllo modo, nec aliqua in quantitate obligatur.commune aiunt Fulg.in l. hactenus.§.1.ff.de conſtit.pecu.& Alex.& Iaſ.nu.9.in l.1.§. ſi ſtipulanti.ff.de verb.oblig.Sed aduerſa opinio, quæ fideiuſſorem in pari ſumma ipſi debitori obligari cenſet.& verior mihi videtur,& æquè recepta eſt,quippe quia ab ea ſtant Azo in ſumma de fideiuſſ.nu.7.Cyn.& Albe.in l.vlt.C.de fideiu.Dec. & ad eum Apoſtil.in l.in eo quod plus.n.13.ff.de reg.iur.Galeaul. Alciat. Coraſi. & Duare.in allegato §. ſi ſtipulanti mihi, ac Balduinus Coſta, & Stephanus Bodæus in §. fideiuſſores, Inſti. de fideiuſſor. & notabili eam vberrimè comprobamus.

Fideiuſſor cum debitore rectè iuréque paciſcetur,vt pro ea quantitate, quæ debetur.emptum ſibi pignus ſit ſi intra certũ tempus non liberetur,ac non liberatus ipſe ſoluerit, nullúſq; erit conſequenter in fideiuſſore locus conſtitutioni. l. vlt. C. de pact.pignor.vt commune inquit,ex multis cõtrarium cordatè ipſe probans Arius Pinel.in Rub.2.part.ca.1.nu.31.C.de reſcind.vendit. Idem.

Fideiuſſor ſoli bona non habens. non aliter nec alias dicetur idoneus. quam ſi pro diuite ſpondeat, vt commune dicit Hippol.in rub.nu.228.ff.de fideiuſſ.vt nec qui caſtrum munitiſſimum habet,vel alia ratione difficile conueniri poteſt idoneus fideiuſſor dicetur,vt verius cum Ang. atque Angeli ſectatoribus in l.2.ff.qui ſatiſ.cog.pono. Quamuis contrarium commune pronuntiet Boer.q.238.& qui eum laudat Iac.Menoc.nu.315.Nec ita procurator litigioſus aut cauilloſus fideiuſſor idoneus habebitur, vt receptum ponit Viuius lib.2. opi.cxij.Nec rurſus idoneus fideiuſſor cenſebitur qui patrimonium non habuerit,& ſi ſumma fide dignus habeatur ac vitæ honeſtate excellat,vt commune pronuncio ex Alb.Soc.num. 3.& aliis in l.2.ff.qui ſat.cog.Alex.Aret.& reliquis in l. ſi quis ſtipulatus.§.ſi quis ita.ff.de verb.obl.quicquid Iaſ.in l.1.n.19. ff. qui ſatiſd. cog. Hippol.in rubr.ff.de fideiuſſ.num.180.ſcribant. Idem.

Fideiuſſor patiẽs ſe nominari,poni,ac deſcribi in actis curię à notario pro fideiuſſore alicuius,&incontinenti non contradicens tunc obligatur,teneturque licet expreſſe non dicat,ita promitto, atque fideiubeo, & ſic iſte fideiuſſor nominatus apud acta eo præſente, & non contradicente nominationi de ſe factæ cenſetur promiſiſſe,&quod omnia fuerint ſolenniter acta,ſicut ſi fideiuſſor expreſsè deſcribi conſenſiſſet,vt voluit Bar.in l.cùm oſtendimus.§.fi.ff.de fideiuſ.tut.&curatorum,& Ruinus,n.11.Marcellus Berincutius. cum aliquibus aliis Moder.in l.1.ff.de verb.obl.Bald.conſ.204.vol.1.Ang.in trac.maleficiorum.in gl.pro quibus Antonius fideiuſſit,nu.12.Benedi.de plumbi.in l.manumiſſio.ff.de manum.vind. & Alberic. de Roſate,in tracta.de teſtibus.ſub nu.129. in rubr.qui teſtes non cogantur teſtificari. Sed opinio hæc Bart. & ſequacium communiter à noſtratibus reprobatur,in d.§.fi.& variis in locis iuris noſtri.vt latè deducit, & apertè fatetur Boeri. deciſ. 314.n.5.videlicet,quod non inducatur aliquo modo ſtipulatio, etiam ob iudicij calorem vbicunque fideiuſſor ipſe deſcriptus nihil reſpondeat. F.Viuius lib.2.opin.111.

Filiusfa. generaliter ac regulariter ex omnibus contractib⁹ à se gestis præterquam ex mutuo efficaciter obligatur, ac ni soluerit,in carcerem detrudi,vt quiuis alius, potest. commune ait latè & extricate meus iuris doctor Ant.Gome. de contract.c.vlt.nu.1.cum seq. Idem.

Filiusfa.patris sui curator non minus rationes reddere cogetur, quàm quiuis alius extraneus, qui eo officio fungetur. commune ponit post Firmian.de episc.nu.64.præclarus iuris intercessor Arius Pinel. in l. 1. part.2. nu.39.C.de bon.mater. Idem.

Filiusfa.de castrẽsi peculio sine patris consensu aget,de aduentitio,si præsens in iudicio pater sit,illius vel inuiti consensum habeat si ab vrbis finibus pater sit,ante illius reditum,atque ante illius vel expressum vel tacitum cõsensum nõ poterit litẽ cõtestari,vt frequẽter placitum scribit Ant.de Tremo. in addit.ad Bonac.in pract.excep.in rub.quib.mod.suo nu.3. vers.generaliter.Villalob.in sua collecta. Idem.

Filiusfa.sol⁹ atque ignorãte patre hæreditatem qua ipse ab alio cohonestatus est,adire potest.commune dicit Ias.in l.bonorum n.17.C.qui admitti. quam si repudiet, substituto cuiuis alij præferetur ipsius pater.commune inquit Ripa. in l. 1. nu.142.ff.de vulg. Idem.

Filius suus hæres, pro hærede non vsucapiet, vt commune aiunt complures,quos diligenter cõgerunt,ac diligẽtius refutãt Ant.Gome.de testa.c.3.nu.20. & c.x.nu.19. atque Arius Pinel.in rub.2.part.cum seq.C.de bon.mater. E.Suarez.

Filius & si iusta exhæredationis causa nuncupatim expressa prætereatur, testamentum nihilominus nullum prorsus erit, quia s.verum est eum necesse institutum, nec exhæredatum, vt commune cõstituo ex Ias.in l.sicut.n.1.C.de testa.milit.& in auth.ex causa.C.de liber.præte.& in l.in arenam.C.de inof. testa.& ex accuratis nomenclatoribus Gulie.in c.Raynutius. ver.in eo.testõ.in 2.nu.46.de testamẽtis.Did.à Couar.ad illud idem c.Raynu.n.1.Ant.Gome.de testa.c.11.n.2.Eman.à Costa.in l.Gallus.§.& quid si tantum part.3.nu.164. ff.de libe.& posth.Reddit aũt hæc & quæuis alia filij præteritio sic testamẽtum nullum,vt opus non sit illud nullum dici,vt cõe pono ex Alex.cons.27.nu 1.& 3.li.6.Ias.in l.posthu.nato.à nu.23.C.de bo.poss.contra tab.Guliel.in d.c.Raynutius.vers.in eodem testa.in 1.nu.90. Boer.decis.xcv.& ex iis,quos superius laudaui, atque inferius laudo,vers.præteritio. Idem.

Filius non idcirco institutus censetur quominus testamentum euertatur, quod eius pater illud testamentum condens Titium hæredem instituit. si hic ipsius filius hæres esse noluisset : sed perinde ac si huiusmodi filius præteritus omnino fuerit, quæcunque testamento clauduntur inania sunt,commune inquiunt Aret.in l. 1.ff.de vulg.& pup.idem Aret.& Alex.ac Ias.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.&posth.idem in l.si quis. §.vlt.ff.de vulg.& pup. Idem.

Filius si aliqua in re certa tantùm instituatur,testamentum validum ac ratum erit,vt commune assero ex Paul.nu.3.& n. 15.Fabia.n.259.ac reliquis interpretibus in auth. nouissima. C. de inof.testa.Paulo Pico in l.in quarta.num.6.ff.ad leg.Falcid.atque aliis alibi passim. Idem.

Filius

Filius ex conditione sub asse institutus, si substitutũ in conditionis defectum nõ habeat,expuncta statim cõditione omnia bona cõsequitur:sed si vel tim cõditione omnia bona cõsequitur:sed si vel substitutum,vel cohæredem habeat,circũducetur conditio quo ad reliqua alia hæreditatis bona expectabit,tandẽque si cõditio defecerit,bona cætera, vel ad substitutum insolidum peruenient,vel ad cohæredem pro parte ex iure accrescendi spectabunt:sin conditio implebitur,bonis omnibus filius potietur. vt frequenter placita latè attestatur Anto.Gome.de testa.c.9.nu.49.ver.quod tamen limita.c.11. nu.32. Idem.

Filius,cui onus restituendæ hæreditatis iniũgitur,& legitimam sui ipsius portionem,& iustam S.C.trebelliani quartam corradet,vt commune effatum pronunciat Curt. Iun. consil. 160.nu.1.Villa.in sua collect.testanturque idem alij,quos inferius refero. Idem.

FILIVS ET PATER.

Summaria.

Filium naturalem legitimatum per subsequens matrimonium,posse absque dispensatione promoueri ad ordines, beneficia & episcopatum.q.1.

Liberos naturales, mortua vxore, quam pater ipsorum duxerat,legitimari per subsequens matrimonium posse,non obstante matrimonio intermedio.q.2.

Naturalib⁹legitimatis competere remedium.l.si vnquàm. C.de reuoc.donat.scilicet,quò ad legitimam.q.3.

Legitimationem non reuocari, aut infirmari per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium.q.4.

Filium naturalem legitimatum , excludere substitutum, hac conditione datum,si filius decesserit sine liberis ex legitimo matrimonio natis.q.5.

Filium naturalem qui potest legitimari per subsequẽs matrimonium, non posse legitimari per rescriptum principis.q. sexta.

Filios naturales legitimari per subsequens matrimonium, vel in mortis articulo,aut à sene decrepito contractum.q.7.

Filios naturales legitimari per subsequens matrimonium, etiamsi mater sit vilissimæ conditionis,rustica scilicet,vel meretrix & pater nobilis : inter quos aliàs matrimonium honestè contrahi nequit.q.8.

Legitimatum ex subsequenti matrimonio non tollere Ius primogenituræ iam nati.Cùm legitimatio retrò non trahatur in præiudicium alicuius.q.9.

Legitimatos per subsequens matrimonium succedere in feudis.q.10.

Patrem naturalem teneri alere filium spurium.q.11.

Filium incestuosum non succedere parentibus.q.12.

Filium spurium non posse aliquid capere ex testamento, vel vltima voluntate de bonis patris.q.13.

statutum disponens filium spurium ex testamẽto posse succedere,non valere.q.14.

Filio spurio hærede instituto à patre, deferri hæreditatem liberis legitimis,vel proximioribus cognatis.q.15.

Institutionem filij spurij sub cõditione factam valere.q.16.

Nepotem legitimum & naturalem ex filio spurio,posse hæredem institui ab auo,deficiente prole legitima.q.17.

Filium studiis operam dantem, non teneri conferre libros à patre datos.q.18.

Filio non deberi legitimam in vita patris.q.19.

Filio non esse obligata bona patris,pro legitima:sed filium habere tantùm conditionem ex lege, contra hæredes patris. quæst.20.

Renũciantem successioni paternæ generaliter, non videri renunciasse legitimæ, sed opus esse renunciatione speciali. quæst.21.

Legitimam patre viuo non venire in confiscatione bonorum pro delicto filij.q.22.

Statutum , quo cauetur patrem teneri soluere ex legitima pro delicto filij,valere.q.23.

Patre ingrediente monasterium,deberi filio legitimam, etiam eo adhuc viuo.q.24.

QVAESTIO I.

Quæro, An filius naturalis legitimatus per subsequens matrimoniũ possit ꝓmoueri absque dispẽsatione ad ordines, beneficia,& ad episcopatum?Resp.Gl.in c.tãta.& in c. innotuit: verb.cõiugata.de elect.tenet ꝙ sic,quam sequitur ibi Abb.Eãdem opi.tenet Calderi.cõs.2.sub Rub.qui filij sint legit.quia ꝑ subsequẽs matrimonium factus est legitim⁹,& post matrimonium perinde habetur,ac si nunquam fuisset illegitimus.Hãc opinionem tenet etiam Chassanæ.in cõsuet.Burgũd.in ti.des successiõs.Rub.8.§.3.fol.287.n.6.Rip.l.si vnquã.nu.87.C.de reuo.donat.Lud.de Sardis in tract.de natur.lib.c.de legitimationis effectu.nu.5.Aegid.Bellamera.c.2.nu.3.36.dist.Dec.c. cum in cunctis.nu.24.de elect.Io.Corr. l.pro parte.nu.14.de serui.vbi affirmant opinionẽ gl.cõmuniter esse approbatam.

QVAESTIO II.

Quæro,Quid si matrimonium sit intermediũ,vt qa marit⁹ postquã habuit filios ex muliere soluta,ꝯtrahit cum alia, quã demùm mortua ducit illam, ex qua habet filios naturales, an legitimentur per subsequẽs matrimonium,non obstante matrimonio intermedio?Resp.Io.Andr.in reg.sine culpa.de reg. iur.in 6.tenet ꝙ sic.Eandem opi.tenet Abb.d.c.tanta.n.3.Ias. l.eum qui ita.§.qui hominem.n.7.ff.de verb.obl.Ang. in cõs. 18.in 2.q.eandem opi.tenet Ias.in l.Pomponius.§.quæsitũ.ff. de acq.pos.Brunel.in tract.de spons.concl.2.nu.22.Præpo. in d.c.tanta.q.7.n.14.& hanc opi.dicit esse communem Lud.de Sardis.d.tract.de natur.liber.c.de legitima. per verum matrimonium.n.9.Licet ibi contrarium teneat ipse. Eandem dicit esse communem Ant.de Rosell.tract.de legitimatione,lib.1. c.de causa materiali legitimationis.nu.44.Carol. Molinæ. in consuet.Paris.vt 1.§.8.gl.1.q.7.nu.34.& eam tenet Mayne. l. quoties.ff.de reg.iur.

QVAESTIO III.

Quæro,An filij naturales legitimati ꝑ subsequẽs matrimonium,possunt vti remedio.l.si vnquam,ad reuocandam donationem omnium,vel maioris partis bonorum?Resp.Bal.in c. innotuit.de elect.tenet,ꝙ sic,eandem opi.tenet Aug.& Salyc. in l.si totas.C.de inof.donat.Aldobrand.in §.fi.nu.8.vbi dicit eam esse communem.Et eam tenet Ias.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.2.lect. n.42.quod dicit verũ esse Bald.l.1.C.de reuo. donat.etiamsi nati fuissent ante donationem.nõ tñ ita vt tota donatio reuocari possit,sed in ea parte,quæ ad legitimam attinet,eum sequitur Boer.decis.159.n.12.Ripa.d.l.si vnquam. q.32.nu.89.& ibi Tiraq.verb.susceperit liberos.nu.71.

QVAESTIO IIII.

Quæro,An reuocetur legitimatio ꝑ superueniẽtiam filiorum legitimorum & naturalium?Resp. Hoc expeditum est ꝑ tex.l.cùm quis.C.de natur. liber. ꝙ non reuocetur.Hanc opi. tenet Bart.& Docto.l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. & ibi Hier. verius dicit eam communem esse n.175.& eam tenet Tiraq. trac.de primog.34.4.nu.51.

QVAESTIO V.

Quæro,An filius legitimatus per subsequẽs matrimoniũ, excludat substitutũ?vt pone ꝙ pater in testamẽto filio instituto hæredi substituit Titiũ, si filius decesserit sine filiis ex legitimo matrimonio natis, & filius decedat cum filio legitimato.Resp.Ant.de Burr.d.c.innotuit.de elec.tenet.ꝙ sic,idem tenet Dec.c.cùm in cunctis.n.28.de elec.Boer.decis.159.n.20. Rip.Rubr.ff.si cert.pet.nu.3.Deci.cons.284.n.9.vbi dicit hãc esse cõem opi.& in cõs.155.n.7.Eãdem dicit esse cõem Rui. cõs.163.n.6.&7.vol.3.& tenet Laur.Sylua. ꝯs.3.n.22.& hæc opinio verior est.licet ꝯriũ teneat Bald. in cõs.357.n.2.vol.5.

QVAESTIO VI.

Quæro,an filius naturalis, qui potest legitimari per subsequens matrimoniũ , possit legitimari per rescriptũ principis? Resp.Gl.in auth.quibus mod.natur.effi.legi.§.sit igitur. verb. permittimus.colla.6.expressè tenet, ꝙ non. Eandem opi. firmat Bart.ibi n.5.&Ang.n.10.hanc opi.dicit esse communem Ias.d.l.Gallus. §.& quid si tantùm. 1.lect.n.107. Chassa.in cõsuet.Burgũd.tit.des successions.Rub.7.§.3.fol.286.n.9. eam quoque tenet Bal.c.per tuas.n.3.de maior.& obed.

QVAESTIO VII.

Quæro , An filij naturales legitimẽtur per matrimoniũ in mortis articulo,vel à sene decrepito contractum? resp.Bal.in l.nuper.C.de natur.liber.tenet,quòd non,per tex.ibi.Idem tenet in l.eam quam.nu.27.C.de fideic.

Contrariam opi.tenet Io.And.Ant.de But.& Præpos. in d. c.tanta.Abbas.c.2.de frig.&malef.Eandem opi.tenet Mayne. in l.quoties.nu.22.ff.de reg.iur.Couar.in epit.de spõs.par.2.c. 8.§.2.n.10.Lud.de Sardis in trac.de nat.liber.ca.de legiti. per verum matrimoniũ Ang.§.fi.n.fi.Inst.de nup.Hanc dicit esse cõem opi.Alex.ĩ l.qui posthumos. ff.de lib.& posth. Ias.l.sed etsi quæsitum.ff.e.ti.Ant.de Rosel.ĩ trac.de legit.ĩ pr.c.de causa materiali legitimatiõs.n.23.Eãdẽ tenet Brun.ĩ trac.de spõs. 2.cõcl.n.x.Io.Guald.in tract.de arte testãdi.tit.1.caut.14.n.2.

QVAESTIO VIII.

Quæro,Si mater est vilissimæ conditionis,vt quia rustica, vel meretrix ,& pater nobilis , inter quos matrimonium honestè contrahi nequit , an filij legitimentur per subsequens matrimonium?Respon.Bal.in auth.si quis.C.de natur. liber.

tenet

tenet q̃ non.idem tenet in l.2.C.quibus res iudic.non nocet. Eandem opinionem tenet Ruin.cons.111.num.5.& 6.lib.1. Lauden.tracta.de legitima.nu.158.Cur.Iun.con.136.nu.10. Hanc opinionem dicit esse communem Maria.Socy.Iunior. cons.52.nu.2.vol.1.& tenet eam Cæpolla caut.150.incip.de bes scire.

Contrariam opinionem tenet Ias.in cons.234.volu.2.Gul. Cassiado.decis.vnica,n.6.tit.de sponsa. Et eam tenet expresè Nic.de Vbald.in tract.de suc.ab intest.n.61.& 62.si enim matrimonium tenet,filios antea natos legitimari per subsequẽs matrimonium dubij iuris non est per tradita Io.And.in d.reg. sine culpa.vbi dicit q̃ ex quocunque coitu natu legitimatur per subsequẽs matrimonium, si modò tempore coitus inter eos matrimonium esse potuit,eo casu quo legitimus consensus interuenisset.Preterea licet iure ciuili inter tales personas matrimonium sit prohibitum.l.imperiales.C.de nup. tamen iure Canonico valet,q̃ hoc casu maximè sequimur. Hanc opinio.tenet quoq; Ripa.l.si vnquam.C.de reuoc.dona.Laur. Sylua.cons.3.nu.44.& hæc opinio videtur mihi satis æqua.

QVAESTIO IX.

Quæro,An legitimatus ex subsequenti matrimonio tollat ius primogenituræ iam nati?Pone q̃ habens filium ex concubina, postea duxit vxorem ex qua filium suscepit, ea mortua contrahit cum conbubina,& sic filius ille naturalis legitimatur?Respon.Ias.in l. quoties.nu.40.C.de rei ven. dicit q̃ non, idem tenet Io.And.d.reg.sine culpa.Anch.d.c. tanta.nu.12.ibi Card.Eandem opi.tenet Boer.decis.159.nu.fi.Cur.Senior. in l.40.tauri.nu.20.Et tenet eam Tiraq.l.si vnquam.verb.susceperit liberos.nu.64.Maria.Socy.Iun.cons.52.n.7.lib.1.Brunel.tract.de sponsalibus.2.concl.nu.32.Alb.l.cùm quis.C.de natur.lib.Alex.cons.25.nu.2.lib.1.legitimatio enim non trahitur retrò in præiudicium alicuius.

QVAESTIO X.

Quæro, An filij legitimati per subsequens matrimonium succedant in feudis?Resp.Bald.in ca.1.§.naturales. si de feud. defunct. conten. inter domi. & vasall. agnat. dicit esse distinguendum.aut in concessione feudi fuit dictum de descendentibus legitimè,vel de natis legitimè,vt tunc non succedant,idem tenet Bald.dubius in ꝓl.367.n.2.li.5.Ang.cons.29.Barb. l.cum acutissimi n.241.contrarium verò quod imò indistinctè legitimati per subsequens matrimonium succedãt,tenet Io.And.ĩc.lator.qui fil.sint leg. Et eam dicit esse communem Bar.Socy.in cons.3.n.11.& tenet Panor.c.innotuit.& d.c.tãta.Ias.in cons.148 nu.6.vol.4.Boer.decis.123.nu.4.Io.Cur.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.nu.82.ff.de lib.& posth.Ant.Rube.l.Titia Seio.§.Imperator.nu.46.ff.de leg.2.Cur.Iun.in ꝓsi. 136.nu.1. Eandem dicit esse communem Ias.l. generaliter.§. cum autem.nu.10.ff.de instit.& substi.& Ripa.d.l.si vnquam. n.88.& in l.ex facto §.si quis rogatus.n.18. ff.ad Treb.Eandẽ dicit esse communem Cur.in tract.feud.3.par.q.17.nu.41.Eãdem dicit communem Matth. de Afflict.d.§.naturales. & tenet Zas.in tract.feud.8.par.nu.87.Alciat.d.l.ex facto.nu.7. ff. de vulg.Lau.Sylua.cons.3.nu.49.

QVAESTIO XI.

Quæro, An pater teneatur alere filium spurium?Resp.hoc expeditum est de iure canonico,q̃ teneatur,tex. est in c. cum haberet.de eo qui duxit in matrimonium quam polluit. Ratio est,ne filius fame pereat.Hanc opi.tenet Abb.d.c.cùm haberet.quæ dispositio hodiè etiam, in foro ciuili in terris non subiectis Papæ locum habet,& tenet Glo.d.c.cùm haberet.& Dec.vbi communem dicit.c.clerici.nu.4.de iudi.Ripa vbi similiter communem dicit.d.l.si vnquam.q.37.n.68.Capy.decis.163.Claud.in l.1.ff.fol.mat.dicens opinionem Cano. esse veriorem,& q̃ ita iudicaret Abb.con.115.vol.2.dicens,q̃ ita communiter tenent Legistæ in Auth.ex complexu.C. de incest.nup.Hanc opi.tenet etiam Corset. sing.incip. spurius. & communem dicit Ias cons.26.nu.4.lib.j.Io.Gualden.tract.de arte testand.tit.1.Cur.14.nu.13.Lambert.in trac.iuris patro. 3.q.prin.lib.3.fol.392.

QVAESTIO XII.

Quero,An filius incestuosus,id est,natus ex consanguineo & consanguinea succedat parẽtibus?Resp.Gl.& Doc.in l.qua illustris.verb.cum legitimis.C.ad Orficia.tenent,q̃non,idem tenent scribentes.§.nouissimè.insti.eo.& hanc opinionem dicit esse communem Baptist.Caccialup. rep.d.l. si qua illustris. num.9.

QVAESTIO XIII.

Quero, An filius spurius possit aliquid capere ex vltima voluntate de bonis patris?Resp.q̃ talis filius non possit capere aliquid ex testamento patris.tex.in Auth.licet.C.de nat.lib. & in §.sui.in fi.Auth.quib.mod.natur.effic.sui. colla.7. & tradit Bar.l.fi.ff.de his quib.vt indig.Dec.c.in præsent.n.105.de proba.Couar.de sponf.2.par.c.8.§.5.& 6.Nic.de Vbald.de succe. ab intest.1.par.nu.44.

QVAESTIO XIIII.

Sed quid si statutum disponat q̃ filius spurius ex testamento possit succedere?Resp.Fred.de Senis in cons.265.nu.1. tenet tale statutum non valeret,& hanc opi. dicit esse communem Io.Baptista de Caccialu.l.cunctos populos.nu.176.C.de sacros.eccles.de quo vide latiùs,quæ dixi in c.de statutis.

QVAESTIO XV.

Quæro,Cui deferatur si filius spurius in testamento patris instituatur hæres?Resp.Bal.in l.j.per tex.ibi.C.de natur.liber. tenet q̃ si filius spurius à patre instituatur , id à legitimis liberis,vel cognatis proximioribus deferatur.Idem tenet Bar.l.fi. ff.de his quib.vt indig. Eandem opi.dicit esse communem Alex.l.hæreditas. C. de his quibus vt indig.& in cons.74. nu.6. vol.3.& eam tenet Bermondus in tract.de publ.concub.pag. 318.nu.21.

QVAESTIO XVI.

Sed quæro q̃ si filius spurius instituatur sub conditione? Resp.q̃ tunc benè valet talis institutio, ita tenet Bal.l.seruus. C.de leg.Albe.l.libertas testamento.ff.de manumis.testa.Bal. Imo.& Alex.l.Gallus.§.instituens.ff.de lib.& posth.Hanc opi. dicit esse communem Lancelo.Dec.d.§.instituens.& ibi Iaso. nu.5.eandem dicit esse communem Io. Guald. de art.testan. tit.1.cau.14.nu.15.Curt.Iunior,cons.84.nu.3.Galiaul.repe.l. Gallus.§.& quid si tantùm.n.4.ff.de lib.& posth.Catellia.Cotta.verb.spurius.el.3.

QVAESTIO XVII.

Quæro, An pater possit nepotem ex spurio legitimum & naturalem deficiente prole legitima hæredem instituere?Respon.Bart.in cons. 118.incip.odiosus habens filium.tenet,q̃ sic.Idem tenet in d.l.Gallus.§.quid si his.ff.de lib. & posth.ibi sequitur Alex.& Ias.Hanc opi. dicit esse communem Roder. Zuaretz.in lectu.l.9.tit.11.lib.1.fori.fol.73.nu.3.Eandem dicit communem Ias.l.hæreditas.n.8.C. de his quibus vt indig. & Alex.cons.74.n.2.volu.3.Io.Gualden.de art.testan.d.caut. 14.nu.12.Boer.decis.127.nu.16. Eandem dicit esse communem Bermond.tract.de publ.concub.

Scias tamen q̃ hæc conclusio non procedat in nepote ex filio incestuoso ita not.Bal.l.si quis.C.de incest.nup. Hanc opi.dicit esse communem Sal.d.l.si quis. hanc etiam tenet Couar.in epit.de sponf.2.par.c.8.§.5.nu.30.Hip.sing.144.Corn. cons.25.n.15.vol.1.Gul.Benedict.c.Raynutius.verb.& vxorem.decis.5.n.131. Eandem opi.dicit esse communem Bald. d.l.si quis Marti.Laudens.in tract.de legit.nu.73.licet contrarium teneat Paul.de Cast.d.§.quid si is in filio incestuoso. nu. 6.Ias.ibidem.nu.25.

QVAESTIO XVIII.

Quæro, An filius scholaris teneatur libros à patre datos, post eius mortem conferre?Respon.q̃ non: ita tex. & ibi gl.l. quæ pater.ff.fam.ercisc.Hanc opi.tenet Bart.l.1.§.nec Castrẽse.ff.de colla.Sal.in l.filiæ cuius.C.fam.erc.Eandem dicit esse communem opi.Ias.in d.l.filiẽ.licet Fabia.de Mont.rep.auth. nouissima.q.26.C.de inof.testa.Alex.l.si donatione.C.de col. & in cons.50.nu.17.volu.6.Vitalis Nemausensis. in tracta.de colla.q.5.num.10.& tenet Rebuf.in tract.de priuileg.schola. priuil.35.

QVAESTIO XIX.

Quero,An filio debeat legitima in vita patris?Resp.q̃ nõ. & de hoc est tex.in l.cum quæritur.C.de inoffi.testa.Auth.de trien.& semiss.§.1.hanc opi. tenet Ang.l.Cornelia.ff.de vulg. & pup.quem omnes Doct.sequuntur.Et hanc opi. tenet Bal. in l.quanquam.C.ad l.Fal.Bar.Auth.si qua mulier. C. de sacr. eccl.Bal.cons.257.n.1.& 2.ver.3.Aldobr.§.præterea.n.53.insti.quibus mod.ius patriæ potest.soluit.Alber.Bru.in con.80. n.15.Mantua.Auth.nouissima.pag.23.Et hanc dicit esse communem Tho.Gramma.in decis.101.nu.66.

QVAESTIO XX.

Quæro, An bona parris filio sint obligata pro legitima ipsius?Resp.q̃ non,sed habet filius solùm condictionem ex l. ꝗ hæredes patris.Pro hoc est tex.in §.cæterùm.Auth.vt cum de appel.cognos.Hanc opi.tenet Sal.in l.omnimodò,in pr.C.de inof.testa.& Doct.in l.quartam.ff.ad l.Fal. & l.suus quoq;.in prin.C.eo.tit.Ang.l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inof.test. & hanc esse communem opin. firmat Matth.de Afflict.decis. Neapo.162.nu.4

QVAESTIO XXI.

Quæro,An generaliter renuncians successioni paternæ,videatur

deatur renunciasse legitimæ?Resp.q̃ non, quia requiritur, q̃ fiat specialis mentio,aliàs non includitur.Ita est text. qui hoc probat in l.si quando.§.generaliter.C.de inof.testa.& ibi.Bal. Sal.&Alb.de Rosa.§.cæterùm.Auth.vt cùm.de ap.cognos.Et hanc opi.firmat Boer.decis.3.nu.7.vol.1.vbi etiam stante iuramento concludit hanc esse communem opinionem Ang. de Aret.in §. cùm autem.insti.de inof.testa.& tenet Aret.l.1. §.si quis ita.ff.de verb.obl.

QVAESTIO XXII.

Quæro, An legitima viuo patre pro delicto filij veniat in confiscatione bonorum?Resp.q̃ non,ita tenet Gul.de Cu.l.si qua pœna. C. de his qui sunt sui vel alie. idem tenet ibi Bart. & Bal.in cons.252. vol.3.priuatio enim præsupponit habitũ, sed filius viuente patre nullam habet legitimam,ergò non potest venire in confiscatione.Et eam sententiam dicit communiter teneri Socy.iun.cons.51.n.5.lib.1.Sylvester.§.præterea. nu.55.insti.quib.mod.ius patriæ potest.sol. & eam tenet Lucas de Penna in tract.de fisco.c.de publica.bonor.n.2.& Doc. in l.in suis.ff.de libe.& posth.

QVAESTIO XXIII.

Sed quid,Si esset statutum,q̃ pater teneatur soluere ex legitima pro delicto filij?Resp.Gl.in rub.C.de decurio.lib.10. tenet expresè, q̃ tale statutum valeat. Idem tenet expresè Ias. in d.Auth.nouissima.nu.8.& 12. hanc dicit esse communem Aldobr.d.§.præterea.nu.56.Chassanæ.in consue.Burgund.in ti.des successions.Rub.7.§.2.fol.320.nu.5.Eandem dicit esse communem, & in practica seruari Alex. l. lex Cornelia. ff.de vulga.& pup.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro,Quid, si pater ingrediatur monasterium, An viuo eo,debeatur filio legitima?Resp.q̃ debeatur,est tex.in c.cum simus.de regula.per quem ita tenet glo.in c.transmissæ.verb. mota.qui filij sint legit.& hanc dicit esse communem opi.Iaso.in Auth.si qua mulier.nu.50.C.de sacros.eccl.& d.auth.nouissima.nu.8.C.de inof.testa.fol.D.c.in præsentia.nu.55.eam tenet Couar.c.2.nu.7.de testa.Corset.sing.incip.legitima.Michael Grassus.

Filiusfamilias licet cum patris consensu.exceptis castrensibusvel quasi testari non possit.secundum Ioannem Andeam, in c.si pater,de testa.libr.6. quia testamentum cùm sit publici iuris non potest pendere ex alieno arbitrio. l. vlla institutio. ff.de hæred.instit.l.receptum.ff.communia prædiorum.l.captatorias.C.de test.milit.cum quo videtur residere Zerzell.Io. de Fantinis Anch.Im.in c.licet de sepul.lib.6.&Bald.in l.1.C. de sacros.eccl.&ita communiter teneri refert Benedictus reg. 103. nu. 62.concordant tamen communiter in eo quod patris consensu mortis causa donare possit pro anima, quia donatio talis sapiat naturam contractus l.2.in pr.de dot.præleg. Benedict.ibidem,nu.57.nec desunt qui eum pro anima quoque testari posse contendunt,inter quos Frider.de Senis,Imo. Domini.Bar.&Bald.ibidem numerat,idq̃ue per diuersitatem iuris ciuilis & Canonici conciliari posse putat,ibidem.

filius potest negare alimenta patri hæretico.Bened.de foro Sempr.in Repert.Fel. in vers. filius qui habet patrem hæreticum,communis tamen opinio est,q̃ filius non potest præferre extraneum in eleemosyna patri hæretico pauperi. vt ibi. Bonacoss.

filius natus in domo patris ex viro & coniuge in figura matrimonij,præsumitur generatus ex semine viri,& non concubinarij.Etiam q̃ amasius consuetudinem cum ea habuerit, vt euitetur crimen, & inhonestas,vt est commun. opin. de qua Paris.cons.12.nu.232.& seq.in 2.par.& Bal.in l.si matre.C.de suis & legiti.vide omnino Petr.Iac.in sua Practi. in tit. de Generatione.fol.87.& Concennalium.lib.2.c.9. Bonacoss.

filius ideò non censetur illegitimus ex matris assertione, vel si ipsa fuerit adultera.comm.est opi. Soarez verbo Filius. nu.182.& seq. Bonacoss.

filiusfamilias ex crimine damnatus non potest, vt ad delicti pœna se eximat res fideicommisso subiectas,& alienari prohibitas,vt est communis opinio.Soarez verbo Filius nu.241. Bonacoss.

filij ante delictum patris,etiam læsæ Maiestatis nati,vel concepti,non puniuntur, vt est communis opinio. Soarez verbo filij.nu.168. Bonacoss.

filij naturales & spurij puniuntur ob delictum patris,prout legitimi,vt est communis opinio.Soarez verbo filij.nu.270. Bonacoss.

filius potest facere pacem de patre offenso mortuo, etiam si nolit esse patris hæres, vt est communis opinio.Clar.q.58. vers.quæro nunc. Bonacoss.

filiusfamilias potest accusare alium criminaliter absque consensu patris,vt est com.opi.Clar.q.14.ver.sed quid.Et ita practicatur. Bonacoss.

filij naturales tantum admittuntur ad accusandum de morte patris,&præferuntur cæteris consanguineis,vt est communis opi. Non etiam si essent spurij, adulterini, vel incestuosi, quia non admittuntur,vt est comm.opi.Clar.q.14.ver.quæro an filij. Bonacoss.

filij naturales & spurij possunt pacem facere pro offensis factis eorum matribus & patribus,quando sunt certi filij,vt est comm.opi.Clar.q.58.vers.scias autem. Bonacoss.

filius ob delictum patris & feloniam non priuatur feudo, vt est comm.opi.de qua Syluanus in tract.de Feudi recognit. q.40.ad finem. Bonacoss.

filij naturales & spurij comprehenduntur in pœnis impositis filiis,propter delictum patris,vt filij hæreticorum.Io. Coras.in l.liberos.nu.11.ff.de Senato.comm.dicit. Bonacoss.

filius,an & quando subintret locum patris:vide Dec. cons. 1.408.412.Vbi q̃ in successione legal.repræsentat patrem,secus in dispositione testatoris,nisi dictum sit salua gradus prerogatiua:quia proximior succedit solus, & ibi an tunc succedat in capita vel in stirpes. Attenditur quomodo sint vocati vt ibi & an quando subintrat locum patris debeat esse conceptus in vita patris?& quid quando agitur de successione patrui magni vel veri patrui: vide Paris.cons.39.lib.2.cons.30. n.32.33.eo.lib.vbi q̃ in quocunque gradu sint descendentes ascendenti succedentes semper intrant locum patris,&quod filij fratrum succedant patruo vel amitæ in capita vel in stirpes?& dic,q̃in stirpes,teste Bertr.cons.2.lib.1.&an &quando in fideicommissis filius repræsentet patrem: vide Dec. cons. 217.Ias.cons.124.lib.4.& in fideicommisso filij diuersi matrimonij succedunt æqualiter,cum succedant testatori,non fratri,Dec.cons.304.col.1.

filius semper præsumitur esse in potestate patris.l.si emancipati.& ibi not.C.de collat.& l.si filius.ff.de probat.

Vnde cautela est secundum Ang.q̃ quando sententia est lata contra aliquem,vt ille alleget q̃ is pro quo lata fuit, erat filiusfa. quia nisi ille probet se esse sui iuris, irritabit processus, & sententia erit nulla.Ita Ang.in l.sed si de sua.ff.de acq.hære. de quo vide doct.in d.l.si emancipati.Alex.in l.is potest.ff. de acq.hæred.& latè in d.l.sed si de sua.&spec.in ti.de actor.vers. sed quid si præsente patre.Fel.in c.ex literis. in §.col.de prob. & Ias.in l.qui se patris.in 8.col.C.vnde libe.& in d.l.si emancipati.in 2.col.Fac.quod vult Cor.in 3.vol.cons.204.Barb.in 3. volu.cons.10.Phi.in cap.fin.§.fi.in fi.de iud.in 6.Cepo.cautela 118.

Vide tamen Cor.cons.45.in 4.col.vers.ideo super hoc. vbi tenet contrarium.&dicit.q̃ onus probandi incumbit alleganti & in con.218.ver.Nam patria potestas.&in 3.vol.con.208. Mars.in l.si quis.in 9.col.& seq.ff.de questio.

Limitat Ias.in d. l. si emancipati nisi filius habitauerit seorsum à patre per x.annos. quia tunc præsumitur emancipatus si hoc alleget.al.Bal.in l.post mortem.ff.de adopt. & alia.quæ omitto.Addo Barb.in 2.vol.cons.33.col.2. & eundem Ias.in l.si cert.annis in 3.col.vers.7.C.de Pac.de quo etiam dixi s.in vers.emancipatio.

Et ita vult Barb.inter cons.Alex.in 4.vol.cons.vlt in 4.col. P.Andora.

Filia etiam nupta remanet in potestate patris.Fely. in c. super eo.cl 2.extra.de testi.habetur.per Bar.& doct.in l. si vxor. C.de cond.inf.Alex.in 4.vol.cons.133.in 1.col.Et acquirit patri.vt vult Alex.in d.con.Ang.insti.ad tertulianum in pr.&in §.1.insti.de iniur.

Vide quæ dixi in ver.pater.§.8.& in vers. mulier. §. primo. P.Andora.

Et filius illius qui effectus est episcopus.vel abbas remanet in potestate patris Bal.in l.fi.§.necessitate.in 1.col.C.de bo. q̃ lib.refert phi.in c.fi.§.fi.de iud.in 6.& vide s.in ver.episcopus. §.5. Idem.

filiorum.appellat. An veniat posthumus. Sonz in 2. parte cons.301.tenet q̃ sic.all.l.nomen filiarum.ff.de verb.sig.l. iubemus.C.ad treb.& alia multa.concludens. q̃ legatum factũ filiabus fratris testatoris.debeatur. etiam posthumis. de quo vide doct.maxime Iaso.post Alex.in l.qui filiabus.ff.de leg.1. Card.in cons.60.

filiorum appellatione.in statutis.nunquid comprehendantur nepotes.Ang.in cons.88. concludit q̃ si statuto. cauetur. q̃ mulier non possit testari sine consensu filiorum. q̃ etiam requiratur consensus nepotum.& sic.quòd veniant nepotes. appellatione filiorum.

Fely.in rub.de fi.instr.in 2.col.in fi.dicit.quòd licet appellatione filiorum comprehẽdatur filia.l.si quis ita in pr.ff.de testa.tu.l.si ita scriptũ.ff.de leg.2.l.filij.ff.de verb.sig.Ias.in l. qui filiabus in pr.3.col.de leg.1.& in l.si quis id quod.in 1.col.de iurisdict.omn.iud.Cur.cons.63.in 10.col.& consil.64.in vlt. columna.

Tamen in sta.secus est.alleg.Card.cons.135.incip.Redemptoris.&c.Puto filias.& Pe.de anch.in repe.c.1.in 45.carta.de consti.& Gemy.post alios in ca.generali.de electione.in 6.

Aduerte tamen.quia Ias.in l.si quis id quod.in 1.col.ff.de iurisd.om.iud. per multa quæ all.tenet.q̃ masculinum.comprehendat.fœmininum.etiam in sta.vt si sta.dicat q̃ nullus vadat de nocte sine lumine.comprehendatur.etiam femina.de quo.dixi in vers.masculinum.

Quid in feudis.an appellatione.filiorum comprehendant̃. nepotes.Ias.in l.si extraneus.in vlt.col.ff.de cond.causa.da.tenet q̃ sic per infinita quæ alleg.& in l.gallus.§.instituens in 4. col.ff.de lib.& posth. & in l.de quibus.in 6.col.ff.de ll. dixi latius in tract.feu.in rub.de succes.feu.in ver.pro te & filiis masculis.

Secus in emphyteosi quia appellatione. filiorum non veniunt nepotes.Ias.in locis præall.& in d.l.si quis id quod.in 5. colum.& est ratio quia in contractibus.appellatione.filiorum non veniunt nepotes. & idem dicit. in l. quæ de legato. in 3. col.de leg. 1. & q̃ in contractibus filiorum appellatione.non veniant nepotes addo.Alex.in 1.vol.cons.61.& in 5.vol.cõs. 17.& dixi latius in tract emphy.§.121.

Quid in testamentis. seu vltimis voluntatibus.an appellatione.filiorum veniant nepotes?Ias.in l.si pater tuus.in 1.col. C.de hæred instituendi.dicit.q̃ licet appellatione.filij.non continea tur.nepos.fm.Bar.in l.alimenta in pr.ff.de alimen.leg.Tamen si sit nepos. quem auus solebat semper tractare & nominare filium.venit app.filij.

Limitat tamen nisi concurreret & filius & nepos.quia tũc app. filij intelligeretur de vero filio. potius quàm de tali nepote.Addo.Sonz.in 1.part.cons.vlt.

Quod autem veniat nepos. est doctrina Bar. in l. libe.ff. de verb.sig.Ias.in d.l.de quibus.in 6.col.& in d.l.si quid id quod. in 5.col.& in l.quæ de legato.in 3.col.de leg. 1.Barb.in 2.vol. cons.10.in 7.col.& notabiliter.in con.55.in 8.col.Ludo.Ro. cons.148.Addo.Bal.in 4.part.cons.74.& in con.254.& in q̃s. 256.& in 5.part.cons.19.Sonz.in 2.part.cons.249.in pr.Alex. in 1.vol.cons.9.& in 3.vol.cons.5.& cons.26.& cons.178.in prin.Bened.in con.22.& con.123.Phi.in c.si pater.in 26.col. de testa.in 6.

Vide tamen in hac mãa.Sõz.in j.par.con.vlt. cũ multis subscriptionibus.& decium. cons.95.in 2.dubio.in quibus locis tenent q̃ in illis terminis filiorum appellatione non veniant nepotes.Addo Alex.in 1.vol.cons.1.in 6.col.

Et pro ista parte.multa allegantur.per Alex.in 5.vol. cons. 56. licet in fi.videa concludere.contrarium.

Vide etiam eundem Alex.in 5.vol.cons.125.maxime.in 3. col.vbi dicit.q̃app.filiorum ex propria significatione.nonveniunt nepotes.

Ad mãm vide etiam Cor.in 4.vol. consi.162.& cons.290. Ang.in §.1.insti.ad tertul.

Et quòd nepotes ex filia.non veniant appellatione.filiorũ masculorum tenet.notabiliter.Bened.in cons.18.Alex.remissiue in l.libe.in fi.2.col.ff.de verb.sig.

Alias autem si non sit dictio masculorum appellatione. filiorum veniunt nepotes ex filia.Bened.in cons.123.Lud.Ro. cons.129.& cons.148.

Vbi agitur de præiud.tertij. filiorum appellatione. non venit nepos Bal.in l.sed & milites.ff.de excu.tuto.

Filiorum appellatione. nunquid comprehendantur.spurij & naturales. vide Alex. qui per multa tenet quòd non. in 2. vol.cons.60.

Vide etiam Fely.in c.in præsentia in 7.col.cum seq.de proba.vbi ponit regulam quòd substitutus.per verba si hæres decesserit sine liberis. excluditur. à filio naturali tantùm. Limitat tamen sex modis vide per eum.

Vbi est eadem ratio in naturali.quę est in legitimo.appellatione.filij venit naturalis tantùm.Panor.& post eum Fely. in d.c.in præsentia.in 8.col.col.Alex.in 2.vol.cons.150.naturali non debetur.leg.Bal.in l.fi.C.de natura.liber.

Si statuto.cauetur. quòd pater teneatur ex delicto filij pro legitima.includitur.naturalis.Fely.vbi s.alleg.Ludo.Rom.in l.filio la 2.in 17.q.sol.mat.& Io.Andr.ad spec. in rubr. qui fil. sint leg.

Addo quòd contrarium tenet Alex.in d.cons.60.in 3.col.

Vide in materia remissiue per phil.in cap.sta. cl 2. de hære. in sexto.

Vide in materia.Bal.in l.libertinum.C.de interd.ma.

Sta.arctans filium ad compromittẽdum. comprehendit naturalem. Fel.vbi s.all.Pet.de Anch.cons.183.incip.apud me dubitabile.quod m̃ est 187.

Secus de aliis de parentella.all.Paul.de Castr.cons.66.incipiente.in Christi nomine.&c.super eo quod m̃ est in 2. volu. cons.69.

Idem dicit.Fely. in statuto. quòd filius non soluat gabellã de relicto sibi à patre facto quia venit naturalis.all.Bal.in l.parentes.ff.de in ius voc.& alia.Addo.Bar. in cons. 229. Angel. cons.30.

Idem de actione iniurie facte patri quia competit etiam naturali.all.Bar.in l.cum scimus.C.de agri.& cens.lib. 11.Et ideo potest accusare de morte patris.all.multa.

Idẽ in impetran.rescripto.& agen.tanquam coniuncta persona.quia admittitur naturalis.all.host.Bal.& imo.in cap.non nulli.de rescrip.

Idem in incurren.pena parricidij.all.Bal.in c.naturales.in titu.si de feu.fue.contro.& in d.ca.nonnulli. & in l.ius ciuile.ff. de iust.& iu.& in d.l.parentes.

Idem in testamento inter filios naturales. quia fieri potest coram duobus testibus sic.inter legitimos.all.spe.in tit.de instru.ed.§.compendi.ver.quid si pater naturalis.& sal.in l.fi.C. fam. ercis. subiungit tamen quòd est aliqualiter dubium.sed in matre omnino clarum all.multa.

Si pater præstitit cautionem pro se & filiis. de aliquo.non offenden.non tenetur.ex offensa facta per naturales.Fely.vbi suprà.alleg.Cyn.in l.cum pater §.nolo.de legat.2.hypo. sing. centesimotrigesimonono.

Priuilegium.pro se.& filiis.quòd tempore interdicti possit celebrari facere.non inciudit naturales tantùm. Fely. vbi suprà.all.lac.de are.& Cy.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad trebel.Addo Alex.in 2.vol.cons.60.

Priuilegium datum parẽtibus propter numerum filiorum non intelligitur de naturalibus Fely.vbi suprà.all. Bal. in l. 2. ff.de excus tut.

Idem in priuilegio statuti. quòd pater. habens tres filios. non teneatur ire ad exercitum all.Bal.vbi s.

Filius naturalis.non dicitur.de genere.Panor.& Fely. in d. c.in præsentia.in 9.col.all.Bal.in l.fi.C.de natura.liber. Ias.in l. fi.in 2.col.C.de verb.sig.

Limita ñ sit legitimatus. per text.& ibi Bal.in l.communi. C.de natura.liber.de quo.vide latius Fely.vbi s.

Emphyteosis ecclesiæ.concessa pro se & filiis non extenditur ad naturales.Panor.& Fely.vbi s.allegant.spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.vers.67.Et Bar. in d.§. si quis rogatus.Bal. & Imo.in l.lutius.§.fi.de leg.2.Bar. in d. l. parentes de in ius voc. & alia multa.Addo Alex.in 1.vol.cons. 128. in pen.col. & in 2.vol.cons.60.

Limita vt per hypo.mars.in l. 1.§. si seruus. in 1. col. & seq. ff.de quæstio.

Quid autem in emphyteusi priuati?Vide Fely.in d.c.in præsentia.in 9.col.ibi 6.& vlt.

filius naturalis non quærelat testamentum patris. Iaso. in l. 1.in 3.col.C.de contra tab.ex stipulatione.patris.acquiritur vtilis actio filiis.Alex.in 5.vol.cons.135.

filius naturalis. potest institui. in defectum legitimorum. Bal.in 2.part.cons.55.

filius legitimatus an excludat substitutum. vide latissime in verbo substitutio.fideicommissaria.§.

filiis naturalibus.pater donare potest. Lud.Rom.cons.43.

filius naturalis non potest in alimentis grauari.Dy. in consil.viiij.

filius naturalis quis proprie esse dicatur. vide infra. in vers. spurius.§.

filiorum appellatione.in legato alimentorum an comprehendantur.nati tempore testamenti tantũ, an vero etiam nati post, vide Alex.in 2.vol.cons.171.in vlt.col.

filiorum appellatione.an comprehendatur.filia vide s. eo. §. 2.& quæ dixi in verbo substitutio.Fideicom.§.17.

Filius natus ante sacerdotium patris. non dicitur filius sacerdotis.Bal.in l.imperialis.§.si miles.C.de nup.

Filius obligatur fideiuben. Dy.in cons.33.

Filius obliga.ex iuramento. fede.de senis.cons.272.

Filiusfa.non obliga.ex mutuo.eo.tit.Ad maced.glo.in §.actiones autem.& ibi Ias.in 6.col.insti.de Actio.

Etiam si sit comesvel doctor.Ang.in §.Item si in 6.col.inst. de excep.

Limita

Limita quia si mutuum fuit ob necessitatem filij. peccat mortaliter ñ non restituit. quia tenetur. in conscientia. Ita Ias.in d.§.actiones in 6.col.& l.qui exceptionem.ff. de condi. indeb.all.Ina.in c.quia plerique.circa fi.com̃.extra.de immu. eccles.

Limita etiam in filiofam.mercatore. in quo non habet locum excep.macedoniani. Ias.in d.§.actiones.all.Bar. in l. macedoniani.C.ad maced.& ibi hoc etiam vult Bal.

Limita quoque. procedere. in mutuo pecuniæ. secus in aliis rebus. quia non habet locum macedonianum. ñ fieret in fraudem.ita Ias.in l singularia.in 13.col.ff.si cert. pet.all. l. sed Inl §.quod dicitur.ff.ad maced.& Bar.in l.talis scriptura.in pr. ff.de leg.1.Ang.in §.item si.in 6.col.insti.de excep.

Limita insuper. quando vnus frater mutuaret alteri. quia tunc non habet locum macedo.ita Iaso.in l.frater. à fratre. in 16.col.ff.de cond.indeb.all.gl.ibi.& assignat rationem.

Limita præterea in contractu inito per filium.gerentem se pro libero quia non iuuatur maced.l.2.C.eod.Bal.in l.2. C.si aduer.rem.iud.Ang.vbi s.in 8.col.& ibi ponit quomodo probetur.quòd se gesserit pro tali.

Item limita in mutuo facto in causam studiorum.d.l.macedoniani.Ang.in §.pen.insti.quod cum eo.& in d.§. Item si. in 9.colum.

Et quòd non obligetur.voto.Alex.in l. 1.in 2.col.C.qui admit.vide Ang.in §.item inutile.instit.de inuti.stip.

Filiusfa.obligatur.ex omni contractu.exceptis voto &mutuo. & si non habet vnde satisfaciat detrudetur. in carcerem. Ias.in l.veluti quam legit.cum §.huius studij.ff.de iust.& iure. &in l. 1.in 1.col.C.qui admitti.all.l.tam ex contractibus.ff.de iudi.& l.filiusfa. ff.de act.& ob.Et q̃ fiat executio med.captura.all.l.3.§.sed vtrum.ff.de mino.& ibi Bar.& in l.si filio.ff.solmat.& in tract.de Carcere.in 4.q.

Liberat̃ tamen si faciat se emancipari.dummodo non contraxerit debita in fraudem.sub hac spe emancipationis Ias.notabiliter in l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iu.iur.

Filius obligatur. pro dote promissa sorori. ita Panorm. in cons. 12.dixi in verbo pactum.§.39.ver.& fubiicit.&c.

Filius etiam aduentitia in quibus patri non quæritur vsusf. donare non potest sonz in 2.part.cons. 172. in pr. Addo Ias. in l.pen.in 1.colum.cum seq.C.qui test.fa.pos.vbi dicit.quòd filius non potest testari etiam de bonis in quibus pater non habet vsumfructum.idem.Sõz.in prima parte.consil. 112. in princip.

An autem possit testari in piam causam.Paul.de Castr.in 2. vol.cons.201.

Tu vide ad saturitatem.per Ias.in l.senium in 2. col. & seq. C.qui te.fa.possunt.

Filiusfamil.cum consensu patris potest donare causa mortis.Old.cons.26.

Quid in filiofa.clerico.an possit testari.vide s.in vers.clericus disponit.§.

Filius gallicus.potest testari.vt infra.Gallus.

An disp.l.fi.§.filiis autem. C.de bo.quæ libe. militet vbi est appositum iur.vide.Cor.in 4.vol.con.310.ver.non enim ob. vbi videtur tenere quòd non.

Filius qui contraxit viuente patre.effectus sui iuris non tenetur.vltra quam facere possit &c.Alex.in l.qui cum se. de re iudic.

Et in materia vide crotum.in l.frater.à fratre.in 27.col.

Si filius delinquat viuente patre. & publicentur eius bona non pōt fieri executio in bonis ab intestato ei deuentis. Crotus in repe.l. frater.à fratre.in 22. col. de cond. indeb. vide in ver.confiscatio.§.12.

Præceptum guarantigie quod fit filiofa. sine consensu patris non valet Bal.in l.cum non solum.§.necessitate. in 3. col. C.de bo.quæ lib.

Filius reuocat. alienata per patrem. in fraudem. quo ad legitimam.vt no.in l.non vsque adeo.ff.si quis à paren.fue.manu.Alex.in 5.volu.cons.57.Ludo. Rom. in cons. 26.& cons. 95.vbi dicit quòd quando don.est inofficiosa re tantum. non autem fraude.& est facta extraneis reuocatur.solum quantũ ad legitimam.Et idem in effectu.tenet Are.in cons.47. Ias.remissiue in §.item si quis in fraudem.in 1.col. insti. de actio.& in l.nam & postea.§.sed & si quis in fraudem.in 1.colum.ff.de iu.iur.vbi dicit.quòd licet detur pro cautella.quòd pater alienet tit.oneroso.quia hoc modo filij non reuocant etiam quo ad legitimam.Tamen non suffic.si pater confiteatur.habuisse pretium.all.multa quæ vide.Et idem Ias.in Auth. vnde si parens.in fi. C. de inof.test. vbi dicit.quòd si sit inofficiosa re & cons.reuocatur.in tòtum.& idem tenet Cur.in 1.cons.in vlt. col vide aliquid per Panor.in c.de his.de sepul.

Limita ñ filius paternum iudicium approbasset.Ludo.Ro. d.cons.26.

Vide quæ dixi in ver.legitima.§.65.& seq.

Idem patre perdente omnia bona in ludo. quia filius potest reuocare vsque ad legitimam.Ias.in l. si arrogator. in 11. col.ff.de adop.& in d.§.sed & si quis.in 2.col. & in l. si rem. ff. de præscript.ver.

Quid econtra.an pater possit facere talem reuocationem. quando filius alienauit bona?Cy.in l.prima.C.de inoff.do.tenet quòd sic.

Contrarium tenet Iaso.in l.qui se patris.in vlt.col.C. vnde liberi.

Filius non potest fraudari in legitima. in vsufructu. auth. nouissima.C.de inof.te.

Nec etiam in legitima. potest fraudari respectu. legatariorum.secus autem respectu.creditorum.l.pap.§.quoniam 4.ff. de inof.test.

Filius non potest renuntiare legitimę.viuẽte patre.l.si quãdo.§. 1.C.de inof.test.

Filio quantumcunque diuiti debetur.legitima.d.auth.nouissima.&qualiter capien.sit ipsa legitima.vide infra.in verbo legitima.§.

Filio autem diuiti non debentur alimenta per patrem. l. 1. & ibi Bar.C.de mẽdi.vali.lib. 11.& l.si quis à liberis.§.si vel parens.ff.de lib.ag.

Si pater male vtitur substãtia sua. siquidem est talis abusus qui cadat in prodigalitatem. & male vtatur. dote. quia forte fundum dotalem vendidit.tunc viuente patre.non possunt filij quicquam dicere sed mortuo patre poterunt fundum vendicare. l. prima. C. de bon. mater. & in auth. de nup. §. & ita certa.

Sed si dotem alio modo subuertit.vt quia dos est in quantitate. & dissipat patrimonium. potest patri interdici bonorum administratio.l.imperator.ff.ad trebel.ita vult Bart.in l.si const.in 13.col.vers.9.quæro.vxor decessit.ff.solut. matr. all. l.fi.§.quibus.C.de sent.pas.& l.fi.circa prin.ff. vt leg. no. caue. & est glos.in l.patrem. ff.de his quæ in frau.cred. de quo vide Alex.in d.l.imper.& in l.2. § quod si in patris.in 4.col. remissiue tamen.ff.sol.mat.Are.cons.72.in 3.col.sonz.notabiliter. in 1.part.cons.34.in 4.q.Bal.in l.vbi adhuc in 5.colum. C. de iu.dot.

Adde q̃ licet Bar.in d.l.si const.dicat q̃ filij in vita patris ñ. dicere possint.Tamen Ang.ibi dicit.q̃ Bal.in l.fi.§ in computatione.C.de iu.del.tenet ꝯrium.videlicet q̃ filij possint vendicare fundum in vita patris. imo plus q̃ pater teneatur consentire ipsis filiis.Et fortius q̃ pater ipse veluti leg.administrator possit contra venditionem suam venire.Ad quod fac. q̃d dic.idem Bal.in l.fi.C.si quid in frau.pat.ita Ang.ibi.

Si vero pater dissipat bona sua.si filij vellent petere legit. viuente patre non debent audiri. quia eo viuente non habent aliquod ius in leg.l. 1.§.si impuberi.ff.de colla.bo.no.per Dy. & Bar.in l fi.ff.de liber.agno.& posset pater vẽdere.omnia bona sua &pretium proiicere in mari.ita dicit.gl.no.in l.2.C.de inoff.do.& q̃ nõ debeatur leg.Addo Bal.in 4.part.cons.103. vbi tamẽ dicit.q̃ pater tenetur.alere filium. dummodo filius opere.ad patris vtilitatem.

Et in materia.an filius.viuente patre.habeat ius pro leg.vide Ang.in d.§.item si quis in fraudem. in penultim. & vltima colum.

Possunt tamen filij petere sibi assignari aliqua bona pro alimentis attento q̃ pater dissipat bona.ita dicit.Bal.in l. defuncto.in vlt.col.C.si quid in frau.pat.

Et petere. q̃ patri interdicatura dministratio bonorum filij.ita Bal.ibi ver.sed pone.de quo.vide Alex.remissiue in l.2. §.q̃ si in patris.Sol.mat.& latius in d.l.imperator.in 6.col.vbi al.Bal.in l.non potest ff.de adop.dicere.q̃ eo casu pater nõ tenetur assignare vnam rem pro alimentis sed tantum de mense in mensem assignare alimenta.Sed ipsi Alex. magis placet. opi.Bal.in d.l.defuncto.vide etiam Ias.in l.lex.Cor.in 3.no. ff. de vul.& pup.

vide aliquid in ver.emancipatio.§.14.

Filij non possunt reuocare.diuisionem eorum nomine per patrem factam.Cor.cons.252.

Quid si mater.donat alicui antequam cum eo contrahat secundum.matrimonium an habeat locum dispositio l. hac edictali.C.de secund.nup.Bened.in cons.81.tenet quòd sic.

Filius & pater.censentur.vna & eadem persona.Fel.notabiliter.in c.afferte.in 1.col.de præsump.

Parentes quandoque magis terrentur in filiis quam in se

ipsis.Fel.vbi s̃.al.l.isti quidem in fi.ff.quod me.causa.fac.text. in §.fi.ibi quis.n.patiatur.filium suum.insti.de Noxa.

Et secundum eum dicit Alb.de ros.in l.eum qui C.de epi.& cler.ꝙ si filius verberat patrem.& si pater stuprat filiam.nec ille filius nec ille pater præsumitur.

Et hinc est.secundum eum.ꝙ vasallus non tenetur. iuuare dominum.contra proprium filium.al.Bal.in capit. 1.in tit.de no.for.inue.& in l.1.in 23.q.ff.de re.diui.& alia.

Estimum patris.est estimum filij.Fel. vbi s̃.Adde quæ dixi in ver.estimum.§.

Non dicitur quis libere relaxatus de carcere. quando cogitur filium relinquere in carcere pro obside.Fel.vbi s̃.al.d.Marianum.in cons.53.incip.Mag.Capitanee.

Vbi etiam est electa industria personæ. potest quis seruire per filium.Fel.vbi s̃.all.Lud.Rom.in l.1.ff.in ius voc. vt eant. vbi dicit.esse casum notabilem.in l.scien.§. legati ff. de legat. quem tamen tex.ipse Fel.non putat ita extendendum.

Prohibitus alienare in potentiorem.potest alienare in filiũ quamuis potentiorem. Fel.vbi s̃.all.Bal.in l.ea lege.col.8. C. de cond.ob causam.per gl.in l.si ita quis §. ea lege. ff. de verbo.obl.

Si statutum prohibet inuitari ad nuptias vltra xij.feminas, & pater & filius faciant eo die nuptias, non poterunt inuitari vltra 12.quia censentur vnice nuptie. Fel.vbi s̃. alleg. Bart. in l.inficiando.in fi.ff.de fur.de quo.tamen dicit.ipse.per Angel.ibi.

Ieiunium filij liberat patrem obligatum ad illud. Fel.vbi s̃. dicens quòd aliqui habent gl.in c.3.de pœni.dist.4.

Si patri fit violentia corporal'.& filius aliquid fecit.vt liberet patrem.dicitur actus factus per metum.ac si illa violentia illata fuisset filio. Fel.vbi s̃.all.Inn.in c.cum locum.in prin.de spons.

filius potest tueri pos.patris.etiam repellẽdo aduersarium. Bal.in 1.part.cons.8.

filius etiam papa.debet reuerentiam patri. Ias. in l. adoptiuum.quam legit cum §.prætor ait in fi.ff.de in ius voc.

Filij chariores sunt quam pia causa.quo ad relinquendum. Barb.in 1.vol.cons.34.in 1.col.

Et cui magis faueñ sit filiis an piæ causæ? vide Ias.in l.licet. in 1.& 2.col.C.de pac.

Filius non tenetur.credere.matri.dicenti eum non esse filiũ patris.Pan.&Fel.in c.per tuas.de prob.Cor.in 2.vol.cõs.201. in vlt.col.latius j̃.filius probatur §.9.

filius non dicitur de familia matris. l. 1.§. de matris & ibi Bar.ff.ad Sylla.

filius non honorans matrem impius est.Bal.in l. congruẽtius in fi.C.de pa.potest.

filius non habet meliorem amicum.quam patrem.gl. in l. quidam cum filium.ff.de hæred.insti.

filij scientia lætificat cor patris. in authentico. consti. quæ de digni.§.generaliter.Bal.in l.Macedoniani.C.ad maced.

filius naturaliter.contristatur de morte patris sed magis pater de morte filij.Bal.in l.1.C.de his qui ante aper.tab.

filius præsumitur.habere eandem affectionem. & voluntatem.quam habuit pater.Bal.in l.liberti.C.de oper. lib. per l. si operarum.ff.eo.ti.

filius dicitur à filos quod est amor.Bar.in l.liberorum.ff.de verb.sig.

filius ingressus religionem inuito patre, tenetur potius obedire patri reuocanti eum quam Deo.gl.20.q.2.c.de his.

Sæpe solet similis filius esse patri. Et sequitur leuiter filia matris iter.6.q.1.c.si quis.

filij debent portare arma paterna non materna.quia denominantur à patre.Phi.in c.sta.el 2.de hære.in 6.

filius debet patri & matri pariter subuenire. nec debet alterum præferre.Bal.in l.furioso. ff.de cura.furio.

filius paciscendo an præiudicet patri.vide in verb.pactum. §.38.

filius qui non subuenit patri captiuo vel infirmo priuatur eius hæred.Ang.in §.alio quoque.insti.qui.mo.te.infir.

filius potest esse nobilior patre. Bal.in l. filium. C. de suis & leg.

filius debet studere. complacere patri. Bal. in l.nec ei. ff. de adop.

filius probatur.filiatio non potest concludẽter probari. gl. & docto.in l.1.ff.de prob.Alex.in l.non nudis C.de prob. vbi multas auctoritates al.& in l.filium. ff. de his qui sunt sui vel alie.iu.& est glo.in l.1.C.quo.bo.& tex.in l.lutius ff.de cond. & demonst.

Et propterea suffic.prob.præsumptiua. vt habetur in locis præal.& in specie vt Ang.in cons.136.

Idẽ in probat.fraternitat.vt vult Pau.de ca.in j.vol.ꝓs.150.

Refert tamen Alb.de ros.in d.l.1.ff.de prob.quosdam dicẽtes quòd filiatio tribus modis probari potest.

Primò.per aduersarij confessionem.c.1.ext.de confes.

Secundò,si probe.maritum & vxorem fuisse clausos in vna turri, & ibi fuisse custoditos per vnum annum, istud tamen non videtur verum.quia custodes non semper potuerunt vel aliquis ex ipsis potuisset reddere prægnantem mulierem,ergo ista probatio non concludit.c.in præsentia.cum si.de probat. sed quòd concludat tenet Barb.in 3.vol.cons.3.col.3.

Tertiò,est modus quem dicunt quidam probari in auth.itẽ si quis.C.de nat.lib.sed etiam videtur,quòd illa sit presumptiua,non autem concludens probatio.

In hac materia dicꝙ filiatio non potest concludenter probari,vt dixi s̃.oportet ergo tam probare per cõiecturas,s.probando,ꝙ est natus in domo coniugum vicinis scientibus.l.si vicinis.C.de nupt.item proba. per tractamentum,sc.probando,ꝙ tales coniuges tractarunt me vt filium,& econtra. ego eos vt parentes.vt est opt.rex.in l.1.ibi charam filiam habuisse. ff. de quęstio.& hoc modo proba.non proprietas,sed quasi pos. filiationis.& ita vult Dec.in cons.54. Barb.in 3.vol. cons.14. col.7.adde tamen ꝙ licet quis fecerit aliquam prolem nutriri tamen per hoc,non præsumi.ille filius.Ale.in 2.vol.cons.74.

No.ꝙ sic.est dare quasi pos.filiat.ita & fraternitat. gl.not.in l.non nudis.& in l.non eplis.C.de probat.Ang.in l.1.C.quor. bon.Fel.in c.per tuas.in fi.com.ext.de prob.

Et ista quasi pos.fraternitat. est magni effectus, quia retorquet onꝰ,pbandi ꝓrium in aduersariũ.vt no.in d.l.non nudis.

Filiatio proba.etiam per vulgi op. seu cõem hoĩm famã & reputationẽ.l.cũ de laniõis.§.asinã molẽdinariã.ff.d̃ fun.instr.

Proba.etiam filiatio ex confe.iudiciali directe facta de filia. alicuius.quia ille tal'r in iud.nominatus pro filio constituitur in quasi pos.filiationis.l.j.§.Iulianus.alias idẽ iul. ff.de lib.agn. & ita vult Panor.in d.c.per tuas.vbi addit idem esse in confes. extraiudiciali,principaliter ad hoc facta, præsente nominato. l.certum.§.si quis absente ff.de confes.

Plus dicit Bar.in d.§.idem iul. ꝙ idem esset in nominat. facta etiam inciden. quando illa nominatio magis conuenit filio quam extraneo. puta quia dix. bene venerit filius meus, quem volo habere & tenere bona mea.& hoc dictum Bar.sequitur Ant.de Bu.d.c.per tuas.de quo vide latius per Fel.ibi.

Item per institutionem in testamento probatur filiatio.Sozi.in 1.part.cons.89.col.2.Barb.in 3.vol.cons.14.col.7.

In practica ad proban. filiationem, potest hoc modo articulari.primò,ꝙ inter Petrum & Mariam fuit contractum matrimonium leg. item & solennizatum in facie sanctæ matris ecclesiæ.item & dicti Pet.& Maria.erant tempore dicti matrimonij habiles ad ipsum matrimonium contrahen.item ꝙ ipsi iugales,vti vir & vxor simul habitabant, & sic ad inuicem se tractabant,appellabant & nominabant vt vir & vxor.

Item quòd ipse talis natus est in domo dictorum Petr. & Mariæ iugalium, vicinis scientibus. item & dicti coniuges eum tractabant & nominabant vt filium.& econtra. ipse eos tractauit vt parentes. & ita comm.teneba.ac tene.& reputa.à cognoscentibus.

Item quòd fuit & est publica vox & fama, quòd ipse talis est filius dictorum Petri & Mariæ iugalium.

Et ita in effectu vult Bar. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alien.iur.& in l.1. ff.quor. bonor. cum aliis alleg. in dictis locis,per Alexand.quem etiam ample vide in 1.volum.cons. 51.Sonz.in 1.part.cons.39.Dec.in cons. 54. Hypol.in l.1.§.1. in 5.column.ff.de quæstionib.Panorm.in ca.peruenit. qui fil. sint legit.

Nota,quòd non dicitur probata filiatio, si testes dicant, quòd per ciuitatem publice dicitur, quòd iste est filius talis, vt in terminis vult Alexand. in 4. volum. cons. 25. quod refert & sequitur Iaso.in l.neque professio.circa principium.C. de testamen. faciunt quæ vult Paul. de Castr. in 1.volumine. cons.431.

Et aduerte ad id quod dixi s̃. quòd natus in domo coniugum vicinis scientibus,præsumitur filius. Quia hoc habet locum, etiam si mater esset vna meretrix seu adultera. text. est singul.in l.miles.§.defuncto.ff.de adul.de quo vide Fel. in d.c. per tuas.& Alex.in 5.volu.cons.157.& in d.§.defuncto. addo Bal.in 5.par.cons.39.in fi.Barb.in 2.volu.cons.58.col.1.Alex. in 1.volum.cons.37. repetito in 3.volum. cons.87. Hypol.in d.§.1.in 6.col.in princ.Panorm.in c.transmisse.qui fil.sint leg. & in cap.intelleximus.num.7. de adult. & in c.officij.de pœn. Alex. in dicto §.defuncto.

Amplia

Amplia quia natus.ex concubina in domo concubinarij præsummi.filius illius concubinarij.gl no.in ca. Michael. de fil.presbi.quam ponderauit Panor. in d.c.per tuas. & ita vult Fely.ibi in pr.com.& Alex.in d.cons.157.Bened.in cons.2. in 1.col.hypo.in d.§.1.Panor.in d.c.transmisse.

Amplia fortius quia non admitteretur probatio in contrarium.Ita hypo.vbi supra.

Amplia etiam si incontinenti.post mortem mariti vxor vidua fornicetur,& nascatur puer.j̃.ix.menses.quia pręsumitur mariti.Cremñ.sing.126.

Limita nisi.probaretur.abntia.mariti vel concubinarij vel impedimentum copule.d.l.filium diffinimus.&ita vult Fel.in d.c.per tuas.in 1.not.

Limita etiam nisi probaretur. filium. esse natum. in domo alterius quam mariti.& ꝙ ille talis & mater. tractabant illum vt filiũ.& ita erat fama.quia tunc non præsumetur filius mariti sed illius. Ita pulchre.Bened. d.cons.2. & idem in effectu videtur tenere Pau.de Castr.in d.cons.175.in 2.vol.Cor.in 3. vol.cons.1.in 3.dubio.alias in 11.col.vers.& modo Barb.ample.in 4.vol.cons.68.in 2.col.& seq.

filiatio debet probari per asserentem.Ias.in d.l. neque professio.in 1.col.C.de testa.& dixi.infra.in ver.probatio.§.32.

Aduerte ad vnum quod vult Ias.in l.gallus.in 14.col.ff. de lib.& posth. vbi dicit. quòd quando filius est similis patri seu marito præsummitur illegitimus.all.Iacob.Butr.in l.fin.C.de carb.edict.& est ratio.quia quando vxor adulterat propter timorem mariti semper habet cor.ad eum.& ex illa cogitatione.& imaginatione. generat filium similem marito. & refert Iac.Butr. quòd ita sibi dicebat quidam suus amicus.magnus medicus.

Addit Ias.illud quod refert diuus hiero.in quæstionibus super genesi scriptum fuisse in libris hypocratis quòd quædam mulier erat punienda propter suspitionem adulterij cum peperisset filium pulcherrimum & oĩo dissimilem vtrique parẽti & toti generi sed hypocrates ad hoc vocatus decidit quæstionem. Monens videri ne forte talis pictura esset in camera cubiculari.qua inuenta.liberata fuit à pœna adulterij.

Addit fortius quod refert fabius quintilianus qui liberauit quãdam matronam accusatã de adulterio quòd filium ethiopem peperisset.Nam ex imagine tali.in Camera existente. iudicatum est illud contigisse.

Alibi secundum eum diuus Aug.in libr. 11.de ciuitate dei. refert non esse mirum sobolem procreari similem conspecte imagini.cum diuus hiero.scribat hoc ipsum. in equorum gregibus apud hispanos obseruari.

Vnum nota, ꝙ matri dicenti filium suum non esse filium mariti.non creditur.l.fi.ff.de prob.& ita vult Bal.in 3.part.ꝓs. 59.Ias.in d.l.gallus.in 14.col.vbi refert quęstionem.de eo qui renuntiauit regno ex dictis matris dicentis illum non esse filium regis. & all. Bart. in l. filium diffinimus. de his quæ sunt sui vel alie.iu. dicere.quòd ipse hoc fecisset. Addo Barb.in 2. vol.cons.58.in 1.col.& ita videtur.tenere.Paul.de Castr. in 2. vol.cons.175.Fely.post Panorm.in c.per tuas.de proba. Cor. in 2.vol.con.201.in vlt.col.hypo.in.l.1.§.j.in 6.col.ff.de quæstio.Panor.in c.officij.de peniten.Alex. in l.neque profe.C.de testa.

Imo dicit.Fely.in c.per tuas.in 3.col.vers.Amplia 1.de proba.quòd filius non tenetur. credere. vtrique parenti. dicenti eum non esse filium eorum Panor.in c.transmistæ.qui fil.sint leg.& in c.accedens de purg.cano. P.Andora.

filius præsummitur.esse mariti mortui.etiam si nascat̃.post nonum mensem. & j̃.decimum.Alex.& Sõz.d.l.gallus.& ibi etiam Ias.in 14.col.vbi tandem dic.esse.relinquendum.phisi. Cremñ.sing.126.vbi loquitur. quando nat' est filius j̃. nouem menses.vide in ver.mulier.§.18.

Quid si pater excedat 60.annum.& mater 50.vide in ver. mulier §.17.

Quid autem si maritus erat sexagenarius & vltra. an filius præsummatur suus. vide infra. in ver. Mulier §. 17. versic.vir autem.

Quando mater scit filium non esse mariti debet totis viribus agere.vt filius intret religionem.Panor.in ca.veniens. de eo qui dux.in matr.quam polu.per adul.vel saltem filio relinquere solum legitimam.Vide latius Panor.in c.officij.de peniten. P.Andora.

filius naturalis ali non debet ab hærede patris defuncti,qñ ex operibus, & ingenio suo. vel saltem ex famulatu sibi victum acquirere potest,per doctrinam Bar.in l.si quis à liberis §.sed si filius.vbi ipse voluit,ꝙ filius legitimus, qui se ex operib.suis alere potest,alimenta petere non possit.ff.de li.agnos. vnde idem Bar.scribit filio robusto & sano nihil operãti à patre alimẽta denegari posse,modò fm ꝓditionem natalium operari ei nõ esset verecũdum.Bar.in l.vnic.n.7.C.de mẽdican. valid.li.11.Laur.Calca.in cõs.59.nu.10.in fi.Phil.Dec.in cõs. 576.& Bal.Nouel.in tract.de dote in 6.par.in 16.priuil.Vnde hæc sntia multis tãquam communis videtur,sed Aym.Craue. in cons.199.per multa argumenta tuetur,ꝙ nihilominus pater si velit,possit ei relinquere pro alimentis, quia non poterit semper lucrari,nec semper se alere, & ita quotidie practicari scribit Car.Mol.in annot.ad con.Dec.i d.cons.576.in verb. qñ à seipso.De qua quæstione copiosè quoque scribit Rolã. à Valle,in cons.54.in 2.To.cons. Kirchouius.

filij hæredis instituti si in ꝓditione positi sint,nõ cẽseturvocati à testatore,sed solũmõ est illis referuatũ ius legitime successionis ab intestato.com.in §.test.q.77.vers.Pone ergo.P.F.

filij in conditione positi à testatore grauati,non propterea censentur vocati.Magis com.dicit ꝓtra Bart.in l.Lucius.ff.de hæred.instit.in §.test.q.78.vers.Sed quicquid. Idem.

filius grauat' de restituẽdo purè, nõ detrahit nisi legitimã: sub ꝓditione verò grauat', detrahit legitimã & Trebellianicã. est com opi.secũ.Alex.cons.250.quo ad primũ.vol.6.& Dec. cons.320.dũ legerẽ Paduæ.de qua Cano.in c.Raynu.c. Raynaldus.extrà de testa.Legistæ in l.filium quẽ habẽtem. maximè Ias.C.fam.ercis.Ratio assignat̃:quia quicquid habet filius ex bonis paternis,statim debet in legitimã imputari.l.qñ ĩ nouella.C.de inof.testa.Bart.in l.quanquam.C.ad l.Falc. & vno eodémque tempore legitima,& Trebellianica simul detrahi non possunt.Considera tamen, ꝙ oppositum æquius videretur: quia magis grauatur filius per purum fideicommissum, quàm per conditionale,ideò magis eo casu foret releuandus. arg.l.eum qui.de iureiur.& contra com.opin.vide etiam tex. subtiliter ponderando in d.l,filium.& ibi aperit Ias.C.fa.ercis. & hanc opi.contra communem,per multa fundamenta tenet Oldr.in cons.205.incip.1.&c. M.Chærian.

Ex sola delatione hæreditatis paternæ,nõ est fundata intẽtio creditorũ ꝓ filiũ.nisi probẽt illũ se immiscuisse.Est comm. opi.secundum Alex.in l.si cùm dotem.§.transgrediamur. vet sic.in gl.in verb.extiterit.ff.fo.ma.Et hoc propter beneficium abstensionis,quod necessitatis vires suspendit.l.si filius qui patri.ff.de vulg.& ibi vltra omnes latiss.dixi. Idem.

Statutum excludens filias,stantibus masculis,licet tantum loquatur de filiis, simpliciter tamen extenditur etiam ad nepotes.Est decisio Bald.communiter approbata in l.2.C.de in ius voc.& esse communem,attestatur Deci.cons.372.visis & diligenter.vers.postremò in terminis sequitur.Ias.in l.de quibus.ff.de legi.& esse communem dicit Alex.in cons.203.viso themate.vol.7. Idem.

filij nati ex legitimo matrimonio,succedunt de iure in feudis.c.1.§.naturales si de feu.fuerit controuersia inter domi.& agna.in vsib.feud.Ampliatur hoc procedere etiam ĩ legitimatis per subsequens matrimonium, qui quidem legitimati admittuntur ad feudi successionem,vt notant omnes Canonistę communiter in c.lator, qui filij sint legiti.quam communem sequuntur,& citant Ant.de Butr.Card.& moder.ibi, Alex. in l.ex facto.§.si quis rogatus,nu.18.ff.ad Treb.Ripa in repeti.l, si vnquàm,n.86.cum aliis seq.C.de reuo.donatio.Io.de Imo. in l.q̃ dicitur,ff.de verb.obl.post Host. & Io.And.ĩ d.c.lator. Hoc idem tenet Boeri.in decisio.240.nu.16. cum duobus aliis seq.post alios cõgestos per Petrum à Duenas in suis regulis in reg.in ver.filius naturalis legitimatur per subsequẽs matrimonium in 6.ampliatio.& Laur.Sylu.rub.32.vbi istam cõmunem latè sustinet,sequitur & tuetur.Ratio huiusmodi cõmunis videtur isthæc,qñ legitimati per subsequẽs matrimonium,(quantum ad effectum iuris) dicuntur verè, & propriè nati. Imò isti. legitimati propriè agnati dicuntur legitimi, & naturales,c.tanta,qui filij sint legiti.& notat Pau. de Cast. in l. fi.C.de iis,qui ven.æta.& Abb.in d.c.tanta,vbi ait,ꝙ statutum loquens de legitimis,comprehendit legitimatum per consequens matrimonium. quia perinde censetur, ac si matrimonium à principio contractum fuisset ante ortum filiorum,vt in d.c.tanta,& in §.dubitatum itaque,in auth.de incestis nuptiis,& ibi Iacobus de Bello visu.Sed nota ꝙ Veneti nõ admittunt istos legitimatos per subsequens matrimonium ad corũ nobilitatem licet illos admittant vti legitimos, ad bonorum successiones,fideicommissa,& feuda,iuxta terminos.d.c.tanta.Imò tales legitimati non admittuntur ad nobilitatem, nec ad eorum consilia,vt dixit Fulg.cons.62.stante statuto. Vnde dic ex prædictis,ꝙ statutum excludens fœminas propter masculos,excludit etiam legitimatum per subsequens matrimonium,secundum Anch.con.242.ex tenore,& Deci.con.155.

diligenter,& pro tenui:similiterque isti filij per subsequēs matrimonium legitimati. succedunt etiam in emphyteusi ecclesiastica,secund.Alex.& Mod.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus, Anch.cons.241.nu. 5.seu in d.cons.242. Imo.in d.l.q dicitur, nu. 10.ff.de verb.obl.& alios quamplures relatos per Petrum à Duenas in præcitata regula. filius naturalis legitimatur,nu. 7.Ampliatur secundo loco dicta conclusio habere etiam locum in filiis emancipatis.qui quidem in feudis admittuntur, secundum Bal.in c. 1.de succes.feu.in vsibus feudorum,cuius sniam supponit esse communem Marcus Mantua, in Apophtheg.apophtheg.64. quia secundum scriben. inclinātes in istam communem hodie in successionib.ab intestato videtur sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis. §. si verò in auth.de hæred.ab intesta.veni. Viuius.

Filij sunt necessariò à parentibus instituēdi, vel exhæredandi,vt valeat testamētum,l.inter cætera.ff.de lib.& posth.& de iure nouissimo Authēticorum isti parētes tenētur,ac debent honorabili tititulo institutionis filiis legitimam relinquere. §.aliud quoque capitulum.ī auth.vt cùm de appellat.cogno. & hoc tenēt gl.& Areti.in §.tam autem,& in §. igitur.inst.de inof.testa.vbi latè Moder.gl.& Doct. omnes communiter in auth.nouissima,prout ibi refert Ias.n. 13.C.de inof.test.d.l.inter cætera.& in l.omnimodo,post Pau.Castrē.C.de inof.test. Ratio est ista, qn visum est iuris prudētibus institutionis titulus honorabilior,secundum gl.in l.filium.§.sed etsi portio.ff. de lega.præstan. & quamuis titulus quoque legati honorabilis sit,l.amicissimos.ff.de excus.tut.& ibi Nic.deNeap.Nihilo minùs institutio etiam vtilior.Nam filius institutus in re certa totam hæreditatem habebit,hærede vniuersali non adeunte,vt notant Doctores in leg.quoties.C.de hæredi.insti. & latius dicemus ī.Et sæpè euenit,q testator sobolem masculinā non habēs,agnatos hæredes instituat, & certam summam filiabus relinquat,ipsas nō instituēdo in dicta quātitate quā relinquit,&cita testamētum tam iure Ciuili,q̄ Canonico subuertatur,fm opi.magis communem, quam sequitur, declarat & citat Ias.in d.auth.nouissima,Ancha.Ant.& Mod.in c.Raynu. de testa.vbi Barb.de hoc latissimè disputat.Limitantur prædicta non procedere,vbicunque filius de consensu ipsius preteriretur in testamento patris,vel matris,tunc enim possunt preteriri secundum Doct.communiter in l.posthumo. C. de bo. pos.contra tab. de qua communi attestantur Boeri.in decis. 203.n.40.& Ias.in d.l.posth.n.26.cum aliis seq. Viuius.

Filiorum appellatione in contractibus filiæ non veniunt. Est com.opi.secun.Deci.in cons.433.visa copia. Chærian.

In substitutionibus Filiorum appellatione nepotes non cōprehenduntur. Est magis com.opi.teste Soci.in cons.104.qm̄ præsens.in pr.vol.3.Contrarium tenet Dec.& dicit esse com. cum Bart.pręsertim qm̄ appellatione filiorum confertur in futurum.in cons.391.in casu proposito post Alex.cons.9. visis. vol. 1.Idem Dec.latè in cons. 95. vers. venio ad secund.Doct. communiter in l.Gallus.§.quidam.&§.instituens.de li.&post hu. & quod filiorum appellatione in dispositione hominis, non contineantur nepotes,dicit veriorem Deci.in cons. 545. viso testamento.vide§.nu.8. Idem.

Vbicunque in dispositione testatoris fit mentio de filiis,in eorum fauorem eis relinquendo,semper filiorum appellatione nepotes continentur.Est comm.opi.omnium cum Bar.secundum Soci.Iun.in cons. 116.viso puncto.num.23. volu. 1. Idem.

Filiorum appellationevbi expressè sunt filij nominati,non veniunt nepotes.Cur.Iuni.con. 114.nu. 5.communem dicit. Villalob.

Amplia primò,in statuto excludente filiam propter filium masculum:quia si est nepos,excluditur&filia:Ias.in l.de quib. ff.de legib.nu. 16.communem dicit.

Amplia secundò,in fideicommisso, etsi non sint nominati propriis nominibus:quia nō comprehenduntur nepotes.Bello.in cons. 50.nu. 5.communem dicit.

Fallit primò, si testator nominet filios honorando illos in institutione,vel substitutione.Cur.Iun.cons. 128.n. 12. com. dicit.

Fallit secundò,quādo sequeretur aliquid durum.Cur.Iun. cons.3.nu.8.communem dicit.

Fallit tertiò,in casibus,in quibus masculinum concipit fœminium.Idem Cur.Iun.nu. 12.communem dicit.

Fallit quartò , quando dicit velle conseruari in agnatione bona sua.idem ibi nu. 11.communem dicit.

Fallit quintò,quando testator fecit mentionem de filiis nasituris.Idem Cur.Iun.ibi.nu.9.communem dicit.

Fallit sextò, quando dispositio testatoris fuit collata in futurum euentum incertum , tamen si decesserit sine filiis. Goza.cons.4.nu. 13.& 31.communem dicit ex Decio cons.391. Idem.

Filij naturales tantùm admittūtur ad accusandum de morte patris,&preferuntur cæteris consanguineis,receptissimam omnium sniam esse dicit Plaza in c.41.n. 5.Si verò essent spurij adulterini vel incestuosi nō admittuntur.Communem dicit Felinus in c.nōnulli.§.sunt & alij.nu. 58. de rescripris. Sed si certum patrem agnoscerent,nō essent ab accusatione repellendi.com.dicit Petr.Bellus de re militari.n.64.Clar. d.§. fi.q. 14.vers.quæro an filij. P.Fichard.

Filij naturales & spurij possunt pacem facere pro offensis factis eorum matribus,etiam patribus qn̄ sunt certi. Comm. dicit Petrus Bellus de re milit.num.64.Clar.d.§.fi.q.58.vers. scias autem. P.Fichard.

Filium pater etiā propter alias causas quā illas 14. in auth. vt cùm de appell.cogn.expressas, exhæredare potest, quæ tn̄ sint illis similes vel maiores , vt quod fuerit proditor patriæ, &c.comm.in §.test.q.41.vers.sed quæro. P.Fichard.

Filium pater exhęredare potest,etiam propter verbalem in iuriam tantùm, si tamen grauis sit,vt si illum appellauerit proditorem,&c.com.in §.test.q.41.ver.Sed an. Idem.

Filium si mater, vel auus maternus in testamento præteriit nulla inserta causa , testamentum nullum est. com. dicit. in §. test.q.47.volu.vlt.Sed causa legitima inserta, tunc præteritio habetur pro exhæredatione.Com.dicit ibidem. Idem.

Filio exhæredato,causa testamento non inserta, testamentum ipso iure nullum est , & non opus est querela inofficiosi testamenti ad rescindendum illud.com.in §.testa.q.40.versa liquando enim idem est, etiamsi causa aliqua inserta sit , sed non legitima.Eadem q.40.vers.Aliquando verò. Idem.

Filio vno ex pluribus à patre præterito, & reliquis institutis inæqualiter,poterit ille cui minùs relictum est quàm aliis, etiam tacente filio præterito.testamentum dicere. com. in §. test.q.43.vers.successiuè. Idem.

Filij filiorum positi tantum in conditione,non censentur à testatore grauati.Est vera & communis opi.secundum Alex. in cons.202.viso themate,circa pr.vol.7. M.Chærian.

Filius etiam post immistionem vel aditionem hæreditatis paternæ,præsumitur adhuc testamentum patris,& in eo contenta ignorare.Est comm.opi.pro Bart.cont. Bald. secun. Ias. in l.eius qui in prouincia.in §.fi.vers.tenendo tamen.ff.si cert. pet.Io.Crotum,in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.47.vers. obstat.ff.de verb.obl. M.Chærian.

Conditio Filiorum in futurum euentum collata,comprehendit etiam nepotes.Est com.opi. secun. Alex. cons.9. visis verbis.vers.veriorem.vol. 1. Idem.

Filius non conficiens inuentarium,amittit Trebellian. Est magis com.opi.secun.Dec.in cons.480.in casu.vol.4.

in materia onerosa seu præiudiciali,veluti fideicommissaria, appellatione Filiorum non veniunt nepotes.Est verior,&cōmunior opi.secundum Dec.in cons.95.vers. venio ad secundam vol. 1. Idem.

Filij naturales præteriti, vel iniustè exhæredati,nō possunt testamentum dicere nullum , vel contratabulare. com. dicit in §.L.Q.4..V.Sed quid in filiis. P.Fichard.

Filij positi in conditione, regulariter loquendo (nisi aliud appareat)non dicuntur vocati.vt est gl. communiter recepta ibi per Bart.Bald.Paul.de Castr.Imol.& alios in l.Lucius,la 2. ff.de hæred.insti.& hanc opinio.tanquam communem & veram sequitur & defendit Soc.Sen.in l.cùm auus.ff.de cond.& demonst.cum concordantibus,vt per Soc.Iun. in con.27.Magnifica domina.nu. 14. 1.volu.&in cons.65.sub nu.4.volu.4. E.Muscul.

Filij,& descendentes masculi,de cōsuetudine, præsertim in Italia obseruata,succedunt ita in feudo Comitatus, sicut in aliis:ita dicit Andræ.de Iser.in ca. 1.post pr.in ver.hodie succedunt,de feud.Marchiæ.vel duca.Et Soc.Iun.in cons.31.nu. 8. vol.4.hoc intelligit,q plures filij possunt æqualiter succedere & ita etiam voluisse Iser.dicit patere ex eo,q statim subdit:sed non diuidunt. Non enim talia verba conuenirent nisi habentibus feudum commune.Et cum Iser.transeunt ibi communiter Doct.vt ibi per Præposit.in 1.nota.& per de Afflic.in 3.notab.vers.hodie autem.Et dicit Præposit. q ita communiter tenent Feudistæ. Et prædicta consuetudo probatur etiam in c.j. §.fi.de alie.feud.ibi.sed hodie est vsurpatum : vbi latè Præpo. & ante eum Andr.de Iser.in fi. E.Muscul.

Filij grauatorum in cōditione ponuntur in eorum fauore, vt ipsi habeant.ita est gl.notab.in l.filiusfa.§.cum quis.ff.de lega. 1.sive velimus intelligere,vt habeāt,s.ab intestato, sive ex testamento grauati.de quo primus testator dicitur confidisse vt vult opinio illa,quæ à pluribus appellatur communis,s.q positi in conditione non dicantur vocati ex testamento grauantis.iuxta gl.in l.Lucio,quam ibi sequuntur Bart.Bald.Pau. de Castr.& alij plures.ff.de hæredib.instituen.&de quo plenè tract.Soc.Sen.in l.cum auus.ff.de cond.& demonst. Et tradit Soc.Iun.in cons.41.nu.9.vol.4.dicens,quòd hodie de hoc sit communis opinio,vt per eum. E.Muscul.

Filiorum appellatione veniunt nepotes,quādo in testō fit mentio de filiis testōris in dispōne eius fauorabili. vt est doctrina Bart.communiter recepta in l.liberorum.ff.de ver.sig. Et tradunt Doctores maximè Moderni.in l.Gall.§.institues. ff.de lib.& posth.Soci.Iun.in cons.44.nu.8.volu.4. cum concordantibus per eum.

Ampliatur procedere quādo simpliciter, & generaliter fieret mentio de filiis, eis prouidendo.non autem quando de filiis proprio nomine vocatis,& specialiter nominatis,tunc enim sub nomine filiorum,non continentur aliquo modo nepotes,vt est communis doctrina Bart. & aliorum in d.l. liberorum,& locis præall. Et hoc dicitur esse indubitatum, & extra omnem disputationem Doct.vt dicit Cur.Iun.in cons. 57. nu.2.Quem etiam refert Soci.Iun.in cons.66.num.3.volu.4. E.Muscul.

Filij non legitimè procreati, etiam quod essent legitimati per rescriptum,& sic essent habiles ad succedēdum patri, tam ab intestato,q̄ ex testamento,non faciunt deficere conditionem(sine filiis de legitimo matrimonio procreatis) & sic nō excludunt substitutum,quia de his testator non sensit loqui, nec fuerunt in dicta conditione comprehensi:secundum cōmunem opinionem,vt per Soc.Iun.in con.82.n.17.cum concordantibus per eum.in 4.vol. E.Muscul.

Filij sola,ac simplex nominatio non operatur,vt quis filius esse dicatur,& sic filiatio ex sola parentum nominatione non probatur,nisi alia adminicula concurrant,fm Bart.in l. 1.§.idē per contrarium.ff.de lib.agn.Anto.de But.in c.Michael.in fi. de filiis presb.Ang.& Pau.Castr.in l. non epistolis. C.de proba.Bald.in l.non nudis,eo.tit.gl.in c.per tuas,de probatio.vbi Dec.nu. 28. exprimit istā esse cōem opi.Rebuffus quoque in tractatu nominatio.vers. 1.fallit.Couarr.in epist.4.c 8.§.3.nu. 7.& Petr.Duennas in reg.342.filiatio non probatur,in quibusdam locis vtiliter,& copiosè limitant communem istam in 4.casibus non procedere,quorum vnus cōiter approbatur,vt clarè in locis premissis colligitur,sed in casibus prędictis,in quibus præcitati Doct.aiunt nominationem filiorum probari, venit facienda necessariò talis interpretatio vt hoc intelligendum, verificandúmque sit in filiis legitimis,&naturalibus,vel in naturalibus tm̄,non autem ī filiis spuriis,inter quos nominatio ipsa nihil prodest,ita Ang.cons. 199.quem sequitur Ias.cons. 102.lib.4.& Gratus cons. 158.lib.2.ideò debent esse cauti ad uocati in probanda filiatione,quos instruit Bart.in d.§. idem per cōtrarium,& in d.l.non nudis,&Dec.cum aliis relatis per eum.in d.c.per tuas,nu.40.Item filiatio minimè probatur per solum tractatum non concurrentibus aliis adminiculis,&per consequens,qn̄ quis producit fuisse tractatum vti filium parentibus postmodum hoc negātibus nō ob hoc videtur sufficienter probatus tractatus ipse filiationis,fm Alb. Bald.Ang. & Saly.in l.non ignorat.C.qui accus.non pos.Bald.in d.c. per tuas.Bart.in d.l.non nudis,in 2.lect.& in l.quidam.ff.de cond. inst.Flori.in l.quidam.ff.de proba.Ias.in l.neque professio. C. de testa.& cons. 106.in fi.lib. 1.& cons. 102.lib.4.& Alciat.in tract.de pręsump.in 3.reg.præsumpt.38.vbi scribit istam fore veriorem,magisque comm.opi.In contrariam verò partem, videlicet filiationem plenè probari per tractatum inclinauerunt Fely.post alios relatos per eum in d.c.per tuas,nu. 13.Iaco.de S.Georgio,in d.l.quidam.Natta.con. 159.n. 15.& Dec. cons. 54.vbi ait istam opi.esse communem,& sequitur Aegidius Bossius,in pract.crim.in tit.de partu supposito,nu. 9. 11. 27.28.& seq.sed prædictas opiniones ad optimam consonantiam videtur reducere Couarr.in d.§.3.n.6.& Alciat.in d.præsump.38.n. 5. cum aliis seq.vbi occasione sumpta concordādi opiniones istas ponit quatuor casus necessarios. Et Vasq. in trac.de successionum processu.lib.1.§.4.n.4. & seq. F.Viuius.lib.2.opi.124.

Filii non acquirunt,cùm patri succedūt,sed acquisitum capiunt,fm gl.fi.singularem ab omnibus cōiter receptam,in c.j. de feudi cognitione,quam gl.Bald.ibi cōmendat, & dicit mēti tenendam, ex qua,& Aluar.ibi,in fi.refert q mortuo vasallo ius feudale in filium continuetur.arg.l. 1.§.largius,de succ. edi. dicens feudum in filiis de nouo non acquiri , & idem tenet Præpo.loco prædicto, volens, q in feudo antiquo, & paterno non sit opus filios in possessionem mitti,quam prius habebant,exprimensque d.gl.signandam fore,q materia suitatis,etiam in feudis locum habeat,faciunt,quę tradit Bald.in l. cum antiquioribus.q. 10.C.de iure delib.qui per gl.pręcitatā voluit,q in feudis possessio ad suum hæredem transmittatur, qui & viuo patre inuestitus esse, & possidere censeatur, & ,propterea possessionem in eum absque alia inuestitura continuari,idem Bal.in c. 1.an mut.vel surd.aut.ait filium in vita patris nominari feudatarium,ita q post mortem patris potius dicatur feudum retinere,q̄ de nouo succedere Ampliatur prædicta q& iure communi,nondum feudali possessio hereditatis paternæ continuetur,vt est gl.in l.in suis,de lib.&posth.vbi dicit filios hæredes suos sicuti in vita patris sunt quodammodo dn̄i,ita & possessionem habere dicantur,& idem inquit gl.in §.sed sui,insti.de hæred qualit.& diff.videlicet filium viuo patre possessionem habere videri,per l.2.§.filium.ff.pro hæred. &dicit Bart.filium se non posse nominare hæredem de nouo, id est,dn̄m,& possessorem,qui ante erat,idem & Paul.Castrē. ibidem,qui filium viuente patre quodāmodo dn̄m,& possessorem esse ait,& sic per præmissa satis apparet q à patre in filium, & in feudis, & in aliis rebus possessio continuatur.Sed si rem syncera iuris veritate considerare volumus,ista amplia tio,q possessio hæreditatis à parente in suū hæredē continuatur vera non est,& licet gl.in d. l.in suis.& in d.§. sed sui huius modi continuationem admittere videantur,nihilominus hæ gl.iure non probantur,& contrarium docuit ipsamet gl. in l. cùm miles , ex quibus causis maior. & in l.cum hæres. & ibi Bart.& cōiter omnes;de acq.pos.& inquit Bal.l.in suis,possessionem nō transire in suum hęredē sine apprehensa possessione,quod & Alex.ibi asseuerāter tenuit,qui pro hoc plura allegat,Bal.in auth.ingressi.C.de sacr.eccl.& in l.fi.in pr.C.de edidiui Adria.toll.quod sustineri potest ista ratione,nam possessio sine animo retineri non potest.l.si quis vi.§. 1.de acq.poss. & l.licet.C e.tit.sed animus patris morte finitur,nec ad hæredem transit.l.4.ff.loca. vnde morte patris rumpitur, & extinguitur possessio.l.qui vniuersas.§.quod per colonum,de acq. poss. F.Viuius lib.2.opi.123.

Filij duorum fratrum venientes ad successionem patrui, nullo superstite patruo,succedunt eidem patruo ab intestato post mortem in capita,non autem in stirpes , fm Azonem in summa.C.de legi.hæredib.§.iure verò nouissimo.gl. in §.hoc etiam,insti.de legit.agnat.succes. Host.in summa de succes.ab intesta.§.& qualiter,Io.And.in addi.Spec.ti.de succes.ab intesta.§. 1.vers.sed an filij fratrum.Iacob.But.Bal.& Saly.in auth. cessante.C.de legi.agna.succ.& Couarruuias,in suis epi.in tit. de succes.ab intestato, sub nu. 8. cum aliis congestis per eum & per Tyraq.in lib. 1.de retract.§. 11.gl. 11.n.3. quorum opinioni astipulatur etiam Capra cons.21.num. 13.proferens ibi hoc cōiter teneri. In contrariam verò sniam , videlicet filios fratrum aut sororum succedere patruo in stirpes,non in capita inclinauerunt glo.Dy.Iacob. Arct.Cyn.Albe. Io.Fab. Paul. Castr.Corn.& Ang.in d.auth.cessante.gl.Bart.& Ang.in l. 1.§. fi.ff.si pars hæredi peta.Faber,& Port.in d.§.hoc etiam,& istorum opinionem falsi fuere cōem esse Nicol.de Vbal. in tract. de succes.ab intesta.tertia parte.Zas. in lib.responsorum.c. 7. Tiraq.in d.gl. 11.Alex.cons. 55.n.4.vol.4.& Bertr.con.2. vol. 1.vbi ita consuluit,& in effectu ista est veritas prout deducit pluribus rationibus,& authoritatibus Bart. in l. post consanguineos.§.hæreditas.ff.de suis,& legit.hære.& Alex.ibi,in addit.ad ipsum Bart.super litera G.& Cy.Alber.& alij communiter,in d.auth.cessante,& aduerte ne te decipiat Capra,in d.§. suo 21.in fi.& cons. 104.nu.j. qui asseruit primam opinionem Azo. & sequacium cōiter approbari, quia assertio hæc falsa redditur,& ipse Capra decipitur in hoc teste Tiraq.in d. glos. 11.nu.3.cum aliis seq.vbi inhæret isti vltimæ opinioni gl.cōmuni simul cum aliis innumeris Doct.relatis per eum. F.Viuius.lib.2.opi.125.

Filij incestuosi & alij nati ex damnato coitu & accusabili, possunt parentes in ius vocare sine venia.vt est gl.communiter approbata.de qua Soc.l.in ius vocari.§.prætor ait.nu. 5.ff. de in ius voc.Fortunius,de vlti.fine in cano.& ciui.n.117. Et patri denegare alimenta.vt ibi. Bonacoss.

Filij non obstante præscriptione,seu lapsu 30.ann. possunt agere,& agnoscere hæreditatem maternam,vel paternam ex capite,vnde legitimi, dato q excludantur præscriptione à capite vnde liberi,vt per Bart.cons. 128. Alex. cæterosque omnes,in l.licet.C.de iur. delib. & ista est communis opinio, fm eundem Alex.cons.89.vol. 2.Corn.cons.70.volu.4. Gozadi. cons. 59.nu.7.& Dilectum,in tract.de arte testandi, tit. de acquirend.vel repudianda hæreditate,caūtela 6.n.2. quo ad ex-

traneum verò si extat ignorantia restituitur aduersus præscri tionem 30.ann. non autem maiorem, vt per Alex.cons. 106. vol. 5.Fulg.cons.64.Dec.cons. 103.& Dilectum cum aliis accumulatis per eum,in d. caute.6.n.3.vbi docet istam commu nem sententiam fore. F.Viuius lib.2.opi. 127.

Filij in conditione positi cum qualitate masculorum & aliis concurren censentur vocati,secundũ magis communem per Burs.cons. 13.nu. 53.lib. 1.

Filij hæredum institutorum:substitutione expirata per defectum conditionis,magis veniunt ab intestato quàm ex testamento vel fideicommisso,secundum communem per Bur sat.cons. 1.nu.6.lib. 1.

Filij in conditione positi non censentur vocati,licet substituti cum conditione masculinitatis, secundum magis communem per Burs.cons. 1.n. 8.lib.j.

Filij positi in conditione licet grauentur, non tamen censentur vocati,ex magis communi.opi.per Burs.cons. 1.n. 10. libr. 1.

Filij in conditione tantum positi.non censentur vocati. secundum communem per Burs.cons.75.nu. 14.lib. 1.

Filij masculi in conditione positi simpliciter. non censentur vocati,secundum magis communem per Bursa.cons.86. nu.2.lib. 1.

Filij in conditione tantum positi.non censentur vocati.regulaī,secundum magis communem per Burs.cons. 51.nu. 6. libr. 1.

Filij in conditione positi non censentur vocati licet pluries sint substituti extranei,secundum magis communem perBur sat.cons. 51.nu.21.lib. 1.

Fili in conditione positi ex coniecturis censentur vocati se cundum communem per Burs.cons. 52.nu. 3.lib. 1.

Filij in conditione positi licet grauati:non censentur voca ti secundum magis communem per Burs.con. 52.n.22.&seq. libr. 1.

Filij nascuntur illegitimi ex muliere desponsata quam quis per adulterium viua prima vxo. polluerat si vterque id sciat, vel filij sint concepti & nati ante sequutum matrimonium, secundum communem per Burs.cons.98.nu.20.lib. 1.

Vocati ab intestato tantum censentur filij in cõditione positi,licet etiam grauati,secundum magis communem per Bur sat.cons. 51.nu.7.lib. 1.

Filium à patria potestate eximit ac liberat episcopalis dignitas.auth.sed episcopalis.C.de episco.& cler.& c.venerabilẽ qui filij sint leg. & no.Bart.in l.patre furioso.ff de his,qui sunt sui,vel alieni iuris.& in l.si maritus.C.de pa.po.Fran.in rub.de testa.& omnes alij Canonistæ communiter in c.si annum,de iud.lib.6.& in c.Iudæorum,de æta.&qual.& Legistæ post Bar. in d.l.patre furioso,vbi Ias.nu.48.&seq.inquit istam esse com munem opi. Item filiusfamilias creatus Cardinalis Romanæ ecclesiæ immunis est à patria potestate,secundum gl.in extra ua.execrabilis de preb.inter communes,ver.sublimitatem.& Barb.in trac.de prestan.Card.in 1.part.q. 1.nu.69.& hoc idem operatur religionis professio,secundum glo.in l.si ex causa.§. Papinianus.ff.de minor.quam dixit singularem Barb.in d.q.j. nu.69.& hæc omnia procedunt, seu limitantur in his duntaxat, in quibus vtile est ipsi filio à patria potestate liberum cẽseri,nõ autem in his, in quibus libertas hæc esset ei damnosa, & grauis, secundum Bart. in l.item in potestate.ff. de his qui sunt sui,vel alie.iur.in fi.Alex.in l.sub conditione.ff.de libe.& posth.Barb.in d.q.j.& istam fatetur com.opi.Cotta in memo riali,in vers.episcopalis dignitas,& quamuis prædictæ dignitates liberent filios à patria potestate, nihilominus sacer ordo non eximit filium à dicto patris nexu seu potestate,auth. presbyteros,C.de episc.& cler.Abb.in c.cùm desideres,& in c. cum voluntate.§.fi.de sent.excom.& in d.ca.Iudæorum.contra glossam ibi,& ista est communis opinio,quam sequitur,& citat Io.de Arnono,in dialogo,dcxci.exordiente sed si filius familias esset sacerdos,& Cotta in memoriali.in vers.sacerdotium.Ias.in l.filiæ.C.de collat.Guliel.Bened.in ca.Raynutius. de test.vers.insuper de re mil.nu. 17.Boer.decis. 121.nu. 12.& Cassan.in consuet.Burg.nu.4. F.Viuius lib.2.opi. 120.

Filio supplementum legitimæ acquiritur,seu debetur ipso iure eo declarã e,& sic eo ipso ꝙ filius declarat velle tale supplementum,ei acquiritur,ac conceditur,secundum gl. 2. in l. scimus.C.de inof.test.cunctis Doctorum suffragiis receptam ibi.Corn.cons.265.vol. 1.cons.265.in hac videtur, volu. 3.& 1.& hæc communis glosæ sntia procedit, vt statim mortuo testatore memoratum supplementum ipso iure debeatur absq; filij declaratione,licet commutabiliter,& illa declaratio,quę secundum gl.communem requirit, operatur, vt ipsa acquisitio fiat incommutabilis,quod clarum est,quia defuncto filio nulla per eum declaratione facta, huiusmodi supplementum purè:atque statim filio ipso iure acquiritur, non autem conditionaliter si petatur,& transmittitur ad quoscunque hæredes,vt declarat,& firmat Saly.in d.l.scimus, & sequitur Alex. cons.55.vol.2.& Ias.d.l.scimus.imò &fructus legitimæ cum ipsa legitima debentur ipsi filio à tempore mortis testatoris, secundum Bald.in l.Papinianus.§.vnde si quis,ff.de inof.testa. & consuluit Corn.in d.cons.265.vol.3.in fi. F.Viuius libr. 2.opi.122.

Filiorum iuris atque, vt ita & clarè & barbarè loquar, filiationis controuersia non euanescit quinquennio à morte patris decurso,vt commune inquit Did.à Couarru. cum pluribus contra non paucos in tract. de spons.2.part.c. 8.§.3.nu.2. E.Suarez.

Filiorum appellatio nepotes complectitur,& cum filios institutione vel substitutione testator honorat, vt commune ait Cur.Iun.cons. 128.n.12.& cum aliter absurdum inde proficisceretur,& in casibus quibus masculino fœmineum gen' comprehenditur,& cùm testator vel se velle dicit in agnatione conseruari bona,vel mentionẽ nascituræ prolis facit,quẽ admodum frequenter placita asserit idem Cur.Iun.cons. 111. nu.8.& nu 9.& nu.11.ac seq.Et denique cum fœminæ obmasculos excluduntur,vt receptum ponit Viuius lib. 1.opi.315. non tamen in fideicommisso comprehendentur, commune pronunciat Bel.cons. 50.nu.5: Idem.

Filiorum conditio, quæ est, si quis absque liberis animam exhalauerit,nepote ex filia superstite deficit.Excipe,nisi si testator filiis & filiabus auctus, alterũ è masculis alteri restituere iubeat, tunc enim & ratio agnationis ducta censebitur, & hic nepos susque deque habebitur. communia ponit sedulò Arius Pinel.in l.3.nu.24.C.de bo.mater. Idem.

Filiorum conditio quando naturalibus liberis expleatur, vide s.vers.filij naturales. Idem.

Filiis seu descendentibus per masculinam lineam accepta emphyteusis non pertinet ad accipientis filiam.vt commune inquiunt Io.Crot.nu.10.in l.fi.Loazes.nu.67.in l,filiusfa.§.dui.ff.de leg.lib. 1.Paris.cons.22.nu.44.lib.3.Quin & filiis simpliciter, & sibi suscepta ab aliquo emphyteusis non admittet filias.vt commune ponunt Loazes in d.§.diui.nu.98.& congesti à Tiraq.de retract.lignag.§. 1.gl. 19.nu 181.ac magis commune renunciant Alex. And.Iaso.& alij. quos allegat Arius Pinell. meus non pœnitendus iuris præceptor, contrarium verius ipse docens in leg. tertia. numero 33. C. de bon. matern.

Filia dotata si superuixit patri, etsi renuntiauit legitimæ obest nepotibus eiusmodi renuntiatio. Bello. cons. 15.nu. 14. commun.dicit ex Bald.in l.pactum.gloss. 2.C.de colla. Villalob.

Filia renuntians legitimæ, si moriatur viuo patre,non nocet nepotibus quin possint petere, si velint succedere non ex capite matris,sed suo.Idem Bello.nu. 5.ex Bald.in l.fi.C.de pactis. Quia renuntiatio videtur facta, si hæreditas ad eam peruenerit,vt per Bertrand.cons.cxxxviij. vol. 1. Goza.cons. 75. Idem.

Filia cui ab intestato nihil debetur, potest à patre præteriri, & eius præteritio non reddit testamentum nullum. Ita voluit Paul. de Castr.in consil.centesimooctauo. super eo,de quo queritur,in princip.in antiquis.In nouis est consil.6.in secunda parte, vt per eum. Idem voluit, si fuisset exhæredata vt scilicet ei non competat querela inoffic. testament. Ita dicit in l.prima.circa medium. in ver.patet etiam per istam glo. ff.de inofficio. testament. Et fuit hoc antè prædictos, de intentione Bald.in l.fi.§.quando.vers.quæro,quid si ista filia,ff. ad Tertul.prout ipsum refert & sequitur Alexand.in consilio decimonono.circa primum dubium.numer.quinto. libr.sexto.Idem voluit Aret.in consilio 160:longa est ista disputatio. versicu.venio ad vndecimum : quia asserit hanc esse communem opinionem,vt per eum , prout verè est , ex prædictis apparet. & quam ipsemet Aret.sequitur in l.fratres.in 1. notab. C.de inof.test.similiter Bart.in loco prædicto refert,& sequitur Ias.in d.l.fratres.in 8. limitatione, vbi etiam alios concordantes alleg.& idem firmat Cur.Iun.in d.l. 1.n.8.ff.de inof.te. Et ab ista opinione communi, & tot tantorumque patrum authoritate munita, non est aliquo modo recedendum iudicando & consulendo,per iura notissima, quicquid in contrarium dixerint Bald.& Sal.in d.l.fratres,in contrarium allegati, Nam et si vbi rectè considerentur, eorum authoritates facilè euitari possent, vt inqt Soc.Iun.cons.87.n.5. vol.4. E.Musc.

Filia

Filia quæ peccauit in corpus suum potest exhæredari per patrem,vt est tex.ī l.si filiam.C.de inof.testa.imò pater eidem potest denegare dotem, & alimenta, & sic à patre non est alimentanda,nec dotanda aliquo modo, vt voluit Spec.in titul. qui filij sunt legiti.ver.quid si filia,tamen hoc fallit, si viuente patre resipuerit,vel ad bonos mores,honestamque vitam cõuersa pœnitentiam egerit.non potest per patrem exhæredari secundum Spe.in loco præcitato,Ant.in c.quintauallis.de iureiurand.& alios Doctor.communiter.ibi.Bald.l.si filiam superius citatam,Alex.in l. 1.ff.sol.matr.& ibi Ripa.vers.fallit in filia, & Campegius in tractat. de dote.quæst. 15.in fine.ideoque dixit Bald. in d.l. filiam, quòd si mulier turpiter vixit, & deinde se correxit, & ad honestam vitam reuersa sit, non debet reputari turpis persona,quia vltima cõsuetudo inspicienda est:argu.l. Mela.ff.de alimen. & ciba.lega.& Bald. sequitur Alex. in locis s.citatis, & Iaso. qui dicit esse mirabile in auth. non licet. C. de liber. præter.& Ripa in repet.l.fin.nu.223.& seq. C.de reuoc.donatio.qui asserit istam esse cõmunem opinionem. Viuius.

filia semel exclusa, perpetuò manet exclusa. Hæc non tam communis,quàm communissima opinio est. vt testantur Frãcisc.Curt.in tracta.feudo.in 3.par.prin.ver. vigesimoseptimo quæro.num. 32.Petr.Pau.Paris.consil. 16.nu. 5.(qui tamen ibi num. 13.suam sententiam declarat)volu.4.And. Alciat.cons. 170.per totum,vbi inter alia expresè scribit, hãc opinionem communem esse approbatam & canonizatam per Doct. vt de ea non sit dubitandum maximè in iudicio , &c. Quem sequitur in eadem facti specie Mar. Mantua.cons. 333.libr. 1.& nouissimè Iac.Henrichmannus.cons. 1.nu.477. Tomo 1.qui omnes potissimum innituntur vnico textu, in c. 1.§. Quin etiam(qui tamen hoc non dicit)in titu.Episc.vel Abba.in vsib. feudo. Io.Fich.

Contrariam tamen sententiam tenuerunt multi clariss.Iurisconsulti,tam veteres,quàm recentiores,Nempe vero Iacobus de Beluiso, cuius excellens est inter feudistas auctoritas, adeo vt vulgo dicatur,eum omnium optimè textus feudales (vt quos sæpius publicè prælegerit) intellexisse. Item Iacobus de Ardizone(cuius similiter auctoritas in materia feudorum maxima est,vt de eo scribit Tiraq. in l.si vnquam in ver. donatione largitus.n.decimoquinto. C.de reuo.dona.)in sua summa feudo.in 3.par.sub tit.de feud.successio.vers.vnde videtur,&c.

Mart.Lauden.in d.§.Quinetiam.Pet.de Monteforti. quem refert Matth.de Afflict. in d.§.quinetiam, qui tenuit omnino sororem succedere fratri in dict.casu.quia licet(inquit)Soror nõ sit de descẽdentibus fratris,de cuius successione agitur,tamen est de descendentibus eius cui concessio facta est,modo prædicto. videlicet, vt eius descendentes masculi & fœminæ feudum habere possint ; item quia non est exclusa ex forma concessionis feudi,sed admissa potius, cõditionaliter tamen. Et sic interim stat in suspenso , &c. Et istam eius sententiam non video ibidem à Matth. reprehendi , sed eundem potius sequitur (in casu scilicet expressi pacti) maximè numer. 10.& seq. Ex recentioribus autem contra prædictam communem in fauorem filiarum consuluerunt Carol.Ruin.cons.9. vol. 1. P.Pau.Paris.cons.22.& cons.23.vol. 1.Hiero. Gratus cons.9. vol.1.Maria.Soci.nepos siue iunior,cons.76.nu. 112.volu. 1. Io. Baptista Ferre. Vincentinus.cõs. 106.in prin.Et Io.Cephalus Ferrarien.cons.30.nu.34.cum seq.& plenius nu.46.& 47.lib. 1. Denique omnium diligentissimè & elegantiss. hanc posteriorem sententiam contra prædictam communem opinionem,propugnat Franciscus Sonsbeccius. in nona parte Commentariorum feudalium. nu. 13. quem puto cuiuis veritatis amatori satisfacturum . Quam opinionem & ego , tanquam veriorem & æquiorem, aliquoties consulendo sum secutus, non attenta communi opinione , quæ vtcunque magnæ sit existimationis,tamen & falli potest,& falsissima sæpenumero (quod demonstratione non indiget, cum sit manifestissimũ) inuenta est.

Nuperrimè cum editi essent in lucem doctiss.& diligentiss. I. C. Iulij Clari Alexandrini aliquot in iure Ciuili Tractatus, reperi illum quoque lib.4.in §.feudum. quæstio.80. versicul. sed quid econuerso , &c. hanc nostram contrariam opinionem asserere.Etsi enim ibidem ipse quoque fateatur superiorem esse communem,tamen mox subiungit.hæc verba.Quæ tamen mihi semper visa fuit dura. Saltem quando agitur inter fœminam ipsam (quæ sola superest ex progenie primi inuestiti) & dominum. Bene posset procedere text.in d.§.quinetiam. & communis opinio , quando ageretur inter fœminã & alium agnatum , in casu in quo masculi & fœminæ essent vocati in inuestitura , secundum gradus proximitatem, vt proximis annis contigit disputari in quodam feudo in partibus Pedemontium : Sed quo ad ipsum dominum, crederem absolutè, quod existente fœmina , licet per masculum semel exclusa, quæ esset ex vocatis in inuestitura, feudum non aperiretur domino,&c. Et hanc ego quoque credo esse veram. B.Villalob.

Filiæ exclusæ super statutum donec supersint masculi.&c. etiam si post 40. annos illi deficiant, tamen ad successionem admittuntur.secundum Bart.in l.fi. ff.ad Tertul. & com.dicit Soci.cons.63.vol. 1. I.Fich.

Filia excludit substitutum cum conditione si sine filiis. ita communiter concludit inquit idem Deci. cons. 520. numer. 3.& 5.

Filiafamiliàs licet nupta & traducta domum , cum nihilominus remaneat in potestate patris , non potest super bonis maternis,vel dote testari,sine consensu patris,nisi ad pias causas.com.dicit Io.Duran.de arte testan.tit. 1.cau. 1. Io.Fich.

Filia potest contrahere matrimonium absque licentia patris.& nullam pœnam incurrit.Abb.in c. 1.de spons.com.dic. Et illud quod dicitur ꝙ filia emancipata ante 25.annum, non potest contrahere matrimonium sine licentia patris,procedit de honestate:non tamen de necessitate glo.approbata in l.vidua.C.de nupt.quam com.dicit Couarr.in epi.4.part.2.c.3.§. 8.& vide quòd habes 5.num.

Not.ꝙ hęc communis destruit l.2.tit.de los matrimonios. For.ll.& l.4.tit.j.lib. 5.ord.de qua vide plura in d.c.per vestras. de don.inter vir.& vxor.& Alex.cons. 1.vol.3.,quæ leges haberent locum in matrimonio per l.49.tau.quia tunc non militat ratio,ex qua dicitur leges illas sublatas esse, cùm licet sit verum ꝙ reges & principes seculares nõ possunt disponere in concernentibus spiritualia,qualia sunt matrimonia:vt per Io. Andr.communiter receptum in c.statutum. de hæret:in 6.& Pan.& Fel.in c.ecclesia.de constit.tamen bene possunt imponere pœnas ad obseruationem legis canonicæ:per gl.singularem in cle.ne Romani.de elect. B.Villal.

Filia testamentum rumpit,si prætereatur,etiam stante statuto , ꝙ filiis masculis stantibus , filia dotata censeatur exclusa: Alex.& Ias.in l.si quis posthumus.ff de lib.& posth.Io.Duran. in arte test.tit.3.cau. 5.com.dicit. Idem.

ADDITIO. Quo ad præteritionem noto,ꝙ Bart.in l.filio præterito.ff.de iniust.testa.& in l.posthumo. circa med.C. de bon.pos.contra tab.dicit,ꝙ filius præteritus tacens per annum excluditur à iure dicendi nullum,& approbat testamentum.Quę opi.reprobatur vt per Bald.in d.l.filio.n. 5.Ang.n.6. Im.& alios,& Bald in ead l posthumo.n.1.Ang.n. 5. Franc.de Aret.n.4.Alex.nu.ibid.& alios dicentes filiam non esse exclusam à iure postantum.

Fallit si instituatur vltra dotẽ in quinque solidos.Io.de.Im. in c.Raynutius.de testa.com.dicit. B.Villal.

Filia quæ ex lege municipali à successione parentum excludit,dum supersunt masculi etiam post 40.anno.admittitur. Soci.cons.63.vol. 1.com.dicit. Idem.

Filia cui mille pater in testamento reliquit: & posteà data sit nuptui,& dos sit ei soluta habebit tantùm supplementum legitimæ.Alex.& Ias.in l.huiusmodi.§.si pater.ff.de leg. 1.& Io. Duran.in art.test.tit.36.com.dicit. Idem.

ADDITIO. Circa filiam noto, quòd Barto.in l.obligamur. vers.seu.§.lege, super glossis. ff.de actio. & obligatio.& in l.nupta.ff.solut.matrim. tenet,quòd filia nupta sine consensu patris, vel aui, non potest petere dotem à patre, vel auo. Quæ opinio reprobatur, vt per Angel. in d.l.obligamur.numer. 1.Imol.in l. 1.numer.3. ff.soluto matrimonio.& ibi Alex.num.31.Bal.& Iaso.in auth.res quæ. C.com.de lega. Nicol.de Neap.in rub.solut.matrim.gloss.in d.§.lege, cùm gl. in c.fi. 12.quæ.2.& gloss.in c.de raptoribus.& ibi Archid.36. q. 1.nisi saluando Bart.dicas,& distinguas, quando filia maritum indignum elegisset,vt per Moder.in rub.& l. 1.solut.ma. Et limita etiam aliis modis,vt per Io.Campeg.in tract.de dot. q. 13.nu. 1.

pater tenetur dare dotem Filiæ iam nuptæ, de eius consensu, secundum gloss. communiter approbatam , in l.obligamur. §.lege. ff.de actio. & obligatio. quam sequitur, allegat, nonnihilque declarat Ripa in l.2.ff.soluto matrimonio, & in l. 1.numer. 12.55.& sequent.eod.titul. Bald.cons.1.56.recolo,volum. 5.& Brun.in tract.de success.ab intestat.in 1.part.in 9.art.2.q.n. 50.Nec ista communis videtur habere dubitationem,cùm ita pater adstringere tacitè videatur, l.2.in princ.ff ad mudic.Sed dubium insurgit,quando filia contraxerit matrimonium absque patris consensu,tunc huiusmodi cõsu red-

fœminas statuta ob masculos excludentia rem fauore dignam tractare censentur.commune ait Curt.iun.cons. 57.n.8. Et si contrarium magis commune asseuerat Soc.Iun.cons. 1. n.46.& 108.lib. 1. quem meritò carpit Viuius compluria notatu digna ad huiusmodi.statutorum materiam aggregans li. 1.opi.315.Siquidem fœminas masculis superstitibus ab hæreditate abigi, & legi sacrosanctæ,& antiquis 12. tabularū sanctionibus consentaneum est. Sed ea de re latius alibi,vtentur autem hac statuti prærogatiua,& clerici:vt frequenter placitum enunciant Paris.cons.47.n.62.lib.3.Brun.in tract. quodstantib.mascu. 12.art.prin.q. 11.& item Iudæi priuilegio hoc fruentur,ac fœminas suæ religionis omni hæreditate intercipient. quemadmodum frequenter placitum infit Marquard. de Iudæis.2.par.c.2.n.4.Sed & legitimati vel subsequenti parentum matrimonio, vel à principe eadem prærogatiua potientur.cōe ponit Viuius in d.opin.315. Quamuis legitimati ab alio quam à principe idem iuris consequuturi non sint:sic enim frequenter interpretib.probari attestātur Dec. in l.liberos fin.C.de collat.Cur.Sen.cons. 16.nu.5.Brun.vbi s.q. 12.art.4.Sufficiet autē hac in specie,cùm fœminæ simpliciter masculis superstitibus excluduntur, vt vel per aliquod temporis momentum filius superuiuat, quamuis ante agnitam successionem occumbat, ac vitam cum morte commutet. vt commune asseuerat Viuius in eadem opinione cum Alex. cons. 20.lib. 1.Soci.cons. 143.lib. 1.& cons.296.lib.2.Brun.vbi s.art. 12.pr.q.6.Tiraq.in tract. res inter alios acta.limit.42. & sequēt. Sed si verba statuti ita concepta fuerint, vt donec masculi supersint,fœmineum genus excludatur, etiam post quadraginta annos deficientibus masculis fœminæ admittentur. quemadmodum pronuntiant receptum Soci.cons.63. Soci. Nep.cons. 110.nu.4.& num. 16.lib.3.Io.Dilect.de arte testan. cau.6.tit. 11.nu.5.vbi autem masculi non extiterint,fœminæ absque omni dubio rem prorsus omnem indistincte adipiscentur.quod asserit commune Soc.Nep.cons.80.nu. 6. lib.2. Quinimo & vbi excluserunt, ad legitimæ suæ portionis expletionem agere poterunt.commune scribit Gram.dec. 101. nu.46.Quod intellige nisi si non solùm simpliciter excludantur,sed & dote contentæ esse iubeantur.commune ponit Viuius d.opi. E.Suarez.

fœminas excludentia ob superstites masculos statuta ad bona aliis in locis sita non proferentur. vt frequentius placuisse testificatur Alex.cons. 16.viso tit.lib. 1. Idem.

fœmina exclusa facit partem ad considerādam legitimam matris,secundum magis communem per Burs.cons. 115. nu. 4.libr. 1.

fœmina neptis non excluditur propter masculos à successione patris sui, licet filia propria testatoris excludatur, nisi aliter de mente testatoris appareat,secundum magis communem quę concl.procedit etiam quòd concurreret filię substitutio,secundum Bursat.cons. 86.nu.7.nu.9.lib. 1.

fœmina monialis, excluditur ab agnato, propter statutum exclusiuum fœminarum, secundum magis communem per Burs.cons.93.nu.28.lib. 1.

fœminā excludit clericus agnatus propter statutum exclusiuum fœminarum stañ masculis,iuxta magis cōmunem per Burs.cons.93.nu.27.lib. 1.

fœminæ semper nomine filiorum comprehenduntur ad substituti exclusionem.dummodo ille non sit descendens vel agnatus, qui aliter dictam fœminam ab intestato excluderet secundum communem per Burs.cons.64.nu.11.lib. 1.

feminæ

Fœminæ capaces ſunt emphyteuſis hæreditariæ mixtæ ſecundum communem per Burſ.conſ.92.nu.24.lib.1.

fœminæ dicuntur de familia & de genere nomine patris, ac de poſteris,& ſicuti fœminę ſuccedũt:ita maſculi ex eis de ſcendeñ,fallit quando ſunt nuptæ cum non dicantur de familia vel agnatione,nec deſcendentium etiam fœminarum appellatione veniant,ſecundum magis communem per Burſa. conſ.1.nu.33.lib.1.

Fœminis excluſis à feudo & emphyteuſi. illius quoq; deſcendeñ excluduntur,ſecundum communem per Burſ.conſi. 1.nu.40.lib.1.

fœmina ſemel excluſa à feudo: in perpetuum excluſa cenſetur,nec mortuo maſculo,qui eam excluſit:amplius admittitur,etiam nullo exiſteñ agnato maſculo,ſecundum veriorem ſentẽtiam per Rol.conſ.58.n.65.68.vſque ad.n.74.lib.3. pro quo vide quæ ſcribit Roma. conſ.1.33.367.col.4. poſt med. 6.fall.Dec.conſ.516.col.5.Cur.iun.conſ.181.n.2. pract. pap. for.lib.ad reuoc.feud.ver.ac nomine.n.4.& ver. nec ſuperſtitibus.poſt nu.2.

Fœmina eſt capax iuriſdictionis quando venit iure hæreditario.Dec.conſ.32.in fi. Alex.in 5.volu.conſ.1.col.6. & conſ. 24.in 3.col.ver.nec obſtat quòd fœminæ.Cor.in conſ. 16.in vlt.col. P.Andora.

fœmina an ſuccedat in feudo.vide ỹ.in tract. feu. in Rubr. de ſucceſ.feud.ver.fœmina.in fo.26. P.Andora.

fœmina non venit appellatione virorum.l.ſcripturas &ibi Bal.in fin.com.C.qui potio.in pig.ha.Bar.in l.1.ff. de legibus. Idem.

An autem veniat appellatione hominis.vide ỹ.homo.§.j.

Fœmina in conſ. eſſe non poteſt,& vocem non habet.Bar. in d.l.1.in fin.ff.de ll.Alexan.in l.quod maior.ff. ad Municip. Idem.

fœmina an & quibus caſibus.poſſit eſſe teſtis.vide ỹ.in tit. de teſti.§.78. Idem.

Fœminarum appellatione.non veniunt maſculi.Iaſ. in l. ſi quis id quod.in 6.col.ff.de iuriſ.om.iud.vbi ponit quæſtionẽ de ſta.imponente pœnam contra tenentes capras in villa. an comprehendat tenentem hircos.in quo dicit.ꝙ Alber.de Roſat.in 1.part.ſta.q.114. mihi. 104. refert fuiſſe determinatum ꝙ non de conſ.Alb.pap.ipſe tamen Albe.de Roſat.dicit ꝙ vidit ſeruari contrarium.& licet.nl.alleget.Iaſ.al.pro hoc.Ant. de But.c.fi.9.car. de ꝛſue.vbi dicit ꝙ quando ratio eſt indifferens tunc etiam fœmininum continet maſculinum.P.Ando.

Vide tamen.Fel.in c.quoniam.de ſimo.vbi dicit ꝙ app.monialium non veniunt monachi. Idem.

Fœneratitius ad hoc, vt contractus præſumatur, vel ſimulatus tria coptulatiuè requirunt: pactum de retrouendendo, modicitas pretij,& ꝙ perſona ſit aliàs ſolita fœnerari.Eſt magis com.opi.ſecundum Dec.in conſ.308.in caſu ad nos tranſmiſſo.verſiculo ſecundo datio.& ſecundum Iaſ.in conſ. 150. & ſeq.in 4. vol. Tamen aliam opinionem, ꝙ duo prima ſufficiant,tenent plurimi excellentes Doctores,quos idem Iaſ.ibidem enumerat:& ego puto veriorem & in conſcientia tutiorem: quia magis communiter illa duo prima arguuntur,non habere animũ emendi ſeu vendendi,ſed mutuo dandi vel accipiendi.Et hanc partem dicit magis communem Alex.in cõſi.46.circa præſentis,vol.3. M.Chærian.

Fœneratores criminaliter puniri nõ poſſunt. vt receptum dicit.Straccha de mercat.par. 1.n.37. de quibus ac fœnore illorum mercede, videbis quæ inferius obſeruo verſi. vſura. E.Suarez.

Forenſis non poteſt denũtiare nouum opus,quando ædificatur in publico,niſi ædificetur in via Iaſ.in l.in prouinciali.§. ſi in publico.nume.1.ff.de noui oper.nunc.communem dicit. Villalob.

Forenſis habebit poſſeſſionem, data ordinatione, vt danti ciuitati aliquid detur poſſeſſio aliqua:etſi ſit prohibitum forenſi acquirere in territorio.Hiero.Cagno.in l.fi.ff.de reg.iu. nu.8.communem dicit. Idem Villal.

Forẽſes comprehendũtur ſtatuto in iis,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,vt Teſtamentum,adoptio,emãcipatio, &c. communem concluſionem dicit Iaſ.in l.cunctos populos,n. 86.C.de ſum.Tri. Quam tamen mox limitat ex Bartolo procedere tãtùm quo ad ipſum actum teſtãdi,nõ autem quo ad perſonas teſtantium,eas habilitando,vel inhabilitando.Et ſic ſi ſtatutum minueret numerum teſtium quo ad teſtamẽtum tunc illo ſtatuto etiam forenſis gaudebit. Cæterùm, ſi ſtatueret,ꝙ maritus nõ poſſet vxori legare, tunc forenſem nõ comprehendet,poſſet enim ille,condito teſtamento,in loco ſtatuti,nihilominus vxori ſuæ legare,&c. I.Fich.

Forenſis & onera non ſubiens,non gaudet beneficiis ſtatutorum,conſuluit Io.de Imol. vt ipſe aſſerit in c.quod Clericis, de foro comp.prout refert & ſequitur Alex.in conſ.41.nu.6. lib.7.& hanc opinionem voluit Dec.in cõſ.114.&pro tenui, poſt prin.& alibi ſæpè.Idem determinat Soc.Se.conſ.124.n. 4.vol.4.Corn.in cõſ.114.circa primum dubium,liter.F.G.H. I.2.vol.vbi dicit,hanc theoricam eſſe communem.Vide Soc. iun.in conſ.49.n.5.vol.4. E.Muſcul.

forenſis cõtra pœnam ſtatuti aliquid quod & legibus prohibitum inuenitur damnantis,nõ meretur ex cap.iuſtæ ignorantiæ reſtitutionem.communem refert Bened.Capr.cõcluſio.5.n.35.vide ỹ.Statutum,quia eſt in ſupina ignorãtia.Idem ſi ſtatuto prohibita ſunt quæ etiam in vicinis locis prohibita inueniuntur.ibidem nu.37.& in verbo Statutum.

Forenſis excuſatur à pœna ſtatuti loci.Niſi ſtatutum damnaret factum à iure damnatum ſecundum communem opinionem.Capra conclu.5.n.34. & ſi ſtatutum damnat factum per loca propinqua,ab eius pœna forenſis non excuſatur,cõmunis eſt opi.Capra ibi n.35.vide Bar.& ibi per apoſtillan. in auth.vt factæ nouæ conſtitutiones.nu.10. Bonacoſſ.

forenſis excuſatur ab edictis , & proclamationibus , vt eſt communis opi.in l.1.C.de Sutri.& in c.1.de conſtitu.in 6.Pacethus in conſ.190.nu.16. Bonacoſſ.

forenſis non excuſatur à ſupina ignorãtia ſtatuti pœnam imponentis,vt eſt communis opi.Capr.regu.5.nu.34.& maxime ſi ſtatutum damnat factum à iure damnatum.ibi. Bonac.

Forenſes tenentur ſtatuto puniẽte delictum vt ſi ſtatutum dixerit ſi quis furtum fecerit,&c.vt eſt communis opi.Soc.Senior.in c.à nobis.n.13.& ſeq.de ſen.excom. Vide d.Gab.Caſſa.inter conſ.crim.conſ.21.Tom. 2. Et quib.ſtatutis forenſes ligentur Roma.conſ.491.per totum. Bonacoſſ.

Forẽſis aliquid committẽs,quod nõ eſt prohibitum de iure communi,ſed tantum ex forma ſtatuti forẽſis habẽs ignorãtiam d.ſtatuti excuſatur,vt eſt communis opi.de qua D.Rolan.à Valle.in conſ.42.n.26.in 3.vol.vbi ob id excuſatur forẽſis à pedagiis & guidagiis. Bonacoſſ.

forẽſes non reguntur cõſuetudine, ſeu ſtylo, qui ad cauſæ deciſionem ſpectat,& ſi ea cõſuetudine obſtringãtur,quæ ad iudicij ordinem pertinet. commune efferunt , relati à Viuio lib.1.opi.110. E.Suarez.

forẽſes,(vt doctores fantur,)ſeu exteri mortales nõ fruuntur ſtatutis,quæ aliquem inhabilem aliàs ad aliquid habilem reddunt.commune aiunt Ruin.conſ.120.201.libr.1. Viuius lib.1.opi.318. E.Suarez.

forẽſis.Quis dicatur.vide ampliſſime per Ang.Are.in trac. M.in ver.de Bononia.col.2.Alex.in 4.vol. conſ.54.& in 5.volum.conſil.34.Fel.in c.quoniam.de off.ord. P.Andora.

Forenſ habitans pinerolij, poteſt dici de pinerolio.& Oriũdus pinerolij.habitãs thaurini.poteſt dici de pinerolio.Bar.in l.prouinciales.ff.de ver. ſig.Pau.de ca.in 1.vol.conſ.308.inci. videtur.diceñ.fac.ꝙ vult Barb.in 4.vol.conſ.73. in 2.col.& ſequen.vbi tenet.ꝙ ciuis gaudet ſtatutis ſuæ ciuitatis. licet alibi habitet. Idem.

forenſ nõ gaudet beneficiis ſta.Ang.in conſ.73.Pau.de ca. in 2.vol.conſ.347.alias 345.Fel.in c.eccleſia ſanctæ mariæ.in 29.col.de cõſti.Barb.in 2.vol.conſ. 51.in 1.& 2.col Lud.Ro. cõſ.224.Sonz.in 2.part.conſ.231.in 6.col.& ſeq. & in conſi. 292.vbi notabiliter loquitur.Dec.in conſ.114.Alex.in 5.vol. conſ.44.in 3.col.in prin.Barb.in d.conſ.73.in 3.col. Idem.

Quid in clerico.an gaudeat ſta.vide Decium. in dicto conſil.114.

forenſ nõ ligatur ſta.Lud.Ro.cõſ.491.Alex.notabiliter.in 4.vol.cõſ.86.ver.fortificantur prædicta. fac.qd̃ vult in 5.vol. conſ.16.in 2.col.ver.& per hæc.Et ita tenet.in 5.vol.conſ.44. in 1.col.& ſeq.& in 3.vol.conſ.101.Cor.in 2.vol.cõſ.94.amplia.etiam pro bonis ſcitis in loco ſta.Barb.in 3.vol.conſi.75. in 3.col.& ſeq.

forenſ poteſt petere.reſt.in inte.aduerſus ſta.ex clauſula generali.ſi qua mihi iuſta cauſa:Iaſ.notabiliter.in l.quãdiu. in fi. C.qui admi.

Forenſ enim præſumitur. ignorare ſtat. Curtius in cõſ.27. in 10.col.Cor.conſ.152.& conſ.199.vide in materia in verb. ſta.phi.in c.1.in 4.col.in fi.de conſtitu.in 6.

Nupta extra territorium non dicitur forenſ in loco originis.vt dixi in tract.ſtat.ſta.ſub Rub.Alienatio in forenſem fieri non poſſit.q. Idem.

forenſ ligatur ſta.vbicunque ſta. concernunt ſolẽnitatem actus adhibendi tẽpore contractus & in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis Cor.in 3.vol.conſ.64.

Et in materia an forenſ ligetur ſta.vide Alb.in 2.part.q.1.

Vide etiam Ang.in §.1.inſti.de obl.quæ ex.quaſi delict.vbi dicit ꝙ forenſ non poteſt prætendere ignorantiam ſta.quæ communiter vigent per Italiam.vt ſoluere gabellas.non portare arma & huiuſmodi.

Et ꝙ punia. pœna ſta.vbi delinquit vide Bal. in l. debitor. ff.de pigno.forenſ.conuerſans in loco.liga.ſta.Barb.in 4.vol. conſil.64.in 6.col.multo magis habitans.Ludo.Rom.conſil. 228.in 2.col.

Et quot vicibus dica.frequentatio.vide Pan. in c.monaſteria n.5.de vi.& hone.cler.vbi dicit.de duabus.

Scolaris tamen. licet conuerſe. in loco præſumi. ignorare. ſta.loci.Pan.in c.1.n.8.extra de loca.

An autem requira.conuerſatio decennalis.vt ibi poſſit cõueniri.Vide Bal.in l.2.C.vbi ſena.vel clar. Idem.

forma eſt quæ dat eſſe rei. l. Iulianus ſcribit ſi hominem.§. 1.ff.Ad exhibẽ.l.ſi is qui ccccta.§.quædam ff.ad l.falc.& ita tenet Inn.in rub.ext.de conſe.eccl.vel.alta. P.Andora.

forma & lex data.& conſue. antiqua. in electione officialium eſt ſeruanda.l.ſuper creandis.C.de iu.fi.libr.10. quam.l. no. contra eos qui ducunt iudices quia debent eis face. ſumptus etiam pro famulis. P.Andora.

Geſta contra formam ſunt nulla.c. piſanis. de reſtit. ſpol.l. cum hi.§.ſi prætor ff.de trãſac.c.cum dilecta vbi Feli.in 9.col. de Reſcrip.

Nec enim eſt recedeñ.à forma.Barb.in 1.vol.conſ.44. in 2. col.Iaſ.in d.§.ſi prætor.& in l.ſi vnus in 1.col.C.de teſta.

Et ad cognoſceñ. ſigna. quando aliquid detur pro forma. vide Fel.in d.ca. cum.dilecta in 5.col.cum ſeq.& remiſſiue in c.ſuper eo.de teſti.cogen.

Vbi aliquid datur pro forma.an ſufficiat per equipolẽs ſeruari? vide Iaſonem.in l.iubemus.in 4.col.C.de teſta.

forma ſubſtantialis quæ dica.vide Iaſonem.in l.vniuerſa.in 4.col.C.de præci.imper.offer.

forma permiſſiua non ſeruata.ſumus in forma deſtructiua. l.prætor ait §.ſiue autem.& ibi Iaſ.poſt Bal.in 1.col.ff.de oper. no.nu. P.Andora.

fornarius obligatus ad coquendum panem pro familia , ſi augeatur cum exceſſu , non tenetur niſi vſque ad numerum familiæ exiſtentis in tempore promiſſionis. Albert. Brun.in tract. de augmento. concl.10. principalis. magis communem dicit. B.Villal.

Fornicatio cum meretrice , non eſt de iure ciuili punibilis. com.dicit Ang.in l.ſi vxor.§.ſed & in ea. nu.1.ff.de adulter.adeò vt ſi quis etiam per vim meretricem ſtupraverit non puniri debeat,vt communiter teneri contra Bald. dicit Alc.cõſ. 469.nu.1.Clar.lib.5.ſent.§.fornicatio.in prin. P.Fichard.

fornicatio ſimplex,& ſi iure ciuili nullas pœnas det, tamen & peccatum mortale proculdubio eſt , & tum ſacris initiatũ arbitrariæ pœnæ iure canonum ſubiicit,tum clericum ſuſpẽſionis damno obnoxium facit. vt communia ponit latiſſime de materia ſcribens Iulius Clarus in pract. cri.§. fornicatio.in prin.& primo.verb. E.Suarez.

PRO.fortior præſumptio tollit minorem.l.diuus.ff. de reſtit.in integ.in c.alma mater.extrà de ſent.excom.& c. literas. de præſump. Bellon.

Fortuitorum caſuum generalis renunciatio contractibus addita,tot,ac tantas vires habet, vt ſpecialis neceſſaria nõ ſit. commune pono ex Alex.nu.12.Iaſ.n.14.& in l. ſed & ſi quis. §.quæſitum.ff.ſi quis caution.Imol.in c.1.num.23.commod. Corn.conſ.128.num.43.lib.2.Iaſ.conſ.107.lib.1.Si autem vnus caſus peculiariter exprimatur, ac generalia deinde verba ſubiungantur.perinde erit,ac ſi omnes ſigillatim expreſſi ſint. vt magis commune atteſtatur Alex.conſ.3.viſo inſtrumento in fi.lib.1.Turzan.opin.143. Quin autem huiuſmodi renunciatio valere debeat,dubitare nemo poteſt.vt frequenter placitum inquit Straccha de merca.parte 3.nu.77.& 4.part.n.6. E.Suarez.

Forum ſortimur ratione delicti,&licet Docto.velint,quòd delinquens poſſit etiam puniri de delicto alibi commiſſo , in loco vbi plurimum conuerſatur,& ratione aſſiduę conuerſationis videatur ſortiri forum : tamen illud procedit , quando talis conuerſatio ſaltem fuit per annos decem.Eſt verior opinio ſecundum Alex.in cõſ.166.videretur fortaſſe. circa med. volu.7.Et ibi ponit Alex. quot modis quis dicatur ſortiri forum,ad hoc vt poſſit de delicto puniri:videlicet ratiõe originis,ratione domicilij,ratione diuturnæ conuerſationis,ratione delicti perpetrati, & ratione vagationis , quia delinquens ſit vagabundus per mundum: quia talis poteſt vbique conueniri. M.Chærian.

Forum quin patrati delicti ratione omnes ſortiantur, nulla eſt dubitatio. vt late cum receptis ſententiis explicant Duenna reg.378.Iul.Clar.in pract. §.vltim. quæſt.38.per totam. E.Suarez.

Forum vetitum. Trahens aliquem ad forum vetitum poteſt pœnitere vſque ad litis conte. pœnam tamen euitare nõ poteſt ſecundùm Ia.de Are.Pe.& Bal.in l.in criminali.C.de iuriſ.om.iud.& ibi Io.Fa.gl.in verbo, perdant, in ca.ſi diligenti. extr.de foro.comp.& ibi Inn.&Io.And.gl.& Archi.11.q.1.c. molita.Spe.in tit.de compe.iud.adi.§.1.verſic.ſed quomodo poteſt.do. Alex.in l. quamuis ff.de in ius vocan.in 3.col.licet gl.&Bar.in d.l.in criminali.& Pan.in d.c.ſi diligenti.tenuerint poſſe pœnitere , & pœnam euitare quandocunque ante ſententiam. Balb.deciſ.229.

forum quis ſortitur etiam in criminalibus ratione domicilij,vt eſt communis opi.Clar.q.39.verſ.fortitur. vel vbi plurimum. conuerſatur de delicto alibi commiſſo. Cherianus. in in ſuo communium opinionum, in verſ.forum. quando fuit talis conuerſatio per decem annos.Pet.Duen.Reg.378.Soarez verſ. forum. vide omnio Graſſum in ſuo communium opi.lib.2.c.10.q.1.vbi ponit limita.& amplia. Bonacoſſ.

Forus omiſſus. Locus deputatus de iure communi ad iura reddendum , vt eſt locus maiorum poteſt obmitti de conſenſu partium ſecundum Bal.& Sandil. in l.fin.ff. de iuriſdict. om. iudic. per l.ſi vt proponis, præſes certum locum. C.quomo.& quando iud. Balb.deciſ.378.

FORVM.

Summaria.

Delinquentem ſortiri forum ratione delicti : & in quibus delictis hoc non procedat.q.1.

Etiam mandantem delictum,perinde vt ipſum delinquentem,ſortiri forum in loco admiſſi delicti.q.2.

delinquentes de conſuetudine non remitti ad locum delicti perpetrati, ſed puniri, vbi deprehenduntur,& incarcerantur.q.3.

furem repertum & deprehenſum in alio loco cum re furtiua,non poſſe ibi puniri.q.4.

in foro pœnitentiali nõ opus eſſe remiſſione furis puniendi in loco commiſſi delicti.q.5.

Si quis poſſidet bona in alio regno , vel ducatu , quàm in quo habet domicilium,electio eſt actoris,vbi velit eum conuenire,ratione iſtorum bonorum.q.6.

familiares,vel domeſticos alicuius priuilegiati,exceptis domeſticis epiſcopi , non gaudere priuilegio fori conceſſo ipſi priuilegiato , niſi ſint perpetui , aut niſi ſpecialiter ſit expreſſum.q.7.

Clericus venditor , laudatus author , debet defendere emptorem in foro ipſius emptoris.q.8.

Licet aliàs regulariter poſſit quis conueniri eo loci, vbi cõtraxit, ſi ibi reperiatur,tamẽ legati habent priuilegium reuocandi domum ſi ante tempus legationis ibi contraxerunt:niſi ipſi ad iudicium vocauerint alios.q.9.

Si quis vt aduena à mercatore quid emit , vel cum eo contraxit,an ibidem poſſit conueniri.ead.quæſtione.

Promittens ſoluere certo loco,ſi non ſatisfecerit ſolutioni, vbi poſſit & debeat conueniri ibid.in fi.

Pauperes poſſe alios conuenire extra proprium forũ.q.10.

Quæ perſonæ dicantur miſerabiles.ibid.

Viduam habere priuilegium vocandi quẽ extra proprium forum q.11.

Fœminã Virginem, quæ cælibem vitam egit,habere quoque priuilegium viduæ.ibid.

eccleſiam ſpoliatam habere priuilegium conueniendi ſpoliatorem quemcunque extra forum ſuum,coram iudice ſeculari,vel eccleſiaſtico.q.12.

Clericus laici hæres , lite coram ſeculari iudice cum defuncto nondum cœpta,vocandus eſt pro actione hęreditaria ad iudicem eccleſiaſticum. q.13.

Iudex domicilij an teneatur ad requiſitionem iudicis loci contractus,citare contrahentem, vt in loco cõtractus reſpondeat.q.14.

Si contrahens habeat bona in loco contractus, poterit iudex.loci iſtius præcedente citatione,& reo contumace, actorem mittere in poſſeſſionem bonorum rei, exiſtentium in loco contractus.ibid.

Renunciatio fori, ſeu proprij domicilij , quid in contractibus operetur.q.15.

Quid iuris , ſi quis cum iuramẽto renunciauerit priuilegio fori,&promiſerit apud tribunal iuratus,ſe in loco contractus reſponſurum.q.16.

QVAESTIO I.

Et legibus cautum, & à Doctoribus cõmuniter receptum est,forũ quem sortiri ratione delicti.text.est in l. 1.& in Auth. qua in prouincia.C.vbi de crimine agi.ca. fi.de foro comp.Et hanc dicit esse communem opinionem Gand.in tract. malef. rub.vbi punia.delinquens.n.2.Et tenet Abb.& Doct.ca.fi.lib. 6.Boerius decis.29.Marianus Soc.c.postulasti. nu. 5.& seq.de foro comp.Hipp.l.vnica,n.23.C.de raptorib.

Limita hanc conclusionem non procedere in leuibus criminib. Ita probat text.l.desertorem.à contrario sensu.ff.de re militari.Et expressè tenet Cassanæus in consuet.Burgund.tit. des aduentz.rub.12.§.vnico.n.7.Melchior Klin.c.fi.nu.10.Et ita communiter teneri firmat Abb.d.c.fi.n.15.

QVAESTIO II.

Sed quæro,an prædicta conclusio habeat locũ in mandante,vt forum sortiatur in loco delicti,sicut delinquens? Resp ꝙ sic,& est communis opi.vt expressè firmat Lancel.Deci.l.hæres absens.§.apud Labeonem.ff.de iudic. dicens ab ea non esse recedendum.Eandem dicit esse communem Maria. Soc.d. c.postulasti.n. 5.Abb.c.fi.n.27.eo.tit. Et tenet Hipp.sing.404. incip.forum.Bart.l.si vt proponitur.n. 2.ff.de fideiuss.

QVAESTIO III.

Sed quid si delinquens effugerit,& alibi carceretur,vtpote in loco domicilij. nunquid iudex ille debet remittere punien dum ad iudicem delicti? Resp. Hæc quæstio variantibus sententiis merificè disputata est.Nam Io.de Ana.ca. 1. de raptor. existimat, quòd iudex possit cognoscere de crimine alibi cõmisso.Et sequitur Bald.& Ang.l.fi.ff.de iurisdictiõe omnium iudic.Bald.d.l. 1.C.vbi de crimi.Ang.in tract.malef.verb.hæc est quædam inquisitio.n.83.Et ibi Aug.Arimi.dicens,hanc esse communem opinionem. Eandem sententiam firmat Bart. & Bald.l. cũctos populos.C.de summa trinitate.Bald.in cons. 313.vol. 5.Bart.l.si cui §.sacrilegium.nu. 1.ff.de accusat.vbi dicit,quòd de vrbanitate iudex debet remittere.non de necessitate,& ita reliqui, vt per Hipp.pract.cri.§.opportunè.n.33.

Contrariam tamen opinionem quòd de necessitate iudex debet remittere ad locum delicti, tenet gl.expressè in Clem. pastoralis.verb.de more.de re iudicata. Et sequitur Oldradus d.l.cunctos populos.Odofredus, Iac.de Belnisio.d.l.fi.Eãdem sentẽtiam tenet Ioãnes And.ti.de ꝓpeten.iud.§.j. Sal.l.seruos. C.ad legem Iuliam de vi.Guido Papæ decis. 102.Nicol.Boer. in decis.29.n.2.Et eam dicit esse magis communem, Hipp.§. cõstante.n.90.in sua pract.cri.Thom.Gram.decis.26.n. 11.Et pro hac opinione est text.in Auth. vt nulli iudicum.§.si verò quis comprehensorum.Verum tamen est,quòd de consuetudine seruetur prima opinio,vt quoque testatur Paul.de Cast. l.hæres.§. 1.de iudic.

QVAESTIO IIII.

Quæro,quid in crimine furti, nunquid fur repertus in alio loco cum re furtiua,possit ibi puniri? Resp.Doct. in hoc articulo valdè sunt varij,vt per Aug.Arimi.in add.ad Ang.verb. & vestem.n.15.Namque Bart. in l.si dominium.per illum tex. ff.de fur. tenet quòd possit puniri, & eum sequuntur quamplures Doct.relati per Arimi.d.verb.vestem.asserentes sentẽtiam Bart.in iudiciis ab assessoribus pro Euangelio seruari.

Verum in contrarium est communis opi. vt firmat Bald.d. l.si dominium. Eandem contra Bart. dicit fuisse communem vsque ad tempora Bart.Abb.c. 1.de raptor.Et quòd Moderni quoque firmẽt opinionem Bart. de stricto iure non procedere.Eandem opinionem reprobata Bartoli sententia communiter teneri dicit Paul.de Cast.l.siue manifestus.§. 1.de furt.

QVAESTIO V.

Quæro,quid in foro pœnitentiali? Resp.communis & recepta est Doct.opinio,non requiri remissionem,sed debet confiteri delinquens suo sacerdoti,vt testatur Abb.c. 1.n.4.Et ibi Io.de Ana.n.4.extrà,de raptor.Barbat.c.fi.n. 5.de foro comp. & Rubr.n. 53.Roma.sing.458.

QVAESTIO VI.

Quæro,an quis possit conueniri in loco domicilij, ratione bonorum,quæ sita sunt in alio regno,vel ducatu? Resp.communior &receptior est opinio,esse in electione actoris,agere in loco, vbi cõuentus domicilium trahit tempore iudicij mo ti,vel in loco,vbi bona sita sunt.Ita tenet gl.in l.fi.C. vbi in rẽ actio.quam sequitur Bal.Saly.& doc.ibid.Et eam communiter approbatam esse firmat Thom.Gram.in decisiõe sua, 103. nu.132.

Sed quid si bona sint feudalia? Vide s.c. 2.de feud.quæstio.

QVAESTIO VII.

Quæro,an familiares alicuius priuilegiati, gaudeant priuilegio fori competente ipsi priuilegiato? Resp.Si loquamur in familiaribus episcopi,speciale est ꝙ indistinctè gaudeant priuilegio fori competente domino episcopo. De hoc est text. in c.fi.de offic.Archi.Et ibi hoc firmant communiter Doc. vt dicit Ant.Capyc.in decis. 12.nu.2. Sin verò loquamur de familiaribus aliorum priuilegiatorum, controuersia est inter Doct.Namque Imol.in c.2.de foro comp.existimat,quòd tales familiares, interim dum seruiunt,sunt de ecclesia, argu.d. c.fi. quòd indistinctè loquitur,licet non bene audet se firmare. Idem videtur firmare Bald.in familiari alicuius temporalis priuilegiati, quòd scilicet gaudeat priuilegio durante tempore,quo inseruit ei,quem sequitur Soc.in c. 1.de for. comp.

In cõtrariam tamen sententiam magis communiter itũ est,quòd scilicet familiares alicuius priuilegiati,si nõ sint perpetui,sed seruitores mercenarij,non gaudeant priuilegio fori competente ipsi domino. Vt firmat Capyc. d. decis. 12. Et eam tenet Ant.de But.in d.c.2.de foro comp. Et ibi expressè Abb.& Fel. qui dicit opinionem Abbatis esse tutiorem. Eandem dicit Spec.tit.de compet.iud.adit.Soc.d. ca. 1.declaratione quinta.

QVAESTIO VIII.

Quæro,vtrum clericus venditor,author laudatus possit declinare forum emptoris ex sua persona, an verò teneatur ibi emptorem defendere? Hæc quæstio apud Doctores valdè fuit controuersa,&vtraque opinio maximis nititur authoritatibus. Namque nonnulli existimarunt, clericum euictionarium posse declinare forum iudicis laici,ita tenet Ang.in l. venditor.de iudic.quem sequitur Ang.Are.in §.actionum.instit.de actio. Vbi dicit quòd ita seruetur de cõsuetudine.Eandem opinionem sequitur Ant.Capyc.in decis. 197.Spec.ti.de primo & secũdo decreto.§.restat.ver. quid si dominus.& ver. quia clericus.Ang.& Pau.de cast.in d.l.venditor.Imol.in l.nõ solùm.§.quod vulgò.de vsucapio.

Alij verò contrà censuerunt, quòd imò clericus non possit ex persona sua forum emptoris declinare, sed teneatur defendere emptorem ĩ foro ipsius emptoris, ita tenet Baldus & Fulgosius in dict.l.venditor.& ibi Alber.de Rosatis, & Florianus, de sanct. Petr.Baldus in Auth. clericus.C.de episcopis & clericis. Eandem sententiam firmat Maran. in Specul.part.6. Rub.de laudatione. Et eam multùm sibi placere dicit Gram. decis.21.n.8.maximè cùm maioribus authoritatibus fulciatur. Eandem dicit esse communem Socy. in cons.91 volu.3. quem refert Capycius dict.decis.197.nu.7.cum pluribus per eum allegatis. Eandem dicit quoque communem Imola d.§. quod vulgò.clericus venditor venit solùm ad defendendum emptorem, contra quem institutum est iudicium, vnde non potest dici,cum conueniri coram iudice laico, ad hoc vt possit forum declinare.

QVAESTIO IX.

Communis & recepta est doc.sententia, forum sortiri quẽ ratione contractus,vt contrahens in loco illo reperiatur,conueniri possit.tex.est & ibi Doctor.c.dilecti. de foro compet.l. hæres absens.§.si quis.ff.de iudic.

Limitatur in legatis, namque ij habent priuilegium reuocandi domum si ante tempus legationis in eo loco contraxerint,l.2.§.omnes.§.item si extra.& ibi Lãcelot.Deci.communem asserit esse opinionem.ff.de iudic. Et tenet Maria.Soc.c. fi.de foro compet.

Sed quid si ad iudicium ipsi vocauerint alios? Resp. ꝙ non poterunt vti priuilegio reuocandi domum suam,sed coguntur respondere non tantùm his,aduersus quos egerint,sed & omnibus. text. d.l.2.§.sed si agant. Sicut ibi intelligit Accurs. quem sequuntur Albe.Ang. Pau.de Cast.Fulgos.& Iacobi.de sancto Georg.Eandem sententiam firmant Inn.&Maria.Soc. d.c.fi.Et eam dicit esse magis communem Did. Couar.pract. quæst.c. 5.n.4. Licet cõtrariam sententiam amplectantur Iac. de Rauen. Butrig.quos refert Albe. item Guiliel.de Cune.& Dyn. quos refert ibi Pau.de Cast. quod scilicet non omnibus teneantur respondere,sed his saltem,quos ipsi vocauerint.

Sed quæro nunquid dicta regula procedat in eo,qui à mercatore quid emit, vel cum eo contraxit vt aduena? Respon. quòd nõ,sed domicilium eius sequi debet.l.vnica.C.vbi conuenien. qui cert. loco. & ibi Doct. communiter. Limita non procedere, si contrahens vt aduena in eo loco, alia ex causa, quàm ratione contractus forum sortitur, Namque poterit ibi conueniri,si fuerit in eodem loco inuentus,ita tenet gl.cõmuniter recepta.c.Romana.§. nec etiam suffraganeorum. de foro compe.in 6.vt firmat Maria.Soc.d.c.fi.n.76.Did.Couar. d.c. 5.nu.3.

Sed nunquid promittens soluere in certo loco,si non satisfecerit solutioni, poterit conueniri i n quolibet loco? Resp.ꝙ non,sed

non,sed debet conueniri in loco idoneo,scilicet, vbi aliàs fortitur forum, ita no.gl.communiter recepta,d.l.vnica.verb.& in alio teste Pau.de cast.ibi.

QVAESTIO X.

Quæro,vtrum pauper tanquam miserabilis persona possit conuenire reum laicum extra proprium forum coram iudice ecclesiastico etiam in rebus temporalibus? Resp.ꝙ sic,text. c.ex tenore,ibi omnes doc.de for.comp.Ant.de But.c.per nostras.de donat.inter vir.& vxor.

Amplia vt pauper vel miserabilis persona,simulq; oppressa per vim vel alio modo re sua spoliata, possit ad hoc coram iudice ecclesiastico agere etiam aduersus laicum de re temporali,quamuis ipse actor quoque laicus sit,nulla etiam data negligentia iudicis secularis, ita probat tex.quem ad hoc cõmuniter notant Doct.c.ex parte B.de foro competenti.vt testatur Pan.ibi.Et tenet Soc.c.licet ex suscepto.de foro comp.

Sed quæro,quæ dicantur miserabiles personæ? Resp.communis est sententia, iudicis arbitrio relinquendum esse, quæ sint miserabiles cẽsendæ præter eas,quæ expressim in iure nominatæ,ita Cyn.Alberic.Bald.Bart.& Doct.l. vnica. C. quan. imp.Abb.& Doct.c.significantibus.Alberic.tract.stat.part. 1. quæstio.112.

QVAESTIO XI.

Quæro, nunquid vidua habeat illud priuilegium vocandi quem extra proprium forum? Resp.quòd sic.tex.est ĩ l. vnica. C.quan.imperat.inter pupil.& vid.

Sed nunquid locum id habet etiam in fœmina, quæ cælibem vitam egit? Resp.dubia est,quæstio,ĩ qua nec Accur. ipse certam elegerit sententiam,vt patet in l.malum. ver.viduam. ff.de verbo.signi. Glo.tamen in d.l.vnica. videtur velle,quòd nõ habeat priuilegium illud, ex quo vltimo loco ponit illam opinionem. contraria verò sententia communi Doctorum consensu probata est,vt dicit Fulgos.d.l.vnic.Et eam tenet ibi Azo.in summa, & ibi sequitur Cyn.Oldr.Bar.& alij.Eandem tenet Io.Lup.d.ca. per vestras.de donation.inter virum & vxor.Matthæ.de Afflict.in consti. Neap.lib. 1.tit.37.n.29.Guido Papæ decisio. 566.

QVAESTIO XII.

Quæro, nunquid ecclesia spoliata possit quoque eligere iudicem ecclesiasticum vel secularem cùm velit conuenire laicum expoliatorem? Resp.communis & recepta est sententia,esse in eius electione coram quo velit agere, ecclesiastico vel seculari.ita tenet Ioan.And.& Doc. in c.cùm sit generale. de foro compet.Et eam communem esse testatur Alexand.in cons. 103.ad finem.lib. 5.& Ioan.Imol.c.si clericus. ext.de foro compet.

QVAESTIO XIII.

Quæro,an clericus hæres laici defuncti,nondum cœpta ad uersus cum lite. possit conueniri coram iudice laico vel seculari? Resp.quòd non,sed conueniendus erit apud iudicem ecclesiasticum,etiamsi vt hæres laici vocetur his actionib⁹,quæ aduersus defunctum iure dantur.ita tenet gl.communiter recepta,c.is qui in ius succedit.de reg.iur.in 6.gl.Archid.Domini.& Præposit.c.clericum nullus. 11.q. 1. Bart.l.hæres absens. in prin.ff.de iudic.Cyn.nu.7.Bald.Fulg.&Iasn.39.Auth.quas actiones. C. de sacros.eccl.Ang.Alber. Fulgos.& Iacobin.de S.Georg.d.l.hæres absens.& ibi Curtius iunior,qui dicit hanc esse communem opinionem.Et eam tenet Deci.asserens non esse in hoc dubitandum,post Abbat.& alios.ca. quia.v. de iudic.Bald.l.2.C.vt in possessio.legat.Nec obstat text. in d.l.hæres absens.quia intelligendus est eum nõ excusari priuilegio particulari per principem sibi indulto,non de generali per legem concesso & iuri communi inserto, vt not. glos.ibi verb. excusatur.

QVAESTIO XIIII.

Paulò antè dictum est,non posse quem ratione contractus conueniri apud iudicem illius loci, vbi contraxerit, nisi ibidem reperiatur.

Sed quæro nunquid iudex loci contractus possit requirere iudicem eius loci,vbi habitat,qui contraxit, vt contrahentem citet, & iubeat ad iudicem contractus accedere responsurum actori? Resp.Hac in quæstione reperio Ant. de Butr.in ea fuisse sententia, ꝙ iudex domicilij cogatur ad requisitionẽ iudicis loci contractus reum remittere vel citare, & si fuerit reus contumax, iudex loci contractus possit ad sententiam procedere,quem sequitur Abb.c.fi.n.36.de for.comp.verùm hæc illorum opinio communi suffragio improbata est,vt firmat Franc.Ripa in c.1.n.6.de iudic.Et tenet cõtrariam Fel.d.c. fi.n.21.de fo.cõp.Deci.d.c.1.d̃ iudi.n.23.ver.2.hæc limitatio.

Nota tamen ꝙ si contrahens habeat bona in loco contractus,poterit iudex loci istius præcedente citatione,& reo contumace,actorem mittere in possessionem bonorum rei existẽtium in loco contractus,ita loquitur tex.c.Roma.§ cõtrahentes.& ibi Doct.communiter notant,de for.comp.lib.6. Si verò non habet bona in loco cõtractus,licet iudex loci istius de causa cognoscere non possit, nec propria sententia definire, nec locus sit remissioni,poteſt tamẽ si latitat reus in loco domicilij missionem in possessionem bonorum ex primo decreto decernere, & iudicem loci in quo bona sita sunt, pro executione requirere secundum cõem & receptam Doctor.sententiam in d.§.contrahentes.& d.l.hæres absens.§. 1.vbi Paul. de Cast.& alij.

QVAESTIO XV.

Quæro,quid si contrahens se submisit foro illius loci contractus,renunciando expressè foro domicilij? Resp.Gl.in l. 1. ff.si quis in ius vocat. non ierit.tenet remissioni locum esse, quam sequũtur ibi Doctores communiter,& in d.l.hæres absens.§. 1.vt firmat Pau.Castr.n.8.& Lanc. Deci.& hanc sentẽtiam amplectitur Pan.n.37.Fel.n.22.c.fi.de fo.comp. Eãdem dicit communem Ripa.n.65.Beroius n.196.& Alc.n.52.c.1. de iudic.Iasl. 1.ff.si quis in ius vocatus non ierit.Did.Couarr. pract.questio.c.10.n. 5.Et Bald.tenet c.præterea de offi.deleg. Iasl.1.ff.de eo quòd cer.loco. fori enim exceptio tollitur per renunciationem.

QVAESTIO XVI.

Quæro, quid si apud tribunal loci ꝑ actus præstito iuramento promiserit se respõsurum & litigaturum reus in illo loco, absque alia fori renũciatione? Resp. communis & recepta est doc. sententia, causam ad iudicem loci contractus remittendam esse,quam tenet Pau.de Cast.d.l.hæres absens.§. 1.Rom. singu.283.Fel.d.c.fi.n.22.extrà,de fo.comp.Iasl.d.l. 1.ff.de eo, quod cer.lo.Beroius n.196.Ripa.n.66.d.c.j.de iudi.Maria.Soc.dilecti.n.39.ext.de for.compe.& eam communem esse post alios asserit. Michael Grassus.

Forus.quomodo quis sortitur forum? Respondet gl.in c. 1. 3.q.6.per versus.contractus,crimen,reus,res, religioque. Vir. ratio similis vel prouocat atque recusat. excedit iussus. vel si consentit vterque.& vide ibi expositiõẽ cum alleg. P.And.

Vtrum.quis sortia.forum in loco domicilij ratione contractus.mutato ipso domicilio vide ample & no.Are.cons. 135. vbi ponit nunquid recedens cum rebus vi.dea.mutare domicilium.de quo.& per Alex.in 5.vol.cons.34. P.Andora.

Et in materia fori domicilij.vide Fel.in c.postulasti.de for. compe.& in c.dilectus.Io 2.maxime.in 6.col.de rescrip.

Aliquid per Barb.in 2.vol.cons. 52.& per Iasonem in l.qui certo.in fi.ff.de cond.indeb.

Quando in persona.vnius.cõcurrunt locus originis & domicilij ratione habitationis præfertur.locus originis.Alex.in 3.vol.cons. 101.in prin. Idem.

An ex frequenti conuersatione. possit quis conueniri in illo loco.vide Phi.in c. 1.§.nec etiam de fo.comp.in 6. Idem.

Contrahentes in loco.si ibi inueniantur possunt conueniri.d.c. 1.§.contrahentes.& ibi Phi.

Sorti.quis forum in loco contractus celebrat. per eius procu.generalem.Iud.sing.237.

Sorti.etiam ratione distractus. Alex.in l.pomp.§. præterea. de acq.pos. P.Andora.

Vbi fit mentio de domicilio.intellr in dubio de domicilio habitat.Alex.in l.assumptio.§.filius.ff.ad municip.vide in ver. domicilium. P.Andora.

Et app.fori in dubio intellr.de foro domicilij.Bal.in l. quæ conditio §.cum ita.ff de cond.& demon. P.Andora.

Francigenæ non poterunt pupillariter substituere liberis suis,quia eos non habent in potestate, Communem ait Ripa in l.2.n.21.ff.de vulga.& pupil. Villalob.

Frater nõ excludit̃ur à successione legitimæ fratris propter ingratitudinem,Io.de Garro in auth.ex testa. C.de coll. n.40. com.dic. B.Vill.

frater,& fratris filij,simul instituti,ad hæreditatẽ simul vocantur.non ordine successiuo,propter effectũ orationis coniunctiuæ.Com.dicunt(contra Bar.)Alex.consil.22.volu.1.& cons.43.vol.5. Et Corn. cons.47.vol.2. Et Dec. cons.254.& cons.248. I.Fich.

frater tenetur dotare sororem pauperem, com.ait Fulgos. cons.224.Ant.de Mora. & Ripa in l. 1.num.83.soluto matri. B.Vill.

frater,vel socius,qui habet domum comm.potest compelli per fratrem, vt recipiat conductorem idoneum in sua parte. Iasl.in l.quanquam.n.24.C.qui testa.face.possunt.com.dicit.

ſi.vbi Bald.ff.vbi pupil.edu.deb.&gl.in l. 1.C.de alen.liber.ſed non cogitur eam dotare ſecundum communem opinionem, de qua per Ang.& Alex.in l.à filio.ff.ad Treb.Fulg.conſ.224. Ant.de But.Abb.& cæteros.in c. peruenit. de arb. & per omnes.præcipueque Iaſ.& Ripam,in l. 1.n.83.ff.ſol.mat. F.Viuius lib.2.opi.131.

Frater ſi fratri in teſtamento legati nomine aliquid reliquerit,& turpem perſonam inſtituerit,tunc nihilominus poterit ſuperſtes frater querelari ad reſcindendum totum teſtamentum,nec tenetur ſaltem agere ad ſupplementũ legitimæ,quę eſt quarta pars totius hæreditatis. Hæc opinio Iaſonis, Decij & Gul.de Cu.& placet Claro ſed contrariam dicit eſſe magis communem.Pariſ.conſ.64.lib.3. P.Fichard.

Frater fratrem occidens, priuatur ſucceſſione hæreditatis fraternæ,& præfertur fiſcus,adeò,vt ne filij fratricidæ ad eam hæreditatem admittantur,com.dicit.Barb. conſ.8.lib.3.in dubio 1.Clarus lib.5.ſent. §. homicidium.verſi.puniatur etiam. P.Fichard.

Frater vtrinque coniunctus ſolus ſuccedit fratri præmoriẽti.tex.eſt auth.ceſſante. de legi.hær.& in auth.itaque.C.com. de ſucceſ.& vtrobique tradunt Bar.& communiter alij. Paul. de Caſt.in l.fi.C.de verb.ſig.Alex.in conſ. 5. conſideratis omnibus.n.3.lib.6.cum concordantibus,vt per Soc.Iun.in conſ. 50.nu.1.vol.4. Muſcul.

Fratres non poſſunt contrauenire diuiſioni inter ſe factæ, & iuramento confirmatæ,etiam non obſtante minore ætate, iuxta auth.ſacramẽta puberum.& tradita ibi per Bart.& alios communiter, C.ſi aduerſ. vendic. Omne enim iuramentum ſeruandum eſt, quod non vergit in detrimentum ſalutis æternæ,vt refert Soc.iun. in conſ. 50.n.22.& 23.vol.4.allegans c. cum contingat,extra de iureiuran.& c.quamuis,de pact.in 6. E.Muſcul.

Frater conſanguineus tantum, pariter ſuccedit fratri prædefuncto,cum vtrinque coniuncto,cùm pares ſint in vinculo agnationis,ꝙ ſolum dicitur attendendum,reiecto penitus vinculo cognatiõis.l. 1.C.de legit.hære.vbi Bald.Fulg. Corn. & alij.Et licet prædictæ opinioni Bald.plerique videantur cõtradicere,vt Pet.de Anch.in conſilio relato & approbato per Soc.ſen.in conſ.553.viſis inſtrumentis,ver. ſecundo ego reſpondebo,ibi,pro hoc induco.vol.2.Tamen illa opinio Baldi eſt verior,& magis communiter recepta ſecundum Soc. iun. in conſ.72.n.8.vol.4.cum concordant.ibi.Et eandem opinionem ſequitur Pau.Caſt.in d.l. 1.C.de legit.hæred. E.Muſc.

frater qui emit fundum vel domum, ſuo proprio nomine tantùm tenetur communicare alteri fratri,quando omnia ante & poſt fuiſſent hinc inde collata.Ita voluit Pet.de Anch.in conſ.302.Vnde refert Alex.de Imo.ex Bal.in l. 1.ver. item nõ eſſet.C. ſi quis alteri vel ſibi. Si duo fratres ſimul habitarent, & eſſent ſocij omnium bonorum,ſi tamen vnus de communi pecunia emeret pro ſe tantum, quamuis ipſo iure non acquiratur alteri fratri,tamen per actionem pro ſocio teneretur cõmunicare,cum multis ſimilibus deciſionibus,in conſ.49. nu. 11.lib. 1.con. Et hanc communem ſententiam ſcribentium eſſe ſcribit Iaſ.in conſ.2.in 7.col.in prin.ver.decimò etiam animaduertendum.in 3.vol.conſ.Quam doctrinam per aliquot caſus latius explicando proſequitur idem Iaſon.in l. 1. C. qui teſtam.fac.poſ. kirchouius.

frater fratrem occidẽs,priuaretur ſucceſſione fraterna,quę debetur fiſco.& nõ filiis eius,communis eſt opi.Clar.in §.homicidium.ver.puniatur etiam.Boer.deciſ.25.n.8. communẽ dicit.Soarez verbo.fratris.nu.341. Bonacoſſ.

frater non cogitur teſtificari contra fratrem in criminalib. vt eſt communis opi.Soarez in ver.frater n.338. Bonacoſ.

Frater pro fratre ad defenſam teſtis eſſe poteſt in criminalibus.communis eſt opi.Graſſus communium opi.lib. 2.c.17. q.3.Et eſt vera opi.& mẽti tenenda.ſecundum Alex. in conſ. 4.in 6.vol.nu. 11.poſt Bal.vide omnino Dec.in conſ.469.nu. 7. & ſeq. in cauſa tamen ardua frater pro fratre non teſtificatur.Barb.conſ.46.n.17.in 2.vol.Idem in crimine hæreſis.Bar. in tract.de teſtibus.nu.8.Bened.de foro Sempro.In Reperto. Fel.in ver.frater.& fuſiſſimè Fel.in c.cum oporteat.n.3. de accuſa.vide Crotum in tract.de teſtibus in 4.part.n. 10.& ſeq.& in 3.par.n.13.præſertim contra fiſcum.n.150.Sed contra fratrem non cogitur teſtificari,vt eſt communis opi. de qua ſupra,& Graſſus.q.4.Portius.communi.conclu. Reg.26. lib.4. Anto.Gabriel.communium opi lib. 1.tit.de teſtib.concl. 14. lib.7.concl.21.vbi ampliat & limitat.Petr.Duen.Regul.383. & regu.384.Et frater fratrem non poteſt denuntiare puniendum.Riminaldus conſ.566.nu.8.in 3.vol. Bonacoſſ.

Frater non idcirco ſororis ſucceſſione excluditur,ꝙ ſoror fratris hæreditatem ob ſtatutum non conſequatur. commune ait Cagn.in l.ſi ſecundum naturam.num.30.ff.de reg. iur. E.Suarez.

Frater à fratre turpem aliquam perſonam hæredẽ inſtituẽte præteritus,totum penitus fratris teſtamentum querela inofficioſi rumpet: & ſi aliquo legato ibidem cohoneſtatus ſit, cõe aiunt Iaſ.conſ.71.n.3.lib. 1.& in l.fratres.nu.9. C.de inof. teſta.Dec.conſ.530.n.12.Quamuis verius proculdubio ſit,vt frater hic præteritus ſolùm ad legitimæ portionis explementum poſſit agere ac reliqua omnia de ſuo loco non moueantur,quod etiam magis commune cum Pariſ.ſcripſit Iul. Clar. de teſt. quæſt. 50. verb. pone ergo, & ver. ſed quæro tu ſcis. E.Suarez.

frater contra fratrem inuitus nec in ciuilibus,nec in criminalibus teſtificari cogetur.commune effert Iac.de S. Geor.in l.lege Iulia.nu.2.ff.de teſtib. E.Suarez.

Frater germanus, aut eodem patre natus,ſororem inopem de ſuo dotare cogetur. vt frequenter placitum inquiunt Fulgo.conſ.224.Rip.in l. 1.n.83.ff.ſol.mat.Palat.Ru.in repet.c.peſtras.§.76.nu.3.de don.inter vir. & vx. ac diligenter Arius Pinelus in l. 1.part.3.n.101.C.de bo.mat. Vterinus autem frater ad alimenta duntaxat,non etiam ad dotem adigetur.commune auſim affirmare ex Ang.& Alex.in l.à filio. ff. ad Treb. Fulg.conſ.224.Iaſ.ac Rip.n.83.in laudatam l. 1.ff.ſolut.matr. E.Suarez.

Fratris homicida,eiuſque hæredes,ad fratris mortui ſucceſſionem incapaces habentur.commune inquit Boer.deciſ.25. nu.8. E.Suarez.

Fratres.qui poſt patris mortem bonis indiuiſis,lucris communicatis,ac nec petita,nec data ratione viuunt,iniiſſe ſocietatem cenſentur.commune ait Alc.reg. 1.præſumpt.25.in pr. E.Suarez.

Fratrum filij in patrui hæreditate,ſi nullus alius patruus ſuperſit,pro ſtirpis, non pro capitũ ratione ſuccedũt.cõe aiunt Nicol.de Vbald.in tract. de ſucceſ. ab inteſta.parti.3.& innumeri alij quos congerit And.Tiraq.optimus nomenclator de retract.ligna §. 11.gl.12.n.5.licet aliquammulti,ac perperam, mea quidem ſententia,contrarium atteſtentur, quos refertidem Tiraq.eodem loci n.4.ac Did.à Couarr.in ſua epit.tit.de ſucceſ ab inteſtat.n.8.qua de re nos alibi latiſſimam contexi-mus diſputationem. E.Suarez

Fratribus ſi quid legetur,vel ũ de cõmiſſo relinquatur, vel aliquod feudum concedatur, vel quodpiam ſtatutum ſeufaueat,ſeu ſuccenſeat,de primis fratribus,&,vt vocant,vterinis intelligi debet,commune dicit Tiraq. l.boues. §.hoc ſermone.nu.80.ff.de verb.ſig. E.Suarez.

frater.App.fratris venit etiam ſoror.l.tres fratres.ff.de pac. l.lucius ff.famil.erciſc.l. Lucius §. quæſitum.ff.de leg. 3. Alex. late in 4.vol.conſ.85.Bolog.in conſ.60.in 2.col.

Amplia nedum quando profertur.à lege. ſed etiam ab homine.Angel.in d.l.tres fratres.per l.lutius §.Mæuia.ff.ad treb. Alex.in d.conſ.85.Iaſ.in d.l.tres fratres.

Amplia etiam in ſta.Iaſ.in d.l.tres fratres.in 1.col.al.Pau.de Ca.in conſ.338.alias 340.Bolog.in d.conſ.60.in 3.& 4. col.hypo.ſing.39.

In contrarium tamen fac.quod vult Bened.in conſ.62. vbi vide in ver.4.ad quartum.ſed vide in ſtatuto.ſub Rub.filia dotata.54.& in ſtatuto.muliere.præmoriente.&c.q.12.verſi.an autem.

Amplia quoque.ſi de ſingul. tranſiret ad plurale.vt ſi diceretur fratri & fratribus.Iaſ.vbi ſ.al.Segn.conſ.173. inci.teſtator in ſuo ſolenni teſtamento.

Limita j.vt veniat ſoror propria carnalis.ſecus in alia.exm. ſi relinquatur aliquid fratribus tertij ordinis.non veniunt ſorores tertij ordinis.Iaſon.qui multa al.in d.l. tres fratres. in 1. colum.

Limita 2. niſi ex cõiecturis aliud præſumatur.vt ſi teſtator dicat relinquo fundum fratribus meis. & volo ꝙ ſemper remaneat in agnatione.quia tunc non veniet ſoror.vide ibi per eum ponentem.aliud no.ex.

Limita 3.niſi agatur.de odio.Vt quia princeps mãdaret decapitari aliquem & fratres eius.quia nõ veniret ſoror.Iaſ.ample.in d.l.tres fratres.allegat multa.Addo Barb.in 2.vol.conſ. 57.in 7.col.

Limita 4. procedere. quando profertur in plur. vt fratres. ſecus ſi in ſingli.ita Pau.de Ca.in d.l.tres fratres.refert Iaſ. ibi. qui etiam al.Alex.conſ.568.quod mihi eſt.in 4.vol.85.quod allegaui ſ.

Ipſe tamen Iaſ.videtur.hanc limitationem impugnare.

Limita 5.quando per ſtatutum maſculi excluderẽt fœminas.nam

nas.nam ſi pater tunc faciat mentionem de fratribus.non veniet ſoror.Iaſ.poſt Pe.de Anch.in d.l.tres fratres.in 2.col.& late dixi in tractat.ſtat. ſub Rub.filia dotata.q.22. & ita vult Alex.in 4.vol.conſ.15.

Limita 6. quando in aliqua materia fieret mentio diſcretiue.de per ſe.de fratre.& de per ſe de ſorore.Iaſ.vbi ſ.al.in ſimili Bal.in l.in multis ff.de ſta.ho.

Limita 7.in officiis.quia appellatione fratris.non venit ſoror.Iaſ.vbi ſ.Addo eundẽ.Iaſ.in l.ex facto.in 20.col.ff.de vul. & pup. P.Andora.

Fratrũ appellatione quãdo quis habet plures.qui veniant. vide Pau.de ca.& Iaſonem.in l.fi.in vlt.col.C.de verb.ſig.vbi dicit.ꝙ venient illi qui ſunt proximiores.ſ. vtrinque coniuncti. P.Andora.

App.fratris in ſta.non venit vterinus Fel.in c.veniens.de ſimo.al.Ang.conſ.97.Addo.Alex.in l.ex facto.in 14.col. ff. de vul.& pup.& vide in ſta.ſub Rub.filia dotata.q.32.in fi.

Nec etiam veniunt patrueles Cor.in 4.vol. conſ.169.vide Bal.in l.vxor C.qui accuſ.non poſſunt.

Appellatione fratris an veniat Illegitimus.Pau.de Ca.in 2. vo.conſ.183.ponit multos caſus in quibus venit illegitimus in illo tamen caſu.ſ.in ſtatuto arctãte ad compromiten. dicit ꝙ non venit illegitimus.de quo vide in ſtatuto.ſub Rub. cauſæ inter affines compromittan.q.

Et ꝙ non veniat frater illegitimus. tenet.Bolog.multa allegans in conſ.58.in 3.col. P.Andora.

Quæſtionem de fraternitate iurata &c.vide Alex. in l. nec apud quam legit cum l.ſi pater tuus.C.de hæred.inſt. Idem.

Frater ſororem inopem vtrinque coniunctam tenetur.dotare.Sed ex altero parente tantum coniunctam,non.tex.cum gl.ſing.& ibi doct.in l.cum in plures.§.fi.ff.de admi.tuto.not. per doct.in l. 1.ff.ſolut.matr. per Bar. in l. non omni C. de admi.tutor.

Imo etiam natam ex altero parente tãtum. ſecundum.Bal. & Angel.in l.qui filium ff.vbi pup.edu.deb.& Bar. in d. §.fin. P.Andora.

Frater tenetur.alere fratrem inopem.gl. & Bar. in l. 1.C.de alen.liber.Imo.in l.quamuis.ff.ſol.mat.Bar.in l. fi quis à liberis.§.vtrum.ff.de liber.ag.Bal.in l. 1.C.quando non peten.par. Idem.

Frater non quærellat cõtra teſtamentum fratris.l.fratris & l.fratres C.de inof.teſt.

Limita niſi ſit turpis pa.inſtituta.d.l.fratres.& ibi omnes docto.Bolog.in conſ. 15.vbi in fi.dicit.ꝙ tal per.inſtituta non debet habere etiam minimam rem.Sublimita non procedere in fratre vterino Ang.inſti.de inof.te.

Idem in naturali tantum.Bal.in l. 1.ff.de inof.teſta.

Amplia licet non ſint fratres ſed promiſerint ſe tractare vt fratres.Ale.in l.nec apud.quam legit cum l.ſi pater.C.de hær. inſti. P.Andora.

Et dicitur turpis per.inſtituta.quando inſtituitur.vſurarius Bal.in l.improbum.& ibi Alex.C.ex qui.cau.infa.irro.Mathe. not.49.

Idem ſi inſtituatur.concubina.Ang.conſ.171. Idem.

Sed quid ſi in teſtamento.ſit clau.codicillaris.an cætera firma maneant per auth.ex cauſa.C.de liber.præte.Pau.de ca.in 1.vol.conſ.263.incip. Ad primum videtur dictas ſorores. repetito.in 2.vol.conſ.61.dicit ꝙ nõ ſubiungens ꝙ gauiſus fuit comperuiſſe Angel.huius ſententiæ.in d.Auth.ex cauſa & ꝙ non meminit vidiſſe cõtrarium.& ita ſequitur crem.ſing.90.

Tu vide Iaſ.multa in contrarium allegantem.in d.l.fratres. in 2.col.licet concludat primam opinionem eſſe communiorem. & dixi. in verb. exhæredatio §. 19. verſicul. Ampliat 4. Idem.

Frater poteſt inſtituere.fratrem ſpurium.Bal.in 1.part.conſi.5. Idem.

fratres in poteſtate patris an ſibi donare poſſint.Iaſ.in l.frater à fratre.in lectu.in 4. col. ff. de condit. indebit. concludit quòd non.

Quid autem accedente patris conſenſu. vide ibi per eum. Idem.

Quid ſi fratri relinquatur.vſque ad legitimam.eſt enim dare legitimam.in fratre.vt dicit Cor.in 4.vol.conſ.176.ver.Nãimo dicit Bal.&c.an inſtituta turpi ꝑſona frater poſſit querelare teſtamentum.fratris?Cor.in d.conſ.176.in 1. ratione ſeu in primo fundamẽto.tenet ꝙ non.Bal.in l. 1.ff.de inoffi.teſt. Idem.

Sed quid ſi frater.agnouit teſtamẽtum.an poſſit querellare. Cor.in d.conſ.176.verſ.2.medio.tenet quòd non. Idem.

Oportet etiam probari. ꝙ erat turpis perſona. tempore inſtitut.Cor.in d.conſ.176.pen.col.ver.querellatur.enim.

Quid ſi frater.inſtituta turpi perſona.non habeat legitimã an aget ad ſupp.vide Ang.inſti.de inof.teſt.

Frater.ex trib.cauſis poteſt exhæredari.ſed propter illas ab inteſtato non priuatur.hæred.fratris.Ang.vbi ſ. P.Andora.

Nepos ex fratre.non querellat teſtamentum patrui.Ange. vbi ſ.in fi.prin. Idem.

Fratres duo ſi fuerint inueſtiti pro ſe,& filiis, & vnus eorũ decedat ſine liberis, ſuperſtite filio alterius fratris prædefuncti, tunc portio fratris defuncti non pertinet ad nepotem ex prædefuncto,ſed ad ſuperſtitẽ fratrem:videntur enim illi duo fratres ſibi & ſuis tantum proſpexiſſe.com.dicit Clar.in §.feudum.q.79.ver.Et ideò. P.Fich.

Fratres conſanguinei in bonis paternis præferuntur vterinis: in maternis verò,vterini præferuntur conſanguineis. Eſt com.opi.ſecun.Corn.conſ.47.videtur prima facie.verſi.quia ſecundum communem.vol. 1. M.Chærian.

Statutũ diſponens,ꝙ per exiſtentiam fratris ſoror excludatur.intelligitur etiam de fratre patruele,licet non dicatur prior frater. Eſt tutior,& æquior opi.ſecun.Alex.in conſ.203. ver.etſi appareret.vol.7.incip. viſo themate. Idem.

Quando plures fratres volunt venire ad diuiſionem,frater maior non tenetur facere partes,& minor eligere(prout vulgariter creditur:)ſed electio debet fieri ſorte,vel officio iudicis.Eſt mag.com.opi.ſecund.Iaſ.in l.duob.circa med.C.com. de leg.Latè diſcutit idem Iaſ.inſtit.de act.§.quedam.vbi concludit contrariam opinionẽ,ſ.ꝙ frater minor eligat,eſſe com. de iure canonico,& claram per tex.in c. 1.de parochi. & ideo amplectendam per illam regulam, ꝙ quando aliquid eſt dubium de iure ciuili,& clarè determinatum à iure Canon.tunc ſeruandum eſt indictinctè ius Canon.in vtroque foro,ſecun. gl.in c.licet.in verſu,vacante.extr.de for.comp.Item, quia dictum vnius ſancti,munitum auctoritate noui,vel veteris Teſtamenti,præfertur cuicunque conſtitutioni, etiam Papali.c. de libellis.xx.diſt.Sed pro opi.iuris Canonici, extat dictum S. Aug.in lib.16.de ciuitate Dei, c.20.in fi.allegãdo exemplum Abrahami & Lothi.Sed pro opinione iuris Ciui.Vide omnino Gomeſ.Hiſpan.in d.§.quædam.inſtit.de actio. qui reſpondet ad omnia prædicta fundamenta, & defendit opinionem ciuilem,quam & ego etiam cõſulendo ſequutus ſum. Idem.

non cenſetur inter Fratres contracta ſocietas,eo ipſo ꝙ hæreditatem paternam retinent indiuiſam.Eſt magis com.opin. ſecun.Iaſ.in conſ. 5.factum ſic ſe habet.in prin.vol. 1. Idem.

Fratres conſanguinei ſuccedunt fratri in bonis paternis,& vterini in bonis maternis.communis hęc eſt opi.teſte Tiraq. li.j.de retract.in fi.gl. 2.n.4.Et in fine ſcribit,ſe nullum reperiſſe qui in hoc confrarium teneat, præter Fulg. in auth. itaque. C.com.de ſucceſſ.& Soc.conſ.89.circa premiſſum.lib.4.licet tandem dicat, non eſſe tutum recedere à priore ſententia, vt quæ ſit com.&c. I.Fich.

ſi Fratres diu bona eorum pro diuiſo poſſederunt an præſumatur diuiſio.gl.in l.pen.ver.ſed quid.C.com.diuid.tenuit, ꝙ vbi vnus probat rem aliquam vti propriam per decem annos inter præſentes,& viginti inter abſentes poſſediſſe,& munera,atque onera ſolus ſubiit,&commoda ſenſit,præſumitur diuiſionem præceſſiſſe.arg.tex.in l.cum de in rem verſo,ff.de vſu.cum aliis per eam allegat.Et facit text.quem dicta gl.non allegat in l.ſi certis annis.C.de pactis.Sed Pet.& Cy.in d.l.pe. reprehendunt opinionem dictæ gl.inquiunt enim ipſi,ꝙ licet ex vi temporis vbi præſtatio interceſſit,præſumatur titulus,ſi allegetur d.l.cum de in rẽ verſo.& l.ſi certis annis,quod ideo contingit,quia ſoluere, & præſtare durum eſt,cùm nemo facilis in donando ſit,argum.l.cum de indebito.§.fi.ff.de prob. cum ſimilib.ideoque ex præambulo titulo & cauſa præſumatur, quæ cauſa probatur probata dicta annua diutina præſtatione,ꝙ ſic non accidit in ſola patientia,cùm pati graue,& dãnoſum non ſit.Alex.tamen de Imol.conſ. 134.viſo, & diſcuſſo,verſ.nec obſt.lib.2.ſequendo ordinem primæ reſpõdendo rationi Pet.& Cy.fatetur ꝙ ſi quis putà Titius,paſſus eſt Sempronium longo tempore rem ſuam poſſidere, ex illa ſola patientia donaſſe,neque alio titulo in Seium tranſtuliſſe nõ preſumitur,niſi verè titulus probetur,l.nullo.C.de rei vend. Sed vbi ego patior te longo tempore rem aliquam pro tua poſſidere,& tu frater meus,aliam rem, vel quotam ſic poſſides, ꝙ non præſumatur titulus negat,concludens ꝙ præſumatur ex cauſa diuiſionis poſſediſſe, & ſic ex ipſo præambulo titulo, ſi allegetur propter illos poſſidẽdi actus reciprocos ſic ſeorſum factos.l.itaque.ff.pro ſocio. Et denique hac concluſione, ꝙ ſi duo fratres diu bona eorum pro diuiſo & ſeparatim tenuerunt & poſſederũt,præſumatur diuiſio.Magis comm. atteſtã-

tur d.conſ.134.nu.14.ſubdens, q̃ vbi glo. firmat pedes, ab ea non eſt in iudicando,& conſulendo recedendum,ex doctrina Iac.But.in l.vnica.C.qui pro ſua iuriſdict.&aliorum,quos ibi refert. quos per te vide. Hanc eandem concluſionem ſequutus eſt Bald.in ſuo compendioſo conſ.272.proponitur.lib.2. opi.d.gl.in præal.l.pen.C.com.diuid.ſequutus. F.Turzanus.

PRO.Frater fratrẽ inopem tenetur alere. in l. qui filium.ff. vbi pup.edu.deb.l. 1.§.ſed nonnullos.ff.de tut.& rat.diſt. Bell.

PRO.Fratris appellatione ſoror quoque continetur.l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.3.l.tres fratres.ff.de pactis. Bellon.

Fratres prædicatores poſſunt capere vt vẽdant, & pretium in corũ vſum cõuertant,com.dicit Dec.cõſ.559.nu.3.Villal.

Fratres minores non poſſunt eſſe executores teſtamentorum.communem inquit Deci.conſ.499.nu.34.

Fratris filia non cenſetur dotata de bonis fratrum exiſtentium in communi.Iaſ.in l.quod locum n.6.C. de colla. com. dicit. Idem.

Fratrum filij ſuccedunt.patruo defuncto in ſtirpes,& nõ in cap.Zaſi.de feu.par.8.n.19.com.dicit ex gl.c.ſatis bene. de phi.feud.alie.per Loth.licet ipſe teneat contra, cum Azone in Summa, & Accur. in §.hoc, & in ſi. Insti.de legi.agna.ſucceſſi.per tex.in auth.de hære.ab inteſt.§.ſi autem cum fratrib.cui opinioni ego aſtipulor cum vera ſit. Idem.

Et q̃ maior atque etiam potior pars Doc.tenuerit priorem opi.latiſſimè probat Nic.Boer.conſ 2.per totum,&adhuc copioſius ibidem in Additio.Et nouiſſimè vir doctiſſ.D.Valentinus Foreſterus.li.3.concluſ.4.de ſucceſſio.ab inteſta.vbi refert omnes,qui vel Azonis vel cõtrariam Accur. opinionem in hac omnium maximè controuerſa quæſtione, ſecuti ſunt ordine recenſet.

Hanc tamen quæſtionem & contentionem perpetuam,tãdem Diui Caroli V. Imperatoris laudatiſſimi, cõſtitutio Anno M.D.XXIX.ex Comitiis Imperialibus Spirę tum habitis, in imperium promulgata,diremit,atque ſopiuit.qua Sancitũ eſt, nepotes ex pluribus vel fratribus vel ſororibus vtrinque coniunctis,patruo ſuo diſpari numero hæredibus exiſtentib. omnes in capita ex æquo,ſecun. Azonis ſententiam, non autem in ſtirpes ſuccedere debere.Sed & idem ſupremo Pariſiorum Senatui iam antea placuit, nempe Anno M. D. XXII. & rurſum Anno M.D.XXVI. quo etiam conſtitutum eſt, id fore perpetuum, niſi aliud moſib. aut aliter caueretur, vt refert Io.Lucius lib.8.Placitorum ſummæ apud Gallos curiæ.tit.x. Deciſ.6.vbi meminit etiam ſ. dictæ conſtitutionis Caroli V. Nihilominus tamen poſteà ingenioſi aliquod doctiſſimique Iureconſulti hæc ſtatuta,decretaq; argutis rationibus non tãtum conuellere,quàm euertere conati ſunt,nempe Antonius Cõtius,in tract.de hære.ab inteſt.in 2.ordine Succedẽdi,ver.quęſtio hic extitit difficillima.Et Franc.Sonsbeccius.in commen. Feudalibus in 9.par.n.104.cum ſeq.verum eiuſmodi otioſas diſceptationes Scholis relinquemus,& in prædicta Caroli Imper.conſtitutione,iam receptiſſima,conquieſcemus. I.Fic.

Fratres prædicatores ſunt præferendi minoribus. phi.in c. 1.de deci.in 6.& in c.vnico §.confirmatos.de relig. domi.co. lib. P.Andora.

Fratres prædicatores.ſunt capaces bonorum immobilium ſaltem vt vendant pro eorum neceſſitatibus.Alex.in 2.volu. conſ.88.de quo vide Barb.in 1.vol.conſ.12.in 17.col.Fely.in c.in præſentia in 21.col.cum ſeq.de prob.Iaſ.in l.ſi fundum §. fi.in 7.col.de leg. 1.Addo Bal.in 1.part.conſ.100. & in 2.parte conſ.120.eundem Bal.& Pau.de Caſt.in auth.niſi rogati.C. ad treb.Cald.in Rub.de teſta.conſ.46.Fed.conſ.145. & conſ. 12.Pe.de anch.conſ.56.Et idem.in fratribus minoribus.Cor. in 2.vol.conſ.117.in 1.& 2.col.Bened.in conſ.24. vbi etiam. loquitur.de fratribus ſeruorum.Barb.in 3.vol. conſ. 50.in 6. col.Card.conſ.102. Phi. in d. §. confirmatos. vbi loquitur de omnib.mendicantibus quòd poſſint capere.vt vendant exceptis minoribus.

Subdit Cor.in d.conſ. 117. q̃ fratres prædicatores poſſunt tranſigere quia arctantur alienare immobilia. P.Andora.

Fratres ſancti Auguſtini. Et ſimiles ſuccedunt & monaſterium habetur loco filij.Pe.de anch. in conſ.321. de quo vide Ampliſſime.Pan.in 2.part.conſ.27.al.per Iaſonem.in auth.ingreſſi.in 4.col.C.de ſa.ſan.eccl.Bolog.in tract.ſucce.ab inte.in 46.col.al.Cald.in conſ. 1.in Rub.de regula.Bened. in d.conſi. 24.& in conſ.147.& dicit calde.in d.conſ. 1.q̃ non poſſunt dicti fratres retinere quicquam etiam ex conſuetudine. vide tamen ad hoc.vlt.Lud.Ro.conſ.235.in 4.dubio.

Si tamen auiditate bonorum fratres allicerent iuuenem ad intran.religionem non haberent bona illius.Fel.in d.c.in præſentia.in 4.col.Iaſ.in d.auth.ingreſſi.in 1.col.Barb. in 4. volu. conſ.65.in 5.col.phi.in Rub.de teſta.in 6.in 32.col.Pan. in c. in noſtra.de ſepul. Idem.

Fratres Minores. Non ſuccedunt ingredienti religionem. clem.cxiui de paradiſo.de verb.ſig.Fel.in c.in preſentia.in 21. col.de prob.Bened.in d.conſ.24.& in conſ.147. I.

Sed ſuccedunt venientes ab inteſtato.Ludo.Ro.conſ.296. Guid.pap.conſ.16. P.Andora.

fratres minores poſſunt petere officio iudicis quod ſibi relictum eſt.Fel.in c.2.in prin.de of.iud.ord.fac.quod vult Ana. conſ.30.& Panor. in 2.part. conſ.63.Iaſ.in l. 1.in 4.colum.C. qui admi.

Et an & quando fratres alicuius religionis agant nomine proprio.vide Feli.in c.cum dilecta.col.20.cum ſeq.de reſcrip. Idem.

Fratres minores non poſſunt adire hæreditatem ſine monaſterio.nec donare ſonz.in 2.part.conſ.245. Idem.

Fratres minores poſſunt eſſe conſiliarij principis.Barb.in j. vol.conſ.11.in 15.col. Idem.

Guardianus minorum dicitur habere dignitatem.Fel.in c. cum olim in prin.de maio.& obed.& in c.inſuper.in 1.col. de teſti.Iaſ.in Rubr.ff.de off.eius cui mand. eſt iuriſd.phi. in cap. nullus de elect.in 6. Idem.

Cuſtos generalis & ſimiles.dicuntur prælati.Barb.in 3.vol. conſ.41.in 4.colum.Addo Card.in clem. 1.in 10. q. de elect. Idem.

Pro fratribus minorib.bona præſumptio capien.eſt. Barb. in d.conſ.12.in 15.col.

Idem pro aliis religioſis & bone vite.Barb.in 2.vol.cõſ.59. in 6.col. Idem.

Fratri minori non poteſt committi declaratio fienda. Cur. conſ.68.in fi.

An autem poſſit eſſe arbiter vel arbitrator. vide ſ. in verb. arbiter.§.36.

Sed vtrum.ſint teſtes idonei in inſtrumentis laicorum vide Fel.in c.cum nuntius extra de teſti.& Iaſ.in d.auth.ingreſſi in 3.col.& in l.hac conſul.in 2.colum.C.de teſta.Card.in conſil. 97. Idem.

fratres minores poſſunt ſuccedere,in particularibus ſucceſſionib.vt inde ſubueniant eorum neceſſitati.Cor.notabiliter in 2.vol.conſ.117.in 1.col.& ſeq.

Quòd non poſſint inſtitui.vide Bened.conſ.31.Calde.in ti. de teſta.conſ.20.alias.348. Idem.

Fratres mendicantes. fratri mendicanti nõ poteſt relinqui etiam pro alimentis Iaſ.in l.ex facto.§.fi.ff.de vul. & pup. & q̃ non ſuccedant in aliquo tenet Bened.in conſ.24. P.Andõ.

Multa de mendicantibus vide per Card.in clem.vt profeſſores de decimis.

Fratres minores mendicantes.dicuntur maiores.Cor. in 2. volum. conſ.117.ver.& alias.al.Bal.in auth.ingreſſi.C.de ſac. ſan.eccl.vbi hoc vult in 5.col.ver.quia ergo.

frater mẽdicans effectus epiſcopus. an recuperet ius ſubſt. vel aliter acquir.poſſit. vide notab.Iaſ.in d.§.fin.ſubiungit an ſuccedat parentibus & ag.

Et ibi ponit quid ſi apoſtatauit an poſſit ſuccedere. Idem.

Fratres tertij ordinis.ſunt exempti.à iuriſdict.iudic.ſecularis.12.q.1.cap.duo ſunt genera.Ang.in conſ.218. de quo vide Fel.in c.2.in 3.col.de fo.compe.

Max.ſtante priuilegio.quia tunc etiam non tenẽtur ad collectas Cor.conſ.205. P.Andora.

Fratres tertij ordinis non gaudent priuilegio Canonis, ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſt.4. Ita Felin. in cap. non dubium.in fi. de ſent.exc.De quo vide aliquid per eundem. Fel. in ti.quando literæ apoſtolicæ.in 7.col.

Et adde q̃ tales non dicuntur religioſi. vt vult Lud. Ro. in conſ.367.de quo.vide Bal.in 4.parte conſ.325.Card.in conſ. 13.Calde.in ti.de iud.conſ.7.alias 121.& in ti.de regula.conſ. 6.alias 390.vbi loquitur de conuerſo.Alex.in l.ſemper.§.fin. ff.de iu.immu.& in l.pen.C.de teſta.mil.

Illud autem certum eſt q̃ in odioſ.nõ veniunt app.religioſorum.Fel.in c.eccleſia ſanctæ mariæ.in 1.col.de conſti. Pan. in Rub.ext.de regula.

Et contra beghinas.vide gl.in clem. 1.de relig. do. quæ dicit cauen.eſt à qĩ proſtibulis ſic.ſunt hoſpitia beguinarum.q̃d periculoſum genus eſt mulierum.nec de facili alios quam religioſos admittunt.à quibus omnibus modis eſt cauen.18.q. 2.c.diffinimus.& c.perniciosam & contra.beghinas vide Car. in clem.cum de quibuſdam.de ſta.mo.in 2.no.

Dic tamen phi.in c.1.in 1.col.de immu.eccl.in 6. q̃ fratres tertij ordinis dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ.& q̃ ſunt immunes à collectis taleis & aliis.pro rebus patrimonialibus.

Vide tam

Vide tamen Bar.in l.ſemper. §. quibuſdam. de iure immu. & Bal.in l.placet C.de ſa.ſan.eccl.Alex.in l.pen.C.de teſt.mil. P.Andora.

Fraternitates laicorum. An relicta eis facta dican. in piam cauſam.Vide Fel.in c.de quarta.de præſcrip.& in c. Accedentes eo.ti.Pau.de Caſt.in 2.vol.conſ.182.Bened.in conſ.20. & conſ.54.Card.conſ.13.

Et quòd fraternitas poſſit inſtitui Vide Pau.de ca.in 2.vol. conſ.181.

Quòd non gaudeant priuilegiis eccleſiarum vide ample Cor.in 2.vol.conſ.119.in 7. col. ver. tamen his non ob. & in 4.vol.conſ.307.in fi.

Fac.quod vult phi.in c.1.in 1.col.de reſti.in inte. lib. 6. vbi dicit.quòd non reſtituuntur in integrum. P.Andora.

Fratres religionis antiquioris in honorib.præferendi ſunt. clem. 1.de relig.do.clem.cum ex eo.de ſent.exc.ca.conſuluit. qui cler.vel vouen.c.perniciosum.18.q.2.ſpec.in tit.de ſta.regu.§.1.ver.37.Abb.in c.nimis el 2.de exceſ.præla. dicit. q̃ ordo in iſtis religioſis quo ad honores præfertur is cuius regula fuit prius approbata.Io.And.in c.cum eſſes de teſt.idem vult quod ſ.

Et qui 1.fuerunt approbati ex ordine literę præferunt.phi. in c.quorundam.de elect.in 6. P.Andora.

Religio prædicatorum.eſt antiquior.vt probat tex.in cap. quorundam.de elect.in 6.ab ordine literæ.&c.Et dicit firmanus.in verb.Ordo prædicatorum.q̃ ordo ſancti Dominici incepit anno Domini 1206. & obiit ſanctus Dominicus. anno Domini 1221.vide Pan.in d.c.nimis praua.de exceſſ.præla.

Limita tamen præmiſſa cæteris paribus. ſed ſi de nouo fiat locus,qui nõ poteſt fieri niſi auctoritate apoſtolica c.fi.de relig.do.fac.c.cum ex eo.de exceſſ.præla.in 6.& quod vult Old. cõſ.190.inc.thema tale eſt.Imo requi.expreſſa mentio.d.c.cũ ex eo.quod confirmat cle. cupientes. in pr.de pœnis.tunc intelligeretur ſine præiudicio. monaſteriorum prius ædificatorum.l.2.§.merito & §.ſi quis à princip.& ibi Bart.ff.ne quid in loco pub.

Et tũc fratres monaſteriorum prius ædificatorum poſſent de facto ſe deffendere Bal.in l.obſeruare.§.antequam.ff.de offic.procon.

Adde etiam q̃ in talibus conſuetudo.ſeruanda.eſt Barb. in 4.vol.conſ.34.in 6.col.& dicit.Ang.in conſ.111. q̃ in dignitatibus ordo conſuetudinis ſeruandus eſt.

Adde inſuper q̃ vbi non eſt datus ordo. locus eſt præuentioni.niſi dignitas aliud ſuadeat.Bal.in l.per agrum.in fi.C.de ſerui.& aqua. P.Andora.

Fratrum diuiſio, ſeu diuiſio inter fratres debet fieri ſorte, vel iudicis officio,& ſic in diuiſionib.fratrum ſortes mitti debent,aut iudicis officio expediri,vt voluerunt Bart.& Ang.in l.1.C.de his qui ſe deferunt,lib.10.Bald.in l.penult.in prin.C. commu.diuid.Leo Speluncanus,in prac.artis notariæ,in for. inſtrumenti diuiſionis duorum fratrum,& Iaſ.latiſſimè,in l.j. n.39.ff.ſi cert.pet.in l.4.§.Cato.ff.de verb.obli.& in l. ſi duob. n.7.C.com.de leg.in quibus locis deducit iſtam eſſe communem ſententiam,& demum cum opinione hac trãſeunt omnes Legiſtæ communiter & nouiſſimè Ripa,in d.l.1.ff.ſi cert.pet.n.70.Canoniſtæ verò videntur aſſeuerare, concludereq; contrarium.videlicet,q̃ maior natu facere debeat portiones & minor eligere,vt latè hoc tractat Iaſ.in §.quædam.insti.de actio.Ang.in l.3.in vlt.not.C.com.de leg.Bald.in c. licet cauſam,de probatio.Ang.in d.§.quædam.Petrus de Vbal.in trac. de duob.fratrib.in 6.part.q.12.n.13.Picus,repet.in l. in quarta,ver.ego dum aliàs.ff.ad l.Falc.& Bald.in d.c.licet,vbi dicit, q̃ fortuna eſt Dei nutus nobis incertus, ſeu altera potius natura in cœlo caducorum dominium habens,& ob hoc nullo pacto debemus de ſuo officio immiſcere,ſed opinio hæc Canoniſtarum procedit de conſuetudine,non autem de iure cõmuni.ſecundum Berthachi.in 1.part.ſui reperto.in ver. diuiſio,ſub n.7.& eſt veriſſimum, vt apparet ex rationib.citatis p omnes memoratos Doct. & pro ſententia hac q̃ maior natu diuidere debeat,minorq̃ eligere dicit facere text.in c. 1.de paroch.Afflict.in tract.de iure protomiſeos.in pr.ſub n.45.faciuntq̃ alia coniecta per Rigam,in d.l.1.nu.70. F. Viuius lib.2.opi.130.

Fratricida, & eius hæres eſt incapax fratris mortui ſucceſſionis,Boer.deciſ.25.nu.8.communem dicit. B.Villal.

Fraternitas præſumitur,vel probatur ex quaſi poſſeſſione, & quod ſemper pro fratre ab omnib. eſt tractatus & reputatus,ſi contrarium non fuerit probatũ.Ita docet Bart.& alij in l.non nudis.de prob. & ita ibi declarant cæteri communiter, vt per Alex.in conſ.51.viſo & diſcuſſo n.2.lib.1.Iaſ.cõſ.114. ad obiecta ſeu motiua ſub n.6.1.vol.& per Dec.in conſ.54.in cauſa Domini Ant.ad ſi.Soc.iun.conſ.67.ſub nu.22.volu.4. E.Muſcul.

PRO.Fraus,& dolus alicui patrocinari non debent.l.1.& l. ne ex dol.ff.de dol.c.ſedes.c.ex tenore.c.ſuper literis.extrà,de reſcr.c.tuæ.de cler.non reſi.c.cum olim.de off.& poteſta.iud. deleg.

OB. Contrà. quia contrahentibus licet inuicem ſeſe decipere.l.in cauſæ.§.penultim.ff.de minor.l. item ſi pretio. §. fin. ff.locat.

SOL.Hoc verùm:dummodo abſit dolus.Bello.

Fraus per indicia detegitur,ſicut & dolus,quorum indiciorum poteſtas relinquitur iudicis arbitrio.ſecundum communem opinio.in l.fi.C.& ff.de queſt.Calcane.conſ.84.communem dicit.Cephalus conſ.198.n.16.Portius conſ.21.n.33.vbi fuſius. Menoch. de arbitrio iudicis caſu 116. & caſu 194. Bonacoſſ.

Fraus Non poteſt eſſe ſine dolo.Sed bene dolus ſine fraude ideo fraudi ineſt dolus,ſic.ſpecies generi.ita Pan.in c.ex tenore.de reſcri. vide Bal.in l.quæ fortuit.in 2.col. C. de pigno.ac. P.Andora.

Fraus & dolus nemini debet patrocinari.d.c.ex tenore.fac. 16.q.6.c.1.faciunt quæ vult Barb.in 3.vol.conſ.1.in 25.col.

Subdit tamen ibi Barba.quòd non præſumitur.in homine digno. Idem.

Fraus & dolus.quot modis accipiantur.& an differant ſaltem vt genus & ſpecies.vide doct.max. Alex.& Iaſ.in l.iuriſg. §. ſed ſi fraudandi ff.de pact & eundem Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.in 3.col.insti.de actio. Idem.

Fraudibus impune ſi quib. fraude reſiſtas.iux.illud & fraudi fraude reſiſtit.l.2.§.titio.ff.de leg.2. de quo.vide Alex. in l. qui totam.ff.ad treb.

Fraudibus enim obuiari publica.ſimul & priuata ſuadet vtilitas.l.ſi libertus ff.de iu.pat.Iaſ.in §.in bonæ fidei in 17. col. insti.de actio.in l.fi.§.pen.ff.de eo per quem fac.erit & in l.cũ proponas la 2.in 2.col.ibi item adde C.de pact.Phi.in cap.cupientes.per glo.in verbo malignantium.de Elect.in 6. hypo. ample.ſing.177.fac.quod dixi ver.cautela §.5.

Et licitum eſt etiam per viam exquiſitam venire ad optatũ Ang.in §.pe.insti.de adop. Idem.

Quod fraude factum eſt. vt ſententia ſuper illicito ad colluſionem Reſcindi poteſt Felyn. in capitulo lator in fin. de reiud.

Et de multis in fraudem factis q̃ non valeant.vide Barb.in 2.vol conſ.18.in 9.& 10.col.& conſ.71.in 6.col. Iaſ. in l. non dubium.in 1.col.C.de ll.Alex.in 3.vol.conſ.82.in 1.col.ibi ad idem adduco Barb.in 4.vol.conſ.40.col.11. Et in conſ.65.1. col.& ſeq.

Valet tamẽ contractus fraudulentus in præiudicium illius qui ita fac.Ang.inſtit.qui manu.non poſſ.in fi.prin.& in §.pe. in fin.eod.tit.& in §.actionum.in princip. 2. colum. de actio. P.Andora.

Fraus fieri non debet verbis diſpoſitionis.Barb.in 2. volu. conſ.55.in 14.col.fac.quod vult Iaſ.in d.l. cum proponas. & in l.captatorias.in 2.col.de teſtamẽto mil.dum ponit q.de ſtatuto. prohibente relinqui vxori per maritum & quod vult Cur.in conſ.l.in fi. 1.& in prin.2.col.Barb.in 3.vol.conſ.60.in 18.col.

Fraus probatur ex coniecturis.gl.no.in l.apud Iul.§.fi.ff.ex qui.cau.in poſ. ea. Iaſ. qui remiſſiue ponit qualiter probetur fraus.in l. 1.in fi. 1.col.C.ſi omiſſa ſit cauſa teſt.

Fraus præſumitur.ex nimia cautela inſtrumentorum.vt ſ. cautela.

Fraudem facere non dicitur.qui fac.quod debet. l. qui autem §.apud Labeonem.& ibi Bar.ff.de his quæ in frau.cred.

Fraudans gabellam non tenetur.Deo nec mũdo.Bar. in l. vectigalia.ff.de public.quia tales gabellę ſine permiſſu principis ſunt extorſiones.

Quod verum intelligit in forenſibus, ſecus in ciuibus qui poſſunt ſibi ipſis grauamen imponere& burſam communem facere.l. 1.in fi.ff.quod cuiuſque vni.no.& quod ibi notatur.

Et ad primum vide Bal.in l.veluti.ff.de iuſt.& iur.Fel.in ca. canonum ſtatuta.in 11.col.de conſti.Pan.in c.innouamus. ex tra de cenſib.vide aliquid per Ang.in conſ.49.

fraus fit ſi ex ſtatuto. prohibeatur vendi vinum vltra certũ pretium.&hoſpes vendit vnam caſtaneam cum vnio vltra illud pretium.Alex.in 3.vol.conſ.120.

Fraus præſumitur propter conſanguinitatem. & affectionem Barb.in 3.volu.conſ.45.col.2.& propter amicitiã.Barb. in 4.vol.conſ.22.in 2.col.

Fraus presumitur.ex paruitate pretij.Barb.in 4.vol.cons.8. in 6.col.al.tex.sing.in c.1.ver.quis enim dubitat.in ti.qual.olim.feu.poter.alie.dixi in ver.alie.§.77. P.Andora.

Fraus non presumitur coram superiore,Barb.cons.45.vol. 4.nec in nobili persona.Barb.cons.65.eod.lib. P.Ando.

Frequentatio viæ est suspecta, quando quis in ea fuit inuētus mortuus,& facit indicium ad torturam,vt est communis opi.Bossius de indiciis.n.51.Blancus in repet.l.si. ff.de quæst. in verbo frequentatio viæ. Bonacoss.

PRO.fructuarius causam proprietatis meliorem potest facere,nō deteriorem.in l.æquissimum.§.fructuarius.ff.de vsufru.l.vxor patrui.C.de lega.l.res quarum.aliàs res quas.C.de iure dot. Bellon.

Fructus ante,vel post aditam hereditatem perceptos bona fide,hæres legatario restituere non tenetur. Alex.in l.si tibi.§. cū seruus.ff.de leg.1.Io.Duran.in arte testan.tit.6.c. 11.com. dicunt. B.Villal.

fructus etiam extantes præscribuntur spatio trium annorum.Balbus in tract.de præscr.in 4.par.q.35.com.dicit.Idem.

fructus bonorum paraphernalium (si extant) restituuntur vxori vel eius hæredib.si sunt consumpti, restituuntur si fuerunt percepti contra voluntatem vxoris,si cum eius voluntate , lucratur maritus industriales , secus naturales. cōem inquit Deci.cons.521.ver.sed dubium est. Idem.

fructus rei feudalis non possunt locari Zas.in epist.feu.parte 9.nu. 12.com.dicit, si verò inter partes est conuentum, ꝙ non transeat dominium, vel si sit vsque ad nouennium locatio,bene valet,& sic est intelligenda gl.in l.codicillis.§.institutio.ff.de leg.3.quæ dicebat locationem nō esse alienationem. Idem.

Fructus rei petitæ post litem contestatam restituuntur victum.Couar.in epist.4.c.8.n.8.§.1. cōmunem dicit ex gl.in l.ex diuortio.ff.de rei vend. Idem Villal.

fructus beneficiorum vacantium applicari possunt ad tempus per Episcopū mensæ Episcopali ex aliqua rationabili causa,vtputa,si debitis sit onerata ecclesia, & accedente Capituli consensu.Ita voluit glo.in c.vnico.vt eccles.benef.sine dimu. cons.in verbo,constituat. vbi Doc. communiter ita tenent. & præsertim Imol.& gl.in c.si propter tua debita,in verbo cōcedimus,de rescrip.in 6.vbi etiam Domi. & Butr.in c.1.de eccle.ædifi.Quod tamen non procederet,si fructus huiusmodi singulari iure alteri deberentur, vt tradit Fel.in c.cum accessissent.n.23.de constituti. Vel si illorū applicatio in perpetuum fieret,vt idē Fel.latè scribit in d.c.cum accessissent. vbi etiam dicit omnimodam suppressionem beneficij fieri non posse,nisi eo vacante , fructuum verò diminutionem ex iusta causa (vt s.dictum fuit) & beneficio non vacante:idque probari in c.1.de reb.eccle.non alie.in 6.& ex traditis per Abb. in ca. ad hæc de excess.prælat. F.Turzan.

PRO.fructui & vsus inest,& vsui fructus deest:&fructus sine vsu esse non potest,vsus sine fructu.l.per seruum.§.1. ff.de vsu,& habita. Bellon.

PRO.fructus omnes gratia hominum comparati sunt. l.in pecudum.§.vltim.ff.de vsur.§.in pecudum.instit.de rer.diuisi. Idem.

PRO.fructus intelliguntur,deductis expensis.l. fructus. ff. sol.mat.l.si à domino.§.fi.ff.de petit.hæred. Idem.

PRO.fructus pendentes,pars rei esse videntur.l.fructus.ff. de rei vend. Idem.

PRO.fructus reddunt fundum pretiosiorem.l.in lege Falcidia placuit.ff.ad leg.Falc. Idem.

PRO.fructus dotis ad maritum pertinent,ad supportanda onera matrimonij l.dotis fructus.ff.de iur.dot.l.pro oneribus C.eod.tit. Idem.

fructus ecclesiæ æquè ac bona ecclesiæ reputantur, secundum Osasc.decis.32.in prin.&si proprietas exempta in vnum transit,similiter &fructus cum eadem exemptione transeunt ne causa fructuum à proprietate ipsa separetur, teste Alc.cōsil.266.n.6. quod nota,quia cum facta esset sequestratio fructuum rei ecclesiasticæ locatæ laico per prælatum instañ creditore conductoris,qui cōductor nec dum integram mercedē soluerat prælato,fuit magna disputatio inter peritos,Imo in excell.consilio status. sereniss. Ducis Sabaudiæ Taurini sedeñ. an de iure subsisteret ea fructuum sequestratio ? pro cuius nullitate & inualiditate quidam allegabant, Osasc. d. decis.Bal.l.eædem. C.loc.Bar.in l.in prediis. ff.in qui.cau.pig.Ias. in §.item seruiana n.37.n.60.inst.de act.

fructus post id crimen admissum perceptos cuius bona damnatorum, non ipso Iure, sed per sententiam proscribuntur, adiudicari fisco cum cæteris bonis oportet, vt est cōmunis opi.de qua Soarez ver.fructus.n.331. multò magis & indistinctè fructus eos fiscus non vindicabit,quos post illud crimen collectos esse constiterit,cuius causa bonis ipso iure delinquens exuitur , vt est communis opin. ibi. numero 452. Bonacoss.

fructus omnes tam pendeñ. quā percepti à die mortis grauati cedunt fideicommissario,iux.communem per Burs.cons.71.nu.25.lib.1.

fructus non acquiruntur fideicommissario,nisi post morā grauati,vel interpellati,secundum communem per Burs.cons.44.nu.11.lib.1.

fructus non imputantur in trebellianicam , si sint percepti à filiis primi gradus, secundum magis communem per Burs. cons.44.n.17.lib.1.& cons.67.nu.30.eodem.

fructus rei in commissum declaratę à die declarationis tantum veniunt,secundum communem per Burs.cons.26.nu.8. libr.1.

fructus penden.iudicio contra hæreticum. ad fiscum,vel si clericus ad ecclesiam pertinent , secundum communem per Burs.cons.43.nu.11.lib.1.

fructus si legentur simpliciter, puta , talis castri vel prædij ad vitam, videtur ius vsusfructus relictum, secundum Rom. cons. 230. in prin. qui fructus intelliguntur deberi , deductis prius expeñ,ex not.per eūdem d.cons.n.2. vbi ad quas expeñ teneatur fructuarius,vsuarius, vsufructuari' vel proprietarius.

fructus pendentes tempore redemptionis diuidi debent pro rata temporis inter primum venditorem& emptorem,qui se ad retrouendēdū obligauit.Ita voluit Cu.in l.qui Romę.ff.de ver.obl.per dictum Bar.qui ibi voluit,ꝙ si dictū fuerit, quod fructus prædij habentur pro vsuris.& debitor soluit ante fructus collectos,& sic his pendentibus, quod debeat fieri diuisio.secundum l.diuortio.& l diuisione.ff.sol.mat.Quam conclusionem vti communem pluribus arg.& authoritatib.Rolan.à Valle,in d.cons. 27.nu. 17.cum seq. latiùs prosequitur. Kirchouius.

fructus in retractu conuentionali debentur à tempore moræ,scilicet à die oblationis aut consignationis.l.2.C.de pac.inter emp.& ven.vbi communiter per Doc.Quam sententiam latius declarat tanquam communem Rol.à Valle.in cons.27. nu.7.cum seq.in 2.Tom. Kirchouius.

fructus prediorum consistentes in frumento,vino,oleo,& similibus quæ sunt de rebus , quæ seruando seruari non possunt,non censentur,seu præsumuntur durare vltra triennium secundum gl.in l.1.C.si aduer.vsucap. cum qua sentiunt omnes Docto.ibi,& Corne.consulendo cons. 104.numer. 25.& seq. volum. 2. vbi scribit istam esse communem opinionem, vnde si quis ageret ad fundum,& fructus perceptos ex eo annis decem , pluribusue transactis non debet petere suum aduersarium condemnari ad ipsos fructus , verùm petere tenetur condemnari ad æstimationem, quia non est verisimile quòd extent.secundum gl.in d.l. 1. quæ ad hoc allegatur per omnes Docto.teste Pau.Castren.ibi n.4. F.Viuius libr.2.opin.132.

fructus percepti per ascendeñ grauatum:imputantur in trebel.imo etiam in legitimam,secundum communem per Rolan.cons.39.n.21.lib.3.& n. 23.vbi ꝙ fructus percepti per filios primi gradus,secundum communem non imputātur eis in trebel.

fructus iisce rebus constantes , quæ seruando seruari nequeunt,vltra triennium durare non præsumuntur, commune ait Corn.cons.140.n.25.lib.2. E.Suarez.

fructus ante vel post aditam hæreditatem bona fide perceptos hæres legatario restituere non compellitur.commune effantur Alexand.in l.si tibi.§.cum seruus.ff.de leg.libr. 1.Io. Dilect.de art.testan.tit.6.caut.11. Idem.

fructus naturales restituere non cogetur bonæ fidei possessor , nisi qua fini rem suam illis auxit , quaque tenus locupletior ob illos euasit. vt frequenter placitum dicunt Alex.in l. Nesennius.§.vlt.n.7.ff.de re iud.Soc.Nep. cons.vlt.n.21.lib.j. Carol.Ruin.cons.24.in fin.libro secundo. Syuan.cons.79.n. 48.Matth. decis. 240. numero 2. Quod tamen in fructibus iam consumptis exaudiri duntaxat oportet.nam extantes adhuc fructus omnes indistinctè restituet. vt receptum constituo ex Angel.in §.si quis à non domino institut. de rerum diuisio.Alexand.cons.24.lib.4.Fel.in ca.significauerunt.numero 6.de testib.Deci. in l.si me & Titium ff. si certum petatur. Idem.

fructus extantes triennio præscribet bonæ fidei possessor. commune inquit Balb.de præscri.parte quarta.quæstione trigesimaquinta. Idem.

Fructus post id crimen admissum perceptos, cuius damnatorum bona non ipso iure,sed per sententiam proscribuntur, adiudicari fisco cum cæteris bonis oportet.commune ait Io. Bernar.in pract.crim.can.c.123. Multò autem magis & indistinctè fructus eos fiscus non vindicabit , quos post illud crimen collectos esse constiterit,cuius causa bonis ipso iure delinquens exuitur. vt planè ait receptum Did.à Couar. in tracta.de spons.2.part.c.6.§.9.n.8. Idem.

Fructus non restituuntur ab emptore, qui rem reddit adactus remedio. l.1. C.de rescin. vendit. commune pronunciat copiosè,& accuratè contra multos differens Arius Pin.in eādem l.2.par.2.c.vlt.nu.1.cum seq.Quod tamen intelliges,nisi ipsemet emptor agat,vt resoluit idem Pinel.ibid.n.28. Idē.

Fructus industriales,seu quos industriæ,ac diligentiæ acceptos ferri oportet,eatenus bonæ fidei,possessor restituet,qua tenus ditior illis factus reperietur.vt commune inquiunt Panor.in c.grauis.n.6.de rest.spol.Fulg.in l.sed & si lege.§.quod autem.nu.1.ff.de petit.hæred.Alex.in l.Nesennius.§.vlt.n. 7. ff de re iud.Cur.Seni.cons.7.&si nullos huius generis fructus à bonę fidei possessore, quamuis illis locupletatus luculenter sit,restitui debere,frequentius placitum testētur plerique omnes interpretes in l.insulam.l.fructus.ff.sol.ma.ac prolix.Ari' Pinel.in l.2.c.vlt.nu.47.C.de rescin.venditione. Idem.

Fructus naturales magni momenti,ac valoris,quos ex bonis paraphernis volentis vxoris maritus percepit, tum demū vel vxori,vel eius hæredibus restitui par erit, cùm maritus illis rem suam locupletauit,At industriales quosuis,vel naturales paruæ indicationis, ac precij,nullos indistinctè restituere maritus cogitur. vt communia ex multis effatim enunciat Did.à Couar.in tract.de spons.2.par.c.7.§1.nu.2. Idem.

Fructus minoris & sine decreto alienari possunt, & non vltra trium annorum spacium durare præsumptio est.commune renuncio ex Alex.cons.xlix.lib.1.Dec.in auth.qui rem. C. de sacros.eccl.& ex aliis compluribus, quos laudat Andr.Tiraquel.de retract.lign.§.1.gl.7.nu.51. Idem.

Fructus quorum mentio à lege , vel statuto fit , ij demum esse intelliguntur,qui deductis omnibus expensis,ac sumptibus supersunt.commune ponit Viuius lib.j.opi.301.sequuntur aliquammulti,quos allegat Tiraq.de retract.li.1.§.15.gl. 1.n.1.& seq. Idem.

fructuum restitutionē non remoratur bona fides ex errore iuris profecta,cùm contractus de rebus ecclesiastīcis initi', nullus declaratur.vt commune esse constat ex Fely. in c.cum causa.nu.27.de re iud.Gram.decis.79.Curt.Sen.cons.71.& si generaliter,ac regulariter vbi ecclesiæ fauor non vertitur, secus sit.vt frequenter placitum asserere ausim ex Ias.in l.1.§.si vir vxori.nu.22.& in l.3.§.ex contractu,nu.27.ff.de acq. pos. Fely.& in loco superius laudato.& in c.de 4ª. n.29.de præscr. Cur.Sen.vbi s.atque alij quos refert Did.à Couar.lib.1.resol. c.3.nu.28. Quin & in rebus ecclesiasticis si præter bonam fidem ex errore iuris ortam color aliquis,ac prætext' non omnino improbabilis accesserit , fructuum restitutio impedietur.commune ponit ex Imol.Fel.Moli.& aliis,insignis Pinel. ad l.2.par.2.c.vlt.nu.26.C.de resc.vend. E.Suarez.

Fructus legatorum debentur legatario ab adita hæreditate.l.herennius. ff.de vsu.l.si tibi homo.§.cum seruus.ff.de leg. primo.

Fructus non lucratur emens à tutore sine decreto iudicis, secus si quis emat ab eo qui à tutore emit,teste Alexan. cons. 247.

Fructus separati à solo sunt in dominio conductoris,& pereunt eius periculo,non autem periculo locatoris, Bal.in l. licet in prin.C.loc.ex l.si seruus communis §.locaui.ff. de furt. Bar.in l.si merces. §.vis maior. col.3.post n.7.ff.loc.vbi alleg. l.ex conducto.§.j.ff.eo.qua in materia,vide Cur.iun.cons.85. lib.1.Rui.cons. 147.col.3.nu.9.lib.1.

In fructibus percipiendis & separandis à solo:seruanda est generalis consuetudo,secundum Bal.in l.si pater col.1.C. de vsufr.vbi quòd colonus partiarius non potest percipere fructus nisi suo tempore , per text.in l.si merces.§. conductor.ff. loc.licet aliud videatur in colono nummario.per text.in l. in fructu.vbi gl.ff.de vsufr.leg.

fructus collecti.sunt periculo conductoris in conductione teste.Rui.cons. 147.lib.1.

Fructuum restitutio. In iudicio singulari non valet sententia condemnatoria ad restituendum fundum cum fructibus, quo ad fructus, si non appareat in actis probatoriis declarata fructuum quantitas , quamuis esset ipsa quantitas declarata & expressa in actis assertoriis,vt in libello vel positionibus negatis,secundum Angel.in l.in summa.§. qui sortis. per illum tex.ff.de re iud.Inn.& Panor.in 5.col.in c.significantibus. extrà de libell. obl. Butr.in c.cum ad sedem.de restit.spol.Bart. in l.3.§.armamenta.ff.de rei vend.per illum text.& per l.1.§.si quis argentum.ff.deposi. Hanc tanquam communem sequitur etiam do. Constantius in d.§. qui sortis. quicquid contra senserint secundum nouissimos Inn.in c. certificari. de sepul. in c.tanta.de excess.prælat.& Io.Fab.instit.de actio.§.curare.ꝙ Innoc.secundum eos videtur sibimet in hoc contrarius. Sed possent dictę opiniones concordari,vt prima.procedat in fructibus perceptis ante litem motam,secunda in perceptis lite pendente,secundum Bart.in l.ex diuerso.§. 1.ff.de rei vendic. Balb.decis.25.

Fructus à quo die fideicommissarius consequatur, & Dic, per tex.in ca.Raynutius vers.litis contest.de testam.inspicieñ esse tempus litis contest.Sed Socy.cons.42.nu.5.libr.3. dicit, quòd si fideicommissarius fuit negligens in faciendo sibi assignari fideicommissum, & sic hæres non fuit in mora, fructus percepti medio tempore spectant ad hęredem,per casum l.in fideicommissaria vbi Bar.& alij.ff. ad Treb.requiritur autem ad hoc vt hæres sit in mora: quòd fideicommissarius petat quòd hæres restituat fideicommissum vniuersale saltem verbo,& eo casu vide Ias.cons.231.lib.2.qui videtur consuluisse pro parte contraria, in aliquibus tamen locis adsunt statuta, quòd non fiat aliqua restitutio , Quo verò ad articulum de pensionibus & fructibus:vide pract.pap.for.lib.ex subst.vers. ac per fideicommissum.nu.7.Alex.cons.82.libr.2.Rip.d.l. in fideicommissaria.nu.14.Oldr.cons.56.cephal.con.49. Guid. Pap.q.497.vbi an euentus conditionis fideicommissi vniuersalis constituat hæredem hæredis rogati in mora, & cōcludit quòd non , & ꝙ dictus hæres non potest argui de mora Ale. cons.526.Rip.d.l.in fideicommissaria num.4.vers. 1.concl. vbi ponit 18.limit.& de pensionibus tractat Aret. de testa. in gl.vers.& per fideicommissum.Ale.cons.631.Sed quomodo probari possit tot fructus fuisse perceptos,vel tot percipi potuisse:vide Pal.in l.2.C.de pig.act.Ias.in l.admonendi.n. 311. ff.de iureiur.Nat.cons.536.Bal.in l.si fundum.C.de rei vend.

Fructus qui dicantur naturales, qui industriales, qui partim naturales, & partim industriales, qui ciuiles &c. vide Bartol. in lege ex diuerso.C. de rei vendicat. & in aliis locis. de quibus per Alexand. in l. diuortio. in decima colum. ff.solut.matrimonio. Aretin.consilio centesimo sexagesimo. P.Andora.

Fructus & redditus an sint idem.Bart.in l. fundi trebatiani. in prima col.versic. sed quære.ff.de vsufr. leg. dicit quòd sic. P.Andora.

Spec. autem in titul.de loca. §. primo. in pen. col. vers. illud autem. dicit quòd redditus appellatio est generalior. quam fructus. & istud etiam tenet gloss. in capitul. generali de electione.in sexto.& in clement. 1. de rebus eccles. non alien. & Cor. consil. 289. versicul. & præsertim dicit quòd plus est in redditu quam in fructu. subiungit tamen in versic. & sic effectualiter quòd sunt sinonima idem importantia. P. Andora.

Fructuum appellatione. veniunt pensiones & fictus tex. in l. si nauis. ff. de rei vendica. & in l. videamus la prima.ff. de vsu. de quo vide Alexand. post gloss.in dicta lege diuortio. in vndecima column. & in secundo volum. consil. 181. & Iasonem. in dicta lege diuortio. in secunda colum. P. Andora.

Fructuum appellatione. comprehenditur quodcunque interesse. text. not. in l. loci corpus §.primo.ff.si serui. vend. & ibi Bal. & in lege si quid. C. de seruitu. & in lege deducta. §. hæreditatem. ff. ad trebell. Alexand. in dicta lege diuortio. §. si vir. quem legit cum §. si fundum in 5. colum. ff. sol.mat.

Et quòd censeatur. facta mentio in libello de fructibus si fit mentio de interesse. vide Iasonem. in §. eque. in vltima columna.institut.de actoi.Bald.in l. loci corpus. §.in confessoria ff.si serui.vend.

An autem differat quòd petantur. vt fructus an vt interesse.Bar.in l.titio.§. 1.ff.de actio. emp.& in l.videamus.§. 1. ff. de vsu. Idem.

Fructus dicuntur deducta impensa & pro eis fit compensatio ipso iure. Bal.in lege si constat.C.de compensa.& quomodo hoc intelligatur. Bart. & doct. maxime Alexand. & Ias.in 5.col.in l.fructus.ff.so.ma.text. optimus in l.fundus qui ff.famil.erciscun. Fely.in c.ad nostram.in 2.col.de iu.iur. & in c.ad aures. in 8.col.de rescri.Sōz.in d.l.fructus.fac.quod vult Ias.in l.illud in 1.col.de colla.Ang.in d.l.fructus.& aliquid.in l.si.ff.de impen.in re.do.fac.

Non tamen deducitur.expensa bouum.Crem.sing.133.
Vide etiam Cor.cons.289. P.Andora.

Fructus dicuntur.de rebus quæ seruan.seruari non possunt cum triennio corrumpantur.gl.not.in l.1.C.de aduer.vsuca. Cur.notabiliter.cons.71.in 4.col.Alex.in 1.vol.consil.49 & in quarto volu.cons.trigesimoseptimo in secunda col.versic. 3.negari. Idem.

Et ideo fructus triennio præscribuntur.gl.Bar.& doct. in l. sequitur.§.fructus.ff.de vsuc.Ang.Are.in §.constituitur.insti. de vsufr.Bal.in l. 1. in 1. col.C.de vsu.& fruc.lega.& dixi j. in ver.fructus præscribuntur. Idem.

Fructus veniunt post sententiam & iuramentum.licet non petiti.Ias.l.nam & postea. §. si petitor in fi.3.col.ff. de iureiurando.

An autem quantitas fructuum sit in libello exprimen.vide Bar.in l.ex diuerso §.vbi autem ff.de rei vend.& in ver.rei vendica.§.7.

Et de modo libellandi.vide Ias.in l.diuortio.§. ob dona. ff. so.matr.Ang.§.si quis à non domino.insti.de re.diuis.& in §.j. in 11.col.insti.de actio.

Vide.Maria.soc.in c.significantibus col.12.vers.2.infertur. de lib.ob.& Bal.in l.vnica.C.si 2.nupt.mul.

Fructus olei an dicatur.industrialis.Cor.in d.con.289.ver. & talis &c.tenet quòd sic. P.Andora.

Fructus extenuant & computantur in sortem. l. 1. & 2.& ibi doct.C.de pig.ac.c.cum contra.extra de pig.l.1.C.de distr. pig.l.2.C.de par.pig.vbi dicitur ꝙ extenuant ipso iure. Ale.in l.diuortio.§.ob donationes.& ibi Ias.ff.so.mat.Ang.Are.in §. appellantur in 22.col.insti.de excep.& in §.actionum Alex.in 2.volumi. cons.73.repetito in 4.volumin.cons. 121 & in 5. volumin.cons.74.& in cons.141.in quibus locis loquitur.in vxore. quæ percepit fructus. ex re mariti.nulla sibi facta deliberatione. vt teneatur. illos in sortem computare. fac.quod vult Card.in cons.78.

Limita nisi cred.supportet labores.ratione pecuniæ numerate.quia tunc lucratur.fructus.lud.sing.536.

Intellige etiam in fructibus consumptis.Bald.qui dicit. ita esse articulañ.in l.quamuis.C.in qui.cau.pig.tac.contraha.

Limita quando vtilis dominus pignorat directo domino. lud.sing.325. P.Andora.

Quid de pensione domus. an computetur. in sortem. vt si pignoro tibi domum quam inhabitastì?vide notabiliter. Ias. in l. in summa.§. in frumento.ff. de cond.indeb. & Alex.in 5. vol cons.141.in vlt.col.Panor.in c.cum contra nu.10.de pig. & in c.seq.in vlt.not.Bal.in l.si is qui §. 1.ff.de pig.

Et in simili.vide Sonz.in l.si quis nec causam.in 2. col. ff. si cert.pet.

Adde quòd non valet pactum. quòd fructus non computentur in sortem.vt vult expresse Panor.in c. 1. de vsu. quem seq.doct. in l.rogasti.§. 1.ff.si cer.pet.licet sit gl.in contrarium in lege,prima.C. de distr.pig.quæ alleg. legem si ea lege.C.de vsu.

Imo plus si vltra illud pactum de non computan. fructus in sortem. eodem tempore facerem donationem de illis fructibus creditori.talis donatio censetur facta in fraudem vsurarum.vt est de mente Bal.in d.§. 1.alleg.l.eos.§.interdicta.C.de vsu.& ita sæpe consului allegan.not. per Cano.in c.ad nostrã. el 1.extra.de iureiur.& Cuma.cons.119.incip.quidam no. & Alex.in 4.vol.cons.27.

Fructus computantur.in sortem.si mandem alicui vt emat fundum nomine meo.& soluat de sua pecunia.Iaso.notabiliter.in l.2.§.mutui.in 6.col.vers.15.fallit.ff.si cert.pe.& in l.diuortio.§.ob donationes.ff.so.ma.& in l. non amplius. §. cum bonorum.ff.de leg. 1.Cremñ.sing.168.all.Bal.in rub.C.de contrahen.emp.pe,gerar.sing.31.Bal.in l.si procuratorem.§.si tutores.ff.mand. P.Andora.

Fructus pendentes rei venditæ spectant ad emptorem.Cuma.cons.20.incip.mgr Ant.per l.fructus.ff.de rei vend.& l.Iulianus.§.si fructibus.ff.de actio.emp.Bar.in l. 1.§.cum prædiũ. ff.de pig.Addo.Ludo.Ro.cons.309.gl.Alex.& Ias.in l. diuortio.in fi.principii.ff.so.mat.& eundem Iaso.in §.actionum.in 27.col.inst.de actio.& in d.l.diuortio.in §.interdum in 5.col. vide in ver.emptio.§.24.Lud.Ro.cons. 10.Ang.in d.§. actioactionum.in 4. col.

Quod intellige pro rata prætij soluti.Alex. in 2. vol. cons. 73.repetito in 4.volum. cons. 121.Cor.in 4. volu.cons. 150. P.Andora.

Quid in pensione domus venditæ? vide in ver. pensio. §.decimoquinto.

Fructus pendentes tempore mortis testatoris ex legato. pertinent ad legatarium non autem percepti.Bal.in l. 1. C. de vsu.& fruc.legat.& in l.si quis bonorum.ff.de lega. 1.Alex.in l.si filius §.cum fundum.ff.de verb.obl. P.Andora.

Fructus pendentes tempore testamenti.an veniant appellatione.bonorum mobilium.Paul.de Castr.in 1.vol.cons.132. incipente.videtur diceñ.concludit quòd sic.vide ibi per eum quia notabil. & subtiliter loquitur.& est repetitum in 2.vol. cons.239.

De quo tamen vide Bal.in addi.ad Spec.in tit.de fruc.& interesse. §. 1.vbi tenet quòd fructus pendentes non veniunt in legato bonorum mobilium. P.Andora.

Fructus pendentes pertinent ad dominum quandocũque vasallus moriatur.Flor.in l.defuncta.in fi.prff.de vsuf. de quo vide latius Alex.& aliquid per Ias.in l.diuortio.in pr.in 1.col. ff.so.ma. Idem.

Et ibi Alex.ponit remissiue.quid de fructibus præbendarũ.

In stipulatione fundum dari non veniunt fructus qui in fundo erant tempore stipulationis. l. si filius §. cum fundum. & ibi Alex.de verb.obl.

Fructuum emptor non habet illorum dominium donec à solo fuerint separati.Alex.in 5.vol.cons.118.quia secundum eum paria sunt emere fructus vel conducere rem. De quo etiam late per Card.in clemen.prima.§.fi.in 2.q.de rebus. eccl. non alie.

Fac.quod habetur in ver.conductor.§.13.&§.15.ver.fallit. 10. P.Andora.

Fructus cadentes.Si fructus mei cadant in fundum tuum, & animalia tua illos depascantur, datur mihi actio in factum. Ias.in l.qui seruandarum.ff.de præsc.verb.

Et tales mei fructus.possunt per me colligi.te inuito.Bar.in l. 1.in fi.ff.de glan.leg.habetur per spec.in tit.de iniur.§.2.ver. item si.

An pertineant ad fructuarium. antequam collegerit. vide Bal.in l.si vsufructuarius.ff.qui.mo.vsufr.amit. P.Andora.

Fructus præscribuntur triennio.gl.Bar.& doct. in l. sequitur.§.fructus ff.de vsuca.Bal.in l. 1.C.de vsu. & fruc.leg. Ang. Aret.in §.constituitur.insti.de vsufr.Ias.in l. si me & titium.in prima colum.ff.si cert.pet.Curt. in cons. septuagesimoprimo in 4.col. P.Andora.

Fructus probantur. Quæ prob. requiratur in probatione fructuum.vide Alex.in 1.vol.cons.72.in fi.repetito in 2.vol. cons.175. vbi dicit, quòd non sequitur. ex aliqua re fuerunt alias percepti tot fructus ergo & nunc.

Vide etiam Ias.in l.cum seruus §.fructus.in 2.col ff. de leg. 1.vbi dicit.quod probatur.per iuramentum.fructus fuisse perceptos. P.Andora.

Fructus sequestrantur.an in causa appellationis possint fructus rei de qua litigatur sequestrari.vide Barb.in secundo volum.consil.9.in 12.colum.& consil. 11.in 15.col.vbi dicit.videri quòd sic ca.quotiens.2.q.sexta.

Sed dicit.gl.ibi respondet hoc non procedere hodie per c. volumus 16.q.4.respondet etiam.quòd procedit ille tex.qñ dissipantur fructus.

Et quòd possint sequestrari. quando possessor est suspect' de dilapidatione.vide Phi.c.cum teneamur in 2.col.ibi sed limita.de appel.

Adde Felyn.in capitulo si qui in secunda colum. de testib. vbi dicit, quòd si litigator est pauper & habuit vnam sententiam pro se, debet ali super bonis de quibus est lis. P. Andora.

Fructus vendicantur.An reuocata dona.ex aliqua iusta causa. vendicari possint fructus interim percepti. dic quòd non gl.est in l.generaliter.§.plane.ff. de fideicom. liber. & ita vult Iason.in l.cum quis quam legit cum l.si hæres. ff. de cond.ob causam.

Fac.quod vult ipse Ias.in l. 1.§.si vir in vlt.col.ff.de acq.pos. vbi dicit.quòd licet pos.quam habet vxor non producat effectum præscriptionis.contra bona mariti.produc.tamen quantum ad acquisitionem.fructuum.& ibi.Alex.in 3.& 4.col.

Fac.etiam quia ille qui emit bona fide rẽ alienari prohibitã fac.fructus suos.vt dixi in ver.alienatio.§.31.

Fac.insuper quod vult Alex.in l.1.§.si quis vltro.ff. de quæstio.vbi dicit.quòd eo casu quo legitimatus excludat eos quibus delata erat hæreditas ab intestato.quòd illi non tenebuntur restituere fructus medio tempore perceptos.

In contrarium fac.quod vult Bal.in l.cum quidam.§.in tacito. ff. de vsu. vbi dicit quòd indigno etiam fructus auferendi sunt. P.Andora.

Ad quos fructus teneatur.malæ fidei pos.vide Bar.in l. domum.C.de rei vend.& in l.2.C.de fruct.& litis expeñ.

Et in mat

Et in materia.vide Fely.in c.de 4a.in 8.& 9.col.de præscr.

Quilibet bonæ fidei pos. lucratur fructus vt per multa notabiliter deduc.Cur.in cons.71.& maxime.in 6.col.vbi dicit. quòd error iuris non nocet in acquisitione fructuum. Alex. 3.vol.cons.44.in fi. vide ample Barb.in 4.volu.cons. 51.in 1. colum.& sequent.vide aliquid per Bal.in l.2.C.si quis ig.rem mi.&c.

Tenetur.tamen restituere.quatenus est factus locupletior Alex.in 4.vol.cons.21.in fi. Ang.cons.160.in fi.

Adde etiam quòd Barb.in 3.volu.cons.80.in 9.colum. tenet quòd quis non lucratur fructus quando contractus est nullus. P.Andora.

Fructus percepti per emptorem pendente condi.sunt venditoris deficiente conditione nisi in casum conditionis. emptor perderet pretium. quia tunc lucratur fructus. lud. sing. 538. P.Andora.

Fructus feudi à solo separati dicuntur allodiales.Bal.in prima parte consil.33.Curt.in tract.feud.in 3.parte.versic.expedito 1.tractatu.circa.fi.

An autem vasallus in præiudicium agnatorum possit de fructibus feudi disponere.vide quæ dixi in tract.feud. in rub. de alienat.feud.versiculo. vsufructuarium facere fol. 41. P. Andora.

Fructus feudi ad quem spectent mortuo vasallo.vide glos. & doct.in l.defuncta.ff.de vsufruct.& Ias.post Alex.in l.diuortio.in 1.col.ff.so.ma.

Idem in fructuario.§.is ad quem & ibi Angel.institu.de re. diuis.

fructus feudi capi possunt in exeq. sententiæ. quando alia non extant bona. Alexand. in l. commodis. ff. de re iudicat. P.Andora.

Fructus legati.fructus rei legate quando debeantur.legatario.Iaso.in §.ex maleficiis.in sexta & septima colum.instit.de actio.dicit.quòd passus non est sine scrupulo. an à die addite hæreditatis.an à tempore more seu litis contest.

Ipse tamen Iaso.in l.cum seruus. §. fructus. in secunda col. ff.de leg. primo tenet indistincte quòd si res legata erat testatoris.veniunt fructus à die addite hæreditatis. vide Angel. in §.primo instit. de lega. Vide in ver.pensio. §. decimoquarto. P.Andora.

Fructus immaturi. An possint colligi per vsufructuarium finito vsufructu ante tempus quo essent maturi? Vide notabiliter.Bal.in l.si pater C.de vsufr.

Fructus beneficiorum.vel præbende percepti an transeant ad hæredes.gl.& Bart.in l. 1.C.de anno.ciui.lib. 11.dicit.ꝙ sic, Bar.Im.& doct.in d.l.diuortio. so.ma.de quo vide latius quæ dixi in ver.prælati.§.

Vide etiam.Phi.ample.in c.fi.de officio ord.in 6.& in rubr. de testa.in 6.col.28.

In fructibus beneficij.non potest fieri missio in pos.propter contu.nec possunt sequestra.cap.vnico. & ibi Phi. de co. qui mit.in pos.lib.6.

Limita procedere.in fructibus pendentibus secus in separatis.à solo.ita Phi.in d.c.vnico.post.Bal.ibi.

Si ante adeptum benefi. quis contrahat debita. demum alia contrahat post habitum beneficium. posteriores creditores.preferentur.in fructibus beneficij.Lud.sing.86.all.Gul.in l.sed an.ff.quod cum eo.qui ita tenet.per tex.in l. 1.§. si filius. ff.famil.ercisc. P.Andora.

Fructus dotis.Si quis ducat puellam nondum nubilis ætatis, an lucretur fructus. vide Bald. in l.dotis fructus. ff. de iur. dotium. P.Andora.

Frugum sterilitatis vnius anni cum vbertate præcedentis vel sequentis anni, etiam interpellati & mediati, compensatio iuxta probabiliorem,& veriorem,& communem Doctorum sniam,facienda est vt voluit Host.in sum.tit.de locato.§. quæ actionis vers.fit autem.secundum Imolam d.c. propter, quod verum esse ac procedere refert Bened.Capra.reg.88.n. 52.quando anni sterilitatis & fertilitatis comprehenduntur sub vna ac eadem locatione secùs autem si sub diuersis locationibus continerẽtur,non obstante quodvtraque locatio inter easdem personas, ac de iisdem prædiis, facta foret,vt voluit Bald.in l.licet.C.locati,& Imol.in d.c.propter eodem tit. ex quo enim separatę atque diuersę sunt,non licet de vna ad aliam referre Arg.l.fi.ff.de calum.l.Papinianus exuli.ff.de minoribus,vt vult Imol.in capitu.per venerabilem.Quj filij sint legiti.

Frugum vbertas vnius anni per casum fortuitum,vltra duplum vel dimidium eius quod percipi consueuit,proueniens, perinde augmentum pensionis parit atque sterilitas diminutionem,vt voluit Io.And.in c.propter,de locat.& gl.ĩl.si merces.§.vis maior. ff. locati. quam sequuntur communiter Doctores contra Cynum vt refert Bened. Capra reg.88. nu. 57. & seq. vide supra Pensio.

Frumentum si extra aliquem locum exportari prohibeatur,& farina prohibita censebitur.commune aiunt Rip.in tracta.de peste.tit.de remed.ad conseru.vbert.nu.75. Viuius lib. 1.opi.286.nec opus erit,vt apprehendatur,qui illud exportauerit.sed satis superque erit,si testibus cõuincatur,& expres sim in apprehensos pœna irrogetur. commune testificantur Rip.vbi s. nu. 104.& nu. 105.Viuius d.opi.quamuis reuera aliud magis consentaneum iuri sit.quod etiam frequenter placitum agnoscit idem Rip. & obseruat accuratè Iul. Clar. in pract.§.vlt.q.82.stat.7.

Intellige porrò,ac memoriæ inscribe vtilibus huius statuti pœnis eos non irretiri,qui frumentum suimet causa exportauerint.commune pronunciat Ias.in l.cætera.§.sed & si quis ad opus.nu.7.ff.de leg. lib. 1. Item nec eos his pœnis esse obnoxios recordare,qui frumentum per transitum duntaxat trãstulerint. vt ait receptum Viuius d. opi. 276.& Iul. Clar. qui hanc materiam luculentius tractat,& contrarium consuetudine seruari atrestatur.in laudata q.82.statut.7. E.Suarez.

Frumẽtum prohibitum extrahi,etiam farina prohibita extrahi censetur.comm.est opi.Soarez ver.frumentum.n. 364. nec est opus,vt prohibitus comprehendatur,sed sufficit,vt testibus conuincatur,etiam ꝙ constitutio loquatur expresè de comprehensis,vt est comm.opi.nu. 365. Sed magis communis est in contrarium ibi.nu.366.nec statuto comprehendetur,qui frumentum sui vsus causa exportauerit,per quem trãsitum conducit,vt est comm.opi.Soarez vers.illo.nu.367.& seq. Bonacoss.

PRO. Frustra legis auxilium implorat,qui in legem committit.l.auxilium.in fi.ff.de minor.c.bonæ memoriæ.& c. dudum.de elect.extrà. Bellon.

PRO.Frustra precibus impetratur,ꝙ de iure cõmuni concedit.l. 1.ff.ad muni.& ibi not.in l.vnic. C. de thes. libr. 10. Idem.

PRO. Frustra velociter currit, qui priùs, quàm ad metas peruenerit,desinit.c.incassum.de regul.iur.in 6. Idem.

PRO.Frustratoria esse non debent priuilegia. c.in iis.extra de priuil. Idem.

Fuga est sufficiens indicium ad torturam,si concurrat cum fama Marc.Ant.in tract.de iud.nu.278. & 277. comm. dicit. B.Villalob.

Nota istam communem ad intellectum.l.4.ti.17.lib.4.For. ll.& l.3.tit.8.lib.2.eiusdem fori.

Fallit,quando post accusationem institutam,& post inquisitionem ipse inculpatus fugam abripuit.Idem Marc.Ant.nu. 179.vers.hæc conclusio restringitur,comm.dicit ex Bart.in l. 1.C.de bon.eorum:vbi etiam dicit alias limitationes,si iudex est terribilis,vel habet inimicos,ex Bald.in l.bonæ fidei.C.de iureiur.Et nota verbum satis solenne dicti Ant. in n. 193.ꝙ si reus,qui aufugerit,fuerit citatus,& bannitus propter illud delictum,ꝙ sine alio indicio ex fuga,& contumacia potest quæstionari: & sic debet intelligi domi.Iac.de Belu. quem refert Bald.in l. 1.C.de requiren.reis,ꝙ ex tali absentia & fuga potest quæstionari:& habet onus probandi innocentiam,qñ fuit remissus,siue sponte venit,siue captus.Et notat etiam illud verbum Ias.in l.admonendi.in repetitio.nu. 169. ff. de iureiur.ꝙ si sponte reuersus est in breui, omnem suspitionem purgat,ꝙ tendit ad intellectum pragma.de contumace ꝑ quem proceditur,de qua in verbo absens,vbi vide dictum solenne Coua. qñ dicatur tps breue ad hoc ꝙ purgetur omnis suspitio. Idẽ.

fugæ suspicio facit vt iudex incompetens possit capere debitorem.Cur.iun.in l.2.ff.de iur.om.iu.n.31.comm.dicit,vbi ponit ea quæ requiruntur ad hoc,ꝙ fugitiuus possit capi:suspicio, testes, cum iuramento, ꝙ debitum sit liquidum, aliàs pro damnis & interesse non potest capi.ibi.n.38.

Not.istam cõem ad intel.l.14.tit.14.part.5.& l.2.tit.19.lib. 3.For.ll.& l.12.tit.vlt.lib.3.eiusdem fori.& l.1.tit.11.lib.5.ordi.& l.4.styli.quæ omnes loquuntur de debitore fugitiuo, & de eius bonis.Item not.ꝙ sicut potest capi ad petitionem creditoris,ita & cessionarij.Seg.in l.si ex legati.ff.d̃ ver.obl.n.94.

Not.ꝙ suspicio non probatur iuro partis,sed requiritur cognitio summaria cum iuro.Ant.de Trem.in add.ad Bonac.in pract.excep.rub.de recusa.n.3.& Io.à Rip. de legi.c.13.n.27. com.dicunt:& vide s.in litera.c.de clerico fugitiuo. Idem.

Fuga. Si ille qui dicitur commisisse crimen, aufugerit, timens ne caperetur,aut poneretur ad torturam,& ob id illum iudex habuerit pro confesso, & condemnauerit, & ex post

captus

captus neget se tale crimen commisisse,& de hoc offerat pro bationes,audiri debet,fm Guid.de Susa.Iac.de Aret. Albe. & do.Nicellum.in l.2.ff.de requi. reis. Quja cum in criminibus regulariter probationes exigãtur luce clariores.l.sciant. C.de probat.sola fuga non videtur sufficiens ad condemnationem ad quod est doctrina magistralis Bal.in l.ita demum.C.de ꝓcur.in 2.col.&in repetitione l.secũdæ.ff.de iureiur.in 11.charta:vbi mirabilia dicit ĩ hoc passu.Vbi verò esset casus,in quo præsumptio doli de iure sufficeret ad ꝑdẽnationem,tũc cum fuga faciat dolum præsumi.l.consiliarios.C.de assesso.&in autẽ.de exhi.reis.§.si verò.ẽt quidam iurent. cum gl.in verb.factum.collat. 5.sufficeret & fuga ad condemnationem,fm pręfatos Doc.Sed per statuta in plerisque locis aliter disponitur. Balb.decis.167.

Fuga officialis facit eum pro confesso haberi casus reputatur singularis cum Bart.in l.consiliarios C.de assesso.Balb.decis.102.

Fuga famæ inditio adiuta,ad infligendum tormentum sufficiet cõe ait Marc.Ant.in tract.de indic.n.277.& seq. Quod tamen non procedet, vbi quis post institutam accusationem, ac post inquisitionem delatus fugerit. commune inquiunt idem Marc.Ant.vbi s̃.nu.179.vers.hæc conclusio Boer.decis. 215.nu.10.Viuius lib. 1.opi.120.Qui etiam eo.li. 1.opi. 120. fugam solam sufficere ad torquendum latissimè receptũ ponit.quod asserit quoque frequenter placitum Iul.Clar. in practi.§.vlt.q.21.vers.fuga delinquentis, sed indicium præterea aliquod requiri & verius & receptius mihi videtur.cùm fuga nec plenam , nec semiplenam sed qualemqualem suspitionẽ præferat.vt frequenter interpretibus probatũ affirmant Cur. Sen.in l.admonendi.n.155.ff. de iureiur. Viuius copiosè vbi s̃.Memineris autem quod indicium ex fuga natum reuersione purgari potest.vt receptum pronunciant Rip.in d.l.admonendi.nu.6.Boer.decis.215.n.17.& qui de materia vberrimè agunt Viuius vbi s̃.Iul.Clar.d.vers.cum seq. E.Suarez.

Fuga famuli tum plenam probationem facit,vt commune asseuerat Curt.Sen. contrarium ipse testans in l.admonendi. nu.171. ff.de iureiur. & de bonis subtractis præsumptionem inducit.commune ponit Viuius lib. 1.opi.120. Idem.

Fugæ suspitionem non iureiurando, sed breui cognitione de plano,ac duobus saltem testibus de legitima aliqua suspitionis causa allegata testificantibus,probari oportet, vt debitor capi possit.commune aiunt Ias.in l.apertissimi.C. de iudi. Ant.de Tremo.in addit.ad Bon.in pract.except.rub.de recus. nu.3.asserunt Rip.in suis sing.resp.tit.de legib.& Ion.consue. c.13.nu.28.Paris.cons.101.nu.5.lib.3.Thomas Parpalia in repet.l.2.ff.so.ma.& si perperam ac licentiosè scripserint eam iureiurando creditorum apposito probari Paul.Cast.cons.474. nu.1.lib.1.Caccialup.in trac.de debit.suspect.& fugit.q.6.nu. 18.poterit autem feriatis etiam diebus hac de re agi , & in illis facultatem capiendi debitoris indulgeri. commune ponit Viuius lib. 1.opi.9.atque ante illum Alci.in c.cùm non ab homine.nu.71.de iudic. E.Suarez.

Fuga delinquentis , in casu quo suspiciones non sufficiunt sed plena probatio requiritur,probat tm̃ semiplenè ꝗ fugientem.com.dicit Ripa in l.admonendi.nu.168.ff.de iureiur.&ideò facit in eo casu sufficiens indicium ad torturam.ita com. dicit Ias.in d.l.admonendi.nu.158.quem refert Duennas reg. 390.in pr.& Blanc. de indic.nu.278. & Gomes. Arias super l. 74.Tauri.n.18.intellige tamen de ea fuga quæ sit ante formam inquisitionem, vel assumptas informationes, talis enim fuga verè arguit conscientiam delicti commissi.comm. dicit Boss.in tit.de indiciis.nu.49.si quis igitur fugiat post transmissam inquisitionem,vel informationes assumptas per officiũ. talis fuga non est sufficiens ad torturam. com. dicit Blanc. de indic.nu.281.Ripa.in d.l.admonendi.nu.168. vt illum refert Siman.de hæret.c.63.nu.19.Ant.Gomes. super l.76. Taur.n. n.12.Ant.de Padil.in l.transigere. n.3.C.de transf.Hoc autem locum habet solummodò in causis capitalibus, nam in non capitalibus,si cum fuga concurrat publica fama,semper facit indicium ad torturam,siue sit ante siue post accusationem.In capitalibus autem quando sumus post accusationem , nunquam facit indicium ad torturam, vt magis communem attestatur Io.de Ami.cons.37 n.5.& cons.131.n.3.Notandum autem si is qui aufugit postea citatur spontè comparet, tunc fuga præcedens nullum contra eum facit indicium neque etiã leue.com.dicit Io.de Amicis cons. 85.n.8.& cons. 7.n.19.secundum Bart.in l.quid sit fugitiuus.§. 1.de ædilitio edict.Clad.§.fi.q.21.vers.fuga delinquentis. P.Fichard.

Fuga facit plenam probationem contra fugientem,si à carcerib.aufugerit,videtur enim fateri delictum. com.dicit Rip. in d.l.admonendi.nu.170. de iureiur. Cato Saccus in eadem l.nu.81.quem refert Duennas.reg.389.in limit.2. Ideoque talis habetur pro confesso & conuicto.per l.in eos. ff. de custo. reor.& Com.dicit Boer.decis.215.nu.9.Ant.Gomes.c.9.delictor.nu. 11. Intellige tamen de eo qui iustè carceratus est, vt communem dicit Andr.de Beset.in repe.l.j.n. 59.C.de sacros. eccl.nam si indebitè & nõ seruato iuris ordine carceratus sit, tunc propter talem fugam etiam cum fractione carceris, nõ punitur,neque habetur pro confesso.Communem dicit Rolan.cons.7.n.47.lib. 1. & potest talis carceratus licitè auffugere.vt communiter receptum esse ait Didacus lib. 1. resolut. c. 2.nu.11.quem refert Duennas regula 393. in limit. 4. neque tenetur redire ad carceres etiam si iurasset se rediturum secundum gl.in clem.pastoralis in verb.per violatam de re iud.quã dicit esse ab omnibus receptam Didac.in d.c.2.nu.7.Plaza.li. 1.delict.c.23.nu.6. subdens ꝙ Doct.communiter addunt, ꝙ reus qui verisimiliter est iniustè damnandus,tenetur fugã arripere si potest.Item intelligenda est hæc conclusio,vt procedat in eo qui auffugit ex carceribus publicis , secùs enim de priuatis.vt Com.dicit Boer.decis.215.n.13.Notandum quoque si fugiens statim ad carceres redeat, non sit puniendus tãquam fugitiuus,vel effractor.vt Boer.comm.dicit decis.215. nu.18.& 19.hæc Clar.d.q.21.vers.3. P.Fichard.

Fuga etiam sine clamore ante accusationem,vel inquisitionẽ,facit indicium verisimile & probabile,vt est com.opi.Plotus inter cons.cri.cons.132.nu.26. Bonacoss.

Fuge suspicio ad capiendum debitorem non probatur iuramento,sed requiritur cognitio summaria cum iuramento. Ias.in l.apertissimi.C.de iudi.& Anto.de Tremolis in addi.ad pract.Bonacursij tit.de recusa.nu.3.comm.dicit. Bonacoss.

Fuga famuli facit plenam probationem,vt est comm.opi. Soarez vers.fuga.nu.376. Bonacoss.

Fuga rei cum fama adiũcta facit indicium ad torturam. Et ita se habet communis practica.Blancus in l.fi. nu.279. ff. de quæstio. Nam sola fuga. & fama sola non facit indicium ad torturam.Amplia limita.vt per D.Io.Donatum.In suis regulis lib.4.in vers.fuga.Petr.Duen.regu.390.391.392. Soci. regu.303.Mars.sing.115.vbi & ponit limit.Fuga autem post accusationem,vel inquisitionem formatam,non facit indicium vt est communis opi.Soarez verbo fuga.num.371.Et si reuertitur reus,tollitur indicium ad torturam ibi vide ipsum fusius ibi.nu.372.&seq.Et ex fuga non potest fieri condemnatio,vt est communis opi.de qua Benedic.de foro Sempronio.In Reperto.Fely.in verbo fuga.vbi de fuga.fusissimè.Fely.in c.nullus.de præsump.num. 1.& seq.vbi communem dicit, & limitat.Fallit multipliciter.Et primò. si officialis esset notorius de Barataria,& pendente iudicio aufugeret. quia haberetur pro confesso.Item fallit in fractoribus carcerum,quia isto casu fuga probat delictum & facit,quòd ille habeatur pro confesso. nisi fugeret aperto ostio carceris.Et oportet,quòd ad hoc, vt quis habeatur pro confesso,ꝙ sit inquisitus pro speciali inquisitione,& nõ generali.Fallit,si quis fugit de manibus familię, quia fuga non facit indicium.Fallit quando lex, vel statutum punit ipsam fugam , tanquam specificum delictum , non autem tanquam signum delicti.Fallit,quando agitur de probando crimine solius suspicionis. videlicet an aliquis sit suspectus, vel non: vt ex ista sola suspicione sequatur aliquis effectus.quia fuga probata.est statim probata suspicio.Fely.d.ca. nullus.de præsumptio. Bonacoss.

Fuga. Non probat contra fugientem. nec propter fugam habetur pro confesso.tex.& Bart.in l.raptores. C.de episc. & cler.habetur latè per Bart.in l.lege cor.ff.ad silla.& in l. admonendi. de iu. iur. in quibus locis distinguit aut fuga obiicitur. alicui vt delictum & tunc fac. semiplenam probationem l. quid sit fugitiuus ff.de edi.edic.l.desertorem.ff.de re mil.& ita intelligitur gloss. in d. l. admonendi. & in l. in bonæ fidei. C.eod.

Aut fuga inducitur.ad probationem alicuius alterius delicti de quo ag.Tunc si ad probationem illius suffic. sola suspitio.eo casu fuga probat illam suspitionem plene.l.impuberibus in fi.ff.de suspec. tut. Sed si requireretur plena probatio. tunc fuga non probat etiam semiplene sed aliqualem suspitionem induc.d.l. lege cor. & l. 1. & ibi Cy.C.de rapt.virg.ita Bar.vbi supra.& ibi Bal.& Lud.Ro.in d.l.admonendi.& alibi sæpe.per doct.

Et per istam doctrinam videtur confundi dictum Bal. in add. in lege cum probatio. ff. de proba. decidentis fugam inculpati fore inditium legitimum. ad torturam. Et contra Bal.tenet Guid.de suz.in tract.malef.in rubr. qualiter reus subiiciatur,tormẽtis.dicens fugã per se non facere indiciũ ad torturam

torturam nisi cum fuga aliud concurrat indicium. puta pu. vox & fama.&c.

Et istud est de mente Bar.in locis præalle.& in l.fi.ff.de quęstio.vbi nõ ponit fugam solam facere indicium ad torturam prout ponit de confe.absente parte. de vnico teste.de visu solum ergo.sola fuga fac. suspitionem.per quam quis non debet damnari.l.absentem.ff.de pœnis.l.fi.ff.de quæstio.

In hoc autem articulo. an fuga faciat indicium ad torturã. dic quòd vltra præmissa.Iacob.de Belu.in §.si verò.in authen. de exhibend.re.tenet quòd non.per l. 1. in princip. & l.diuus. ff. de quæstio. vbi dicit ad habendam quæstionem. requiruntur indicia in plurali.ergo non sola fuga.

Contrarium tenet Bal.in d.l.cum probatio.& Dyn. in l.diuus.ff.de custo.re.& dicit.Io.Andr.in add.spec.in titu.de præsump.§. 1.& 2.versic.violenta. quòd de consuetudine. seruatur.op.Dyn.& quòd regulariter faciat indicium ad torturam tenet Iaso.in d.l.admo.in 23.col.in lectura.

Limita istam materiam fuge.vt non faciat plenam. nec semiplenam probationem.imo nec.indicium nec suspitionem. Vbi quis aufugeret. ex aliqua causa probabili siue rationabili.Puta ratione partialitatis. vel quia locus non esset sibi securus.Vel quia officialis esset valde crudelis quia tunc fuga nullam causat suspitionem.ca.Accedens el primo.vt lite non cõtest.ita dicit.Bal.in d.l.in bonæ fidei in pen.col.alleg.clement. pastoralis.de re iudi.Fely.in c.nullus.de præsump.Ias.in d.l.admonendi.in lectu.col.24.

Limita secundo. nisi ille qui aufugit statim sponte redeat. quia tunc fuga.nullam induc. suspitionem.Bar.in l.quid sit fugitiuus.§. 1.ff.de edi.edic. & declarat ipse Bar. in l.aut facta.§. tempus.in prima col.ff.de pe.Bal.notabiliter.in l. 1. in 3.& 4. col.C.de edil.act.& in l. 1.C. de seruis fug.vbi subiic. quòd si sta.puniat fugientes à carcerib.non includit eos qui exierunt animo redeundi.id est,qui statim sponte redierunt.argumen. §.pauonum.insti.de re.diui.& sic si cito reuertantur.& non aliter.secundum.Bal.vbi supra.& ita intelligitur. gloss. in l.3. §. emansor.& l.qui cum vno.§.edictum.ff.de re mili.& pro hoc adducitur.bonus tex.in ca.vulgaris.§. diuortium. de peni. distin. 1.& in ca.præsenti.de præben.in 6.& glo.in ca.postquam de elec.eo.lib.6.Ias.in d.l.admonendi.in lect.in 24.col.Cor.in 2.vol.cons.198.vers.quia in indiciis.

Limita tertio,vbi quis aufugeret post inquisitionem vel accusationem factam de delicto ex quo veniret impo.pena sangui. quia tunc fuga nullam induceret præsumptionem. Cum liceat vnicuique per fas &nephas suum redimere sanguinem Ita singulariter.Bar.per tex.not.ibi.in l. 1.ff.de his qui mor.sibi consciue.& iuste tunc timet detineri.& illud dictum exclamat Ludo.Ro.in d.l.admonendi.&Mathe.not. 144.alia. 146. idem lud.in d.l.lege.Cor.Ang.Are.in verbo.fama pu.ver.An fuga.in 13.& 14.col.de quo.habetur aliquid per Fel.in c.Nullus.de præsump.& per Ias.in repe.d.l.admonendi.in 84.col.& in l.si is qui.in 2.col.C.qui te.fa.possunt.hyp.sing.115. Alex. in l.si quis ff.de fur.

Limita 4.quia præsump. talis fuge tollr per iur.Hypol.notabiliter.d.sing.115.all.Cy.in l.fi.C.de requi.re. P.Andora.

Fuga officialis durante officio probat illum incurrisse crimen quasi læsæ maiest.§. 1.in auth.de admi.ciui.col.7.

Si vero aufugiat post finitum officium,&tempus quinquaginta dierum assignatum pro syndicatu. l. 1. C. vt omnes iudic. Ex tali recessu non inducitur.aliqua suspitio. Bal.in l.obseruare §.proficisci.ff.de offic.procon.& leg.

Si vero recedat ante tempus.illorum quinquaginta.dierũ. si postea statim sponte redeat.tunc non oritur etiam semiplena probatio.licet causetur quædam leuis suspitio.d.l. 1.§.vltimo & §.necessitatem. in auth. vt iud. sine quoquo suffr. Non tamen fac. indicium ad torturam. ita Bart. in l. quid sit fugitiuus.ff.de edi.edic.Si autem nunquam redeat.tunc bene fac. semiplenam probationem.§.super hoc.in auth.de colla.& ex tali semiplena proba. quam Bar.in d.l.quid sit fugitiuus. & in l.admonendi.ff.de iureiu. vocat indicium deferri póteſt iuramentum.secundum.Bal.ibi.

Quinimo gl.sing.in ver.oñdi.in d.§.necessitatem.voluit solo iuramẽto.contra officialem fugientem probari barataria & furta.& illam ponderat Ang.ibi. quia ex illa fuga ante syndicatum.posset poni ad torturam.all.nota.per gl.in d.l.admonendi.& in d.l.in bonæ fidei.

Imo dix.Ang.in d.l.lege.cor.ff.ad silla.quòd fugiens ab officio ne reddat rationem vilicationis. habetur pro confesso. all.l.consiliarios.C.de assesso.

Et plus voluit gl.in d.§.necessitatem.ꝙ testes singulares plures de se ipsis deponentes super furtis & barataris seu extorsionibus probant contra officiales.quam gl. ad hoc notabiliter.allegat Ang.in suis add.ad Bal.in d.§.proficisci.

Adde tamen quòd Ang.in d.§.necessitatem intelligit illam gl.procedere in officiali fugitiuo tantum.Et propterea not.istam doctrinam Ang.ad saluandos officiales non fugitiuos.

Et de hac fuga officialis.vide aliquid.per Fel.in c.nullus.de præsump.& per Ias.in d.l. 1. C.vt omnes iud.&c. vbi indistincte dicit.quòd contra officialem qui aufugit probantur.furta & baratarie per iuramentum. sed istud dictum intelligo vt s̃. scilicet in fugiente durante officio vel syndicatu.secus si post.

Quid si aufugiat postquam allegauit syndicatorem suspectum?vide Bar.notabiliter in cons.105. P.Andora.

fuga carcerati operatur vt habeatur pro confesso. & possit condemnari.pro delicto pro quo intitulatur.l.in eos.ff. de custo.reo.& in l.milites agrum § pen.ff.de re mil.spec. & Ioã. And.in add.in tit.de præsump.§.2.vers.violenta.Io.de Ana.in cons. 1.vbi etiam all.l. 1.ff.de effracto.doct.maxime.Ias.in d.l. admonendi.in 24.col.in lect.& in 85.col.in repe. Panor. in c. à nob.de apostа.

Limita primo.si aufugiat rupto carcere.secus si hostio aperto.ita.Ias.in locis præal.all.doct.maxime.Bal.in l.succurritur. ff.ex qui.cau.maio.& alia multa.Addo.Bal.in 1.parte consil. 230.Vide late Ang.& Augu.Ari.in tract.Malef. in vers. fama pu.in 31.col.Alex.in l.pen.ff.de custo.reo.

Aduerte tamen.quia Fely.in ca.nullus.de præsump.dicit.ꝙ contra hoc.fac.quia intelligen. illam l. in eos. dum dicit. puniendi scilicet pena delicti pro quo detinebatur. sequitur. ꝙ etiam si de innocentia appareat punietur quod tamen est inconueniens quòd ficta confes.operetur. plus quam vera. sed si vere esset confessus docto de innocentia non puniretur.l.in de neratius. in fi.ff.ad l.aq.c. 2.& ibi Innocen.de purga.vul.& Bal.in l.vnica.in vlt.col.C. de confes.ergo &c.Vnde dicit ipse Fely.non cauilan.d.l.in eos. videtur intelligen. quòd sint puniendi.scilicet de carcere fracto.seu de fuga.non autem pena delicti.

Subiic.tamen ibi Feli.quòd quia non reperit hoc.motiuũ. transit cum opinione. contraria & secundum. eum oportet. tunc dicere.quòd plus operetur. ficta confe.quam vera.vide ibi per eum.

Addo Raph.cum.in cons. 105. vbi idem tenet. quòd non debeat plus operari ficta confe. quàm vera. subiungit tamen quòd sola ruptura carceris importat pœnam capit.

Limita secundo. Quando quis vere erat detentus in carcere.secus si erat sibi assignatum palatium.vel vna camera.quia tunc si aufugiat etiam fracto muro. vel hostio non punitur. pena delicti.ita Ias.in loc.præal.post Bal.& ludo.ibi.

Limita tertio.nisi post fugam quis denuo captus sit & reductus ad carceres licet inuitus.quia tunc prior fuga non suffic. ad condemnationem.Ias.vbi s̃.all.Bar.in l. raptores.per illum tex.C.de epi.& cler.& ita videtur velle Bal.in l.quis sit fugitiuus.§.idem ait nec eum.ff.de edil.edic.

Multo magis quando sponte rediit.Alex.in l. 1.ff. de effracto.& in l.pen.de custo.re.

Limita quarto.per ea quæ vult notabiliter.Alex. in 2. vol. cons.144. vbi dicit. quòd si quis fuit indebite tortus. deinde aufugiat.non debet puniri.vide ibi per eum.

Limita etiam nisi fugiat pro voto adimplendo.hypo.sing. centesimoquadragesimono.

Licet officialis.det suam familiam commentariensi seu custodi carceris. tamen ipse custos non excusatur. si carceratus aufugiat Bar.in l.si vt certo.§.si de me.ff.com. P.Andora.

faciens fugere carceratum.seu eximens tenetur.satisfacere creditoribus.vt dixi.in ver.eximens.§. P.Andora.

Si sint duo custodes. & vnus aufugiat cum carcerato. alter non tenetur.Lud.sing.30.creim.sing.99. per l.fi. §. interdum. ff.de custo.& exhi.reor. Idem.

Fuga famuli inducit plenam probationem. vt præsumatur subtraxisse bona quæ non reperiuntur extare in domo , quæ aderant ante fugam.glo.no.secundum Ang.ibi.in §.si vero qdam etiam iurent. in authen. de exhi. & introd.re.doct. omnes maxime Ias.in d.l.admonendi.in 85.col.Fely.in c. nullus. vers.Fallit 3.de præsumpt.

Aduerte tamen quia franc.de Cur.in repe.d.l.admonendi. in 70.col. dt ꝙ credit omnes repetentes tenentes hoc, malè loqui & contra doctrinam Bar.ibi quia regulariter fuga non fac.plenam probationem.& gl.& Ang.non loquuntur de plena probatione.sed de præsumptione.& sic locus erit tormentis & ita ipse tenet. P.Andora.

Ille qui fugit.malam fidem habere.videtur.Bal.in l. 1.C. de præscr.lon.temporis.quæ pro lib. P.Andora.

Fugiens. Ad ſacerdotem portantem corpus ſacratiſſimum domini noſtri Ieſu Chriſti redditur tutus, Adeo quòd ibi capi non poteſt. Hoſt. in c. ſanè de cele. miſ. Alex. in rubr. ff. de ope. no. nun. in 4. col. Lud. ſing. 335. P. Andora.

Fugiens ad eccleſiam quando ſit tutus. habetur. in l. pen. C. de his qui ad eccl. confug. & in auth. de mand. princi. §. ſi quis autem circa medium. col. 4. & latiſſime per Ang. are. in tracta. M. in verbo fama pu. in 20. & 21. col. & in ver. In ſcalis ſancti petronij. verſ. & aduertas. Old. conſ. 154. Lud. Ro. in con. 227. & conſ. 234. & per Iaſo. in l. plerique. in 2. col. ff. de in ius voc. Alex. in 2. vol. conſ. 24. in 6. col.

Quid de fugiente ad hoſpitale? Idem ſecundum. Bolog. in conſ. 33. in 1. col. Idem.

An rem meam poſſim auſe propria capere. ab eo qui eſt fugitiuus? Alex. in 3. vol. conſ. 64. tenet quòd ſic.

Vide in ver. furtum eſt. in §. 17. & ver. equus. §. 1.

Imo debitorem fugientem. poſſum occidere. Bal. & ſal. in l. ſi vt allegas. C. ad l. Cor. de ſicca.

Et quæ perſonæ. auctoritate propria capi poſſint. vide Iaſ. inſtit. de act. in prin. col. 21. & adde Bar. in l. generali. C. de curio. libr. decimo. vbi dicit quòd malefactor fugiens poteſt capi.

Debet tamen præſentari iudici. Bal. in l. nec timorem. ff. quod met. cauſa.

An autem clericus fugitiuus capi poſſit? Vide Fel. in c. cum non ab homine. in 1. & 2. col. de iud. Idem.

Quid ſi fugientem à finibus pin. proſequar. vſque ad fines monaſterij Beate Mariæ. & ibi eum capiam? Dic quòd debet relaxari Barb. in 1. vol. conſ. 26. & Iaſ. in l. extra territoritum. in 1. col. ff. de iuriſd. om. iud. & in d. l. plerique. in 2. col. & in l. vbi pactum. in 6. col. C. de tranſ. vide etiam per Ang. & Augu. in verbo fama pu. in 22. col. vbi Aug. tenet quòd licita eſt captura. ex quo initium fuit licitum. & ita videtur tenere Bal. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem in 2. lectu. ff. de edil. edic.

Vide aliquid per Alex. in 2. vol. conſ. 24. vbi all. Old. diſputaſſe. q. no. quam vide ibi per Alexan. & in l. quod ait. §. quod ait. de adul.

Et quod captura ſit illicita vide Cor. in 2. vol. conſ. 159. Alber. late. in 4. parte. q. 78. Bal. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. ven. Et quòd quis in alieno territorio capi non poſſit tenet. Bal. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de ædil. edic. in 1. lect. Idem.

Fugere cuilibet eſt ignominioſum. ita probatur. in l. Apud labeonem. §. j. ff. de iniur. de quo. per doc. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. & per Alex. in 1. vol. conſ. 109. addo Bal. in 4. part. cõſ. 203. Fely. in c. ſuſcepimus. de homic. & Iaſ. in d. l. vt vim. in fi. Cor. in conſ. 162. verſ. & quòd aufugere Card. in clem. vnica. in 26. q. de homic.

Quid ſi fugiens à familia curie offendatur. vide Bal. in l. fi. C. de exhi. reis. P. Andora.

Fugiens ad ſacroſanctum ſacramẽtum euchariſtiæ gaudet immunitate eccleſiaſtica, prout ſi ad eccleſiam confugeret reus, vt inde diuelli non poſſit. Coua. in reſolu. lib. 2. c. 70. nu. 6. com. dicit ex Gomeſio in §. pœnales. nu. 50. Inſtit. de actio. B. Villalob.

Fugiens à carcere publico habetur pro confeſſo, & conuicto, tex. eſt ad literam in l. eos. ff. de cuſtod. reorum, ſecundum Doct. magis communiter ibi, & iſtam communem ſequuntur. & allegant Moder. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Boeri. deciſio. 215. nu. 9. Vnde iudex iſto caſu poſſet ferre ſententiã contra fugientem, ac ſi fuiſſet vere confeſſus in iudicio, etiã ꝓ ſit abſens. ſecundum gl. & Bart. in d. l. eos, vt ſequatur confeſſionis effectus, & eſt tex. in l. ſi apparitor. C. de cohorta. lib. 12. Iſte caſus eſt exceptus contra iuris communis regulam, vt abſens poſt crimine damnari poſſit. l. abſentem. ff. de pœn. Interpretatur & limitatur primò iſta communis non procedere quando quis aufugit de cuſtodis licentia, quia iſto caſu tenebitur cuſtos, & non ipſe fugiens, ſecund. Guli. de Cu. in l. quoties. C. de exact. trib. lib. 10. Bal. in l. ad commentarienſem. C. de cuſt. reo. facit tex. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. Coarctatur ſecundò precedens communis, vt locum habeat duntaxat in eo, qui aufugit ex publicis carceribus: non autem in eo, qui ex priuatis carceribus aufugerit ſecun. gl. Gul. de Cu. Bald. & omnes in l. ſuccurritur. ff. ex qui. cau. ma. Iaſ. & Mod. in l. admonendi. ſup gl. in ver. fuga. & iſta eſt com. opi. teſte Boer. in præcitata deci. 215. n. 13. Scias aũt, ꝓ publici carceres non ſolùm dicuntur illi, qui fortibus clauibus aperiũtur, & habẽt perpetuos cuſtodes, verum etiam dici poſſunt carceres publici aliqua alia Carnera in palatio Poteſtatis, imò totum palatium, quando Prætor vel iudex ſtatueret alicui locum pro carcere, quia carcer publicus dr̃ locus ordinatione, & decreto iudicis deputatus, in quo cuſtodiatur perſona, ſicut eſſet palatium poteſt. vel alia dom⁹, vt no. Doc. in d. l. 1. ff. de cuſt. reorũ. Ideò ſi tyrannus, vel aliqua priuata perſõa caperet aliquem & violenter detineret in aliqua arce, hoc caſu dicuntur carceres priuati qui deſtinati ſunt per hominem nullam habentem iuriſdictionem ſuper homine capto, ſecundum Bald. in d. l. ſiccuritur, Bar. & Doc. in l. 2. C. de priu. car. Interpretatur tertiò, & limitatur non procedere in muliere aufugiente de carceribus cauſa euitandæ libidinis, tunc per huiuſmodi fugam non hr̃ pro confeſſa, ſecundum Bald. in l. 1. C. de ædil. edic. Aliæ verò interpretationes ĩ ſeq. cõcluſ. ad iſtã com. latiùs ponent. F. V.

Quærit Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. de fuga, vtrum per illã fiat plena probatio. Tandẽ ponit tres cõcluſiones. Prima eſt concluſio, ꝓ ſi fuga opponitur alicui, vt delictum, tũc ꝓbat delictum, & facit plenã ꝓbationem. l. quis ſit fugitiuus. ff. de edil. edi. l. deſertorem. & l. qui cũ vno. §. qui poſt deſertionem. ff. de re milit. & l. 1. & 2. C. de deſerto. & ita no. & concludit in d. l. admonendi. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur. gl. in c. fi. de ſucceſſio. ab inteſt. & in c. fi. de iureiur. & ibi Doct. & Old. quem ſequitur Io. And. in addit Spec. in tit. de præſump. §. præſumpta. verſ. violenta. Iſtam opinionem ſequitur etiam Ripa in d. l. admonendi. nu. 165. & Iaſ. in repetitio. nu. 166. & Bart. in l. j. ff. de bonis eorum. Secunda concluſio Bart. clara eſt. & communiter approbatur. Tertia eſt concluſio Bart. ꝓqñ ſumus in delictis, in quibus requiruntur plenæ, & ordinariæ probationes, vt l. ſciant cuncti. C. de probat. c. in literis. de teſtib. & c. licet clamor. eo. tit. tunc per fugam non fit plena probatio, ſed nec ſemiplena quidem, ſed qualis preſumptio, ſiue ſuſpicio. l. Cornelia. ff. ad Sylla. & l. vnic. C. de rap. virg. & ibi Cyn. Bal. & Saly. hoc idem tenent, & Bar. in l. fi. ff. de quæſt. Iſtam opinionem ait eſſe communem. Cur. Seni. in d. l. admonendi, n. 155. & Moder. ibi, & hæc fuga de conſuetudine indicium ad torturam facit, vt dicit Iaſ. in repe. d. l. admonendi. n. 188. Cur. & Ripa, nu. 168. Grammati. conſ. crimina. 32. nu. 7. & conſ. 42. n. 8. & ſeq. Ampliatur iſta communis, vt vera ſit, etiam ſi quis moueat vnum pedẽ ad fugiendum, & ſic ſit in prin. fugæ. d. l. quis ſit fugitiuus, §. 1. vbi gl. Bald. conſ. 220. lib. 3. & ſecundum aliã impreſſionem conſ. 38. libr. 4. Soc. Sen. conſ. 99. libr. 4. & Boer. deciſ. 215. nu. 2. & 12. Ampliatur ſecundo loco quoque, vt faciant indicium ad torturam fuga ſocij in delicto illius, qui in carceribus retinetur, ſecundum Alexand. conſ. 65. in fi. lib. j. Grammati. conſ. 14. crim. n. 4. & 17. ſeq. Boerius tamen in d. deciſ. 215. n. 15. tenuit contrarium, ideò dicas ꝓ Alex. vult ſentire, extantibus multis aliis indiciis, & ita loquitur Gram. & ſic concordabuntur opiniones iſtæ, quia & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, teſte Ouidio: licet alia indicia non ſint ad torturam ſufficientia. Præmiſſa omnia ita declarata limitant primo, vbi quis aufugeret ante inquiſitionem, & accuſationẽ factam de delicto, ex quo pœna ſanguinis veniet imponẽda: quia tunc fuga nullam induceret preſumptionem, cùm liceat vnicuique per fas, & nefas redimere ſanguinem ſuum, ita ſingulariter Bar. per tex. ibi in l. 1. C. de iis qui mor. ſibi conſcic. cuius dictum exclamat pro ſingulari, & ſequuntur Rom. & Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 69. Matheſi. notab. 146. idem Rom. in l. lege Cornelia ſ. citata Ang. in l. fi. C. de quæſt. & in d. l. admonendi. Aret. in tract. de malef. in verſ. fama publica verſ. an fama ſit ſufficiens indicium, & Fel. in c. nullus. extrà de præſum. Iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boeri. Deciſ. 215. nu. 10. Marſ. ſingul. 115. Soci. in regu. 163. & ſeq. & hoc eſt ſtiminter memoriæ commendandum ad amicorum defenſionem, ſecundum Curt. in d. l. admonendi numero 55. Hoc autem intelligas generaliter, quoties adeſt aliqua præſumptio propter timorem carcerum, non delicti, ſecundum Cornæ. conſil. 58. volu. 2. Boer. in dicta deciſio. 215. & quoties adeſt aliquis iuſtus timor. Ripa, & Iaſo. in dicta l. admonendi. His accedit congruenter quòd idem videtur obſeruandum, ſi ante libellum & accuſationem, ſeu inquiſitionem comminatam, licet nõdum factam, aufugiſſet, quia iuſtus fuiſſet timor fugiendi, & iuſtè debuit timere comminationem, per text. in l. miles. §. ſocer. ff. de adulter. niſi alia indicia, ſeu ſuſpiciones lãborarent contra fugientem argumento l. fi. C. qui num. tut. ſe excuſan. ita expreſse Rom. in d. l. lege Cornelia, & ſequitur Aret. in d. verſ. an fama ſit ſufficiens indicium. Limitantur ſecundò prædicta, vt fuga ipſa faciat indicium, ſed purgari poſſit per reuerſionem, ſm Bald. in l. j. C. de ſeruis fugit. Fel. in c. 2. nu. 7. de fid. inſtr. & ita ſe habet communis opin. de qua teſtat Ripa in d. l. admonendi. nu. 65. Grammati. conſ. crimi. ſ. citato. & Boeri. deciſ. 215. numer. 17. Indicium hoc purgatur, ſi ſufficiens

ſufficiens intra annum redeat ſecundum Rip. in d. l. admonendi. nu. 65. Sed hoc videtur falſum, vt conſtabit ex ſ. dicendis, & qualiter hic probetur, ꝓ fugiens habeat animum reuertendi, dic, ꝓ per teſtes, quia forſan antè, quàm fugeret, declarauit animum ſuum coram teſtib. ꝓ diſcedebat animo reuertendi, iuxta notata per Bartolum in l. j. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. noui nuntiat. Si verò id per teſtes probari non poteſt conſideratur conditio perſonæ an ſit nobilis, honeſta, & legalis, vel potius vilis, & ſuſpecta, & ſecundum illius conditionem iudicatur fuga l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. Item attenditur, an ſit diuturna, vel breuis abſentia, quia ſi citò reuerſus fuerit ſponte ſua, preſumitur ꝓ aufugerit animo reuertendi, prout reuerſus fuit, & quia etiam non intendit fugere, qui aliquo momento vult facere ſe abſentem. l. ſi quis ita legauerit dum vxor mea. ff. de conditio. & demonſt. & optimè declarat Bart. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis, Bald. in l. 1. C. de edi. actio. & in l. 1. C. de ſeruis fugi. vbi ſubiicit, ꝓ ſi ſtatutũ puniat fugientes à carceribus, non includit eos, qui exiuerũt animo redeundi. Idem etiam tenet Io. de Anani. conſ. 1. nu. 6. Marſil. conſ. 122. in pr. Bart. in l. eos. ff. de cuſtodia reorum. Fely. in c. nullus. de præſumpt. Gram. conſ. crimi. 57. vbi hoc limitat multis modis. Marſil. in ſua pract. crimi. in §. diligenter. nu. 46. in Rub. C. de probationib. nu. 261. & in l. 1. in pr. ff. de ſicariis. Secùs autem, ſi diutius ſteterit abſens, quia tunc præſumitur ꝓ animo fugiendi, & non reuertendi receſſerit. d. l. deſertorem. §. emanſor, & ibi gl. & Bart. qui hoc optime notant. & in d. l. quis ſit fugitiuus. in pr. & tenet Bal. in l. 1. C. de ſeru. fugiti. & Cur. Sen. in d. l. admonendi dicit hoc nunquam eſſe obliuioni tradendum, quia ſibi in practica, & conſulendo ſæpe maximum honorem fecit. Limitatur tertio, vbi quis aufugeret ex aliqua cauſa probabili, ſiue rationali ſic ſuadente, puta ratione partialitatis, ſeu factionis exiſtẽtis in ciuitate vel quia locus non erat ſibi ſecurus, vel quia officialis erat valde crudelis, vel ſimilibus ex cauſis, tunc fuga nullam cauſat ſuſpitionem: quia ex quo inculpatus de homicidio, ſeu delicto ibi ſecurè, ac tutè ſtare non poſſit, neque poteſt fuga ſibi imputari. c. accedens, el 1. extrà vt lite non conteſtata. ita in terminis decidit Bald. in l. bonæ fidei. C. de iureiurand. allegans in cle. paſtoralis. de ſententia & re iudica. gloſſ. & Io. Andr. in capitulo ſtatutum. §. 1. de reſcript. libro ſexto. De fuga iuſta cum cauſa facta ſtatur dicto fugientis cum iuramento, ſecũdum aliquos Doctores in d. l. admonendi, & ſecundum alios ſine iuramento, vt per Marſil. ſingul. 115. & ꝓ ſtetur ſimplici dicto abſque iuramento, Teſtantur Boeri. deciſio. 215. numero 9. & ſeq. & Grammati. conſ. crimi. 42. numero 18. Pariſ. conſ. 163. nume. 10. vol. 20. libr. 4. Quarto loco limitatur, quoties eſſet quis il legitimè accuſatus, carceratus, vel iniuſtè retentus. l. non omnes. §. à barbaris ibi captos euaſiſſe. ff. de re milit. Aulus Gell. lib. 2. capitu. 17. Paris de puteo in tractat. Syndic. in verſ. carcerem. & Ripa in d. l. admonendi. vbi numero 172. ampliat per l. nihil ff. de capt. & poſtlim. vt ſi iniuſtè retinetur, nec poſſit aliter aufugere, poſſit occidere cuſtodes. ſed hoc interpretatur Boer. in dicta deciſ. 215. num. 32. habere locum, quando eſſet moriturus, nec aliter poſſet euitare mortem. Quintò limitatur, vt non habeat locum in præiudicium tertij, vt per Curt. Seni. & Ripam in d. l. admonendi. nu. 164. & 174. & Io. Andr. in capit. ad audientiam. extrà de fide inſtrumentorum. Sextò fallit, vt non procedat, quando quis aufugit præſentiam ſæuientis iudicis, qui conſueuit eſſe multum crudelis cum ſubditis, in quo plus ſæuitiæ, quàm iuſtitiæ reperitur ineſſe, nam caſu iſto fuga non nocet, ſecundum Paridem de puteo in dicto tractat. Syndic. in verſ. an iudex, Paulum Girlandum in tractat. de relaxatio. carcerat. in titul. de fuga carcerat. nume. 13. Boeri. latè in d. deciſ. 215. num. 9. & ſeq. & Fely. in capitul. nullus. extrà, de præſumptio. Iſte quippe dicitur iuſtus timor, & fuga iſto caſu dicitur eſſe facta ex iuſta cauſa, ſecundum And. de Iſer. in conſtitutio. regni, in capi. grandis. & in capit. pœna eorum, & Lucas de penna in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſi. libro 11. vbi ait, ꝓ ſi quis timet ſæuitiam impij iudicis, in quo nulla eſt iuſtitia, ſed mera crudelitas, aufugeret ex curia, ĩqua tenebatur, aut cuſtodiebatur, detentus non debet haberi pro confeſſo, quia de malò iudice, malum præſumendum eſt. l. ſi quis per impreſſionem. C. quod metus cauſ. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. pro quo facit etiam quod notat Bart. in l. 1. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. noui nuntiat. vbi dicit, ꝓ ille omninò, aut probabiliter timet præſentiam iudicis, dubitans, ne contra ipſum inuitum ſæuiat, actus ille, qui fiendus erat coram iudice, ſufficit, ſi fiat coram vicinis, & amicis. Idem tenet Paris de Puteo in d. ca. an ſi iudex, qui demùm oſtendit optimam cautelam officiali, cui⁹ fugam faceret præſumptionem contra ipſum, vt vbicunque videret officiales ſyndicatores ſibi inimicos, & ſibi ſuſpectos iter abripiat ad ſuperiorem, cum proteſtatione, ꝓ non intendit per illum receſſum abripere fugam, vt fugiat iuſtitiam, ſed accedere ad ſuperiorem, vt audiatur in cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpitione, ſiquidem qui abripit iter ad ſuperiorem, videtur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur ſecundum Hoſt. in ca. vt dilectus. de appellationib. de quo Bald. dixit eſſe text. in l. ſed & ſi per prætorem. §. fi. ff. ex quibus cauſ. maio. Sextò limitatur, ſi conſtat de fuga legitimè ſaltem per duos teſtes, vel legitimam ꝓbationem aliter non poſſet facere indicium ad torturam, ſecund. Brun. in tract. de indiciis. q. 3. num. 12. Septimò fallit in famulo fugiente, in quo fuga facit plenam probationem, ſecundum gloſſ. in §. ſi verò etiam, in authent. de exhibend. reis, vbi Angelus hoc firmat, & Paulus Girlandus in dicto tracta. de relaxatio. carcerat. in titul. de pœna carcerato. & Boeri. in dicta deciſio. 215. numero 29. vbi multos adducit Grammat. conſ. trigeſimo ſecundo. numero ſexto. Barto. in l. cum probatio. ff. de proba. Marſil. ſingul. 496. ſæpiſſimè Bland. in l. final. numero 423. ff. de quæſtio. Marſi. in ſua pract. crimi. §. diligenter. numero 47. & 91. & Grammati. in conſ. crim. vigeſimo ſecundo. numero ſexto. Opinionem iſtam intellige, quando maximè concurrit veriſimilitudo ex parte domini condolentis, & famuli fugientis, præſertimque ante inquiſitionem, & poſt recuſationem, quia tunc facit indicium ad torturam, vt concludunt Doctores ſuperius citati, & iſta eſt communis opinio, ſecundum Curt. Seniorem in d. l. admonendi. numero centeſimo ſeptuageſimo primo. quamuis ipſe ibi teneat contrarium, imò plus dic, retenta communi opinione, ꝓ preſumitur famulus ſubtraxiſſe bona quæ reperiuntur extare in domo, quæ ante fugam aderant gloſſ. eſt notab. ad hoc ſecundum Angelum ibi in §. ſi verò etiam quidam iurent. in auth. de exhibendis reis, & Brunus in tractat. de indiciis. quæſtione tertia, in princi. Octauò limitatur, quando fugiens eſſet bonæ famæ. & conditionis, vt per Brunum in dicto tractat. de indiciis quæſt. 3. num. 22. Pariſi. conſi. 163. numero 19. & Cataldum in tractat. de indiciis, numero ſeptuageſimo tertio. volumine ſeptuageſimo ſexto. Tom. decimo ſeptimo vel 14. Nonò fallit, quòd licet fuga faciat indicium, non tamen habet locum in carcerato aufugiente, ſm Iaſo. in repeti. dictæ l. admonendi, num. 172. & Ripam nu. 170. Paul. Girlandum in dicto tract. de relaxatio. carcera. in titu. de fuga carcerat. numer. 13. & latè Boeri. in allegata deciſio. 215. numer. 9. & ſic carceratus habetur pro confeſſo, ſi aufugit per text. in l. in eos. de cuſtodia & exhi. reorum. ff. nam iſta fuga probat plenè, contra fugientem iſtum, vbi etiam ille textus quærit, an ille fugiens puniatur pœna, qua pro illo crimine accuſatus veniret puniẽdus, & videtur ꝓ ſic, & per hunc text. Doct. dicunt communiter ꝓ fugientes ibi habentur pro confeſſis, tamẽ re vera nihil probat ille tex. nam ñ loquitur de fugientib. ſed de conſpirãtibus, & tractãtibus fugam, patet ibi in litera, dum dicit ꝓ habentur pro confeſſis, & puniendi ſunt, non tamen aperit qua pœna. Nam illa lex eſſet nimis rigoroſa, vt puniantur fugientes illa pœna delicti, quia non ſequutus fuit effectus, ideò dicas, ꝓ puniuntur extraordinariè iudicis arbitrio, & ſic intelligas illum tex. vt iudex mittat illos in carceres ſecuriores, cùm æuſi fuerint frangere carceres, ſecundum Alberic. ibi, & Rayneri. de Forli. & Boeri. in dicta deciſ. 215. Miratur de Iaſ. in d. l. admonendi, ꝓ non poſuerit iſtum intellectum. probatur tamen concluſio hæc per text. in l. 1. ff. de effract. & expilat. vbi fractores carcerum habentur pro confeſſis, & puniuntur vltimo ſupplicio. Sed hoc limitatur, vt ibi per illum tex. & iſtam ait eſſe veram, & communem opinionem, Boer. in præcitata deciſio. 220. nu. 9. & poſuimus latè ſupra in præcedenti concluſione. Ampliatur iſta nona limitatio communis, etiam ſi quis non detineatur in arcto carcere, ſed in camera, vel palatio, ſeu in aliquo thalamo, nam tunc fuga facit plenam probationem: & hæc ampliatio pro veriori firmatur à Boer. in allegata deciſio. 215. & Paul. Girlan. in tract. de relaxat. carcerato. in titulo de fuga carcera. nu. 12. & 16. Sublimitatur prædicta nona limitatio, quando aufugeret cauſa adimplendi votum, arg. l. illud. ff. de officio præſid. dum tamen redeat intra diem, vel intra modicum tempus. & hoc pro ſingulari tenet Marſyl. ſingul. 149. Sublimitatur ſecundò, vt non habeat locum, quoties generaliter recedit à carcere cauſa religionis ſeruandæ, dummodo redeat, ſecundum Bal. in l. 1. C. de ſer. fugi. & Boer. in dicta deciſi. 215. nu. 17. Sublimitatur tertiò, quando quis aufugeret de carcere propter neceſſitatẽ, puta, quia carcer. cõburebatur, vel propter ſuſpitionẽ iſtius timoris, argumento l. habitatores. §. fi. ff. loc. itẽ ſi propter aquã domus, vel carcer

carcer esset frangenda,qui profectò tex.notandus est pro scolaribus conducentibus domos,nam propter pestem potest relinqui,dum tñ tu reddas claues,vel denunties dño,vt per Rip. in tract.de peste. titu.de priui.contra causam pestis,nu.22. & Boe.d.dec.215.n.22.Quartò sublimitatur hoc non procedere,qñ retentus in palatio aufugeret per portam.l.nemo carcerem.in vers.aperta.& libera. C.de exacto.trib.li. 10.per quem tex.ita concludit Bald.in lectura antiqua,Roma.Ias. & Ripa. in d.l.admonendi.Brunus in tract.de indiciis.q.3.nu.12.Pau. Girlandus in d.tract.de relaxatio.carcerato.in tit.de fuga carcerat.& Fely.in d.c.nullus.Secùs autem si muros palatij transcenderet.l.n.ff.de rerum diuisio.Nam fugientes,fractis ostiis, vel muris carcerum,habentur,acsi confessi fuissent crimen. ꝓ quo fuissent carcerati.d.l.in eos. vbi Bart. & alij notant, & sic hoc casu fuga facit plenam probationem,adeò ꝓ punitur fugiens ac si commisisset delictum. I. ad commentariensem. C. de custo.reorum,& ita notat Io. And.in addit.Specu.in tit.de præsump.§.præsumpta.vers.violenta.Aret.in tract.maleficiorum.in vers.fama publica.vers.sed quis fuerit positus in carcere.Sed tali sublimitationi obstat ista ratio,secundum aliquos Docto.in l.admonendi,quia palatium,seu camera largo modo carcer potest appellari nec dicitur in carcere clausus, qui retinetur in palatio. Hoc tamen in contrarium non obstante teneo, ac sequor istam sublimitationẽ tanquam verissimam, quam comprobo hoc medio,quia constat ꝓ carceratus dicitur omnis,qui non potest de loco tutè libereque recedere ad sui libitum, secundum Angelum in l. 1. C.de priua.carcerib⁹. Bald.in l.vnica.C.de confessis.& notat idem Ange.in l.qui in carcerem.ff.quod met.caus.Inn.& Doct.in c.nuper. extrà, de sent.excom.ex quo fugiens de palatio fugit contra præceptũ iudicis,ergo habetur pro conuicto,& confesso,sed Docto.in d.l.admonendi,conãtur opiniones istas ad huiusmodi consonantiam,& concordiam reducere.ꝓ detentus in palatio, vel sub aliqua fida custodia,propriè non dicitur carceratus,adeò ꝓ si iudici prohibita esset carceratio sub pœna non tenetur ad pœnam in syndicatu, licet aliquem sic custodiendum arrestasset:nam propriè carcerasse non diceretur.ita Bart. per illũ text.vbi gl.in l.fi.C.de decurio.& statio.lib.12.quem sequitur Aret.in tractatu malefi.in d.ver.fama publica.vers.quotuplex sit carceratio,impropriè verò,& largè carceratus est,sed non puniendus est, veluti cõfessus tanquàm probatum sit delictũ ex tali fuga,& ita procedit 1.opi.2.autem habebit locum,qñ retentus in palatio aufugeret fractis ostiis,& muris,secũdum Roma.in d.l.admonendi,& Docto.in d.l.eos, imò Roma. ibi hoc ampliat etiam procedere,si retent⁹ fugam abriperet post accusationem,& inquisitionem,& hoc casu habetur,ac si cõfessus fuisset crimen,pro quo fuisset carceratus,d.l.in eos.De cimò posset limitari,quando esset factum bannimentum,vel decretum ꝓ quis non posset deferre talem rem per talem locum:nam si inueniatur aliquis ab officialib⁹,& iste renuat per quiri,& aufugiat,erit puniendus illa pœna banni, secundum Bartolum in l.1.C.de curat.publ.& Angar.lib.10.quia habet pro confesso ille fugiens,& de hac materia vide latè per Boeri.in d.decisio.215. vbi ad saturitatem vide, videlicet ꝓ frangens carceres possit cõdemnari absque citatione.Vndecimò limitatur in officiali seu iudice fugiente ab officio suo, quia tenetur crimine læsæ maiestatis.§.1.in auth. de administratorib.& notat Ripa in d.l.admonendi,ne propter discessum scelera committantur à subditis,quia tunc pœna est delictum,& sic plenè probat,vt per Bartolum & Ias.in d.l. admonendi, & Marsyl.sing.115.& ista limitatio videtur communis, vt per Doct.præcitatos.ꝓ ampliatur etiam finito officio,dum tamẽ stet in syndicatu,ſm l.1.C.vt omnes iud.tam ciui.quam crim. Alb.vltra omnes in rub.nu.2.ff.ad leg.Iul.maiest.allegans l.2. eod.tit.Sed tex.ille non probat,melius probat tex. in d.§.1.in auth.de administr.tenet Gig.in tract.de crim.læsæ maiestatis. lib.1.c.13.Vbi allegat All⁹.in d.rub. tamen errauit non recordatus de doctri.in d.l.admonendi,quia isti iudices non tenentur crimine læsæ maiesta.vt per Rip. in d.l.admonendi. & per tex.in d.§.benè tamen verum est,ꝓ ista fuga facit præsumptionem contra de obiectis in syndicatu,& sic põdera.d.§.sed hoc in auth de col.& in l.j.C.vt omnes iudices tam ciui.quàm crimi.vbi in his duobus allegatis habetur pœna statuta istius fugæ,nec obstat l.2.ff.ad l. Iul. maiest. nam non loquitur in his terminis.Concludo ergo non esse veram opinionem Albe.& Gig.cæterùm defendi posset vno modo istorum sententia:videlicet,qñ essemus in criminalibus,vt videtur sentire Ripa in d.l.admonendi.Saly.& Rom.dum allegant text.in l.Consiliarios.C.de assess.Sed tex.ille non habet locum in hoc,cùm loquatur in fugiente officialem. Meritò teneo contrariam partem ꝓ ista fuga officialis faciat semiplenam probationem.d. §.sed hoc,& defertur iuramentum in defectum semiplenæ ꝓbationis,quod quidem limitatur in officiali reducto ad carceres, secundum Rom.& Ias.in d l.admonendi.Fel. in c.nullus. de præsumpt.& Brunum in tract.de indiciis.q.3. mouentur ꝓ §.necessitatem per eos citatum,id tamen Ripa in d.l.admonẽdi non admittit,& respondet ad dictum §.necessitatem,nisi ꝓbatum fuerit per iuramentum patris,& ille tex.hoc modo intelligitur,secundum §.sed hoc s.citato, quamuis fiat illi text. aliqua violentia. Viuius.

furtum eius ſummæ,quæ alioquin liquidò debetur, & aliter exigi nequeat,licitum vnicuique eſt.commune aiunt Dida.à Couarru.lib.1.reſolut.ca.2.num.15.verſ.4. eodem iure, & latè Vinius lib.2.opi.133.vbi alias ſpecies recenſet,in quibus furtum aut licet,aut non punitur. E.Suarez.

furtum ſi ab eo vel famulo,vel ſeruo fiat,qui rem deferendam ad aliquem ſuſcepit,ſiue famul⁹ ſeruiſve rem illam mittentis ſit.ſeu rem accepturi: ſi eius tamen fuit conditionis,vt ſimilia negotia tranſigere ſoleret,furti damnum ille patietur ad quem res mittebatur,non verò qui rem mittebat.vt commune ponit Ant.Gomez.de contract.cap.6.nu.3.Excipe niſi res illa,quę reportanda committitur,ac furto intercipitur,pecunia ſit,aut res aliqua, quam in genere deberet eius miſſor. vt frequenter placitum dico ex Paul.Caſtr. & Alex.ad Barto. in l.argentum.ff.commod.Baldus & Salic. in l. ſi is cui. C. de furt.Iaſ.in l.1.ff.de eo per quem factum erit. Anto.Gomez.d. c.7.& ſi æquitas,atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui refragari videatur veri ea de re alibi vberius. Excipe ij.niſi ſi expreſſim conuentum eſſet vt aliquis nominatim declaratus vel ipſemet debitor rem apportaret,vt probat luculẽter text. in leg.cum qui.§.vltimo cum l.ſequenti.ff.commod.& ponit receptum Gomez.vbi s̃. Idem.

furti actio etiam pro re minima, veluti pro ſubtracta gallina, atque etiam ouo intercepto dabitur. vt receptum teſtificantur Tiraquel.in tract.de indic.in rebus min.exigend.verſ. 10.Didac.Couar.libr.1.reſolut.cap.3. num. 12. & qui vſu id ſeruari ſcribit,licet pœnam imminui ob rei furto ablatæ exiguitatem affirmet Iulius Clarus in pract.criminal.§. furtum. verſ.pariter etiam quamuis Didac.à communi placito diſſentiẽtis opinio mihi magis arrideat eamque alibi probare multum,lateque adnitar. E.Suarez.

furto ſublatam rem qui bona fide emit,ſi res extet,illam reſtituere tenebitur,ſi verò euanuit,quaten⁹ locupletior factus eſt, rei precium domino illius refundet. vt frequentiſſimis quæ Theologorum,quà canoniſtarum calculis ſancium aſſeuerat Didac.à Couarru.in cap.peccatum, de reg.iur.libr.6. E. Suarez.

furto res amotæ,atque apud aliquem ſpectatæ fidei hominem repertæ, illum furti non arguent. ſecus ſi vilis atque improbatæ vitæ homo ſit.commune affirmat Auguſt.ad Ange. de malef.in verſ.& veſtem cœleſtem,poſt nume.19.ac latius Iulius Clarus.in pract.§.vlt.q.21.verſ.vlt. Idem.

furto res ſibi ſubtractas vnuſquiſque in alterius domo poterit inueſtigare, ſi facultatem prius à iudice adipiſcatur. vt commune doctorum placitum renunciant Auguſt.ad Ange. de malef.in verſ.& veſtem cœleſtem.numero trigeſimoquarto. practica conradi poſt numero 14. Quamuis huiuſmodi copiam non eſſe à iudicibus faciendam aſſerat receptum Abbas in c.qui cum fure.ext.de fur. quem refert accuratè de materia agens Iulius Clarus in pract.§. furtum verſ. quæro nunquid. Idem.

furtum eſt contrectatio rei alienæ fraudulo ſa inuito domino cum animo & intentione lucri faciendi.l.1.§.1.ff.de fur.§. furtum.inſti. de obl. quæ ex delic.na. vide Ang.in tract.male. in ver.& veſtem.in 1.col.Alex.in 4.vol.conſ.127. P.Andora.

Libell⁹.in actione furti ſic formari poteſt. Propono. quòd talis equs ad me ſpectabat & ſpectat iure dominij. vel quaſi. vel poſ.tantum.vel quòd habebam ius in eo.vel habebam in commodatum.prout caſus erit. Et q̃ ipſum equm.Petrus de hoc.anno præſenti.1494.& de præſenti menſe aprilis. de tali domo mea.ſita &c. contra meam voluntatem furto abſtulit clã.ſi fur.non erat manifeſtus.Alias dicas palam & manifeſte. Si tũ velles addere ſcienter & doloſè, & appenſate animo.lucrandi poſſes.& q̃ ipſum equm de loco ad locum amouẽdo. contrectauit.Quare peto dictum.Pe.puniri ad duplum,ſi non erat furtũ manifeſtum, alias ad quadruplum æſtimationis dicti equi. qui valet ducat. 20. vel ad duplum & quadruplum dicte poſ.vel intereſſe.quando agis quia tua intereſt.

Poſſes etiam ꝛcludere,quare peto cum puniri & condemnari ſecundum formam iuris & ſta.Vel ſic.q̃ Peto per vos declarari dictum pe. commiſiſſe dictum furtum. & condemnari.ad formam iuris & ſta.Iſtas formas ponit Ang.Aret.in §.ex maleficiis.Inſti.de actio. P.Andora.

Libellus.in cõdictione furtiua.Concluditur.ſic.Quare peto dictum Pe. furem vel dictum eius hæredem condemnari. ad dicti equi reſtitutionem.ſi extat.alias in eius veram æſtimationem. Ita dicit Angel.Aret.in §.ſic itaque. inſtitut.de actio. P.Andora.

Poteſt quis criminaliter accuſare & petere rem ablatam ſibi reſtitui cum damnis expeñ & intereſſe. l. qui crimen. C. qui accuſa.non poſſ. cum aliis alleg.per Angel. Aret. in tract. malef.in ver.& veſtem cæleſtem. in 3.col.& latius in 15.col. vbi all.l.interdum.§.qui furem.& ibi Bart.ff.de fur.

Quæ ſit pœna furti de iure communi. vide ample. Angel. vbi ſupra in 3. & 4. colum. & Iaſonem. in l. cum ſeruus in ſecunda colum.ff.de cond.ob.cauſam.vbi dicit.quòd in famoſo latrone clarum eſt quòd debet furcha ſuſpendi. l. capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis.

Eodem modo fur famoſus ſecundum Bar.ibi.

Idem in graſſatore.d.l.capitalium.§ graſſatores.

Et quis dicatur famoſus latro.declarat tex.in §.fures.in authen.vt nul.iud.

Et dicitur fur famoſus ſuſpendendus furcha. qui tria furta commiſit.ſecundum.Bal.in l.nemo.C.de epi. aud. & in auth. ſed nouo iure.in prin. C.de ſeruis fug.ſequi.Ang.in l.quod ſi nolit §.quia aſſidua.ff.de edil.edic.

Ipſe tamen Iaſon.dicit.quod aliter videtur tenere Alex. in conſ.non reperitur.incipiente.ſtante ſtatuto ciuitatis parme. allegans.quòd ita tenet Iacob.Butr.Angel.& Sal.in d.authen. ſed nouo iure ſcilicet quòd fur famoſus non debet furcha ſuſpendi. Et iſtud dicit Iaſon.ſibi placere.& pro hoc ponderat text.in d. §. graſſatores. iuncto §.famoſos. quæ iura ſic induc. dic.text.in §.famoſos.quòd famoſi latrones debent furcha ſuſpendi in ſolatium interemptorum, & vt tranſeat in exempl. cæteris. ponderat ipſe Iaſon. iſtud verbum interemptorum. quia videtur loqui de his qui in ſtatutis publicis non ſolũ diripiunt bona ſed etiam occidunt homines.item in d.§.graſſatores quæritur. qua pœna debent graſſatores puniri. & dicit. text. quòd debent puniri capitali pœna ſi in via pu. cum armis bona diripiunt. Ergo ſimplex fur, etiam ſi ſæpius furripuiſſet non debet puniri pœna capitis. Et maxime quia in criminalibus debet ſumi mitior pars. & ſic fur non debet ſuſpendi ſed debet fuſtigari. & aliter puniri ſecundum formam dict

dicte auth.ſed nouo iure.qui eſt ad hoc.melior text.qui ſit in iure.ſecundum Bal.in l.2. ad fi.C.de noxa.

Tu adde quò illud conſ.Alex. eſt in 4.vol.conſ.110. Adde etiam eundem Iaſonem in §.ex maleficiis. in 1.col.inſti. de actio. Cepo. in auth.ſed nouo iure. in decimanona col. de ſer. fug.

Limitat Iaſon niſi eſſet vnum furtum valde enorme. Quia tunc poteſt furcha ſuſpendi.dato etiam quòd ſta.tria requiret. quia vnum furtum valde magnum æquipollet tribus.argumento.l.ſi is qui tres. §.fi.ff.de excuſ.tutor. & quia licitum eſt ex cauſa.ll.& ſtatuta.tranſgredi.ſecundum Inn.in ca.1.de conſtitu.Ita tenet Bald.in d. auth. ſed nouo iure in prima col. & in cap.1.§.iniuria in 2. col. de pac. iuramento. firm. vbi refert ita tenere Cy.in d. auth. ſed nouo iure. & ad hoc alleg.etiam dict. leg. cum ſeruus. Et iſtud ſequitur Panorm. in cap. inter alia in vlt.col.de immu.eccl.& Ang.in d.ver.& veſtem. in 5.col.

Vide tamen.eundem Iaſonem.in dicto §.ex maleficiis.in ſecunda colum.& quæ dixi.in verbo pena arbitraria.§.14.verſ. item per dictum.Cepo.in auth.ſed nouo iure in 13.colum.& ſequent.de ſeruis fug.Angel.inſtitu.vi.bo.rap.& in dicto.§.ex maleficiis.

Subdit Iaſon.in dicta lege cum ſeruus. quòd furtum dicitur enorme. licet ſit modicum quando eſt valde ſcandaloſum.quia ex eo ſequitur fractio pacis pu.all.Bal.in c.j.§.ſi quis quinque ſolidos.per illum tex.de pace tenen.

Ipſe tamen Iaſon.tenet contrarium.poſt Sal.ful.& Paul.de Caſt.in d.auth.ſed nouo iure.& Io.de ana.in c.fi.de fur.

Limita etiam niſi quis rem ſacram vel religioſam furto abſtulerit quia capitali pena punitur.§.item.l.Iul.peculatus.inſt. de pu.iud.Ang.vbi s̃.in 3.col.in add.Ariminenſ.

Vide aliquid per ludo.ſing.319.

Quid ſi ex ſtatuto.debeat quis pro tertio furto ſuſpendi.Et fur paſſus fuit penã primi & ſecundi furti quia fuit fuſtigatus vel huiuſmodi. Poſtea fecit vnum furtum quod eſt tertium. debeat ſuſpendi.vide Ang.vbi §.in 5.col. qui concludit quòd ſic. De quo etiam vide Fely. allegantem infinitas remiſſiones.in c.ſic.in 2.col.de teſti.Cepol.in d.auth.ſed.nouo iure.in 21.col.

Sed quid ſi furetur plures res eodem tempore. & loco. an dicantur plura furta.vide ſonz.in 1.part.conſ.33.in 5.col.vbi tenet quòd non.all.Bar.in l.eum qui.§.idem dicitur. ff. de fur. & Bal.in d.auth.ſed nouo iure.addo.Ang.inſti.vi bo.rap.

An autem furta alibi commiſſa. aggrauent delictum & ſic furtum commiſſum in loco originis?Bar.in l. ſi cui. §. fi. in fi. ff.de accuſ.tenet quòd ſic.& hanc opinionem.tenet Ang. vbi s̃.in fi. 5.& in prin. 6.col.& in ver.exiſtens florentie.in prin. & pro hac.opinione,aug.ari.in d.ver.& veſtem.in 13.col.all.infinitas deciſiones licet dicat quòd opi. Bart.eſt nimis rigoroſa. eam tamen ſequitur.Iaſon.in l. ſi idem cum eodem in 2. col. de iuriſdict.om.iudic.& in l.eum qui. §.in popularibus.in vlt. col.de iureiur.Panorm.in c.1.de cler.percuſ.Cepol.in d.auth. ſed nouo iure.col.20.

Contrarium tenet Aug.Ari.in d.ver.exiſtens Florentiæ. in 1.addit.alleg.Bal.in l.1. C.de ed.act.& Ioan.Andr. in additio. Specul.in rubr.de furt.& Sal.in l.ſeruos.C.ad leg.iul.de vi.dic. etiam Barb.in 1.vol.conſ.47. col.19.& 20. q̃ multi moderni tenent contra dictum Bar.

Vide etiam Fel.in c.cum contingat.de fo.comp. vbi etiam dicit,quòd licet poſſit puniri, ſeu quòd delicta alibi commiſſa aggrauent.tamen debet limitari, niſi de illis fuerit punitus. alleg.Are.in d.c.ſic.

Sed in hoc tenet contrarium Iaſon.in d.l. ſi idem cum eodem. & in d. §.in popularibus. alleg. Bal. in authentic. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. vide Alexand. in d. l.ſi cui. §.fin.

Quæritur, aliquis commiſit furtum in Pinerolio, & cum re furtiua poſtea ſe tranſtulit ad alienum territorium, nunquid poterit puniri per illum iudicem vbi reperitur cum re furtiua.Bar.in l.ſi dominium.ff.de fur.tenet quòd ſic.& in l.ſi abducta.C.de fur.& in l.ſed nec.ff.de cond.fur.Nam ſicut mutatione dominij noua naſcitur actio furti.d.l.ſi dominium.ita etiam mutatione territorij ad vindictam publicam. Et dicit Angel.vbi s̃.in 6.col. quòd ſemper ſequutus fuit opinionem Bar.quæ multos ſuſpendi fecit.& quòd licet doct.Bononienſes conſuluerint contrarium,per rationes,quas refert, tamen quòd opinio Bartol. eſt ſequenda: & allegat multos, qui illam tenent.Idem Angel.in §.1. inſtitut.de obligat.quæ ex delict.Bal.in l.vnic.col.6.in fi.C.de confeſſ.

Aug.ari.ibi limitat opinionem Bar.procedere, ſi fur in initio fuit propoſiti, vt in aliud territorium ſe transferret: quia tunc ibi maleficium conſummatur, & ibi poterit puniri. alle. Ang.in d.l.ſi dominium.

Et inter alias limitationes dicit, q̃ opi.Bar.procedit in fure vagabundo.all.Ang.in d.l.ſi abducta.

Limitat etiam vt reſtringatur opinio Bar.ſi fur proroget iuriſdictionem iudicis,& dat pro cautela,vt iudex faciat prorogari.all.Ang.in d.l.ſi abducta.

Limitat quoque notabiliter, quando fur fuiſſet inuentus cum re furata,ſecus ſi cum pretio.alleg.Bal.in l.j.C.de confeſ. tu dic q̃ iſtud etiam tenet ibi Ang.Are. qui pro hoc alleg.tex. in l.qui vas.§.fi.ff.de fur.

Limitat præterea, ſi fur fecit reſidentiam in alio territorio, per ſpacium vnius diei, quia tunc ibi poterit puniri, alias ſecus.alleg.ſing.Bal.in l.qui furem.ff.de ſta.ho.

Tandem ipſe Aug.ari.relatis hinc inde omnibus opinionibus, concludit opinionem Bartol. non eſſe ſequendam, licet eam ſequantur aliqui latrunculatores Sitibundi ſanguinis humani.Adde Cæpol. multa allegantem,& dicentem hanc opinionem contra Bar.eſſe veriorem & communiorem, in conſil.59.in penultim.& vltim.column.Panorm.in c.1.num.11. de rapt.

Quærit Ang. vbi s̃.in 10.col. an cuſtos rei ſubſtractæ poſſit torqueri ſine indiciis, & dicit quòd ſic. alleg. Bar. in l.1. ff.de off.præfec.vigil.

Sed Aug.ari.ibi dicit, quòd Bart.non dicit quòd ſine indiciis poſſit torqueri: & ſi hoc diceret,ipſe intelligeret quando cuſtos eſſet vilis vt ſeruus,alias ſecus.

Tu in hac materia, adde Iaſonem in l.ſi quando. col. 9. C. vnde vi.vbi dicit, quòd ſi fiat furtum alicui de nocte, eſt præſumendum quòd fuerint vicini, & poſſunt torqueri. allegat Bart. in l. dominus horreorum. ff.locat. & in l.1.ff.fur.aduer. nau.& Bald.in l.1.in princip. in bona lectu. C.locat. vbi dicit, q̃ illi vicini debent torqueri,de quibus magis ſuſpicatur.alle. etiam Bal.in l.pignus.C.de pign.act.

Vide tamen in ver.inquiſitio ſine fama.§.37.

Et in ſimili in denegante reſtituere rem quam ſuſcepit cuſtodiendam, vt poſſit torqueri, vide Ioann. de Imol. in conſil.2.

Quærit etiam Ang.ibi in 11.col. Quid ſi quis emit ſcienter rem furtiuam, an teneatur furti,& dicit q̃ ſic. l. inciuilem. & ibi doct.C.de fur.

Et idem in recipiente rem furatam in pignore. l.ſeruus cuiuſdam.ff.de cond.indeb.& ita tenent Bar.& Ful.in l.eos.C.de fur.de quo per Ana.conſ.70.& Iaſ.in d.l.ſeruus.

Secus ſi ignoranter emeret, debet tamen nominare furem, ne ipſe incidat in ſuſpicionem.d.l.ſeruus.

Limitat ipſe Ang.niſi ſit bonæ famæ,& iuret ſe non cognoſcere illum qui vendidit.

In omni tamen caſu tenetur rem reſtituere ſine pretio.d.l. inciuilem.

Tenetur furti qui conſtituit vnum librum pro pignore, & poſtea alium ſubmiſit.Ang.vbi s̃.col.12.

Et ſubdit ibi Aug.ari.quòd tenetur crimine ſtellionatus,ille qui perſuaſit ebrio,aurum eſſe,cum eſſet æs, & ſic extraordinarie punitur. vt etiam dixi in ver. pœna arbitraria. §.10.& aliquid in ver.Barataria.

Si debitor ſpecialiter obligauit aliquam rem mobilem creditori,licet non tradiderit: ſi tamen eam poſtea vendat,committit furtum.l.ſi quis rem pignori.ff.de fur.

Furtum committit, qui vincit in ludo pecuniam filiofam. Alex.in add.in d.l.ſeruus.& ibi Iaſ.alle.Bal.in rub.C.de cond. ob turp. cauſam. Idem vult Alexand. in l. ſi quis cum ſciret. ff.pro empt.

Dominis enim reſtituenda ſunt. Bald. in rubr. de rer.diuiſ. col.7.

furtum committit, qui ligna vi fluminis impulſa retinet. Feder.conſ.107. facit quod vult Iaſ. in l.ſi quis nec cauſam.§. res pignori.ff.ſi cer.pe.

Et tunc eſt cautela, quòd fiat proclama. quòd domini veniant ad capiendum.Alex.in l.prætor.§.de his.de dam.infec.

furtum committit, amicus qui vendit equum amici, eo non habente ratum.Ang.& Iaſ.in l.1.col.1.C.de fur.

Meum equum, furto captum, apud alium exiſtentem, capere poſſum.Iaſ.in §.quadrupli.col.7.de actio. vide in ver.fugiens.§.3.& in ver.equus.§.1.

Is cui datur pecunia alicui portanda, ſibi retinendo, furtum committit.l.ſi is cui.C.de fur. Paul.de Caſtr. in 2.volum. conſ.337.alias 335.Iaſ.in l.ſi ego.in fi.ff.ſi cer.pe.& latius in l. eius qui in prouincia.col.11.& 12.eod.titul.

An autem is cui portanda erat possit agere vide notabiliter Dy.cons. 17.

Furtum committit recipiens scienter indebitum.Cor.in 2. vol.cons. 121.ver.cum recipiens.

Receptans scienter rem furatam. tenetur furti. l. eos & ibi Bar.& doct. C.de furt.Angel.in d.verbo & vestem.in 12. colum.

Et ibi vide Aug.qui dicit ꝙ extraord. punitur. ex quo præstat auxilium post factum maleficium.de quo latius. in verb. & dicto maleti.

An præsumatur.contra illum apud quem res furata reperitur.vide Ang.vbi s.in 14.& 15.col.de quo etiã aliquid in ver. fama publ.in 6.col.

Quid si reperiam. animalia. quæ dent mihi damnum an possim retinere.vide Angel.vbi s.in 15.& 16.col.

Vtens re comodata ad alium vsum. committit furtum. l. si vt certo.§.denique ait.ff.comod.l.si furtũ.ff.de cond.fur. Ange.vbi s.in 16.col.

Idem in deposito s.depositum §. 10.

Limita nisi verisimiliter crediderit dominum permissurũ. gl.in d.§.denique.Ang.vbi s.de quo vide no. per Bar.& Ange. in l.inter omnes §.recte.ff.de fur.

Vtens re pignorata.furtum cõmittit l.si pignore.& l. interdum. ff.de fur.Pan.in c.j.de deposito.

Quid si confiteatur comodasse.vide notabiliter.Cor. in 3. vol.cons.260.

Quid si famulus hodie furatur vnam rem pauci valoris, & cras aliã.& alio die aliam,dic ꝙ debet suspendi.Aug.ari.vbi s. in 17.col.al.Bal.in l.pen.C.de fur.Addo Fel.in c. at si clerici.§. de adulteriis in vlt.col.de iud.fac.quod vult ipse Fel.in ca.Ad abolendam.de hære.& Barb.in 1.vol.cons. 11.in 6.col.&in 2. vol.cons. 11.in 12.col.& in vlt.col.& Ias.in §.ex maleficiis.in 2.col.inst.de actio.

Vide tamen Alex.in 4.vol.cons. 110.in fi.

Quid si quis intituletur de furto,& compareat dns rei furate dicens fuisse factum de eius vol. vide Bar. in l. inter omnes.§.recte.ff.de fur.& quæ dixi in verbo.fiscus.§. 17.versicu. facit quod notabiliter.Panormitan.in cap. dudum nume. 18. de elect.

Si quis accedat animo furandi & non furetur quia non potuit. punitur pœna extraord.Bar.in l.saccularij.de va.& extraord.cri.& in l.vulgaris §.qui furti.ff.de fur.Ang.& Aug.ari.vbi s.in pen.col.

Addo Ias.in l.3.§.si rem.ff.de acq.poss.

Falsus procurator exigendo sine mandato, committit furtum.l.falsus C.de fur.Angel. & August. vbi suprà in penulti. colum.

An pro inuestiganda re furata liceat domum alicuius perquirere vide Bar.in l. 1.ff.de seruis fugit.& Angel. & August. vbi s.in vltima columna. & in §.feræ. instit.de rerum diuisione.& in §.conceptum.de obli.quæ ex delic.na.

Fur an auctoritate propria capi possit.Ias.instit. de actio. in prin.in 11.col.dicit quòc sic.vide ibi per eum.

Iudex potest iubere rem furto subtractam restitui. Ias.in §. ex maleficiis in 16.col insti.de actio.

Furtum pro quo imponitur.pena furcharum.est maius de lictum quam homicidium.Dec.in cons.65.& in c.at si clerici. in 5.col.de iud.

Ad materiam.l.rei communis.cum 2.seq.ff. de fur.&l.merito.ff.pro socio.vide notabiliter Alex.in 4.volu.cons. 127.in pen.col.vbi dicit ꝙ habent locum.quãdo malo animo & per fallaciam quis subtrahit rem communem.& ꝙ in dubio non præsumitur facere malo animo.

Vide etiam Bar.in l.si socius.ff.de furt.vbi dicit verum esse, quòd non præsumitur facere malo animo.& sic committere furtum.quando vtitur.re ad eum vsum. ad quem est destinata.secus si vteretur aliter ita ꝙ socio auferret commoditatem part.suæ.vt ibi per eum.

Papa non potest dispensare super furto quominus restitutio.fiat.Alex.in 2.volum.cons. 1.alleg. cap. cum tu. de vsu. & alia.

Adde tamen ꝙ si iuste tenereris m in aliquo. nec haberem probationes , & sic non possem ius meum consequi.est m licitum in conscientia tantum furari de tuo.l. si non sortem in prin.ff.de cond.indeb.Inn.in c.olim.de rest.spol.

Quod intellige. dummodo fieri possit sine scandalo.& ita vult Alex.in 1.vol.cons. 135.& in 4.vol.cons. 127.de quo per Fel.in c. 1.in 6.col.de iud.& in c.2.in 1.col. de præscrip.& in c. ex tenore.in prin.de test. Barb.in 2.volu.cons. 12.in 3.col.Ias. in l.1.in 5.col.C.de testa.Cæpo.cons.26.

Vide in verb.compensatio.§.2.

Furti inquisitio quæ & qualia continere debeat.vide notabiliter Sonz.in 1.part.cons. 8.vbi primo dicit quòd debet poni valor rei subtracte.allegat Bar.in l. pedius. ff. de incen. rui. naufr.& alia.& subiungit non sufficere quòd ex verbis narratiuis processus appareat de valore nisi apponatur. in conclusione processus.

Sed in hoc Aug.ari.in verbo valoris & communis æstimationis.dicit quòd sufficit apparere in processu. de valore.vti bi per eum.

Furtum constante matrimonio licet vxor non dicatur cõmitere:tamen si aliquid furatur quando vir laborat in extremis,tenetur actione furti hæredibus viri. Angel. in §.hi qui in fin.instit.de obligat.quæ ex delict.nascunt. P.Andora.

Secundò dicit esse apponen. quòd res pertinebat ad talem iure dominij. vel quasi alias si simpliciter diceretur quòd pertinet,non procedit inquisitio pro furto.al.Bar.in cons. 154.in cip. videtur diceñ dictos accusatos.

Et multa alia notabilia deducit, quæ vide per eum. P. Andora.

Adde ꝙ sic. inquisitio debet continere locum & tempus. Ita confessio intitulati.Bar.not.in cons. 228. Et ita tenet Cor. in 4.vol.cons. 134.circa fi. P.Andora.

Furtum an connumeretur inter casus fortuitos.vide Barb. in 1.vol.cons. 53.& Ias.in §.sed iste.col.x.insti.de act.& in effectu fit distinctio. Aut culpa præcessit. & non connumeratur inter casus fortuitos Aut non præcessit.&furtum fit à familiari.vel rupta apotheca &huiusmodi.&tunc secus.vide per eos & per Ang.in d.§.sed istæ.in 3.col.vide etiam Bal.in l. 1. C.de positi. P.Andora.

Quid si compareat dominus rei furatæ & attestetur. dedisse licentiam.an ei credatur.vide s.in verbo.fiscus.§. 17. & s.e. §.26.

Furtum committitur.etiam in vno ouo.gl.in §.gallinarum insti.de re.diuis.

Sed quæ est ratio quòd actio furti datur pro re minima.& non actio de dolo. dic quòd in furto inspi. iniustitia. & non quantitas.secus in actio.de dolo. ita subtiliter Petr. gerar.singul. 19.

Ad materiam leg. secundæ.C.de furt. vide Cæpol. clausula. 10.

Furtum domesticum est punibile si sit exig. Ang.in §.j.inst. de hæred.qual.& differentia,& in §.ij qui. insti.de obl. quæ ex delic.na.

Et qui emit scienter rem per filium furatam,etiam patri tenetur. Aug.in d.§.ij qui. P.Andora.

Furta ita,& taliter leges, & iura abhorrent, vt contra fures actiones ciuiles,ad vtilitatem priuatam,& criminales pro bono public.inducere curauerint, & sic aduersus fures,ciuiles& criminales actiones competunt.l.licitatio. §. quòd illicitè. ff. de public.& l.si.ff.de fur.& per Deci.cons. 520.si quidem contra fures agitur aliquando petendo pœnam dupli,& aliquando quadrupli.§.dupli.& §. quadrupli. instit. de act. ideoque si aliquem furem condemnari contigerit ad mortis pœnam vigore ca.regni,incipien.ad hoc quod nostrorum, iudex in eodem iudicio,instantia,& sententia condemnare debet,&tenetur ipsum accusatum de furto,ad pœnam mortis,& ad rei furtiuæ restitutionem,vt est cautum.in c.regni.si de furto,& ante dictum c.voluit glo.& Bar.in l.interdum.§.qui furem. ff.de furt.& Inn.in ca.cùm oportet,extrà de excus.aliter iudex ipse tenetur de suo proprio. Caue igitur cùm eris iudex in casu isto in iudicando diffiniendoque negotia ne erres.verùm prædicta pœna quadrupli in foro conscientiæ non est permissa,secundum gl.in c.fraternitatis.duodecima quæstione secunda, quam singularem esse scripsit Ias.in l.vt vim.n.22.ff. de iustit. & iur.& Mathesil.sing.23.& hinc Bal.in l.post decisionem.C. de furt. dixit, quòd fures in foro poli duntaxat ad restitutionem bonorum furto subtractorum tenentur, & ista est communis opinio,teste Gomes.in §. ex maleficiis. numero 14.instit.de act. & dato quòd res ista furto subtracta , & iniustè occupata absque culpa furis, seu violenti occupatoris perierit, nihilominus fur tenetur ad æstimationem dictæ rei peremptæ,etiam in foro conscientiæ,& animæ, secundum Tho. sed secundæ,q.sexagesimasecunda, articulo sexto, Syluestr.in ver.furtum.§. 16.gl.Anch.in 5.oppos. & Couarruuias.in reg. peccatum.de reg.iur.lib.6.vbi in 2.part.§.6.n.j.&seq.declarat istam opi.& explicat cum ea omnes transire. F. Viuius. lib. 2.opin. 134.

Furto subtracta res potest quæri in domibus suspectis per familiam potestatis ad instantiam domini,non autem est dan da licen

da licentia ipsi domino perquirendi ob scandalum euitandum.Clar.in §.furtum.versi.quæro.vbi communem dicit. & no.ꝙ actio furti competit ei,cuius interest rem saluam esse.licet non sit dominus.§.furti actio.institu.de obliga.quæ ex delic.nascuntur. Bonacoss.

Furto sublatam rem,qui bona fide emit,si res extet,illam restituere tenebitur,& si non extat,quatenus sit factus locupletior rei,precium domino restituere tenetur,vt est communis opi.Soarez ver.furto.n.406. Bonacoss.

Furtum de nocte factum potest probari per testes domestico,vt est communis opi.de qua Curt.iun.cons.270.num.3.in 3.vol.

Furtum debet esse patens,& de furto prius constare debet, saltem legitimè ante omnia.Crauetta cons.260.n.40. in 2.& ista est communis opi.de qua Io.Amicus cons. 131.nu.7.nec de eo statur iuramẽto accusantis,quia esset testis in causa propria.contra l.nullus ff.de testib.Gratus in cons. 10.n. 12.in 2. vol.& co minus,si esset mulier quæ accusaret,& maximè peregrina.idest meretrix.Placa Epito.delic.c.34. Soc.iun.consi. 1.n.102.in 1.vol.facit,quod dicit Corn.in cons. 14.litera x.in 2.vol. & quando sit furtum oportet, vt præcedat domini acclamatio, vel vociferatio,vel lamentatio. Specul.in tit.de pignoribus.ver.& nota.& in tit.de furtis.ad fi.n. 25. Blancus in pract.crim.fol.35.n.25.ver.acclamatio.& not.ꝙ statutum de fure habet locum in raptore. vt est communis opin. de qua Burs.cons.94.nu.6.& seq. Bonacoss.

Furtiua res si non extet, statur iuramento domini cui res furata est.quò ad æstimationem.com. dicit Paris.cons. 109.n. 30.lib.3.& attestatur Boss.in ti.de rapin.n. 37.Clar.§. furtum. ver.item contra. P.Fichard.

Furtiuam rem dominus cui furata est potest cum authoritate iudicis in aliorum domibus perquirere. communem dicit August.& Ang.de maleficiis,in verb.Et vestem cælestem. n.34.Pract.Conrad.n.20.Papo.lib.23.ti.6.Arrest.3.& ita magis communiter in practica tenetur.

Licet alij dicant contrariam communem,vt Abb. in c.qui cum fure.nu.6.de furt.quem refert Pract.Conrad.d. numero 20. Clar. libro 5. sent. §. furtum. versicul. quæro nunquid. P.Fichard.

Furtiua res reperta penes aliquem facit indicium ad torturam,contra illum, penes quem reperta fuerit , nisi etiam ipse doceat,à quo habuerit.Bar.in l.fi.n. 5. ver. veniamus ad initia specialia.ff.de quæst.Ang.Are.in trac.malefic.in verb.ꝙ fama publica præcedente.§.quæro an vnũ indicium.Hipp.de Mars. in cons. 52.n.33.in 1.vo.cons.vbi ipse multa similia cumulat. Quia eo ipso quòd libri hæresis reperiuntur apud aliquem, ille præsumitur hæreticus:similiter ille,qui habet penes se falsa instrumenta,præsumitur falsarius,nisi ostendat à quo habuerit.Idem Hipp.in sua pract.crim.§.diligẽter.n.92. Quæ doctrina procedit,quando res furtiua reperiretur apud hominem, qui sit malæ vitæ & conditionis , secùs si bonæ famæ , & qui non sit solitus similia facere.Quia tunc talis inuentio non facit indicium ad torturam.Ita communiter distinguunt & declarant Bal.in l.fi.circa fi.Io.de Imol.nu. 12.vers.circa tertiam quæstionem.ff.de hære.insti.Prædictus Ang.in d.tract.de malefic.in verb.etiam vestem cælestem.§.quero an eo ipso,ꝙ res furtiua reperiretur penes aliquem.Hanc communem sententiam,& receptam conclusionem Doct.esse inquit Rol.à Valle,in cons.47.in 1.volu. vbi ipse plures authoritates adducit. Kirchouius.

PRO.Fustium castigatio,non infamat.l.ictus fustium.ff.de his qui not.infa. Bellon.

Fustigationis pœna , non dicitur pœna capitalis. communem dicit Marant.in suo specul.numero quinto.Bart.in l.trãsigere.C.de transaction.Clar.d.§.fin.quæst.70.versi.est etiam. P.Fichard.

Fustigationis pœna non dicitur capitalis,vt est communis opi.Clar.q.70.in prin.ver. est etiam.& fustigatus post sententiam,& sic in pœnam efficitur infamis.Paul.de Cast. in l. nullam.C.ex quibus cau. infamia irrogatur.n.2.Maranta fol. 49. n. 5.Quibus casibus quis fustigetur ponit Clar.d.q.70.remissiuè licet. Bonacoss.

PRO.futurum ius remitti potest.l. 1.ff.de pact.l. & hæredi. §.filia.ff.eod.

OBIEC.contra de l.si ita scriptum.§.si sub conditione.ff.de leg.2.§.decretalis.ff.de succes.edic. vbi quod nondum acquisitum est repudiari non potest.

SOL.Remitti potest, scilicet per pactum, vt hic: secus per repudiationem,vt in cõtrariis.Ratio diuersitatis est,quia hęc vnius cõsensu,illud duorum vallatur. vnde duo vincula sunt fortiora vno.

OBIEC.Præterea,contra de l.pactum.C.de collat. vbi non valet pactum futuræ successionis.

SOL. Ibi quando agitur de succedendo, hic verò , de non petendo ius futurum,vt fideicommissum,per quod in aliis rebus hæres esse non prohibetur.in contrario autem agebatur, vt non esset hæres.ita not.gl.in d.l. 1.de pact. Bellon.

Futurum.verbum futuri temporis positum in lege,importat ferendam sententiam non latam Fely.in ca.insinuatum de simo.

Limita in ver.spolietur.quod importat sententiam latam. Fel.vbi s. & de dicto verb.spolietur. vide late eundem. Fel. in c.ex parte in 1.col.de rescrip.& Barb.in 1.volu.cons. 11.in 8. colum.

Limita etiam si sit dictio omnino penitus vel huiusmodi. gl.in l.in criminali C.de iurisd. om.iud.Ias.in l.2.in 5.col.C.de iu.emphy.& in l. legem.C.de pac.Lud.sing. 1.

Limita etiam nisi dicatur eo ipso. Ias. in l. Centurio. in 32. col.ff.de vul.& pup.

Limita insuper nisi verba futuri temporis sint geminata.Iason.in l.non dubium in prin.6.col.C. de ll. & in l. cum postea in fi.C.de pact.& Cur.in cons.30.

Limita quoque in testatore dicente si molestauerit priuer. &c.Fran.crem.sing.7. P.Andora.

Verba autem præteriti temporis important ipso iure & sine sententia.Ant.de But.cons.4.in prin. Idem.

Quid de verbo careat.vide Fel.in c.ex tenore in 8.col.extr. de rescript. Barbat.in 2.volum.consil. 11.in 11.& 16.colum. P.Andora.

De verbo autem non valeat.vide A liquid per Fel.in c.non nulli.§.sunt & alij.in x.col.de rescr.

Et de aliis clau. importãtibus actum esse nullum vel annul landum vide late Fel.in c.Rodulphus.in 15.16.17.&seq.col. extr.de rescr.& Calde.in ti. de verb.sig.cons. 10.

Et de verbo incurrat Cor.in 3.volum.cons. 89.vers. potest etiam. Idem.

Futuri temporis verba.ad præsentia.vel præterita. non trahuntur.l.2.ff.de au.& arg.leg.l.pamphilo.ff.de leg.3.l.qui Romæ §.augerius & ibi gl.ff.de verb.obl.Pau.de ca.in 2.vol.cõsi.298.alias 296. Idem.

Verba præsentis temporis. ad futura non trahuntur. Paul. de ca.vbi s.in 3.col.ver.plus diceñ.Alex.in 5.vol.cons. 170.& Cor.in 1.vol.cons. 14.Bened.cons.45.l.si stip.§. 1.& ibi Alex. de verb.obl.

Limita nisi promissio sit vicissitudinaria.Ange.cons.261. & ibi consuluit in pulchro casu. vide per eum. refert licet alio ordine.Ias.in l.si pater in 2.col.C.de inoff.te.

Limita etiam , quia verbum præsentis temporis quandoque capi.pro futuro.ex coniecturata mẽte testatoris. Ias.in l. qui filiabus.§. 1.ff.de leg. 1.

Et subiungit quòd lex vel statutum præsentis temporis trahitur ad futurum allegat multa quæ vide & per eundem. in l. talis scriptura. in 6.& 7.col.eo.tit.

Item limita quando esset aliquod debitum purum.secus si nullum erat purum quia tũc comprehenderetur.debitum in diem.Alex.in d.§. 1. Idem.

Verba præsentis temporis ad futura non trahuntur. Iaso. in l.si quis id quod.colum.6.ff.de iurisd.om.iud.Alex. consil. 170.vol. 5. P.Andora.

Statutum loquens de bannitis non intelligitur de futuris. Felin.cap.fin. column. 12. de constitut. Angel. consilio 261. Idem.

Indefinitè prolata referuntur ad Futura.Barb.cons. 51.col. 5.6.& 7.lib. 1. Idem.

ad Futura an simplex dispositio trahatur.Ias.in l. 1. §. illud. ff.quod quisque iuris. & in l.ait prætor.ff.de iureiur. Alexan. consil. 59.in fin.& cons.170.volum. 5.Barbat. cons. 6.libro 3. Idem.

Futurum subiunctiui quomodo intelligatur.Iaso.in l. 1.§. hæc autem verba.ff.quod quisq.iur.l.3.§.ex plurib.col.3.ff.de acq.posses.Barb.cons.81.lib.3.Alber.in 2.part.statut. quæst. 228.& seq. Idem.

Renuntiatio simplex ad futura an trahatur.Panor. in c. ex multiplici. de decim. Idem.

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum, ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber Septimus.

G

GAbellam contractuum non tenentur soluere ecclesia, vel clerici. Communem ait Dec. consil. 406. nu. 3. B. Villal.

ADDITIO. Aduertas tamen ꝙ si ecclesia releuatur ab onere gabellæ, in altero postea potest dici grauata, qa tunc vendit fortè rem minore pretio sub ea ratiõe & colore ꝙ emptor teneatur ad gabellas, ꝙ in vnum recidit, ac resoluit: quia communis opin. est, vt dicit Tiraq. in retracta. municip. §. 1. in gl. 13. n. 12. ꝙ emptores rerum Ecclesiasticarum non gaudent immunitate gabellarum, siue vectigalium ordinariorum, licet ecclesia sit exempta, vt per iura & auctoritates comprobat.

gabella est soluenda etiam in foro conscientiæ quando est imposita ab habente potestatem imponendi. Bertach. in trac. de Gabellis par. 9. q. 1. communem dicit.

gabella si debetur de re distrahẽda à loco: & res publicetur, propter non solutionem: si contingat plures res distrahi, si de vna soluatur gabella reliquæ publicantur non tamen res de qua soluta est, si licitè poterat extrahi: aliàs omnes publicantur, etsi sit soluta gabella de omnibus. Firma. de gabel. in 9. part. in fi. communem dicit. Idem.

gabella si debet solui secundum statutum per extrahentem aliquam rem à territorio non extenditur ad res, quæ ad proprium vsum extrahuntur. Ias. in l. cætera. §. sed si quis ad opus ff. de legat. 1. n. 7. communem dicit. Idem.

gabella, si secundum statutum debeat solui de aliquibus bonis extractis de aliquo territorio, non comprehendit res, quæ originaliter non sunt de dicto territorio, sed per transitũ aliunde deportantur. Ias. ibidem num. 71. communem dicit. Idem.

Gabella, vt fari increbruit, asportãtibus aliquid statuto imposita, non ab eo debebitur, qui res in suummet vsum auehit. commune effatur Ias. in l. certa. §. sed & si quis ad opus. n. 7. ff. de leg. lib. 1. Nec item ab eo soluẽda est, qui aliunde per illum locum res aliò transfert. vt receptum infit idem Ias. eodem in loco, nu. 71. E. Suarez.

Gabella quo casu de contractibus soluenda est, de illo duntaxat precio soluetur, quod deductis omnibus sumptibus in substitutiones, tabelliones, proxenetas, & alia id genus collatis, penes venditorem restat vt etiam gabella legatis indicta de ea tantùm legati parte soluetur, quæ onere cõpleto superfuerit. communia testatur Ant. Gomez. de testa. c. 1. n. 25. ver. 2. infertur. Idem.

gabella. & si nõ debeatur, cùm res ex reuendendi pacto vẽditur, tamen si soluatur, non repetitur. commune pronunciat meus iuris doctor Arius Pinellus in l. 2. part. 2. c. 3. n. 36. C. de rescin. ven. Idem.

gabella ab ecclesiasticę rei emptore soluenda necessario est, & si ab ipsa ecclesia non sit soluenda, vt frequenter placitum affirmat Andre. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gloss. 13. numero 12.

Gabella si ab illo indicta sit, qui eius imponendæ potestatẽ habeat, etiam ab animo, seu (vt doctores loquuntur) in conscientiæ foro, debetur. commune ponit Firmian. de gabel. par. 9. q. 1. Idem.

gabella nec vni ex gabellariis soluta debitorem eius liberat, nec ab vno ex gabellariis in solidum peti potest. commune ponunt Ias. in l. si vnus. numer. 2. ff. de pact. Firmian. de gabel. 4. part. numer. 19. & si contrarium tum consuetudine, legibus maiori seruetur, tum iuxta veram legum doctrinã probabilius, veriusque sit. quemadmodum asseruit Paul. perperam à Iason. intellectus in d. l. si vnus. ad fin. princ. & luculenter probat singularis Accur. doctrina in l. nemo ex sociis. in verb. alienare. ff. pro socio. vbi docet Accurt. socios sibi ad ea mandatum inuicem dedisse videri, quæ societati expediunt. quod extollunt Alex. in l. de pupillo. §. si plurium. numer. 3. ff. de noui operis nunciatione. & complures laudati à Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. numero 9. ff. de verb. obl. Deci. in l. si socius. numero 2. & seq. ff. si cert. peta. nec Barto. authoritas, quam Ias. in contrarium adducit, de gabellariis verba facit. nec Bart. rursus authoritas quam Firmian. ex illius commentariis ad l. vltim. ad fi. ff. vti poss. promit, gabellariis conuenit, si quidem loquitur illic Bart. de duobus aduersariis cõtendentibus de pedagij recipiendi iure quod inquit Bar. non posse duobus insolidum competere, vt de dominio cẽset Iul. Cla. in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodat. at non loquitur Bar. de sociis mutuò negocia societatis transigentibus. Iuuat porrò quod s̃. cum Paul. proposuimus, text. in l. iustissime. §. proponitur, ver. æquum enim. & ver. id genus. ff. de ædil. edic.

Iuuat præterea quod scribit Bald. in l. cum te. ad fi. ver. caue tamen. C. si cer. pet. sed hæc atque alia latius, & accuratius alibi. Idem.

Galli sua in potestate ac mancipio liberos non habent: atq; idcirco illis pupillariter non substituent. commune inquit Rip. in l. 2. numero 21. ff. de vulgar. & pupil. & quamuis contrarium alibi latissimè ostendam verius, atque æquius. E. Suarez.

Gabella est soluenda etiam in foro conscientiæ, quando est apposita ab habente potestatem imponendi. Bertachin. in tract. de gabellis. parte 9. quæstione prima. communem dicit. Bonacoss.

gabellam non fraudat. qui pro vsu suo portat. Soarez vers. isto communem dicit. Imola cons. 64. Bonacoss.

gabella soluitur detractis detrahendis. communis est opinio. Soarez. versi. gabella. numero tertio & numero quinto. Bonacoss.

gabellam tenetur soluere emens ab ecclesia, licet ea sit immunis, communis est opi. Soarez ver. gabella. nu. 6. vbi plura de gabella, & plura etiam per Rol. à Valle. cons. 91. in 2. Duen. reg. 100. Bonacoss.

gabella in contractibus emptionum per emptores omnino solui debet, vt est communis opi. Nouellus in addit. ad regulas Duen. regu. 6. & ab vtraque parte soluitur. vt ibi. fallit in ecclesia, quæ non tenetur soluere gabellam de contractibus & donationibus lucrariuis. & statuta in contrarium non valent, vt est communis opi. de qua Nouellus ibi. n. 3. Dec. signãter in cons. 496. n. 1. in vlt. vol. vbi communem dicit, Soc. consil. 72. n. 3. in 4. vol. Burs. cons. 42. & alibi. Aemylianus consil. 102. & est excommunicatus gabellarius qui exigit gabellam ab Episcopo. Imola cons. 84. Fed. de Sen. in cons. 207. Dec. cõsi. 48. in 1. Zannet. in tract. de differentia inter ius ciuile, & canonicum. n. 184. vbi dicit, ꝙ clerici non tenentur soluere aliqua datia, vel gabellas, licet in Italia practicetur communiter contrarium, vt not. gl. in clem. fi. de censibus, vbi dicit gl. ꝙ tota Italia est interdicta, & omnes ciuitates Italię sunt interdictę ipso iure. Vnde celebrantes in eis sciẽter sunt irregulares, nec possunt absolui ab alio, quàm à Papa. ca. is qui. de sent. exc. in 6. & sepelientes eos sunt excommunicati. clem. 1. de sepulturis. Deus ergo (inquit) prouideat tanto malo. Et clerici de bonis præbendarum suarum, quæ vendunt, vel vendere faciunt, non tenentur soluere gabellam, nec etiam ad portam. Franc. Platea in tract. de excommunicatione. tit. de exigentibus pedagia & guidagia. §. 38. n. 6. & quicunque à personis ecclesiasticis, vel ecclesiis per se, vel per alium suo nomine, vel alieno pro personis, vel rebus, quas non causa nogociationis deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt, exigunt aliquod pedagium, sunt ipso facto excommunicati. c. quanquam, de cens. ib. in 6. vide Nic. Diplona. in trac. excommunica. n. 12. tomo 3. Gallum in cons. 11. & 12. Tiraq. de retrac. §. 1. in gl. 13. n. 11. & seq. vbi communem dicit esse opinionem, ꝙ emptores rerum ecclesiarum tenentur ad gabellas. vide omnino Capram reg. 96. & Soc. in c. nouerit. n. 5. de sent. exc. vbi dicit, ꝙ ipso facto sunt excõmunicati publicani, qui pẽdagia, vel gũidagia, &c. similia faciunt soluere clericis. Similiter nec scholares & aliæ personæ habentes immunitatem à gabellis & datiis ex priuilegio, prout nostri doctores ex decreto Illustrissimi Ducis Herculis concesso collegio iuristarum Ferrariæ. quia isti nullo modo tenentur ad gabellas. & hoc etiam de consuetudine antiqua. quæ semper est obseruanda. Dec. cons. 48. in 1. vol. Nouellus vbi s̃. nu. 4. Bonacoss.

Gabellas

Gabellas fraudare non licet (vt dixi) & est communis opin. Soc. reg. 164. fallit vt ibi. Et gabella est onus, quod imponitur pro rebus personæ. Ruin. cons. 112. n. 1. in 5. vol. & not. ꝙ si in inquisitione, seu inuentione fraudatæ gabellæ, deducitur dolus & fraus appensatè. Et probaretur supina ignorantia, per q̃ ille, qui fraudauit vectigal, aliquo modo non posset puniri, ni si in tantum quantum commisisset fraudem, & non tamẽ occasione d. inquisitionis posset sequi condẽnatio. quia fuit præposita vna actio & probata alia, vel vna accusatio, & alia probata, vt est communis opi. de qua Aret. in cons. 153. n. vlt. col. 10 fi. ver. & est aduertendum. plura per Riminal. cons. 33. in 1. vol. per totum. & not. ꝙ stante statuto, ꝙ de quolibet cõtractu soluatur gabella, non debet de eodem contractu sæpius solui gabella. Sed debet intelligi statutum de cõtractibus separatis, non autem de connexis, aut accessoriis. & qui tendunt ad vnum & eundem finem. Riminal. cons. 86. in 1. & statutum similiter non habet locum in contractu conditionali, quia cõtractus conditionalis non est contractus. Aret. cons. 11. nu. 2. Menochius de adipiscen. poss. in 4. remedio. n. 306. quia conditio nihil ponit in esse, & in suspenso tenet omnia, vt ibi per 20 eum. Similiter priuilegium concessum fisco transit ad singularem successorem, prout feudatarius & emphyteuta & similes. Riminal. in cons. 415. per totum. item not. ꝙ extrahẽs frumentum pro vsu suo non incidit in pœnam statuti gabellarũ si postquam extraxit frumentum pro vsu suo mutauit propositum, & illud vendidit. Mars. sing. 86. quia requiritur dolus & fraus in eo, qui non soluit, vel soluere non vult gabellã. Abb. in cons. 68. n. 2. in 1. vol. nec sufficit, ꝙ quis sit in culpa etiam lata. vt ibi. nec est verisimile, ꝙ quis velit notoriè fraudare gabellam. & consequenter suam communitatem, vt ibi. n. 3. & 30 præsertim, si est solitus soluere gabellam. Et statur iuramento ipsius conducentis pro vsu suo, ꝙ prius habuerit propositum pro vsu suo vti velle, vt ibi per Mars. & per Alber. in 1. par. statutorum q. 72. facit, quod inquit idẽ Mars. sing. 450. vbi plura deducit, ꝙ simplicitati semper est recurrendum. Et contra fraudantes datia & gabellas sufficiunt probationes per coniecturas, quia talia clam committuntur. ideo lex est contenta facilioribus probationib. & indiciis. Mars. sing. 568. Licet fraudans gabellas iniustas non peccet. Abb. cons. 13. n. 5. in 2. volu. & licet pro rebus pro suo vsu non saluatur gabella (vt dixi) 40 Bart. in l. 1. §. cum in eadem. n. 2. ff. ad l. Rho. de iactu. Bertach. in reperto. in ver. bladum. ver. 1. debet tamẽ pro eis accipi bulletta. Riminal. cons. 8. n. 36. alias res incidit in commissum, vt ibi per Riminal. & in cons. 26. n. 17. & seq. & vide Rol. à Valle in cons. 80. n. 48. in 3. vol. & cum gabella sit res odiosa, in dubio est iudicandum contra gabellam ipsam. & ideo etiam in statutis de gabellis nõ proceditur de similibus ad similia. Curiun. in cons. 329. n. 5. & seq. in 3. vol. & ideo etiam pro datione in solutum, non debet solui gabella, licet adsit statutum, ꝙ de vẽditione soluatur gabella, quia est strictè interpretandũ, 50 & strictè non comprehenditur datio in solutum Dec. consil. 18. n. 3. in 1. vol. Ferretus in tract. de gabellis. quia odia sunt restringenda. c. odia. de reg. iur. in 6. vbi D. m. multiscius. D. Iacob. Cagnazinus decus non modo Ferr. sed totius ordinis iurisconsultorum extat. Et priuilegium immunitatis competit etiam emptoribus. Dec. cons. 48. in 1. vol. nec debet interpretari priuilegium, ita ꝙ noceat ipsi priuilegiato. Dec. cõs. 458. n. 13. Dec. cons. 428. n. 7. vbi de statuto gabellarum, & ꝙ non procedatur de similibus ad similia. Item si statuto caueatur, ꝙ pro qualibet libra soluatur quid, si res, de qua soluitur, & fiat 60 contractus, non ascendit ad libram, non debet solui gabella. Bar. in l. ita autem. in prin. ff. de admi. tuto. Et de promissione de vendendo non soluitur gabella, quia promissio ipsa de vẽdendo non est venditio. Gomez. in tract. de empt. & vendi. n. 28. fol. 175. & in tit. de qualitate fructuum contractuum. ver. Tertius effectus. fol. 260. Item resoluto cõtractu per pactum appositum in contractu, si displicuerit infra tres menses secuta displicentia, contractus habetur pro non facto, & ideò non soluetur gabella. neque de iure communi, neque statutario. Riminal. cons. 86. num. 21. Alex. in l. in insula. §. fi. num. 2. ff. fo 70 lut. matrim. Et si dicatur in contractu, vt liberum sit venditori intra certum tempus, vel quandocunque precium restituere, & contractus sit ipso iure rescisus, vel precij pars remaneat apud emptorem, ea lege, vt nisi intra certum diem residuum soluatur, res sit inempta & omnis dissoluta obligatio, quia nulla gabella soluitur ex contractu dissoluto Rom. cons. 78. Doct. in l. fi. §. fi. C. communia de legat. arg. l. 3. C. de pact. inter empt. & vendito. Sed cõtra videtur tenere Riminal. consi. 85. n. 17. Ang. in auth. de Nuptiis. §. quia verò. in fi. vide tamẽ Riminal. in d. cons. 86. Item si quis emit rem pro precio declarãdo per talem, interim nulla debetur gabella, nec potest ille talis cogi referre & declarare precium. Nisi hoc esset factum in fraudem gabellæ, de qua debet omnino prius constare, quia nõ præsumitur fraus. Et not. ꝙ creditur scripturis Exactorum gabellæ de ipsa exactione, licet nõ sint notarij. Et ita communiter obseruatur. Angel. in l. si quis ex argentariis. §. Nummularios. ff. de eden. Et licet propter non solutum vectigal ipso iure dominium rei vectigalis transire debeat in fiscum, non tamen transfertur ipso iure possessio. Ange. in l. commissa. ff. de publica. Item not. ꝙ si quis impetrauit licẽtiam, vt possit portare decem. modios frumenti Ferrariam, & portauit viginti, quòd totum amittere debet & confiscatur. Ange. in l. fi. C. de Nautico fenore. vbi idem dicit habere locum, si cum licitis illicitas ferat merces. Et stante statuto, quòd si quis vendiderit rem in mercato, soluat tantum nomine gabellæ, quomodo hoc intelligat in mercato, vide per Ange. in auth. non fiant pignora. Item si per statutum esset soluenda gabella de quolibet contractu. Non habebit locum in distractu, cum non sit nouus contractus. Cast. in l. 1. nume. 2. C. de pac. inter empto. & vendit. Secus, si fieret pactum de retrouendendo, vt ibi qa esset nouus contractus & veniret soluenda gabella, & non diceretur resoluere primum. vide Caccialup. in trac. de transac. in 4. q. num. 3. vbi dicit, ꝙ si consuetudo loquẽdi, ita se habet, ꝙ nomine contractus intelligatur omne instrumentum, vt communiter dicunt Doctores. Tunc appellatione cõtractus in statutis comprehenderetur, etiam distractus, quod dicit notandum. Item stante statuto, ꝙ inuentus portare frumentum extra districtum, habebit locum, etiam si nõ perfecerit actum portandi extra districtum, quia illa verba etiam verificantur. quando actus est in fieri. Sed secus est si statutum diceret, si qs portauerit extra districtum. Alex. in l. qui Romæ. §. Calimachus. numer. 5. ff. de verbo. obligat. Item stante statuto, ꝙ debeat solui gabella de mutuo. Nunquid in pane consistat mutuum? Resp. quòd si in ciuitate est limitatum pondus panis, est mutuum, si non, est contractus innominatus & accommodatio. Iuxta illud Lucæ in Euangelio. cap. 11. Amice accommoda mihi tres panes, &c. An habens priuilegium immunitatis reale & personale, & exemptionis amplum Decretum, possit vendere fructus rei priuilegiatæ absque alicuius dacij, vel gabellæ solutione? Resp. quòd sic. Aemilia. cons. 107. Et ratio est secundum D. m. Alcia. in cons. 18. nume. 8. lib. 4. quia causa fructuum non debet separari à proprietate. Item stante statuto, ꝙ in loco contractus debeat solui gabella, & in loco destinatæ solutionis non, illa debet solui in loco contractus, nec alibi. vt est communis opin. de qua Riminal. nouissimus cons. 93. num. 24. Item no. ꝙ Mulio portans res meas contra decretum, tenetur fisco ad æstimationem rerum, vt sic damnum sit suum. & non meum, quia Mulio tenetur de periculo rerum, quas portat, vt est communis opinio. de qua Bertach. de Gabellis in 9 par. princ. in §. 1. numero 14 Et no. ꝙ si repertus in via non patitur se perscrutari à Gabellario, non dicitur fraudasse gabellam. sed punitur de sola resistentia. Et hoc sæpe de facto contingit. vt dicit. Idem Bertach. ibi num. 23. Et si quis habet immunitatis priuilegium vel instrumentum contractus immunitatis à Principe concessum non videtur valere, vbi includeret casum publicæ vtilitati contrarium. Et dato quòd valeret, posset reuocari ipsa immunitas ex causa belli, pestis, vel alterius magnæ necessitatis insolitæ reipublicæ superuenientis, Plotus in l. si quando numer. 22. C. vnde vi. vbi subdit numer. 18. quòd vbi Decretum diceret, quòd immunitas esset ab omnibus, & quibuscunque omnibus, tunc ipsa immunitas extenderetur, etiam ad onera, ratione belli, pestis, & alterius magnæ necessitatis Reipublicę, propter ipsa verba geminata ab omnibus & quibuscunque oneribus. Fallit, vt ibi. Et not. quòd pœna non solutæ gabellæ, etiam transit ad heredes. Abb. in cons. 68. in 1. par. Bonacoss.

Gabellam cõtractus soluere tenetur, qui in loco statuti verè contrahit, non qui fictè, nec cum alibi contrahitur, cum pacto, & contractus intelligitur in loco statuti factus, vt est communis opinio. Gabriellius consilio 20. numero nono. Bonacoss.

Gabella non soluitur, cum ex re vendendi pacto venditur. Si tamen soluitur non repetitur, vt est communis opinio. Soarez. verbo gabella. numero quinto. Bonacoss.

Gabella vni ex gabellariis soluta debitorem eius non liberat, nec ab vno ex eis insolidum peti potest, vt est communis opinio. Soarez, verbo, gabella. numero nono. & sequenti. Sed de consuetudine contrarium seruatur. ibi latissimè. numero vndecimo. Bonacoss.

Gabella

Gabella an soluatur de leguminibus.stante statuto,vel proclamate,ꝙ si quis extraxerit Bladum absque solutione,vel licentia incurrat in talem pœnam.vide Firma. in Reperto.verbo Bladum.Et in reperto.Alberi.per Castellionem.Et not.ibi Alb.Abb.in c.multiplici.de decimis.Alb.in qq.ad statu.lib.2. q.5.vbi appellatione Bladi venit legumen,vel millium,maximè ex communi vsu loquendi.qui attendi debet.ibi.nu.6.secundum quē proclamata intelliguntur.Et bladum est, quod terra seritur.Bertachi.in trac.de gabellis Membro.2.8.par.sub n.17.vbi bladum largius habet significatum quàm frumentum.vide Iuli.Ferre.de gabellis.nu.38.&n.37.dicit,ꝙ si statutum disponit, ꝙ si quis portat vnum currum frumenti cadat in pœnam decem,&perdat frumentum.Non habebit locum in aliis bladis,vt puta in ordeo,spelta,trisigo, mellega, lenta, saracino,leguminibus,vt de fasellis,& similibus,nisi in frumēto,vt ibi quia statutum est strictè interpretandum, & cum sit pœnale non fit extensio, nisi secundum ipsum aliter se haberet consuetudo patriæ,vsus loquendi, & rationis identitas.Item stante statuto,vel proclamate,ꝙ debeant denuntiari blada officio,non comprehendit fœminam absentem à loco vltra duas dietas,quia prę sumitur ignorare proclama.Aemilia. cons.124.per totum. Bonacoss.

Gabella.gabellarum exactio est odiosa.Dec.cons.48.in vltima.colum.Cor.consil.199.versic.& fac.Guido. consil.150. P.Andora.

gabellam fraudans an teneatur.vide s̃.in verbo.fraus.§.10. Idem.

gratiam facere non videtur , qui facit id ad quod naturali ratione adſtrictus eſt Bald.in c.1.§.item ſacramenta.de pa.iur. firm. Firm.in verb.per gratiam eccleſiæ, facit tex.in l. Titius. ff.de obſeq.pat.præſtand.Bald.in l.proximè.ff.de rit.nup. P. Andora.

Et quando dicatur quid de gratia fieri Barb.conſ. 56.vol.2. conſ.j.col.34.vol.3. conſ.32.columna prima.volum.quarto. Idem.

gratiæ ſe ſubmittens non videtur fateri delictum. Alex.conſi.70.volum. 1.allegat Bart.in l.furti.§.pactus.ff.de his qui no. infa.Et perinde eſt ſecundum eum,ac ſi diximſſet, committo iudicio tuo.quæ verba important arbitrium boni viri.vt no.Innoc.in

noc.in c.veniens de renuntiat. Angel.in l.si cui. ff.de seruitu. Lud.Rom.in rub.ff.de arbit.vers.sed pone.Philip.in cap.licet de sententia excommunicat.Panormitan.in cap. exhibita.de homicid.

Et subiungit Ang.modernos dicere in l.fi.ff.de prætor.stip. ꝙ ille cuius misericordiæ vel gratiæ me commisi, nisi misericordiam vel gratiam faciat,debet me in pristinum statum reponere.alleg.not.in d.c.veniens.&in c.sanè.de renuntiat.Et si remitto me in manibus tuis vt condemnes me,intelligitur arbitrio boni viri.Bald.in l. societas. §. 1. ff. pro socio. P. Andora.

Quid de confessione facta sub promissione gratiæ? dic ꝙ non valet.Hippol.in l. 1.§.quæstioni.ff.de quæstionibus. P. Andora.

Quod ob gratiam alicuius conceditur in consequentiam, trahi non debet.c.petiisti.7.q. 1.regula priuilegium.de reg.iu. in 6.Card.cons. 130.Fely.in ca.cum accessissent in fi. 14. & in prin. 15.col.de consti. P.Andora.

Quod per gratiam fieri debet turpiter fit per pecuniam. c. dilectus el 2.& ibi Fel.extr.de simo.Addo Pau.de ca.in 2.vol. cons.293.alias 291. Idem.

Gratia facta per principem de homicidio.tacita prima gratia.de alio homicidio est nulla.Fel.in c.postulasti.in 3.col. de rescr.Ias.in l.nec damnosa.C.de præci.imper.offer. sonz.in 2. par.cons.246.in 3.colum.hypo.sing. 111.vide latius in verb. princeps.§.43.Crotus.in c.2.§.statutum.in 6.col. de consti.in 6. Idem.

gratia non valet nisi exprimatur quelibet facti seu delicti qualitas Ias.in l.de pupillo.§.si in pluribus.in 3.col.ff.de oper. no.nun.

Vide aliquid per Barba.in 3.volum.cons.42. in penulti. & vlti.column. vbi ponit quòd secundæ literæ valent si primæ erant nullæ. Idem.

Gratia facta cū clausula ꝙsi similia attentauerit,&c.an talis adiectio sit nulla vide Fel.in ca.cum super de testi.& Iasonem in l.si vnus § pactus ne peteret.in fi.ff.de pact. Idem.

gratia an debeat probari per scripturā. Bal. in l. humanum in fi.C.de ll.tenet ꝙ non.de quo habetur per Fel. in c. ex diligenti.extra de simo.& in rub.de consti.in 3. colum. Alex.remissiue.in l.contrahitur.ff.de pigno.Phi.in prohe.6.§.vniuersitati.

Vide tamen phi.in cap. 1.§. postquam. de censi. in 6. & aliquid per Card.in prohe.clemen.§.alias. ver.nec sane in fi. P. Andora.

gratiam facere dicitur. qui minus nocet quam posset. l. si depositi. & ibi Bal.C.depos. Idem.

Quod non potest fieri nisi per gratiam dicitur impossibile Barb.in 3.vol.cons. 56.in 7.col.dixi j̃.in verb.impossibile §.4. Idem.

gratia plus est quam indulgentia & intelligitur plenarie Barbat.in 4.vol.cons. 11.in 9.col. Idem.

Et qualiter intelligatur verbum gratia.vide Barb.in 4. vol. cons.32.in 1.col.& seq.& quando dicatur fieri de gratia.vide s̃.eo.§. 1.ver.& quando dicatur. Idem.

gratia fienda est.patri qui filium duc.ad iudicem. hypo. in l. 1.§. 1.in 5.colum.ff.de quæst.Fely.in cap. accusasti de accus. Ias.in l. 1.in 2.col.de his qui.vt indig. Idem.

gratia simpliciter facta intelligitur perpetua.nec extinguitur per mortem etiam re integra.c.si gratiose.de rescr.in 6. & ibi phi.

Idem in dispensatione. Phi.in cap.licet canon. §. 1.de elec. in 6.

Idem in priuilegio & similib. Pan.in c.cum ad hoc. de cle. non resi.in verb.priuilegium.§.28.

Limita nisi fiat ad bene placitum.quia extinguitur morte. Phi.in d.c.si gratiose.in prin.vide in verb.Beneplacitum.§. 3. Idem.

gratia gratis data.& gratia gratum faciens. quæ dicatur vide Panormitan. in capitul. vnico n. 2. de commod. Idem.

gratia generalis an extendatur ad crimen falsi & læsæ Maie.vide Alex.in l.de pupillo §.si pluribus.in 2.& 3.col.de ope. no.nunciat.

Gratiarum executores si opposita,sibi exceptione,quæ nō tantùm eorum Potestatem,sed etiam ipsam gratiam respiciat se incompetētes, vel non esse executores pronunciarint,gratia non extinguitur, etiam si appellatum non sit. licet omissa appellatione eorum potestas extincta censeatur,iuxta gl.not. in capitulo,si soli,de concess.præb.lib.6. communiter approbatam,vt refert ac sequitur Bened.Capr.regula 22. nu. 25. & seq.vide s̃.in verbo Executor.

PRO.gratificationi locus est.in l.fi.ff.de relig.& sumpt.funer.

OBIEC.contrà de l.si duob.C.commu.de leg.& l.quoties. ff.de vsufruct.

SOL.Vbi actus vitiatur propter incertitudinem,gratificationi locus non est l.duo sunt Titij.de testa.tut. ff. Nec obstat l.si quis seruum.§.si inter duos.ff.de leg. 2. quia ibi necessitas non imponitur,vt ibi not.

Grauamen. In appellatione à diffinitiua etiam cognoscitur, & diffinitur de grauamine illato per interlocutoriam, à qua non est appellatum: no.Inn.in c.quod ad cōsultationem. extr.de re iud.& Salic.in l.generaliter.in 2.col. C. de re. cred. Balb.decis. 133.

grauatus in vno in alio alleuiari debet.l. eum qui & ibi docto.maximè Ias.ff. de iureiur. Addit Ias. qui onus vult, & honorem,& econtra.l.amicissimos.in prin.ff.de excu.tut.& qui recusat onus, puta tutelæ, perdit emolumentum legati. l. nesennius.§.fin.ff.de excusat.tuto.& l.etiam patriæ. ff. de legat. primo.

Limitat Ias.non procedere quando quis recusat onus tutelæ pupilli:quia per hoc nō perdit substitutionem pupillarem factam à patre.alleg.text.in d.l.amicissimos. in princ.vbi Nic. de Neap.in lect. Bart.ad hoc not. & dicit quòd quilibet diceret contrarium. & Lud.Rom.cons.207.inc.si volumus hanc substit. vbi subdit quòd si tutor negligat petere prouideri de aliò tutore pupillo,excludetur à substitutiōe, vt ibi per eum. P.Andor.

PRO. grauius est diuinam, quàm temporalem offendere maiestatem.auth.gazaros.C.de hęre.c.vergentis.de hęr.extr. Bellon.

Grex proprie intelligitur de pecudibus seu animalibus minutis: Armentum vero intelligitur de Animalibus magnis. gloss. in l.fin.C.de mil.veste.libro 12. quam Bar.ibi multum no.ad hoc.& est similis gl.in cle. 1.de decimis.

In contrarium tamen est tex.in l.si grege.ff.de leg. 1.vbi nomen gregis comprehendit bouem.

Vide ibi Iasonem.vbi dicit quòd ille tex.intelligitur large. Quia grex largo modo comprehendit omne genus animalium quod gregatim pascitur.l.legatis.§.pecorib.ff.de leg.3.

Et quot animalia faciant gregem vide gl.in §.in pecudum. insti.de re.diuis.vbi Ange. dicit quòd quatuor vel quinque equi faciunt equitium.vide eundem in §.si grex.insti.de legat. P.Andora.

grex conseruatur.etiam in vna oue.si à prin.fuerunt plures Ang.in §.si grex.insti.de lega. Idem.

Guardianus specialiter nominatus non venit appellatione fratrum.Imol.in l.cohæredi.§.si patrem.ff.de vulg.& pupilla. P.Andora.

Guardianus cui est commissa electio pauperum,potest eligere fratres sibi subditos.Bart.in l.cum quidam.la 2.ff.de leg. 2. Idem.

Guarentigia quid sit Iaso.in l.error.C. de iur. & fac. ignor. Rom.cons. 133. P.Andora.

Gubernator & legatus etiam de latere æquiparantur: & possunt facere ordinationes perpetuò duraturas. Corn.consil.235.col.3.vol.2. P.Andora.

Guelfus filius guelfi potest se facere gibellinum.Fel.in pro œmi.Decretal.col. 13. P.Andora.

pater an possit esse guelfus,& filius gibellinus.Alex. in addit.ad Bald.in l.filium.C.de suis & legit. Idem.

guelfus & gibellinus sunt passiones animi. Bald. in l. vnic. C.ad leg.Iul.Viscel. Idem.

COMM

COMMVNIVM OPINIONVM,

SIVE IVRIS VTRIVSQVE RECEPTARVM

Sententiarum,ex diuersis Authoribus collectarum,

Liber Octauus.

H

HAbenti tutorem alius tutor dari non potest, l.si sororis.C.qui petan.tut. Bellon.

Habeat, vel volo habere, est verbum directum vel saltem commune aptum comprehendere directam institutionem.Bar.in l.centurio in vlt. col. ff. de vulg. & pup.Alex.in 5. vol.cons. 168.in 1.col. P.Andora.

Habilitas. Quando verba generalia recipiant restrictionem.de habilitate.vide Fely.rem issiue.in ca.in omni extra.de testi.Barb.in 2.vol.cons. 1.in 7.col.& cons. 57.in 10.col.Ias.in prælud.feu.in 20.col.in l. 1.in 2.col.cum seq. C.de sa.san.eccl, in §.in personam in 5.col.cum seq.inst.de actio.in l.de quibus in 12.col.ff.de ll. in l.2.§.prætor ait ff.qui satisd.cog.in l.filius fa.in 1.col.ff.si cert.pet.& in l. 1.§.nun.in 4. col. cum seq.ff.de oper.no.nun.Alex.in 1.vol.cons.104.ibi ergo sequitur. Vide etiam Barb.inter cons.Alex.in 4.vol.cons. 123.in 2. col. vers. licet ergo statutum. Et Mars.in l.vnius. §.cogniturum.col.6. de quęstio.Alex.in l.j.§.nunc.col. 5.& 6.de oper.no.nun.Cur. iunior.cons. 1.in 2.col. P.Andora.

habilitatus præsummitur. quis quando actus est legitime gestus.sonz.in 2.parte con.258.in 2.col.dixi latius in ver.præsumptio.§. 51. Idem.

Dispositio tendens ad extensionem actus iam concessi non recipit restrictionem de habilitate, Alex.in specie, 5.vol.cons. 53.in 3.col.& habetur in locis supra all.

Fallit quando resultaret absurdum.vt vult Alex.vbi s̃.Idē.

habitans extra territorium vnius Principis potest puniri lege municipali pœna confiscationis, & indignationis Principis,ex communi opinio.Bursat.cons.34.n.26. Bonacoss.

habitaturum qui se in aliquo certo loco promittit, non in eo habitare præcisè cogetur, non & si ad illud quod interest agentis teneatur.commune dicit Did.à Couarru. in tract. de spons.2.part.c.7.nu. 5. E.Suarez.

habitator quis dicatur.Vide Bal.in 1.parte cons.61. vbi dicit.quod dicitur proprie.ille qui est cum sua familia &residet ad focum & alia similia. de quo per decium.in cons. 37.in 6. col.vide aliquid per Ludo.Rom.cons.264. P.Andora.

habitatione legata vxori an debeantur alimenta. Bal. in l. fi.vers.sed quid si testator C.de indic.vid.tol.tenet quòd sic.

Contrarium tenet Alex.in 5.vol.cons.72.circa fi.Bolog.in cons.48. Idem.

Ille qui ex legato habet habitationem potest alteri locare. vt infra.in ver.legatum habitationis. Idem.

habitator dicicitu ille qui pro famulo moratur. Bar.in consil.42.incip.visa inquisit. Idem.

habitare non dicitur.qui non habet animum permanendi. Cor.cons.209.vers.habitare autem.

Subiungit tamen quòd habitatio sumi.multis modis.

Vide Bal.in l. 1.ff.de sta.homi. P.Andora.

habitator non dicitur ille qui habitat gratis. Lud.Ro. sing. 27.alleg. l. qui mercedem. §. si habitatoribus. ff. de act.emp. Idem.

habitatio si relinquitur alicui mulieri, poterit secum ducere maritum,secundum Ang.in §. 1.instit.de vsu & hab. Idem.

habitationis appellatione intelligit etiam de futura. Paul. Cast.cons.282.vol.1. Idem.

habitatio dicitur probata, licet non probetur de omni momento. Bal.in l.si quis ita. ff. de condition.& demonstration. Idem.

habitus. Talis quis esse præsumitur, qualis habitu inuenitur.c.si vero. el 2.& ibi Fely.de senten.excomm.al.l.item apud.§.si quis virginem. ff.de iniur.& alia multa. & idem vult in cap.in audientia.illo. eo. tit. Barb. in primo volum.consil. 17.in penult.col.vbi dicit. quòd accidentia magnam partem conferunt ad cognosceñ.quod quid est de quo dixi.in ver.accidentia.

Et ad pm. vide Dec.multa allegantem. in cons. 125.in pen. col. P.Andora.

habitus non fac.monachum.§ primo in authent.de mona. clem. 1.&ibi Card.Floren.de sta.mona.ca.constitutionem.& ibi phi.in 2.no.de regula.in 6.c.porrectum.& ibi Panorm. de regula. Idem.

hæres extraneus grauatus restituere hæreditatem, solam Trebellianicam detrahit, & hoc ex Senatusconsulto inductum fuit, vt inuitentur hæredes ad adeundam hæreditatem. §.sed &quia.institu.de fideicom.hæred.l.filium.C.fam.ercisc. quod intelligendum est,si sponte adiuit,secùs si coactè.l.quia poterat.ff.ad Trebel.hinc est, quòd hæres rogatus alteri restituere hæreditatem,inuentarium facere cogitur,vt Trebellianicam non amittat.§.si verò non fecerit.in auth.de hæred. & falcid.qui text.generaliter de fideicommissariis loquens vniuersalem quoque fideicommissarium comprehendit.l.j.§.generaliter.ff.de legat.præstan.canon. si Romanorum,decimanona distinct. & not. Doct. in l. Marcellus. ff. ad Trebellia. Quòd autem hæres qui non fecit inuentarium Trebellianicam perdat sicut Falcidiam,tenent Oldr.per pulcherrimas rationes,consil.234.Hælena Mattarelli,Paulus de Castr.consil. 207.super primo.& in l.cum tale.§. 1.ff.de condit.& demonstrat.Imola etiam ibi,& in authent.similiter.C.ad legem Falc. Fulgosius consil.23. humanissimè, & consil.96.pro decisione.post princip.Cornæ.consil.303.volum. 1.consil.22.vol.2. & consil. 168.volum. 3.Mathesi.in singul. 158.Deci.consil. 236.in 5.q.480.& 495.in quibus consiliis istam esse magis communem opinionem,idem attestatur Cassadorus decis.3. num. 1.4.& 6.in tit.de testa.& Crauet.cons. 17.num. 1.Capra. cons.7.in fi.Soci.in rubr.in fi.ff. ad Trebell. & in l. Marcellus. §.quod autem,eodem titul.& Curt.Iunior cons. 54.In contrariam vero sententiam inclinarunt Iaco. de Areti. Ioan. Andr. in addi.ad Specul.in titul.de instrum.editio.§.final.vers. nunc videamus.Bart.sibi contrarius consil. 2.& in authent.sed cùm testator.C.ad l.Falci.& ibi etiam Bald.& Sal.& idem Bald.affirmat istam opinionem esse veram cons.99.super primo quæsito.vol.4.licet ibi,& in l.cùm tale.§. 1.ff.de condi. & demon. subiiciat de cōsuetudine inducta per errorem opinionem seruari contrariam,& istam partem audacter asserit esse communem Alexandr.consil.67.visis.libr.4.& in dicta auth.sed cum testator.Ias.etiam in rubr.ff.ad Trebel.num.7.& in repet.rub. num. 17.& in d.l.Marcellus.eodem titu.num. 57.& refert Crauet.in præcitato cons. 17.& pro ista parte reperio consuluisse Paul.de Castr.consil.202. volu. 2. in nouis incip.in Christi nomine,& cons.209. & ista quæstio adeò ambigua est propter conflictum opinionum, & diuersas iuris interpretum sententias vt constat ex iis quæ congerunt Doct.in d.l. Marcell°. adeò, vt decisionem principis desideret vt refert Cassadórus in præallegata decisio.3.in tit. de testa. circa fi. retenta itaque prima parte tanquam magis vera,&communi,amplia,vt procedat etiam si hæres sit filius testatoris. vt per Baldum consil. 404.in substitutione lib.2.& Cornæ.cons. 168.in hac consultatione. vbi ponit istam esse magis communem opinionem, idem dicit Dec.cons.236.non parua difficultas.& Cornæ.consilio 22.in hac consultatione,libro secundo. eandem opinionem sequitur Barba.consilio 46.difficile.lib. 3.& Augustinus Beroius in capit.in præsentia.numero 448.in fi. de probatio. & licet filius ob omissionem inuentarij perdat Trebellianicam,tamen non perdit legitimam,& in hoc Doct.conueniūt communiter,vt refert,& attestatur Corsetus in tractat.de potestate regia in materia Trebellianicæ.quæstio.73.& Laurentius Calc.cons.86. tota ista quæstio,& istam opinionem originaliter tenuit gloss.in authent.hoc amplius.C.de fideicom miss.Oldra in dicto consil. 134.Bart.in dicta authent.sed cùm testator,& alij complures congesti per Corn.in loco suprà citato.Interpretatur & limitatur præfata conclusio, quando testator hæredi remitteret necessitatem inuentarium faciendi, quia tunc omissio inuentarij hæredi non noceret. l.fin. C.arbit.tute.l.cum tale.§. 1.vbi Bald.& Imol.ff.de conditio. & demonstrat.Curtius consilio 29.in regno Hispaniæ,in fi.cum allegatis per Dec.consilio. 308.visa iterum lecta.& Soc.consil.lj. viso testamento.lib.3. F.Villalob.

Hæres rogatus hereditatem restituere ex Senatusconsulto Trebelliano,quarto retinere pōt.§ sed quia stipulationes. in-

ſtitut.de fideic.hæred.& ſi filius eſſet,ſeu de liberis,quibus legitima deberur iure naturæ quartam facile vltra legitimam poſſet detrahere.c.Raynal.de teſta.q̃ quidem procedit,quando vno,eodemq̃ue tempore vtriuſque quartæ detractio non concurrit, vtputa quando filius eſſet in diem, vel ſub conditione rogatus reſtituere:tunc enim poteſt duas quartas detrahere,ſecus autem,quando purè eſſet rogatus, quia tunc non poteſt de iure cano.nec de eius æquitate detrahere,niſi vnam quartam,ſecundum gloſſ.& communiter canoniſtas in d.ca. Raynutius.Legiſtas in l.quanquàm.C.ad l.Falci.& l.Papinianus.§.meminiſſe. ff.de inof.teſta. & iſtam communem ſequitur Bart.in l. 1.§.interdum.ff.ſi cui pluſquam per leg.Falc.in d. l.quanquàm.& in d.§.meminiſſe.Fulgo.conſ.26.ſtante ſtatuto. & Alex.l.in ratione.§.quod vulgò.ff.ad leg.Falci. conſ.43. attenta.in fi.vol.2.& conſ. 142. circa primam dubitationem. vol.2.& iſtam ſententiam approbauit vſus totius mundi volentis in hoc ſtare canonibus,vt legitur inter conſilia Bal.conſil.282.& conſ.387.quidam.Alexand.lib.3.& iſtam communem atteſtatur Afflict.deciſ.367.nu.4.& ad vtranque partem diſputat,ſequitur,allegat, plurimumq̃ue declarat Auguſtin. Beroius c.in præſentia.nu.437.cum aliis ſeq.de prob. & Ripa in l.iubemus. C.ad Treb. Limitatur hoc vbicunque pater expreſsè filio primi gradus grauato Trebellianicam prohibuiſſet, quia quamuis pater ipſe filiis primi gradus Trebellianicam prohibere nequeat, vt l.iubemus. ad Treb. nihilominus hoc verum eſt,quando vna tantùm detrahi poſſet,vt quia pure fuiſſet grauatus per fideicommiſſum. Sed quando duas regulariter poſſet detrahere, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione,vel in diem, iſto caſu pater prohibere Trebellianicam poſſet,vt filius haberet duntaxat legitimam, vt voluit Paul.de Caſtr. & Alexan.in l.mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb.& idem Alexan.conſ.28.& 165.vol. 5.& Corn.conſil.22.vol.2.vbi ſcribunt iſtam eſſe communem. Contrariam verò partem,quòd inefficax ſit iſta prohibitio, tenuit Pau.de Caſtr.reuocando ſententiam in melius in d.l.iubemus,& fuit de mente Bart.& Alex.in l.quod de bonis. §. quod auus. ff.ad leg.Falc. & ideò Alex.conſ.250.vol.6. non fuit auſus conſulere pro prima opinione. Iſtam ſecundam partem tenuit etiam Ang.conſ.121. & Alexan.in d.§.quod auus. vbi respondet ad d.l.iubemus.Bal.& Saly.in d. l. iubemus. Roma. conſ. 216.Barba.in d.c.Raynut.circa fi.Alex.conſ. 5.vol.3.& conſ. 201.& 67.vol.6.Dec.q̃ſ.81.& 170.& cõſ.218.& iſta eſt communis opin.vt ponunt præcitati Doct.Alex.& Soc. in l. Marcellus.ff.ad Treb.ſeu in d.l.iubemus.vbi etiam Moder.Curti. iun.conſ.160.n.3.& Gozad. conſ.45.& 97.n. 4. vbi refert q̃ teſtator indiſtinctè non poteſt aliquo modo prohibere Trebellianicam filio,etiam ſi deducendę forent duæ quartę,& fatetur tandem iſtam eſſe communem opinionem, & iſta in effectu videtur communior,ſecùs autem,quando teſtator prohiberet extraneo hæredi inſtituto, & grauato detractionem Trebellianicæ,quia iſto caſu valeret prohibitio,& hæreditas deuenire poteſt ad hæredem abſque Trebellianicæ detractione.§.ſi verò expreſſim in auth.de hæredi.& Falcid.gl.in §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit.de fideicommiſſ.hæredi.in verbo,liceat.Bart.in auth. ſed cùm teſtator.C.ad l.Falci.& iſta opinio ratione non caret,quia text.in d.§.ſi verò expreſſim loquens de Falcidia,& de Trebellianica extendendus:nam per hoc ad ius cõmune reuertimur.l.verbis.ff.de verb.ſig.& vbi reditur ad ius commune,Lex etiam correctoria recipit extenſionem ſecundum gl.in ca.ſtatutum.de præb.lib.6.præſertimq̃ue vbi ſublata ſignificatione vocabuli caſus,de quo fit extẽſio comprehenditur.gl.in clem. 1.de elect.& appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum eſt per nota.in auth. vnde ſi parens.C.de inoff.teſta.& ſentẽtiam iſtam communiter approbari ſcribit Alex.in d.l.Marcellus.poſt Io.de Imo.ibi,& q̃ iſta communis ſit fatetur etiam Barba.conſ. 10.illud.lib.4.Iaſ. conſ.84.omiſſa.lib. 1.& conſ. 146.præſuppoſito.vol.2. Alex. in l.ſi filius à patre.n.3.ff.de lib.& poſth.& in l.extraneum. C. de hæredib.inſtituen.n.8.Iaſ.in l.ſi fundum §.ſi libertus.n. 10. ff.de lega. 1.in d.l.Marcellus.n.40. & Bald. Nouellus in tract. de dote.in 6.parte.in 13.priuilegio.n.2. Interpretantur prædicta etiam procedere,ſi teſtator hæreditatem reſtitui mãdauerit totam,vel integram,vel pleno iure,vel vius fuerit his verbis,hæres reſtituat oĩa bona vel reſiduũ bonorũ, aut quicq̃d ex bonis peruenerit,videtur tunc Trebellianicam prohibuiſſe.per ea.quæ no.gl.in l. decem.C.de fideicom.miſ.libertatib. quam ſingularem eſſe dicit Ang.ibi,& Bald.in auth. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.facit l.ſi eo.ti.& hoc approbat Alex. in l.Centurio.ff.de vulg.& pup.& conſ.201.perſpectis verbis,libro 6. & iſtam opinionem communem eſſe ſupponit, idem Alex.conſ. 5.circa primum.lib.3.Gozad.conſ.97.nu.6.& magis communem dicit Alex.conſ.67.n. 1.vol. 1.& com. etiam dicit Bellon.conſ.64.n.2. & hæc opi.comprobatur ex multis rationibus relatis per Corſetum, tractatu de poteſtate regia. q. 73.§.2.contrariam verò ſentẽtiam q̃ retrahatur,tenuit Roma.conſ.75.neſcio.& conſ.79.totum fundamentum.& conſi.239.in hac re.& Fel.in c.auditis.de præſcr.& Iaſ.conſ.84.puto.vol. 1.Dec.conſ.495.& Pau.de Caſt.in auth. ſed cùm teſtator.C.ad l.Falc.& iſtam opi.ait eſſe commu.Roma.in d.conſ. 239.& magis com. dicit Bellonus conſ. 55.n. 1.& conſ. 66.n. 1.& ſeq.& conſ.80. F.Viuius.

Hærede non adeunte hæreditatem, omnia iura teſtamenti pereunt,& ſic,ſi nemo hæreditatem,ipſam adierit,nihil valet ex iis,quæ in teſtamento ſcripta ſunt l.ſi nemo,la 1.ff.de teſtamen.tut.l.eam quam.C.de fideic.& l.ſi nemo ſubiit.ff.de reg. iur.& not.Roma.conſ.428.Dec.in viſo proceſſu.vol.7.Fallit hoc quippe principaliter in filiofam.etiam infante. quiabſq; aliquo dubio tranſmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis.l.apud hoſtes.C. de ſuis & legiti.& iſta eſt communis opi.vt apparet ex relatis per Deciũ conſ.331.pro reſolutione conſ.245.& conſ.250. in antiq.& Iaſ.conſ.130.magnificus.volu. 1.ſed imò pupillus,ſeu infans moriens hæreditate non adita tranſmittit ad hæredem ſuum beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam hæreditatem,& per conſequẽs hæredes eius poſſunt petere reſtitutionem in integrum,ex clauſula generali,ſi qua iuſta cauſa, &c. aduerſus hæreditatem non aditam à minore, vt tenet Bart.in l.ſi infanti.C.de iure deliberandi & alij multi,quos referunt Paul.de Ca.Alex.& Iaſ.ibi dicentes iſtam eſſe communem opinionem,prout etiam atteſtatur Soc.conſ.9.vol.1.& latè plures citans Gulielm.Bened.in ca.Raynut. num.179.de teſta.Cornæ.conſ.312.in fin.Rom.conſ. 58. viſis narratis.& Riminal.conſ.20.n.15.& conſ.120.n. 3.Bald.verò conſ.226. quæſtio.vol.2.arbitratur q.iſtam eſſe difficilem.& conſ.213. caſus talis,li.3. habet pro abſurdo ratione minoris ætatis dari reſtitutionem in integrum.& Soc.conſ.216.non poteſt negari aſſerit in iſta quæſtione eſſe locum gratificationi,& propter auctoritatem eorum,qui ſunt in contraria ſententia & obvalidiſſimas rationes, quibus reſponderi nequit indigere deciſione Cæſarea, nihilominus Doctores communiter tenent, q̃ competat reſtitutio in integrum etiam hæredibus infantis, vt per Cor.conſ.87.circa primum,& latè ꝛ.deduximus, & ab iſta cõmuni fatuum eſſet recedere in actu practico. His accedit congruenter, q̃ infans non poteſt adire hæreditatem ex ſe metipſo,ſed pater pro eo,aut tutor,ſecundum Bart.in d.l.ſi infanti,& omnes doctores communiter in l.bonorũ.C.qui admit.& iſtam ſcribit eſſe communem Bellonus conſ. 24.n.16. Interpretatur quoque prædicta regula non procedere in legatis ad pias cãs.vt no.Bart.in l.j. C.de ſacroſ.ec.Sed contra Bartolum ipſum audacter aſſeuerat eſſe cõmunem opinionem Canoniſtarum.& Legiſtarum Alex.in cõſ.354.ſtatutis n. 17. vol.2.Iaſ.in d.l.eam quam.& in d.l. 1.in 1.lectu.& in 2. lect.q̃ imò relicta ad pias cauſas non debeantur hæreditate non adita,opinionem verò Bart. ſequitur Dec.in d. l. ſi nemo. & Lupus in allegatione 19. vbi expreſsè fatetur ſententiam Bart. ſeruari in practica,& eſſe magis æquam.His accedit ſimiliter, q̃ hæreditas poſtquam eſt adita per hæredem non dicitur amplius hæreditas ſecundum communem opinionem Docto. quam citat.& ſequitur Iaſ.in l.poſſeſſio appellata.§.veteres.n. 18.ff.de acq.poſſ.Fallit etiam præfata cõcluſio in viginti aliis caſibus quos ponit Barb.in rub.extrà de teſtam.ver. nunc ad vltimam quæſtionem. F.Viuius.

hæres mariti defuncti lucratur,vxore ſuperſtite,fructus dotis rerum mobilium tempore anniculæ dilationis ſecundum communem opinionem omnium Docto.in l.diuortio.ff.ſol. matrimo.quam impugnare pluribus rationibus conatus fuit Iaſ.ibi, tamen(quicquid ipſe ſuadet coloratis fundamẽtis)ob hoc diſcederem à dicta communi, cum qua ſentiunt Doctores & Moder.in d.l.diuortio.reſpondendo omnibus contrariis.Cæterum.tranſacto anno, vxor ipſa abſque aliquo dubio poſſet ab hærede mariti petere prędicta bona mobilia,& ſi hęres mariti exciperet, ſeu opponeret aduerſus vxorem dotem petentem, q̃ ipſa perdidit dotem propter adulterium,de quo maritus eo viuente, querelam non porrexit,nihil prodeſſet iſta exceptio hęredi,ſed tenetur vxori reddere dotẽ ſuam non obſtante iſta friuola exceptione, vt per Canoniſtas communiter in c.plerunque de diuor. quam communem ſequuntur Modern.ibi,& Ripa atteſtatur in l.ſi.n.201.& ſeq.C.de reuocan.don.Prędictis etiam accedit q̃ hęres tenetur alere vxorẽ dum in viduitate maneret,ſi quidem, durãte tempore viduitatis

tatis,durat proculdubio onus alimentandi, dicitur durare vidua in matrimonio, dum vitã vidualem obſeruat, vt per Iaſ. §.fuerat. n. 5.& ſeq.& 25. Inſtit.de act.vbi ponit vltra annum vxorem alendã fore ab hæredibus mariti defuncti,quod procedit,durante viduitate,aliàs non,& iſta communis opi.omnium Doct.vt per ſcriben.paſſim,accedit ſimiliter præfatis aliud not. ſatis vtile, q̃ mulier non poteſt alimenta, ſeu vſuras dotis poſt annum petere,cum habuerit in poteſtate ſuam dotem petere,& non curauit,lege prima,cum ibi not.per glo.& Doct.C.de ſententiis quæ ſine certa quantita.& ita tenet bartol.in lege at qui natura.§.non tantum.ff.de nego.geſt.glo.& communiter omnes legiſte in l.inſulam.§.vſuras.ff.ſol.ma.& cõmuniter omnes Canoniſtæ in c.ſalubriter.de vſuris,de qua communi faciunt mentionem Moder.in d.§.vſuras,& conſulentes vbique. F.Viuius.

Hæres quilibet poteſt per ſe vel notarium, vel alium interrogare teſtatorem ad inſtituendum ſe hæredem. & ſi in caſu dictæ interrogationis teſtator faciat interrogãtem hæredem valet,& tenet iſta inſtitutio ſecundum Doct.in l.iubemus.C. de teſtamentis.Hæc verò opinio communis & veriſſima procedit,ſi teſtator articulatè loqui poterat,& conſtabat de intẽtione ipſius q̃ volebat ita facere ſecundum gl.in d.l.iubemus, cum qua ſentiunt omnes ſcribentes ibi Bal. conſ. 120. ſuper primo,volumine quarto,Pau. de caſt.conſ. 363. viſo puncto, per legem Pamphilo.§.propoſitum.ff.de leg.3.& iſta eſt communis opinio teſte Corneo conſ.261.n.18.libro quarto,poſt alios ibi relatos per eum & Boerius in deciſio.35.numer.5.& iſtam conſtat eſſe communem ſententiam etiam ex cõgeſtis per Alexandrum conſ.12. viſo inſtrumento. libro primo per Iaſonem conſ.124.factum ſic ſe habet in fine, libro primo.& per Corn.in præcitato conſ.Iaſ.in d.l.iubemus.n.20. & Bellonum conſ.26. Procedit ſecundò præalleg.concluſio,quando notarius non ſeorſum, ſed in conſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentum,& quando appareat teſtatorem eſſe ſanę mentis, aliter enim non valeret teſtamentum ipſum, ſi teſtator tunc fuiſſet infirmitate valde grauatus,vt per Ioannem Andræam in additio.Speculatoris,in §. 1.de teſtamen.Marſ.in ſing.449. Afflict. deciſione 143.Iaſ.in d.l.iubemus.& per Soc. conſ. 20. in facto. & conſil. 28. viſo. libr. 3. de quo etiam per Calcan. conſ.92.viſo puncto. Procedit ſimiliter præallegata concluſio, quando notarius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo loquitur, ſecùs autem quando ſcriberet teſtamentum iſtius balbutientis: nam ſi hoc probaretur, rueret teſtamentum,vt per Baldum in lege quidam.ff.de condit. inſtit.& Iaſ.in l.quoniam.C. de teſtam. Procedit quoque iſta concluſio, quando notarius non ſcribit hæredem ad nutum capitis teſtatoris, ſed facit teſtatorem, ita clarè reſpondere q̃ exaudiatur à teſtibus, quia teſtamentum non fit nuda voluntate,ſed verbis, vt per gloſſam in l.in fraudem.§. 1.ff.de militari teſtament. fallit hoc in fideicommiſſo, nam fideicommiſſa nutu relinqui poſſunt,l.nutu,& ibi Bart.ff.de legat.3. cum citatis per Alex.in d.l.iubemus. F.Viuius.

Hæres cogi non poteſt ad ſoluendum relicta ex teſtamento non ſolenni. lege, ſi veritas. C. de fideicommiſſ. & ibi omnes Doctores notant, & Bald. conſil. 284. & ſequent. & conſilio trecenteſimo octauo. iſta ſcriptura. libro tertio. Interpretatur vtiliter hoc, quando teſtator in teſtamento non ſolenni legatariis, & fideicommiſſariis expreſsè permittat,vt poſſint propria auctoritate accipere poſſeſſionem rerũ relictarum.l.3.§.Lucius.ff.de legat.2. & ex poſſeſſione legatarios fideicommiſſarioſque retentionis commodum conſequi,nemini dubium eſt.l.militis codicillis. §. veteranus, ff. de militari teſtam.& per Doctores in l.poſt diuiſionem,& in l.cũ quis.C.de iuris & facti ignorantia:& per Canoniſtas in ca. fi. de ſolu.& ab opinione hac non eſt recedendum,teſte Alex.in l.nemo.ff.de leg. 1.& quamuis Barb.in d.ca.fi. dicat nonnulla contra iſtam ſententiam, tamen ſecundum eam iudicandum eſt, quia opinio prædicta communiter approbatur, & magis communiter approbatam eſſe aſſerit Iaſ.in d.l.cum quis.& in allegata l.nemo.his accedit vnum valde vtile,q̃ ad probandã licentiam per teſtatorem traditam apprehendi poſſeſſionem rerum relictarum propria auctoritate ſufficit etiam actus inualidus,l.qui à patre,vbi Bald.ff.de confirmat.tutorum,l.fi.& ibi Bart.ff.de rebus eorum.Deci.conſ.171. in cauſa venerabilis.& Iaſo.conſuluit conſil. 127. dubitatur. volumine ſecundo. F.Viuius.

Hæres non compellitur ſatisfacere pro mortuo in quo non apparuerunt ſigna contritionis.Panormita.in cap.à nobis de ſententia excommunicationis. communem dicit, licet ipſe teneat contrarium.

Nota iſtam communem ad reſtrictionem l. 14.titulo ſecũdo.parte 6.dicentis hæredem teneri pro teſtatore. B.Villal.

Hæres tenetur de damno dato à defuncto: etſi nec ad ipſum,nec ad mortuum aliquid peruenerit,ſecundum ius canonicum.Panormitan. in capit. parochiano. de ſepult.communem dicit.

Nota q̃ aliud diſponitur per l. 3.titul. 15.part.6.cum intel. l.ſtyli.68.& de l.6.tit.20.lib.3.For.ll.vbi diſponitur,q̃ ſi lis nõ fuit conteſtata cum defuncto, vel ipſi hæredes nullum commodum receperunt,q̃ non tenetur de dicto damno illato defuncto,quod procedit de rigore iurisciuilis,ſecùs de ęquitate canonica,cũ apparuerint in defuncto,ſigna contritionis,quia tunc tenetur hæres exonerare conſcientiam defuncti,ſecùs ſi non apparuerint, Idem eſt de iure canonico quod de ciuili, p̃ tradita per Gulielmum Mainerium in l.ſicuti.n.2.ff.de reg.iuris.vſque ad numerum 9.vbi dicit noſtram concluſionem cõmunem.Item nota,q̃ in delictis in quibus memoria poſt mortem poteſt damnari de quibus eſt gloſſa,in ſumma.24.q.2.& in §.interdum.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſtato deferun.&gl. in c.à nobis el 2.de ſent.excom.& Fel.in c.cum à nobis. num. 12.de præſcr.& ſi lis non ſit conteſtata:& procedatur contra abſentẽ,& moriatur hæres tenetur, vt manifeſtè dicit l.vlt.in pragma.conclu.de codi.iudi.

Reſtringe vſque ad vires hereditarias, & non confecto inuentario.Ant.de Fano.de pig.mem.4.part.2.n.124.in fi.communem dicit.

Amplia non ſolùm quoad delictum, ſed etiam quoad alia de iure canonico.Præpo.in cano.Epiſcopus 12.q.2.communem dicit:& competit contra creditorem totũ petentem remedium euangelicæ denunciationis.Alc.in c.nouit.de iudic. nu.34.com.dicit.

Nota q̃ ſi vnus ex hæredib.non ſit ſoluendo alius tenetur exonerare conſcientiam defuncti.Alciat.in l.2.§. 1.n.31.ff.de verb.oblig.communem dicit. B.Villal.

Hæres,etſi ſit filius, tenetur obſeruare contractum factum per patrem.etiam ſi tangat ſuam legitimam Suarez.in l. quoniam in prioribus.n.7.in 7.ampliatione.C.de inof.teſta.communem dicit.

Nota iſtam communem ad intellect.l.24.titul. 13.parte. 5. & vide rationem ſupra in verbo, binubis. de quo vide per Ioan.Na.in lege, generaliter. de ſecund. nupt. numero 17. C. Idem.

Hæres vnuſquiſque inſolidum tenetur adimplere factum iudiuiduum ad quod tenebatur teſtator, & vno adimplente eſt ſatisfactum,& alij non incidunt in pœnam.Alciat.in l.3.§. Cato n.41.ff.de verb.obl.communem dicit.

Hæres, qui confecit inuentarium, etſi doloſè omittat ponere vnam vel duas res in illo:non tenetur inſolidum.vt aliàs teneretur,ſi nullum inuentarium confeciſſet. Iaſ.l.in cõputatione.§.licentia nu.4.C. de iure deliberan. communem dicit. Idem.Villalo.

Hæres heredis,ob tranſmiſſionem iuris deliberandi excludit ſubſtitutum, & eidem præfertur, communem dicit Guli. Bene.in c.Raynut.in ver.&c.Si abſque liberis moreretur.nu. 69.de teſtam. I.Fich.

Hæres condemnatus per ſententiam, beneficio inuentarij iuuatur.Alex.in l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſolu.matr.communem dicit.Iaſ.in l. 1.ff.de iuris & facti igno.n.17. B.Villalo.

Hæres ſuus,etſi repudiaret hereditatem: poteſt,re integra, reuocare repudiationem,etſi habeat coheredem extraneum. Iaſ.in l.pupillorum de repu.& abſtin.hæreditat.n.2. communem dicit. Idem.

Heres ſucceſſurus intra tempus primi hæredis,interrogatus ſi velit ſuccedere, & ipſe dicat quòd non, ſibi præiudicat. Iaſon. in rubric.de ſucceſſ. edi.in princip. communem dicit. Idem.

Hæres non conficiens inuentarium, non perdit Trebellianicam,com.ait Alex.conſ.2.lib. 5.& conſ.62.lib.4.Cõtrariam verò inquit magis communem Fulgoſ.in authentic.ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. & Deci. conſil. 436. in principio. Idem.

Hæres ſcriptus in teſtamento valido de iure ciuili, ſi agnoſcat bonorum poſſeſſionem,de iure prætorio non eſt propriè hæres,communem teſtatur Rip. in l. 1.n. 12.ff.de vulg.&pup. Idem.

Hæredis appellatione in materia ſeudali, ſoli filij veniunt, ita communiter teneri dicit Deci.conſilio. 516. numero 10. Idem.

Hærede non adeunte hereditatem,inſtitutus in re certa eſt vniuerſalis hæres. Alex.in l.quoties.C.de hære.inſtit.Io. Dur.

in arte testan.tit.6.caut.2.Mainerius in l.ius nostrum.nu.6.de reg.iur.ff.communem dicit.

Cum hac concor.3.tit.5.part.6.& plus dicit l.14.3.par.eo. q̃ institutus in re certa.si alius hæres non inueniatur:nec in illo,nec in alio testamento,ille erit hæres,& vide l.17. eiusdem tituli.infrà litera.I.nu.39. Idem.

Hæres si cedit actionem forensi contra statutum, si hoc faciat ex mandato testatoris non incidit in pœnam statuti,Iaso. in l.iustè possidet.numero 29.de acq.poss.ff. communem dicit. Idem.

Hæres institutus tanquam filius reputatus à patre,non succedit, sed venientes ab intestato ac ipsis deficientibus, fiscus succedit.Ias.in l.si pater tuus n.10.C.de hæred.instit.commu. dicit. Idem.

Hæres defuncti præsidis habet integrum salarium totius tẽporis officij,si tempus non sit finitum.Curt.iun.in l.diem functo.n.30.de officio assef.ff.com.dicit.vide in verbo salarium. nu.1. Idem.

Hæres tenetur ad alendum vxorem defuncti intra annum Iuctus.Ias.in §.fuerat,Insti.tde actio.nu.18.communem dicit. Idem.

ADDITIO.

Limita nisi hæredes vellent incontinenti solu.mat. dotem restituere non expectato lapsu anni q̃ facere possunt nec tenentur hinc ad alimenta ex quo dilatio illa anni in eorum fauorem sit introducta per Bald. in auth.& qui iurat.n.61.in fi. C.de bon.auct.iud.pos.Limita secundò,nisi intra annum nuberet.Cy.in l.fi.C.de bon.mater.Imo.in l. diuortio.n.4.ff.fol. mat.cum aliis. Idem.

Hæres tenetur ad soluendum æs alienum. & non vsufructuarius Dec.cons.620.Io.Durand.in arte testan.tit.6.cau.42. communem dicit. Idem Villalob.

Hæres mariti potest accusare adulterium vxoris commissum in vita mariti etsi ignorauerit adulterium.Boer. decisio. 338.nu.7.communem dicit.

De iure regio, post mortem mariti mulier adultera potest accusari de adulterio commisso in vita mariti per sex menses vtiles à tempore adulterij commissi,non tamen post l.3.titu. 17.part. 7. & nota quòd licet de adulterio non possit mulier accusari absque voluntate viri:vt in l.3.tit.7.lib.4.For.ll.correcta.l.2.17.part.7.maritus tamen venit puniẽdus. si fuit adulterij.causa.l.7.tit.17.part.7.de quibus ll.vide Io.Lupum in repet.cap.§.21.nu.13. Villal.

Hæres institutus,etiam dato substituto vulgariter,ius deliberandi transmittit ad hæredes si decesserit hæreditate non adita.sciens ad se hæreditatem delatam Io. Durand.in arte testan.ti. 5.caut. 1.communem dicit.

Hæredi,ad hæreditatem vendicandam,dantur,plura reme media: & respectu possessionis adipiscendæ, datur primò remedium l.fi.C.de edi.diui Adr.tol.vt ostenso testamento non cancellato, nec abolito, nec in aliqua parte sui vitiato hæres mittatur in possessionem rerum hæreditariarum,quod remedium competit ex testamento,non tamen ab intestato.Deci. in d.l.fi.& Bello.cons.35.cõem dicunt.Item datur remedium quorum bonorũ,vtile l.1.& Doct.ibi.C.quo.bo.quod interdictũ datur p̃ illum,qui possidet pro hærede,quia putat se hæredem,vel pro possessore,quia incumbit possessioni solum.§. adipiscendæ.Instit.de interdictis. Si verò habet titulum verũ, vt si possidet pro emptore,pro dote,sicut petitio hæreditatis non datur contra eum, vt per Ias. in §.actionum. n.18. vbi dicit communem,nec interdictum quorum bonorum,sed tamen dicta regul.patitur plures.exceptiones,de quibus Ias.ibi & Tiraq.in tract.le mort saisit le vif.par.2.n. 13.& Aymon.de Craueta cons.73.

Hæredis appellatione non venit fideicommissarius, Bello. cons.42.nu.13.communem dicit.

Limita in statutis, quæ sunt conformia iuri communi vel præter ius commune idem.Bello.nu.15.communem dicit.& Alex.in cons.82.vol.2. Idem.

Hæres etsi de iure veteri ob omissam inuentarij confectionem in nihilo plus creditoribus,neque legatariis teneretur vt probatur ex tex.in l.1.§.qui.ff.ad Treb.iure tamen nouissimo Authenticorum secùs & aliter introductum & dispositum fuisse legimus.§.hinc autem nobis.in auth.de hæred.& Falci. vbi habetur quod hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus,legatariis & insolidum vltra vires hæreditarias. probatur etiam ex tex.in l.fi.§.si quis autem temerario. C. de iure delibe.non tamẽ intelligas,q̃ adeo illis obligetur,vt etiã debitum iure naturæ perdat quia illud nõ amittit,sed de legatis detrahitur,& illa diminuet,& sic diminuta legata insolidũ hæres præstabit, & ita hac declaratione generali,quam ibi tradit Bart.in auth.sed cũ testator.C.ad leg. Falc. quæ fuit prout refert Rich.Mal.& Cy.intelligis illud quod dicitur hæredem inuentarium conficientem insolidum oneribus hæreditariis teneri quia non procedit,quo ad legata vt ibi concluditur,& tradit gl.in l.fi.§.si quis autem temerario. in ver.sacramentũ. C.de iur.delib.in fin.in quam opin.omnes conueniri dicit Alex. F.Turzan.

10 Hæres vniuersalis institutus, licet non expresse,sed per interpretationem quis dicitur,ex eo,quia non habet cohæredem, iuxta l.1.§.si ex fundo.ff.de hæred.inst.& propterea nõ potest legitimam suam solam acceptare,& reliquum hæreditatis respuere,iuxta communem doctrinam Cy.Bart.Sal.& aliorum l.hæres instituta.C.de impub.& aliis subst.Et tradunt Do.maximè Alex.in l.quia poterat.ff.ad Treb.Soc.iu.cons.7.nu.14. vol.4. E.Muscul.

Hæres ea in parte,in qua hæres est,defunctum reddit,ac repræsentat,in cæteris hereditatis partibus extranei loco est.cõ 20 mune aiunt Io.Nic.in l.generaliter.n.120.C.de sec.nup.& latissima allegatione vsi Ant.Gomez. de contrac.c.10.n.3.ver. confirmatur,atque Arius Pinelus in l.1.part.3.C.de bon.matern. E.Suarez.

Hæres ex minus solenni voluntate,minusq̃ ritè ac solenniter conscripto testamento naturaliter tenetur,vt frequẽter placitum effantur Alex.n.2.in l.non dubium.C.de testam.Ias. in l.cum quis à num.9.C.de iur.& fact.ignor.idem Ias. in l.1. à num.16.ff.de condict.indebit.idem Ias.n.70.Rip.n. 96.in l, nemo potest.ff.de leg.libr.1.idem Ias.cons.82.n.3.lib.3.Deci. 30 cons.348.n.1.Alc.in c.nouit n.30.de iudic. quam sententiam mirificè confirmat commemorabilis Plinij Iunioris auctoritas libr.3.epist.10. ad Sabinum in hæc verba scribentis,confido accursurum te sententiæ meæ, cùm religiosissimè soleas custodire defunctorum voluntatem,quam bonis hæredib.intellexisse pro iure est.Neque enim minus apud nos honestas, quam apud alios necessitas valet.Meretur ergo libertatem sentib.nobis,fruatur legato quasi omnia diligentissimè caue rit.cauit.n.quæ hæres bene elegit.Confirmat alia non minus etiam luculenta eiusdem prudentissimi Plinij sententia lib. 5. 40 epist.7. subsequentia verba literis consignata cũ Caluitio suo conferentis, hoc inquit,si ius aspicias, irritum.si defuncti voluntatem,ratum & firmum est.Mihi autem defuncti volũtas, (vt reor æquam in partem iurisconsulti, quod sum dicturus accipiant)antiquior iure est.quam ob rem non temerè scripsisse Ang.duco in l.quidam. §.illo.C.de neces.seru.peccare hẽ redem,qui voluntatem testatoris & si minus solenniter exaratã,facto non seruet.nec multũ me morantur, qui p̃ æquum adeo,honestum atque vtile frequenter placitum sese subtiles ostendere nituntur.quos referunt non inculpatè sequuti Al- 50 cia.lib.5.paradox.c.17.Did.à Couuarr.in ca.cùm esses.n.9.de testam. Quinimo si huiusmodi tabulis minus solenniter exaratis relicta hæres vel stipulatione, vel nudo duntaxat pacto promiserit,ad ea soluẽda efficaciter obligabitur,& si quis,simpliciter illa relicta solum agnouerit,obligationis ciuilis vinculis non irretiatur.vt magis cõmune dogma assero ex iis,quos referunt Corn.ad fi.Alex.Ias.nu.4.post Salicet.ac Fulgos.in l. non dubium.C.de testa.Ias.rursum cons.72.lib.3. Quod ampliabis vt idem futurum prorsus sit,si hæc hæredis promissio testatori ipsi, antequam ille mortẽ obiret, facta proponatur 60 vt probat tex.in l.vlti.C.de fideicommis. iuxta vnam Bart.interpretationem,quam valde commendant & amplectuntur Imol.Alex.n.9. in l.nemo potest.ff.de leg.lib.1.affirmant alij, quos sequutus refert Guliel.Bened.in c.Raynut.in ver.si absque liberis.in 2.n.172.de testam. quidquid negligenter reluctetur Ias.in d.cons.82.Memineris porrò,ac memorie perpetuo commendabis, quod huiusmodi promissiones non solũ ad præstationes transacti temporis, sed & ad postea decursuras promittentem hæredem obligabunt vt commune pono ex glo.ac reliquis commentatoribus in l.2. C.de dot.promis. 70 Ias.in l.1.n.5.C.de fideicommiss.Dec.in lege si certis annis n. 12.C.de pact.Guliel.Bened.vbi s.n.174.& n.178.& nu. 190. E.Suarez.

Hæres certa in re institutus,si coheres non adiungatur,hæres ex asse prorsus erit.commune pronunciant Alex.in l.quotiens.C.de hæred.instit.Mayner,in l.ius nostrum.n.6.ff.de regul.iur.quod adeo verũ est, vt & si expressim à testatore plus capere prohibeatur,totam hæreditatem nihilominus capturus sit,quemadmodum magis commune censent Alex.in l.si quis priore.ff.ad Senatusconsult.Trebellia.Viuius latè lib.1. 80 opi.134.post princ.latius Iul.Clar.de testa.q.73. ver. punctus est.quamuis complures ea in specie,& nullum esse testamentum asserant,& rem totam ad intestati causam reduci obnixè contendant,quorum dogma magis commune ponunt Phili. Corn.in l.quotiens.C.de hæred.instituen.& ij,quos laudat Iulius.Clar.vbi s. ver. contrariam autem. mihi autem summopere illud placet,vt tanquam inutile fuerit testamentum iusti hæredes hæreditatem omnem consequantur sed rem tamen illam,in quam quis particulariter illo modo institutus fuit,veluti fideicommisso obligati eidem restituant:quod etiam cõmuniter placere enunciat meus iuris doctor Ant.Gomez.de testam.c.10.nu.10.& nu.11. Idem.

Hæres certa in re institutus si adiũgatur vel vniuersalis,vel ex parte cohæres,nihil amplius re illa ĩ qua instituitur capiet, si tamen adiunctus hæres adire noluit, seu non potuit, totam hæreditatem iure accrescendi vindicabit. commune renuncio ex Imol.in l.1.§.si ex fundo.ver.3.fallit.& ver.item intelligе.ff.de hæred.instit.Salic.q.3.prin.Pau.Cast.n.2. Corn. nu.5. Alex.& Ias.in l.quoties.C.de hære.insti.Sin autem adiunctus cohæres adierit,& nihil amplius,vt dixi,iste in re certa institutus adipiscetur, & legatarij numero habebitur. commune ait 20 Ant.Gom.de testa.in c.1.2.& c.10.n.12.quamuis verius longe arbitror,quod frequenter placitum affirmat Cur.Iu. cons. 190.n.3.huiusmodi institutum hæredem nec simpliciter legatarium, nec omnino hæredem esse censendum, sed in specie vtrinque communicante ponendum fore. E.Suarez.

PRO.Hæres.idem est quod dominus in §.fi.insti.de hæred. qual.& diffe. Bellon.

PRO.Hæres eadem est persona cum defuncto. in l. hæres. ff.de vsucap.in §.1. in auth. de iureiur.à mor. præstant.collat. quarta.

OBIEC.contrà de l.qui futurum.§.1.de pact.ff.vbi pactum in persona testatoris non porrigitur ad hæredem.

SOL. Ibi. quia erat personale pactum, quod cum persona extinguitur.l.idem.§.personale.ff.eod.tit.l.quia tale. ff. solut. matri.

OBIEC.Præterea opponitur,quia hæres hæredis,est hæres testatoris in l.fi.C.de hæredib.instit.& tamen in substitutione facta per hæc verba,quisquis mihi hæres erit,non venit hęres hæredis l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg.substit.

SOL.Ibi.quia non veniebat ex voluntate defuncti,nec tenebat locum primi quoad effectum testantis,vt ibi not.Bart. Idem.

PRO. Hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus & legatariis.l.ex maleficiis,§.hæres.ff.de actio.& obli.l.apud Iulianum.in §.fi.ff. in quibus causis in posses. eat. §.hæres.instit.de obl.ex quas.cont. Idem.

PRO.Hæredis institutio est caput & fundamentum testamenti.§.ante hæredis.instit.de leg. Idem.

PRO. Hæredi à semetipso legatum dari non potest. l. legatum.§.hæredi.ff.de leg.2. Idem.

Hæres. Ex submissione defuncti ad omnes curias cum renunciatione fori potest hæres ibi conueniri.cap.dilecti.& ibi Butr.& Panorm.ext.de foro comp.Bar.in l.postulante.per illum tex.ff.ad Treb.facit l.fi is qui Romæ.ff.de iudi.Sed ex submissione defuncti ad arestũ,non poterit hæres arestari,secundum Bar.Ang.&d.Alex.in l.si decesserit.ff.qui satisd.cog.facit d.l.si decesserit.& l.1.§.ne autem.C.de cad.tol.Quę submissio ad arestum valet,si fuerit iurata,& est seruanda de iure cano. c.ex rescripto,ext.de iureiur.qui tex. est ad limitationem traditorum per Doct. circa hunc passum in l. nemo potest. ff. de legat.primo. in l. ob es. C. de actio. & obligat. Balb. decis. sexagesimanona.

hæres non confecto inuentario:non tenetur ex delicto defuncti vltra vires hæreditarias secundum communem per Rol.de inuent.par.vlt.q.18.quam prius retulit d.trac.vbi s.q. 14.vbi latius declarat & limitat concl.iuris cano.& eam locũ habere quatenus substantia defuncti patiatur,& non vltra,etiam non confecto inuentario.

Hæres non vindicans mortem defuncti, antequam adiret hæreditatem,priuatur hæreditate,& succedit fiscus, per l.hæredem.ff.de his quibus vt indignis.& l.1.C.eodem.Hodie tamen de consuetudine non obseruatur illa pœna,ita attestatur Foll.in pract.crim.Canon.n.32.& seq.Imò quotidie hæredes remittunt occisoribus defuncti,& cum eis pacem faciunt.esset enim illa lex nutritiua peccati.Clar.d.§.fin.q.79.vers.item quando. P.Fichard.

Hæres grauatus restituere hereditatem per fideicõmissum etiam si adiuit hæreditatem sine beneficio inuentarij, potest deducere à diuersus fideicommissarium id quod sibi debetur à defuncto,secundum communem per Rol.de inuent.par.vl. q.11.n.5.& seq.& n.9.vbi ponit exemplum in vxor. instituta & grauata,quæ & si non conficiat inuentarium,suam dotem deducere potest,secundum communem ibi,& cons.65.lib.2. & d.trac.de inuent.par.vl.q.15.nu.12.

Hæres improprius venit in dispositione in qua fit mentio de quocunque herede, secundum veriorem sententiam per Rol.cons.54.n.37.lib.3.de quo verbo. heres, vide quæ idem scribit cons.53.col.fi.post med.eodem lib.vbi in fi.quærit q.d quando verbum heres est appositum in emphyteusi recepta 10 à priuato:& quid in recepta ab ecclesia pro se & heredibus,vide ibi & quæ not.prac.pap.for.lib. ad præsta. versic. recusauit num.7.

heres ex delicto defuncti,etiamsi ex ipso delicto nihil ad eũ peruenerit.& lis cum defuncto nõ fuerit contestata,dummodo alia bona defuncti ad eum peruenerint, iure canonico tenetur,& ideo poterit compelli vt hoc ex bonis defuncti satisfaciat vt voluit gl.in c.Parochiano.de sepult.& gl.1.q.4.§.itẽ pacto.gl.in c.in literis.de raptoribus.&gl.14.q.2.c sanè.& 12. q.2.c.episcopus qui filios & 16.q.2.c.si episcopus.& ita com 20 muniter teneri refert Bened.Capr.reg.67.n.1.& 10.quod maximè procedere dicit,quando defunctus,fuisset confessus,seu penituisset, ac fuisset absolutus,licet verius sit quod communis procedat etiam si defunctus non penituerit, vt est ibidem videre.nu.15.

Heres legantis res alienas licet regulariter de euictione nõ teneatur,iuxta not.in l.cùm alienam.C.de leg.& in c.filius de testam.id tamen inter alia fallit, quãdo legaretur res aliena in genere ex natura seu qualitate ipsius rei.l.qui concubinam.§. si heres ff.de leg.3.& ibid.gl.& Bart. quia si tunc legatario res 30 euinceretur,tenetur de euictione hæres,cùm obligatus in genere teneatur rem facere accipientis. l.si substituto. §. hæres. ff.de legat.1.argumento.l.ex empto.in prin.ff.de actio.empt. quod verum esse & communiter teneri refert Bened.Cap.regula 107.nu.3.quod verum est, nisi legaretur quid incerti ex pluribus certis.putà vnus ex pluribus seruis quia illud legatũ æquiparabitur legato speciei.l.in ratione.§.diligenter & §.sequen.ff.ad l.Falcidiam.Quo casu tamen ad hoc,vt hæres de euictione teneatur,legatario iucumbit,vt ante litem abs se cõ testatam, cùm magis de lucro captando quam de damno vi- 40 tando videatur solicitus. litem motam legitimè denunciet secundum glossam,in l.si rem.§.fi.ff.de euict.& gl.in l.qui concubinam.§.si hæres.ff.de legat.3.& ibidem Dynum,& Bartolum quod sequitur Cy.in l.emptor.C.de euict. & D.Nic.consilio quod incipit videtur primo dictum. & illa communiter teneri refert.n.35.Bened.Capra.

Hæres nisi infra anni tẽpus legata integraliter soluerit,non tantùm Falcidia,sed etiam commodo priuatur:secundum gl. in c. Raynaldus in verbo legitimum. de testam. & Auct. hoc amplius.C.de fideicommiss.& c.si hæredes.de testam.qui an- 50 nus incipit currere à die factæ monitionis,per iudicem d.Aucten.hoc amplius.& ibidem Bart.c.nos quidem de testamentis.gl.in Auct.de hæred.& Falcid.§.si quis non implens, & ita communiter teneri refert Benedict.Cap.reg.110.n.22. id tamen inter alia fallit, nisi aliud tempus à testatore foret præfixum ad implendam eius voluntatem,quia tunc illud esset attendendum,per not.in l.statu libero.§.hæredi.ff.de statu liberis.l.fi.§.sin autem C.de iure deliberandi. prout voluit d.cap. nos quidem.Pet.de Anch.Imol.D.Nic.& communiter Doctor.vt refert ibidem,nu.28.Benedictus.

Hæredum appellatio, quæ in contractu pro se & filiis & hęredibus gesto, inseritur, ad hæredes extraneos non dilatatur. cõmune dicit Alex. cons. 56. n. 2. lib. 2. eadem porrò hęredum nuncupatio si in materia ad hæredes non transmeabili fiat, ad posteros, seu liberos relata censebitur. vt receptum scribit Arius Pinelus in l. 3. nu. 32. versic. infertur 9. C. de bo. mater. E. Suarez.

Hæredum pars maior, si pacem cum defuncti offensore inierit, satis superque est, vt offensor veniam delicti possit impetrare, quemadmodum frequenter placitum asseuerant Areti. in l. pro hærede. in prac. §. vlt. n. 11. ff. de acq. hæ. Io. Crot. repe. 1. n. 151. & rep. 2. num. 82. Hier. Butigel. n. 175. Bolog. n. 199. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obl. Alciat. cons. 577. nu. 2. Io. de Amicis cons. 88. n. 6. & vberrimè Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 58. vers. frequenter. Quanquam ab omnibus prorsus pacem obtinendam esse necessariò affirment communiter receptum Feli. in c. cum omnes. nu. 27. de const. Ias. nu. 57. Rip. nu. 103. Alciat. nu. 172. Soc. iun. nu. 273. in d. §. Cato. Did. à Couar. lib. 1. resolut. c. 13. n. 8. Menchiaca controuers. vsu frequen. c. 30. nu. 39. placet tamen superior opinio, vt humanitati magis consentanea. nec enim tanti esse debet suspitio odij & maleuolentiæ piis omnino sponte eradicãda, vt quum quem deliquisse pœnitet, benignior hæredum pars frequentibus suffragiis iuuare nequeat. vbi tamen praxi, optima rerum doctrice, aliud receptum est, aliud prorsus & absque dubio sequendum erit.

Idem.

Hæredes scripti tamen illi dici possunt, quorũ nomina sunt notata in testamento, nõ autem illi, qui possunt dici hæredes ex legis ordine iuxta l. 1. §. 1. in pr. vers. sed si non legi. & ibi tradita. per Doct. ff. de his, quę in test. delen. ad quod est doctrina Bart. Communiter recepta in l. qui liberis. §. hæc verba. in vlti. q. ff. de vulg. & pup. Dum ibi vult: Quòd substitutio facta à testatore de hęredibus suis j̃. scriptis, solum vocat eos, qui nominatim scripti sunt, si aliqui scripti reperiuntur, cum oculis corporeis legi possint, & non, qui erant per certam personã eligendi, eo, ꝙ ipsi non possunt dici scripti, quia oculis corporeis legi non possunt, vt per eum cum concordantibus per So. iun. in cons. 54. nu. 9. & 10. vol. 4. E. Muscul.

Hæredes & si in obligationes omnes quibus, & alij testatoribus vita functi tenebantur, & ipsi testatores aliis obnoxij erant, generaliter ac regulariter veniant, tñ illas haud induent, vel suscipient: quarum contractibus taxatiuam dictionem alterutra pars addiderit. v. g. tantũ promitto, ego solus pollliceor, vel tibi duntaxat. vt communia latè ait Anto. Gomez. de contract. c. 11. nu. 12. & seq. E. Suarez.

Hæredes plures instituti in quibus naturæ & charitatis ordo sit, non omnes simul instituti intelliguntur, sed successiuo ordine alij ante alios. vt si instituam meum filium atque eius filios: mortuo demum meo filio, eius filij hæredes erunt. cõe ex multis pronunciar Ant. Gomez. de testa. c. 2. nu. 3. vers. 5. limita, & c. 5. nu. 24. vers. infero. 27. & c. 10. nu. 31. vers. ex quo infero. Excipies tamen vt hoc procedere nequeat cum institutio facta proponitur per dictionem coniunctionis, simul, vel vna. qm̃ ea in specie omnes cõiunctim hæreditate potientur. cõe testatur idem Ant. Gomez. d. c. 2. n. 3. Excipe deinde, vt id locum generaliter ac regulariter in aliis non habeat, quàm in iis, quorum vtrunque instituere vel ratio suadet vel necessitas cogit, ne alias testamentum ruinam faciat, vt in filio ac nepote ꝯtingit. in aliis etenim præter hos, secùs longè erit. quippe quia si quis fratrem suum aut quemuis alium, & eiusdem liberos instituerit hæredes, tunc omnes admittentur, hic in dimidiatam partem, illi omnes in alteram dimidiatam partem, vt frequenter placita inquiunt Alex. cons. 2. lib. 3. Io. Dilect. de arte test. tit. 4. caut. 6. nu. 1. Ant. Gomez. d. c. 2. vers. 7. & finaliter limita. & qui latissimè circa hanc quæstionem, & eius distinctiones diuagatur Iulius Clarus. de testament. quæst. 80. Idem.

Hæredes verbis coniuncti in accrescendi iure illis præferũtur, qui re tantùm coniuncti sunt: vt magis commune placitum renuncio ex Iaso. num. 125. Lancel. Polit. in l. re coniuncti. ff. de leg. lib. 3. ex eodem Iason. in additio. ad Porc. in §. si eadem res. institut. de legat. quamuis neutrum illorum prærogatiuam habere, sed vtrunque æquo iure succedere frequẽtius dogma affirmet Petrus de Beluis. Io. Crot. nu. 47. in dicta lege re coniuncti, & Ant. Gomez. de testament. cap. decimo. n. 32. Idem.

Hæredes ab intestato primi duntaxat gradus, non verò & vlteriores, tacito testatoris iudicio vocati censentur. vt frequenter placitum pronunciant Ias. in l. licet imperator. num. 40. ff. de leg. lib. 1. & in auth. ex causa. C. de lib. præter. Ant. Gomez. de testa c. 10. nu. 27. vers. sed aduertendum, quod eleganter declarat Arius Pinel. in l. 1. parte. 1. nu. 73. C. de bo. mater. Idem.

Hæredes & si ex defunctorum delictis iure ciuili non tenentur, tamen pontificio iure tenentur. commune renunciant Ant. Gomez. de delict. c. 1. nu. 85. Didac. à Couar. lib. 3. resolu. ca. 3. n. 7. non tamen vltra hæreditarias vires obligatio vnquã dilatabitur. seu inuentarium illi confecerint, seu neutiquam illud exarauerint. commune efferunt Did. à Couar. d. c. 3. nu. 8. Bossius in pract. tit. de pœnis. nu. 34. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 51. vers. scias tamen. Idem.

Hæredes, quorum nomina testator deleuerit, & si hæredes esse non desinant. tamen indigni habebuntur, atque illis alioquin obuentura hæreditas ad fiscum deferetur. commune ponit Iul. Clar. de testa. q. 94. in finem. Idem.

Hæredis appellatio in feudorum materia ad filios solùm refertur. commune ait Dec. cons. 310. n. 10. Alias autem regulariter nec eum vnquam comprehendet, cui hæreditas fideicommisso restituenda est, vt frequenter placitum scribit Bel. cons. 42. nu. 13. E. Suarez.

Hæredis institutio aut præsumpta, aut tacita, quamuis generaliter ac regulariter ꝑ nihilo prorsus sit, tñ in quibusdam formis rectè collecta procedet. quas species latè recẽsent cõe placitũ ĩ vnaquaque ponẽtes Ant. Gomez. de testa. c. 5. n. 23. & seq. I. Clar. de test. q. 35. ver. ĩ primis. ẽt q. 36. cũ ꝯplurib. seq.

vberrimè

vberrimè ex receptis ſententiis tractatvt fieri debeat hęredis inſtitutio,& qui facta valeat,vel ſecus. Idem.

Hæredis ex aſſe inſtitutio, quæ verbis directis concepta in codicillis,aut imperfecto teſtamento eſt,ſi codicillaris clauſula adiungatur,in fideicommiſſum conuertetur. quo legitimi hæredes cogantur hæredi illi non ritè inſtituto hæreditatis bona reſtituere vt frequenter placitum renuncio ex Accurtio,Bart.Ang.Imol.& cæteris interpretibus in l. ex ea ſcriptu. §.j.ff.de teſta.ex eiſdem Accurt.Bart.Bal.ac reliquis commentatoribus in auth.ex cauſa.C.de lib.præter. ex Accurt. rurſus & pleriſque omnibus ſcribentibus in l.ſi iidem codicilli.C.de codicil. Idem.

Hæredis bona non minus diſpoſitionibus teſtantis ſubiecta ſunt quàm ſua ipſius teſtatoris bona. quippe quæ de illis atque de his teſtator diſpoſuerit hæres adita hęreditate ęqualiter obſeruare atque explere omnino tenetur. commune effantur Ay.Crauet.conſ.173.nu.9.Iul.Clar.de teſta.q.71.Non tamen hæredi alienatione ſuorum bonorum interdicere teſtator poterit vt frequenter placitum teſtificatur Rip.in l. filiusf.§.diui.nu.54.& ſeq.ff.de leg.lib. 1. Idem.

hæredis bona ſi expreſſim teſtator obligauerit, valebit obligatio, & cōpetet hypothecaria actio, ſi obligatio hæredi ipſius nomine facta fuerit,alias generaliter pignoratitie contrarie locus erit vt pignus à defuncto conſtitutum tradatur, vel ſi iam traditum fuerit.exceptio contra hæredem repetentem dabitur.commune aſſerunt Neguſant.de pignori.ſecun. membr.2.part.nu.57.in fi.Iul.Clar. de teſta.q.61.ver.ſed nunquid. Idem.

hæredi cuicunque ſub quacunque conditione inſtituto competit bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas,iuxta quam quoad conditio pendebit,bonis curator conſtituetur.&cùm fuerit expleta conditio.non egebit alia bonorum poſſeſſione poſcetque iure illam ac proculdubio impetrabit,cùm vel ſub ſtituto vel iuſtis teſtatoris hæredibus cauerit ſe alioquin conditione defectum bona hæreditatis omnia cum fructibus eſſe reſtituturum.vt communia inquit prolixè Ant.Gomez.de teſta.c.2.n.13.& n.14. E.Suarez.

Hæredibus alicuius & ipſi conceſſa emphyteuſis ad quoſcunque hæredes ſeu teſtamento honeſtatos, ſeu ab inteſtato tanquam proximiores ſuccedentes ſpectabit,ac deferetur,cōmune renuncio ex Alexand.conſ.26.libr. 5.& in l. quod dicitur.n.26.ff.de verb.obl.Dec.in c.in præſentia.n.48.de probat. Ario Pinel.in l.2.nu.12.C.de bo.mater. E.Suarez.

hæredibus illius,qui rem genericè debet,de ſolutione diſſentientibus,iudex petēte creditore diſcordiam illorum pro ſuiipſius arbitratu dirimet.commune dicunt Roman. nume. 13.Alex.nu.10.Soc.Vincent.ab Hercul.n.5.in l.2.§.ex his. ff. de verb.obl. At ſi vnus ipſorummet hæredum petat controuerſiam ea de re inter illos ſopiri,eam cæteri hæredes ſorte diſtrahere, atque extinguere cogentur:vt frequenter interpretibus placere ſcripſerunt ad illum eundem §.Ang.Imo.Areti. Rom.Alex.ac Iaſ. Idem.

hæredes ſui & neceſſarij non præſumuntur habere ſcientiam eorum quæ in teſtamento continentur,ſecùs in hæredibus extraneis. quia illi præſumuntur habere ſcientiam fideicommiſſi,& cęterorum ꝓtentorum in teſtamēto.Secundùm doctrinam Bar.in l.eius qui.verſ.5.nota.num.29. ff. de rebus crediris.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.verſ.3.quæro. nume. 13.ff.de verb.oblig. Quam ſententiam latius declararunt Alex.de Imol.nume.8.verſ.6.nota.Iaſ.in §.ꝙ ſi ſtipulatus.nu.4. in d.l.eius qui.& in d.§.duo fratres.Alex.n.53.verſ.1.inquantum.& Iaſ.nu.56.verſ.3.quærit Bar. Et Bar. ſententiam communem Docto. opinionem eſſe referunt Maria. Socy. Iun.in conſ.118.nu.30.in fi.conſ.& in conſ.128.nu.117.in 1. parte conſ.& Hiero.Cagn.in l.qui in alterius locum.nu. x.ver.com munis ſcribentium ſententia eſt.ff.de regul.iur. Quam tamen concluſionem fuſius explicarunt prædicti Doct.Ripa. in d.§. duo fratres.verſ.circa tertiam quæſt.n.50.cum ſeq.& Rolan. à Valle,in conſ.36.in 2.Tom.conſ. Kirchouius.

hæredi ab inteſtato ſuccedenti non competit beneficium. l.ſi.C.de edic.Diui Hadr.tol.ita refert Cy.in d.l.fi. nu. 9. verſ. 3. iuxta præmiſſa. Et hanc ſententiam veritatem eſſe ſcribit quoque conſulendo in hunc modum Calderic.in conſ.36.titul.de teſta.Tradit Io.Petr.de Ferrar. in ſua Pract. in form. libelli,quo petit.hæred.ex teſta.§.in omnibus eius bonis.num. 2.Et hanc ſententiam opinionem communem Doct.eſſe,tradunt Doct.in d.l.fi.Alex.de Imo.num.22.& Dec.nu.39.Iaſo. nu.23.verſ.teneas tamen.Gozadin.in conſ.7.num. 5.Cephal. in conſ.152.nu.31.lib.2.conſ. kirchouius.

hæredes & ſi ex defunctorū delictis iure ciuili non teneantur,Secus de iure canonico,vt eſt comm.opi.Soarez verſ.hæredes.num.97.Non tamen vltra vires hæreditarias confecto, vel non confecto inuentario,vt eſt comm.opi.ibi nu.99.Et licet regulariter hæres non teneatur ex delicto defuncti, niſi quatenus ad eum peruenit hoc procedit, ſi ſine contritione mortuus eſt.alias ſecus,vt per Soc.in c.à nobis,nu.29.vbi dicit,ſingulari nota dignū,&quotidie poſſe contingere & multi falluntur.de ſent.excom. Et ꝙ hæres non teneatur ex delicto defuncti, eſt com.opi.vt per Cla.q.51.ſecus de iure canonico etiam ꝙ lis cum defuncto conteſtata non fuerit, vt eſt com. opi.ibi Clarus verſ. vlterius.D.Oſaſcus deciſ. Pedemon.149. & 252.nu.3.Capra reg.67.nu.1.vbi comm.dicit.Amplia,vt ibi.num.10.ſi defunctus non pœnituerit,licet ſit confeſſus,vt eſt comm.opi.& nu. 15. Non tamen tenetur aliàs vltra vires hæreditarias,etiam ꝙ non fecerit inuentarium.vt eſt communis opi.Clar. ibi verſ. ſcias tamen. Et ſi plures ſint hæredes,& vnus eorum non ſit ſoluendo, alius tenetur exonerare conſcientiam defuncti,vt eſt comm.opi.Clar.d.q.51.verſicul. ſed pone.Bonacoſſ.

PRO.Hæredes iuris ſucceſſores ſunt l. quoties.§. hæredes. ff.de hæred.inſt.l.cum hæres.de di.reſ.in l.hæres de acq.hære. Bellon.

PRO.Hæredes pro hæreditaria parte tenentur ad onera hęreditaria.l.pro hæreditariis.C.de hære.actio.l. 1.C. ſi cert. pet. Idem.

hæredem ſi teſtator in teſtamento ſuo nominatim non expreſſerit,illum tamē deſignauerit per relationem ad aliā ſchedulam,vel ſcripturam,in qua ſit ipſius hæredis nomen expreſſum,ita tamen vt veniat demum poſt teſtatoris mortem certificanda,talis inſtitutio ſuſtinebitur.comm.d.Clar.in §.teſtamentum.q.36.verſ.Sed quid. P.Fichard.

hæredes Donatoris non poſſunt donationem reuocare, ſi donator paſſus ſit Donatarium res donatas poſſidere. Com. dicit Clar.in §.donatio.q.13.verſ.fi. Idem.

hæredis inſtitutio, ad interrogationem notarij facta à teſtatore ſanæ mentis,mortis proximitate non oppreſſo, valet. Et comm.opi.ſecundum Alex.conſ.12.viſo inſtrumento.verſi. & quod dictum teſtamentum.vol.1. M.Chærian.

hæredi vniuerſali mala fides defuncti nocet. Eſt magis vera concluſio,ſecundum Alex.conſ.11.ex his quæ in themate. vol.6. Idem.

hæreditas patris ex potētia ſuitatis etiam nō adita, ad quoſcunque hæredes tranſmittitur.Eſt magis comm.opi.teſte Iaſ. in conſ.130.factum ſic ſe habet.vol.1. M.Gribald.

Quotieſcunque aliquis hæreditatem adiuit inſolidum vel pro parte, & eius intentio erat, hæreditatem ex quacunque parte ſibi delatam acquirere,ſemper valet aditio pro ea parte quæ in veritate adeunti delata erat,& error nihil nocet,ſedvalet aditio,inſpecta veritate. Et comm.opin. ſecundum Dec.in conſ.14.circa fi.prin.vol.1.

Conditio adiecta à teſtatore per hæc verba, Si ſine hærede vel hæredibus deceſſerit,intelligitur de filiis,non extraneis:& requiritur etiam ꝙ dicti filij ſint effectualiter hæredes, alias non verificatur.Et eſt communis opinio ſecundum Decium in conſ.38.circa primum.volumin.primo. licet poſtea teneat opinionem contrariam pro veriori.verſi. & iſta opin. veriot. M.Gribald.

hæreditatem adeundi ius,ſeu poteſtas,quæ competit extraneis, ac ſe immiſcendi quæ ſuis competit triginta annorum ſpatio durat.l.fi. C.de edic.diui Adria.toll.gl.nota.in l.3.ff.de acq.hæred. Bart.Ang.Paul.Caſt.in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſtamento.gloſſ.Alex.& Iaſ.n. 1.& 5.in l.licet. C. de iure delib.& in l.prima.C.quando non peten.partes,& opinio iſta communiter approbatur,vt per Alexandrum in d.l.licet. Bolognetum in dicta lege prima numero trigeſimo, vbi omnes Moder.hoc idem atteſtantur Hyppol.Riminald.in §. 1.nume ro 210.inſtitu.de donationib.Grammat.deciſ.103.nume. 46. Alex.conſilio 163.viſo proceſſu.volumi.2.Iaſo.conſilio.19. præſentis.volu.primo.Ruinus conſilio 62.num.8.& 19.lib.3. & Gozadi.conſ.56.num.5.& 13.& conſ.80.num.6.vbi iſtam communem latiſſimè declarat hoc ampliatur non ſolum procedere in hæredibus ſcientibus ipſis delatam eſſe hæreditatē, verum etiam in ignorantibus, qui caſu, quo ab obitu defuncti 30.anni fluxerint profecto hæreditaria petitione caderent text.eſt in l.hæreditas.C.de petit.hære.& ita hoc notant & firmant Doct.in d.l.licet & in d.l.filio præterito.Interpretatur& limitatur verò iſtud non procedere qñ iſti ignorātes p huiuſmodi ignorātiā ex clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa,&c.aduerſus præſcriptionē in inte.reſti.peterēt,q̄ abſque dubio aliquo ꝓcedenda foret,vt per Fulg.conſ.64. in fi.per doctr.Bar.in l.j. §.ſi

§.ſi quis propter.ff.de itinere actuque priuato. & comprobatur melius hoc ex his,quæ tradit Specul.in tit.de præſcr.§.primo.verſ.pone,colonus.Fulg.conſ.63.Francus circa fi.& Alexand.conſil.89.volum.ſecundo & ita ſe habet communis opinio,vt aſſerit Soci.in l.cum filius,§.primo.ff.de verb. oblig. & Deci.conſilio 203.in caſu.Sed aduertendum eſt hic, quòd iſtud remedium non prodeſſet contra præſcriptionem 40.annorum,quoniam illa pleniſſimam ſecuritatem parit,l.omnes C.de præſcrip.triginta vel quadraginta anno.& hoc tenet Alexand.conſilio 172.volum.2.& Soci.in l.cum filius.§.in hac ff.de verbor.obligation.in fine. Deci.conſil.29. & pro tenui, & conſilio 375.viſa bulla.ante finem.& conſil.36.diligenter conſideratis.in fi. faciunt ſcripta per Soci. conſilio 299.circa fi.Sciendum autem eſt ad præmiſſorum vtilem intelligentiā, quòd beneficium hoc reſtitutionis in integrum eſt vtile à principio nec currit,niſi à die ſcientię,quia tempus quadriennij,datum conceſſumque ad petendam reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio l.fi.C.de temp.in integrum reſtitut. vt per Bald. conſilio 226. quæſtio. volum. 2. quod putat eſſe memoriæ commendandum, Alexand. conſ. 110. perſpectis. lib. 5.& tempus vtile non currit ignoranti,l.vtile.ff.quis ordo in poſſ.ſerue.& ita remedium hoc ſecundum Doct.allegatos dabitur etiam contra præſcriptionem 40. annorum, ſi is qui petit reſtitutionem iuſtè ignorauerit hæreditatem ſibi delatam eſſe, & ſic habes, quòd quadriennium non currit, niſi à die ſcientiæ ſecundum Deci.conſ.303.Tholomæus conſ.76. Iaſ. in §. rurſus inſt.de actio. in quibus locis atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem,& Illuſtriſs. Reſtaurus Perusin' Præceptor meus dum eum publicè audiebam Peruſij,qui pleniſſimè more ſuo declarabat omnia prædicta. Interpretatur etiam præcitata concluſio, quòd ſui,vel extranei hæredes excludūtur à ſucceſſione lapſu 30.an. quando filij.agnoſcunt hæreditatem ex capite vnde legitimi. Nam filij poſſunt ſuccedere ex capite vnde liberi,à quo 30.an.præſcriptione excluſi. admitti poſſunt intra alios 30.an. ex capite legitimorum, argument.l. 1.§.ſed videndum.ff.de ſuc.edict.vt per Alex.alioſque Docto.in d.l.licet,Bar.conſ.128.quidam habuit.Cornæ. conſ.70.veniunt.lib.4.cum relatis per Iaſ.conſ. 34.vol.2.& iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Alex.conſ.89. viſo puncto.& vol.2. F.Viuius.

Hæreditate aui priuatur nepos parricidio commiſſo à patre,Boeri.dec.21.nu.8.comm.dicit. B.Villalob.

hæreditas defuncti occiſi per familiam, non debet adiri priuſquam familia ac ſerui fuerint torti,ſiue palam,ſiue clam fuerit facta occiſio.ſi tamen ab extraneis fiat,ſi palam,non eſt adeunda ante,quàm accuſatio fiat.Si tamen fuerit facta clàm: poteſt adiri &poſtea fit accuſatio Iaſ.in l.cum frater.n.4.C.de iis,quib.vt indig.comm.dicit. B.Villalob.

hæreditate adita, non dicitur amplius hæreditas. Iaſo.in l. poſſeſſio appellata.§.veteres nu.18.ff.de acq.poſſ.com. dicit. Idem.

hæreditatis aditio eſt animi.Io.Durand.in arte teſtandi.tit. 11.cau.1.comm.dicit ſed non probatur,niſi per actum,Anto. Nice.in ꝓcordan.gl.concord.19.vol.1.comm.dicit. Idem.

hæreditatis aditio etſi animo fiat, tamen illius animi declaratio per actus externos requiritur communiter teneri dicit Alex.in l.pro hærede.ff.de acq.hære.Et Bal.in l.ſi certis annis. C.de pactis. Voluntas enim in corde retenta non inducit aditionem hæreditatis vt ibi dicit.Et idem Bald.in l. cū antiquioribus.C.de iure delib.nihil gerendo,inquit,non poteſt induci hæreditatis aditio,quod clare colligitur ex d.l.cum antiquioribus ibi. Sed nec aliquid geſſerit quod aditionem &c. Et ex tex.l.ſi auia.C.eod.tit.& §.fi.vbi gl.inſti.de hære.qual.& diffe. Qui autem ſint actus talem aditionem non declarantes, vide apud Bald. in conſ.224.ſuper eo quod quæritur, &c.volu. 2. I.Fichard.

hæreditas poteſt adiri vſque ad 30.an.Alex.in l.licet.de iure delib.C.elapſis, tamen poſſunt filij ex capite vnde legitimi intra alios 30.adire.Alex.conſ.89.volu.2.Extraneis autem ex capite ignorantiæ,reſtitutio conceditur.Io.Durand.de art.teſtan.tit.11.cauſa 6.com.dicit.Balb. autem in tract. de præſcri. in 4.part.4.part.quæſtione.19.dicit cum filius poſſit adire hęreditatem ex capite,vnde liberi,vnde legitimi, & vnde cognati,quod ex quolibet c.habet 3.an.ad adeundam hæreditatem paternam.& dicit hanc eſſe communē Iaſ.in l.licet.nu. 1.& 5. de iur.deli.C. dicit quod extraneis ius adeundi durat per 30. annos. ius autem immiſcēdi quod competit ſuis durat etiam per 30.annos ſolum,& hanc dicit eſſe communem. Sed Suarez.in l.8.tit.de las herencias.lib.3.For.Il.nu.41. cum ſeq. concludit com.opi. eſſe ꝙ filij habeant ex teſtamento 30.annos ad adeundam hæreditatem: at illis completis habeant alios triginta annos ab inteſta.&ſic filij habent ſexaginta annos ad adeundam & petendam hæreditatem paternam. Plus dicit, quod ſolùm ab inteſtato habet ſexaginta annos etſi non ſit teſtamentum.& dicit communem in num. 54. Et nota quòd inquantum dictum eſt per Suarez,quòd ex teſtamento habet triginta annos filius: & iſtis completis habet alios cum ſolus in teſtamento fuit inſtitutus hæres ſecus tamen quando habuit alios hæredes:Quia non habebit niſi illos priores triginta annos vt per Bald.in l.licet.C. de iur.deli. & Lud. de Goza. in conſilio 80. numer. 6. quod nota quòd per iſtud notabile concordant omnes opiniones ſupradictæ, & concluditur ꝙ ius adeundi, & immiſcendi præſcribitur contra filios per triginta ann.quando ſunt alij hæredes ſecùs tamen, ſi non ſunt alij hæredes nec deſcendentes,vt legaliter notat d.Lud.deGozad.in conſ.56.nu.5.& 13.

De iure regni habes l.7.titul.14.parte.6.diſtinguentem,vel detinens poſſidet cum bona fide,&titulo:& præſcribit per decem annos inter præſentes,& viginti inter abſentes:aut poſſidet cum titulo, & mala fide aut ſine titulo, & cum mala fide: & præſcribit per triginta annos.Quibus elapſis,non datur regreſſus ad hæreditatem adeundam.& ex hac lege videtur approbata communis opinio relata à Iaſone: quod ſolum ſint dati triginta anni ad adeundam hæreditatem ex quocunque titulo. Villal.

hæreditas paterna non adita,filio mortuo,tranſmittitur ad hæredes extraneos Iaſ.in l.cum antiquioribus.C.de iur.delib. nu.1.comm.dicit,& Tiraq.in tract.le mort ſaiſit le vif.part.2. decla.5.nu.21.

Amplia etiam ſi non ſit agnita iure ſuitatis. Decius conſil. 331.& conſilio 245.& Iaſo.conſilio.30.volum.1.commu. dicunt.

Amplia ſecundo in hærede minoris: qui mortuus eſt ante aditam hereditatem.Quia ſuccurritur reſtitutione.Io.Duran. in arte teſtan.tit.11.cau.1.com.dicit Iaſ.in l.ſi infanti.nu. 17. C.de iure deli.comm.dicit.

Reſtringe iſtam ampliationem: ſi eſt apposita in teſtamento clauſula codicillaris:Quia hæredes in hoc caſu petunt hæreditatem ex fideicommiſſo. & non eſt neceſſaria reſtitutio. Alex.in l.cum filio.ff.de leg. 1.Io.Durand. vbi ſupra commu. dicit.

Limita primam concluſionem in filio emancipato: qui hodie non tranſmittit hæreditatem non aditam ex potentia ſuitatis. quia licet ſit ſublata differentia ſuitatis, ac patriæ poteſtatis & emancipationis quo ad ſucceſſionem ab inteſtato non tamen in aliis vt in tranſmiſſionibus:Iaſ.in l.emancipata.numero ſexto.C.qui admit.communem dicit. B.Villalobos.

hæreditate paterna repudiata cæteris filiis debetur hæreditas qualiter.Coua.in epi.de ſucceſſ.ab inteſtato, conſ.6.commu.dicit. Idem.

hæreditatem adire poteſt præcipuè ſeruus vſufructuarius cuius contemplatione relictus eſt ſeruus vſufructuarius & non requiritur voluntas proprietarij. Iaſon. in lege poſſeſſio appellata. §.veteres. numero trigeſimoſeptimo. de acq.poſſeſſion.ff.communem dicit. Idem.

hæreditatem adire infans non poteſt ſed ſolùm pater, aut tutor, aut eſt maior infante & minor ſine tutore, nec tutor ſine minore adire poteſt.Bello.conſilio.vigeſimoquarto.numer. 16.communem dicit ex Soci.conſil. 89. & Bartol. in l.ſi infanti.C.de iure deli.& Doct.in l.bonorū.C.qui admit.

Nota quod per quemcunque actum per quem poteſt quis adire hæreditatem nomine proprio, cenſetur adire pro alio. Bell.conſ.24.nu.15.comm.dicit ex Bart. in l. gerit.in fi. ff.de acq.hæred. Idem.

PRO.Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis l.hæreditas.ff.de verb.ſig.l.nihil aliud.ff.de reg.iur. Bellonus.

PRO.Hæreditas nulla eſt viuentis.l.j.C.de hære.vel act.vē. l.opinione.C.pro hære.l.neminem.ff.de acq.hære.improbus enim eſt qui ſolicitus eſt de viui hæreditate. in l.2.§. Iulianus. ff.de vulg.ſubſt.l.Ita tamen §.à patre.ff.ad Treb. Idem.

PRO.Hæreditas repræſentat perſonam defuncti,& eſt pro domina.in l.non minus.§.fi.ff.de hæred.inſt.l. hæreditas. 1.& 2.ff.de acq.rer.dom.l.cum hæreditas.C.depoſ.l.mortuo.ff.de fideiuſſor.in §.ſeruus alienus.inſt.de hære.inſtit. Idem.

PRO. Hæreditas plerunque eſt onerosa. l. ſi hæreditas. ff. mand.§. 1.inſt.de auth.tut. Idem.

PRO.Hæreditas,legatum,&donatio cauſa mortis,nō ſine cauſa obueniūt,ſed ob merita accedūt.l.nec adiecit.ff.,p ſoc.

OBIEC.contra.valet illa institutio, filius impiissimus,&de me male meritus hæres esto.l.his verbis.§.illa institutio.ff.de hæred.instit.

SOL.d.l.nec adiecit intelligitur in hæreditate extraneorũ, non autem suorum hæredum.Ratio diuersitatis,quia hæreditas debetur filiis à natura l.cum ratio.de bon.dam.ff. ergo necessario debetur.cum naturalia sint immutabilia.§. pen. Inst. de iur.na.Nec obstat,ꝙ sit male meritus.exprimenda enim & probanda est causa ingratitudinis auth.licet.C.de lib.præter. vel exhær. Idem.

PRO.Hereditas solo animo adiri potest.in l.auia.C.de iur. deliber.in l.gerit.ff.de acqui.hæred.in §.vlt.Insti.de hęr.quali. & diff. Idem.

PRO. Hæreditas non adita, regulariter non transmittitur ad heredes.l.vnica.§.in nouissimo.C.de caduc.toll.Fallit in tribus casibus primò in transmissione iure suitatis.in l.vni.C.de his qui ante apert.tabul.l.ventre.ff.de acq.hære.Secundò fallit in transmissione iure sanguinis.in l. apud hostes. C. de suis & legi.hær.Tertiò & vltimò in transmissione iuris deliberandi.in l.cum antiquioribus.C.de iure delib.Alios casus fallentiales,vide per gl.in l.sed etsi.ff.de bono.possess. contra tabu. Idem.

PRO.Hæreditas neque dari,neque adimi codicillis potest. l.hæreditatem,C.de codicil.

OB.Contra de l.Scæuola.ff.ad Treb.

SOL.Directo quidem dari non potest,vt hic:per obliquum verò potest,vt hic per fideicommissum. Idem.

PRO. Hæreditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur.l.hæreditatis appellatione.ff.de verbo. signifi. Idem.

PRO. Hæreditatis appellatione legata & fideicommissa non continentur l.si Titius.ff.de leg.3. Idem.

PRO.Hæreditatis aditio retrò trahitur ad tempus mortis. l.hæres.ff.de acq.hæred. Idem.

hæreditas parentum non debita filiis,sed quasi debita censetur.quo circa si de ea illi agant de consequendo lucro, non de damno declinando agere dicentur. commune ponunt Aret.in l.Titia.n.3.ff.de verb.obl.Palat.Ru.in repe.c. p vestras, §.21.n.5.de don.inter vir.& vxo. E.Suarez.

Hæreditas iacens nec dicitur, nec est, cùm quis suus hæres in rerum natura est.commune ait Anton. Gomez.de testam. c.10.n.17.Quin & postquam semel adita est,amplius hæreditas non est commune scribunt Ias.l.possessio. §.veteres.n.18. ff.de acq.poss.Viuius lib.1.opi.143.ad fi. Idem.

Hæreditas adeatur necesse est, seu ab institutis, sed à iustis hæredibus,vt vel testamento,vel ab intestato relicta deberi incipiant.commune inquiunt Corn.conf.97.lib.3. Dida.à Couar.in c.3.n.3.de testa.Ant.Gomez.de testam.c.12.n.11.ver. item etiam in tantum. Alias nec ad pias causas legata debebũtur.commune asserit Alex.conf.324.statutis,n.17.lib.2.Excipe tamen vt hæc non procedant cùm suus aliquis hæres est, vt receptum ait ex Dec.conf.245.& conf. 250. & conf. 331. ex Ias.conf.130.lib.1.Viuius libr.1.opi. 143. & est textus expressus in l.in suis.ff.de lib.& posthu. Idem.

Hæreditas si in aliquem casum simpliciter hæredi adimatur,quo casu adimetur, peruentura intelligetur vel ad cohæredes,vel ad substitutos,si adsint, alioquin ad iustos hæredes spectabit.commune fantur Ias.in l.vlt.nu.3.ff.si cert. peta. Iul. Clar.de testa.q.69.ver.vlt.

Hæreditas vi vel metu alicuius eidem relicta tum fisco addicetur, cũ qui metu vel vi institutus est, testatori proximior erit:aliàs secus.vt frequenter placitum attestatur Iul. Clar. in pract.§ vlt.q.69.ver.si testator. Idem.

Hæreditatis vel legatorum priuatio non ob quamuis, sed tantùm ob grauem iniuriam inducitur,per not.in l.3.ff.de adimend.legat.secundum Imolam capitulo,Raynutius de testamentis. & ita communiter teneri refert Benedictus Capra in tractat.substitut.post regul.posito,specie ij.nu.134.

hæreditatis aditio animi tota est.commune inquiũt Corn. conf.312.lib.4.Io.dilect.de art.testan.ti.11.caut.1.non tamen idcirco aliunde, quàm ex aliquo exteriori actu probabitur. commune pronunciat Nicet.in gl.concord.90.Villalo.in sua collecta. E.Suarez.

hæreditas quin mutuis pactis inter aliquos viuẽtes adhuc initis distribui,darive tota superstiti illorum possit,nihil impedit.commune aio ex Old.conf.139.Alb.& Sali.ac Ias.in l.vlt. C.de pact.in l.sancimus.C.de donat.&in l.hæreditariam.ff.de bon.aut.iudic.pos.Ias.in l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.ob. Dec.conf.63.n.4.Soc.iun.conf.143.num.28.cum seq.libr.1. Hipp.sing.333.latè Io.Cepol.conf.43.numer.4. E.Suarez.

Hæreditatis adeundæ iuri per triginta annos præscribitur. commune ait Balb.de præscrip.part.4.quartę part.prin.q.19. & si enim nondum aditæ hæreditatis ius in bonis alicuius ponatur,vt receptum esse videtur ex Alex. nu. 2. atque aliis in l. precia rerum.ff.ad leg.Falc.ex Pau.n.3.Ias.in l. 3. C. de fideic. ex Ias.rursus in l.cum filiofam.n.112.de leg.1.lib.1.& in l. 1. §.veteres.n.27.ff.de acq.pos.& in l.Gallus.§.& quid si tantùm n.123.ff.de lib.& posth.& in l.si arrogator.n.33.ff. de adopt. & in l.emancipata.n.15.C.qui admitti.atque inibi cæteris recentioribus interpretibus ex Iac.etiam in l.qui se patris.n.15. C.vnde lib.ac Rebuf.in l.vna.n.22.& seq.C.de sent. quæ pro eo quod interest.tamen quoad præscriptionem in consideratione est.l.licet.cum gl.C.de iur.delibe.tradit latè Andr.Tiraquel.in l.si vnquam.ver.reuertatur,nu.312.C.de reuoc. don. Balb.vbi s. Suarez.

Hæreditatis immixtioni æque atque illius aditioni per triginta annos præscribetur.commune assero ex Aret.in l.quandiu.in 1.ff.de acq.hæred.Cor.& Alex.in l.licet.C.de iur.delib. Dec.ac Iac.de sanct.Georg.vtroque,num.8.in l.vna.C. quando non pet.par.Tiraq.in l.si vnquam.ver.reuertatur nu.312. C.de reuoc.don.Balb.de præsc.part.4.partis.4.prin.q.19.ver. & pariter iuri immiscendi. Viuius li.opi.146. pro quibus stat aperta Græcorum authoritas apud Harmenop.libr.5.tit.8.vt contra sententium opinio explodenda omnino sit. Dabitur tamen restitutio ex illa generali clausula,si qua mihi iusta causa videbitur.vt receptum effantur Soc.in l.cum filius.§.1.ff.de ver.ob.Dec.ↄs.303.Viui.d.opi.146.& lib.2.opi.127.Quin & filij,decurso eo temporis spatio poterunt ex alio capite,absq; vlla restitutionis ope ad hæreditatem aspirare:vt alibi latè scribo. E.Suarez.

Hæreditatis immixtio à creditoribus contra suos hæredes agentibus probanda est, vt illorum intentio iusto innixa fundamento procedat,commune dicit contra multos Ant.Gomez.de testam.c.9.n.25.ver. sed his non obstantibus. Probabitur autem efficaciter si ostendetur filium dixisse se retinere domum aliquam paternam pro legitima.vt cõtra Bal. & Ange.asserit frequenter placitũ Vigl.in §.vlt.n. 5.Insti. de hæred. qual.& different. E.Suarez.

Hæreditatis petitio & censetur & est realis actio,vt arbitratur Bart.in l.sed & si lege.§.petitio.ff.de petit.hęr.cuius doctrinam communiter receptam pronunciant Ias.nu.13.Rip.n.7. Purp.n.14.Iac.de Nigr.n.3.in rub.ff.si cer.pe.Ang.in §.sed iste inst.de act.Ias.in §.quædam.n.42.in fi.inst.illo eo.ti.Quamuis meo quidem iudicio inter mixtas actiones ponenda sit vt rectè contendunt Curt.iun.n.13.& Hier.Butig.nu.etiam 13.ad alleg.rub.ff.si cer.pe.verùm ea de re alibi vberius.Obseruabis autem quod hæc hæreditatis petitio,æquè suis hæredib.conceditur,atque aliis quibusuis hæredibus,vt luculenter probat l.1.& l.3.ff.de acq.hær.& nemo hucvsque repertus est,qui ea in re controuersiam cieret.Vnde etiam titulus pro hærede eisdem suis hæredibus necessariò concedetur, cùm hæreditatis petitio fundamentum omne habeat in titulo pro hærede, vt docet receptus Bar.l.pro hærede.ff.de acq.hęr.Quamobrem, vt dixi,titulus pro hærede suis hæredib.competet,quibus hæreditatis petitio nemine refragante competit, vt verissimè contra commune interpretum placitum aliis argumentis ducti tentarunt Fulg.in l.nihil.C.pro hærede.& Cum.in l.2. §.filium quoque.ff.pro hæred.Vigl.in §.sui autem.inst.de hæred. qual.& dif. Ant.Rub.in rep.l.pater filium.nu.100.ff.de inof. test.atque alij,quos j.refero,vers.hæredis titulus,seu pro hærede titulus. Idem.

Hæreditate hæredem testator priuare potest, si quid ille ab ipso iniunctum aut fecerit aut non fecerit, commune affirmant Aym.Crauet.conf.1.n.3. valebitque huiusmodi priuatio in fideicommissi vim.vt frequenter placitum asserit Bertr. conf.191.n.5.lib.6.idem Craue.vbi s.n.6. E.Suarez.

Hæreditate non adita minor 25.annis decedens tanquam ab ipso læsus restitutionis beneficium ad hæredes transmittit vt&maior annis ex iusta aliqua causa transmisisse intelligitur commune pono ex Corn.Alex.Ias.Iac.de S.Georg.n.13.in l. infanti.C.de iur.del.Ias.in l.cum antiquiorib.C.illo e.ti.atque ex aliis,quos laudat Viuius lib.1.opi.143.post prin. Idem.

Hæreditate non adita si quis hæres eo in testamento scriptus decessit,cui clausula codicillaris inserta erat quamuis ipsius hæredes ad petendam hæreditatem ius non habeant, tamen fideicommissum totius hæreditatis rectè poscent, quia scilicet ad illius transmissionem restitutio nulla requiratur. commune inquiunt Alex.in l.cum filio. ff.de leg.lib.1. Io.Dilect.de art.test.tit.11.caut.1. Idem.

Hæreditate aui priuatur nepos ob commissũ à patre homicidium. vt frequenter placitum renunciat Boer. decis.28. nu.8.Villal.in sua collecta. Idem.

Hæreditati se immiscens, non potest venire contra testamentum,etiam vltra suam portionẽ hæreditariam in iis,quæ testator putauit,se posse disponere, arg.l.fideicommissaria.la 1.§.seruum peculij.ff.de fideic.lib. Et ita per illum tex.voluit Bart.in l.si tibi homo.§.si fundus.in 3.opp.ff.de legat.1.quem ibi expressè sequitur Raph.Cum.Et licet Ias. in d.§.si fundus. dubitet de ista opi. & tentet tenere cõtrariam,tamen fatetur, quod communiter doct. tenent cum Bart. vt refert Soc.iun. conf.3.nu.23.vol.4. Muscul.

Hæreditatis petitio regulariter non datur neque exercetur contra titulo possidentem,vt voluit Iurisconsultus in l.generaliter.prout ponderat gl.fi.in l.pro hærede.ff.de pe.hær.cum concor.vt per Alex.in conf.73.punctus talis est.n.1.& 2.& in conf.184.viso processu.vol.5.& Carol.Ruyn.in conf.25.n.2. vol.4.Soc.iun.in conf.75.illustriss.dom.Bonifacius.n.7.vol.j. Et est gl.& communis opinio doc.in l.hæreditatis.C.eod.vbi Bart.& alij allegant rationem. & licet Bald.in l.fi. in 9.& 11. opp.C.de edic.diui adr.tenet petitionem hęreditatis dari posse: tamen communis opi.est contra Bal.vt plenè demonstrat Alex.in d.conf.73.& 184.in quib.locis opi. Bald.rationibus & auctoritatibus conuincit,& communiter reprobatã ostendit,saltem quando titulus non habetur ab eo,ↄ quem potuisset intẽtari petitio hæreditatis,prout ipse dicit in d.conf.134.

Et ꝙ prædicta conclus. procedat, etiam habito titulo post mortem defuncti,tenet etiam Carol. Ruy. & dicit esse communem in præal.conf.25.& in conf.160.visis iis,n.1. volu.5. cum concord.per Soc.iun.conf.10.nu.6. & in conf.37. nu.7. vol.4. E.Muscul.

Hæreditas vi,vel metu alicuius eidem relicta,fisco tum demum applicatur, cum qui vi, vel metu est institutus proximior sit testatori,alias secus.com.est opi.Soarez. ver.hæreditas.nu.9. Bonacoss.

Hæreditate priuatur,Aui nepos ob commissum à patre homicidium,vt est com.opi.Soarez,ver.hæreditate.n.34.Bona.

Hæreditas postquam est adita,non dicitur amplius hæreditas,sed patrimonium hæredis.l.sed si plures.§.filio.ff.de vul.& pup.subst. Vnde hæreditas appellatur, antequam adita sit per hæredem, & adita hæreditate amplius non dicitur hæreditas. gl.& doc.in l.1.§.veteres.ff.de acqui.pos.Quam decis.omnes doct.amplecti inquit Ias.in rub.n.5.ff.de acq.hær. referunt & alij doct. Alex.de Im.in conf.198.n.8.&ibi Carol.Mol.in ver. desierunt.in 6.vol.conf.Phil.Dec.in conf.230.& in conf.266. & ibi Carol.Mol.in ver.adiuit.& idem Dec. in l.qui se patris. n.16.C.vnde lib.& in l.hæreditas.n.2.vbi & Hier.Cagn.nu.3. ff.de reg.iur.& Maria.Soc.iun.in conf.65.n.80.in 1.par.quamuis Alex.de Im.in conf.21.n.3.in 6.vol. conf. Voluerit etiam post aditam hæreditatem dici & appellari hæreditatem.l.fi.§. sinautem.C.de iure delib. tamen ista est impropria locutio referentibus Lud.de Gozad.in conf.58.n.4.& Rolan.à Valle.in conf.99.n.2.in 1.tom. Kirchouius.

Hæreditas per metum alicui relicta, aufertur ab illo quem defunctus propter vim vel metum instituit, & applicatur fisco.com.dicit Boss.in tit.de his qui prohib.aliq.testa.n.4.Intellige,nisi defunctus haberet hæredes in gradu proximiores vel æquales institutos,tunc enim illi succederent, non fiscus. Ita tenere docto.testatur Chass.super consuetu.Burg.ver.27.Clarus d.§.fi.q.79.ver.fi. P.Fichard.

Hereditate aui priuatur nepos ex parricidio commisso à patre.Boer.decis.21.n.8.com.dicit. Bonac.

P R O.Hæreditarium propriè est ꝙ ante aditam hæreditatem acquisitum est:adita enim hæreditate desinit esse hæreditarium, & proprium fit hæredis. Not.gl. in l.1.§.veteres.ff.de acq.poss.& in l.hæres per seruum.ff.de acq.hæred. Idem.

PRO.Hæreditariæ rei furtum fieri non potest. l. hæreditariæ. ff. de fur. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testa. lib. esse.iuss.fuer. Idem.

Hæreditatem non aditam iure suitatis non transmittent emancipati filij.vt commune pono ex Corn.nu.4.Alex.Ias. Iacob.de S.Georg.ad l.3.C.de iure delib.Corn.rursus nu.10.Alex Ias.in l.emancipati.C.de collatio.Ias.in l.emancipata. lect. 1.nu.6.C.qui admitt.& Ang.Aret.in §.emancipati.inst.de hęredit.quæ ab intesta. E.Suarez.

Hæreditatem alicuius simpliciter repudians,aut renunciatione à se remouens,hęreditate exclusisse se tum ex testamento,tum ab intestato cẽsetur vt est gl.doctrina in l.j.§.sed videndum.in vers.succedat.ff. de successo.edicto.quam frequenter placitam constituo ex Bart. & reliquis interpretibus in l. nec is.§.vlt.ff.de acq.hæred.Bald.in rub.q.6. C. qui admitti. Paul. in l.3.ad fi.C.de iur.& fac.igno.Paul.Aret.& cæteris commẽtatoribus ad l.3.ff.de acq.hæred.Paul.rursus nu.6.Ias.nu.7. ac reliquis in l.1.C.qui admitt. Idem.

Hæreditatem qui ex parte repudiat, cùm illi plures eius hæreditatis partes deferrentur,nihil egisse videtur,&ideo hęreditatem rursus pro animi sui arbitratu adire poterit. commune assero ex gl.ad fi.Bart.nu.3.Bald.Paul.Cuma.& Are.in l.2.ff.de acq.hæred.ex Pau.in l.si solus.ff.illo eodem tit.Alex. Fulg.nu.3.Corn.ante nu.4.Alex.& Ias.nu.j.l.quidam elogio. C. de iure delib. & non de nihilo contrarium moliantur Iacob.Rauen.Alb.Ang.Sal.Io.de Imol.Alex.& Ias.in d.l.2.quã legunt simul cum l. 1. ff. de acq. hæred.sed hac de re alibi copiosius Deo fauente agemus. Idem.

Hæreditatem viuentis in pactum deducentes nihil agunt. & si filij sint commune dicit Ias.l.de qõne.n.5.de pact.nec iusiurandum vires huic pacto vllas addet.vt commune ponit latè de materia agens Viuius lib.1.opinio.233. Idem.

HAEREDITAS.

Summaria.

Hæreditatem esse nomen iuris, at recipere augmentum: ideoque donantem hæreditatem suam, videri donare omnia bona,tam futura,quàm præsentia.q.1.

Hæredem hæredis, esse etiam testatoris hæredem: Ac ideò prohibitionem factam hæredi,intelligi factam hæredis hæredi,&c.q.2.

Prohibitionem nominatim in hæredem factam.veluti,Titium hæredem prohibeo,ad alios hæredes non extendi: Nisi testator adiecerit,velle se talem rem,vel fundum in familia remanere:vel de nomine,aut genere suo, vel gente non exire. ead.q.

Hæreditatem iam aditam, non amplius hæreditatem dici: sed effici proprium patrimonium adeuntis.q.3.

Ius adeundi hæreditatem, vel ei immiscendi se, durare.30. annos.q.4.

Ius adeundi, & repudiandi firmum manere ipsi hæredi, sublato iure deliberandi,quod durat annum.q.5.

Iudicem non posse abbreuiare tempus statutum ad deliberandum in edicto prætoris, ad hoc,vt eo elapso in totum excludatur hæres à facultate adeundi. Secus,si præfigat tempus breuius,ad hoc,vt eo elapso ad instantiam creditorum,curator bonis detur.q.6.

Suus transmittit hæreditatem delatam, nec dum aditam, ad hæredes,Idemque est in emancipato & quolibet alio descendente,qui vel hæres scriptus,vel cui legatum in testamento datum est,vt scilicet transmittat ad descendentes.q.7.& q. sequent.

Beneficium l.vnic.C.de his qui ante apert.tab.hæred.trans. locum quoque habere,in successione prætoria.q.9.

An facultas transmittendi tollatur per substitionem vulgarem.q.10.

Beneficium competens suo non tolli, dato cohærede extraneo q.11.

Clericum adeuntem hæreditatem sine beneficio inuentarij,teneri creditorib.insolidũ,&vltra vires hæreditatis.q.12.

Adeuntem hæreditatem non confecto inuentario, in foro conscientiæ non teneri vltra vires hæreditatis.q.13.

Ius adeundi hæreditatem delatam filio,non in persona patris,sed in ipso filio residere.q.14.

Filiusfa.institutus adeundo hæreditatem iussu patris,excludit substitutum.q.15.

Si testator ignorauerit institutum,esse filiumf.sed patremf. esse putauerit,& dederit ei substitutum, tunc substitutum de iure.ff.admitti in partem, cum instituto iussu patris adeunte. Nouo autem iure, diuidi vsumfructum inter patrem instituti,& substitutum.q.16.

Filiumfamilias posse hodie hæreditatem adire sine iussu patris.q.17.

Pupillum non posse hæreditatem adire sine tutoris authoritate.q.18.remissiuè.

Mulier,quæ statuto vetatur citra consensum duorum consanguineorum obligari,ea nec hæreditatem adire potest sine duorum consanguineorum consensu.q.19.remissiuè.

Repudiationem hæreditatis pendente conditione factam, non valere,nisi fiat in iudicio.q.20.

Filius,licet ipso iure suus sit hæres,tamen creditoribus hæreditariis non obligatur,si abstinuerit.q.21.

Hæredem, qui promisit in actu testamenti legatariis persoluere legata, posse ex tali promissione conueniri, ni testamentum fuerit reuocatum.q.22.

QVAESTIO I.

Quæro,An hæreditas sit nomen iuris? Resp.ꝙ sic,&semper recipit augmentum.Ita est tex.l.item veniunt.§.fructus.ff. de petitione hæreditatis.Hinc infertur.ꝙ si quis donet hæreditatem suam, videtur donare omnia bona sua,tam præsentia, q̃ futura.Ita tenet Bart.in l.fi.n.4.C.de pac.cum quo cõiter transeunt Doc.vt attestatur Pe.à Duen.in trac.reg.in reg.219.ampliat.4.& sequitur Cag.in repe.d.l.fi.nu.224.Socy.iun.consi.143.nu.22.vol.1.Hæreditas enim est successio in vniuersum Ius, & in dubio à proprietate verborum recedere non debemus.Licet contrarium teneat Ias.& Lancel.Dec.d.l.fi.

QVAESTIO II.

Quæro,An hæres hæredis sit ꝓpriè testatoris hæres? Resp. ꝙ sic.& de hoc est tex.clarus in l.hæredis appellatione. & ibi gl.ff.de verb.sig. & l.fi.vbi Doct.commun. C.de hæredib.insti.Eandem opi.tenet Bart.post gl.l.si quis.§.in omni.&ibi Ias. qui dicit opi.Bart.esse veriorem, arguendo ad vtramque partem.nu.9.

Hinc infertur,ꝙ alienationis prohibitio facta hæredi.intelligitur facta hæredi hęredis.Hanc opi.tenet Bar.in l.filiumf.§.diui.n.21.ff.de leg.j. Et eam dicit cõmuniter approbari Petr.à Duen.reg.39.in pr.& sequitur Alex.in cons.56.vol.1.Alciat. in d.§.diui.n.43.& Ias.ibi in lect.1.n.110.& lect.2.nu.148.

Idem dic procedere, si prohibitio in hæredem nominatim facta fuerit, puta Titium hæredem prohibeo, & testator adiecerit.ꝙ volebat talẽ rẽ in familia remanere, vel de noĩe,vel de gñe suo non exire.Namq; nihilominus ad hęredem hæredis extẽditur.ita tenet Rom.cons.457.n.j.Ias.d.§.diui.2.lect.n.152. vbi dicit se ita in facti ꝯtingentia ꝯsuluisse,& ita iudicatũ fuisse.Eandem dicit esse com.opi.Io.Crot.d.§.diui.& Ferdi.& Loazes n.501.Pet.à Duen.reg.d.39.in 3.sublimita.j.limit.Ex quo ratio generalior est, quæ ampliat & declarat dictum, apparet enim, ꝙ testator ad dictam rem affectionem habuerit, quare eam quoque alienari prohibuit,quæ ratio etiam in hærede hæredis militat.Secus verò est, si prohibitio simpliciter facta sit nominatim in personam hæredis,vt est tex.l.Lucius. §.1.ibi Bart.& omnes Doct.ff.de lega.3.Ias.d.§.diui.in 1.lec.n.112.& 2.lect.n.159.Alciat.nu.41.& Io.Guald.in tract.de arte testan.fol.8.caut.2.nu.3.

QVAESTIO III.

Quæro, An hæreditas dicatur postquam iã est adita? Resp. ꝙ non,sed efficitur proprium patrimonium adeuntis.Ita dicit gl.l.j.§.veteres.Et ibi Ias.dicit hãc esse com.opi.ff.de acq.poss. & not. Doc.recentiores in l.hæredes.ff.de acq.hære.Eandem dicit esse comm.idem Ias.in d.§.in omni.nu.20.

QVAESTIO IIII.

Quæro, Quamdiu duret ius & facultas adeundi hæreditatem? Resp.ꝙ duret 30.an.Ita tenet gl.l.3.ff.de acq.hære. verb. potest.& ibi Cuma.& Alex.dicunt eam esse comm.opi.Hanc etiam tenent Cyn.Bart.Bal.Ang. & omnes recentiores in l.licet,& ibi Ias.dicit eam esse comm.C.de iur.delib. in pr. licet ibi contrarium teneat Saly. Et hoc ꝙ iuri adeundi præscribatur 30.an.latè firmat Bal.in d.l.1.licet gl.& Doc.l.vnica.C.q̃n non petent.Bart.l.vnic.C.de cond.ex l. Et eam dicit esse com. opi.Gram.decis.103.n.46. Quia adire hæreditatem est ius, & non facultas facti.

Et hæc quidem procedunt in extraneis,& sic in iure adeundi.Sed dubium est in iure immiscendi,quod competit suis hęredibus? Resp.Communis & recepta Doc.opi.est, ꝙ nedum iuri adeundi,sed etiam iuri immiscendi præscribatur 30.an.Ita firmat Ias.d.l.licet.nu.3.& 4.Licet ipse magis inclinet in cõtrariam partem.

QVAESTIO V.

Sed quæro,An sublato iure deliberandi,quod durat anno. l.cum antiquioribus.C.de iur.delib.maneat firmum ius adeũdi & repudiandi ipsi hæredi? Resp.ꝙ sic,& est comm.opi.gl.& omnium Doct.in d.l.cum antiquioribus. & l. si curatoribus. eo.tit.vt attestatur pract.Papi.in for.libell. quo petit hære. ex testa.verb. purè instituit. Cùm enim ius deliberandi sit introductum fauore hæredis,non debet in eius odium retorqueri &consequenter non debet absorbere ius adeundi, quod perpetuum est.d.l.licet.

QVAESTIO VI.

Sed quæro.Nunquid tempus illud statutum ad deliberandum possit per iudicem abbreuiari? Respõ. Aut quæritur,An iudex possit minus tempus præfigere, q̃ in edicto prætoris præfixum est,quò ad hoc,vt eo elapso in totum excludatur à facultate adeundi,& dic ꝙ non potest,sed si est extraneus,debet,ei dari tempus centum dierum.Si verò de descendentib⁹, annus d.l.licet.C.de iure delib.Aut quæritur,Nunquid iudex possit minus tempus prefigere,q̃ in edicto pretoris prefixum est, quò ad hoc,vt eo elapso, ad instantiam creditorum curator dari possit,qui creditoribus satisfaciat, & dic, ꝙ sic,ita tenet Iac.de But.Imol.Ang.& Saly.Rubr.C.de succ. edic. & ibi Ias. dicit hanc esse comm.opi. Eandem dicit esse magis communem &veram Alex.in cons.3.incip.consideratis.vol.2.

QVAESTIO VII.

Quæro, An filius suus transmittat hæreditatem non aditã in eius hæredem? Resp.Comm. & recepta Doct.opi.est, ꝙ filius suus & in potestate transmittat hæreditatem ad quoscunque etiam extraneos hæredes, vt dicit Ias.in l.si infanti.n.7.& 15.& l.si quis.§.si filius.nu.6.reprobata ibi gl.verb. abstinere. Ratio est,quia mortuo patre, filius suus absque alia aditione ipso iure efficitur hæres.perinde ac si adiuisset, & hoc procedit in hæreditate paterna,quam iure suitatis transmittit.

QVAESTIO VIII.

Sed quid in alia quauis hæreditate, vbi suitas locum nõ habet? Resp. ꝙ nihilominus transmittit non quidem beneficio & iure suitatis, sed ex beneficio l. vnicæ. C. de his qui ante aper.tab.propter coniunctionem sanguinis,& tantùm ad descendentes.

QVAESTIO IX.

Sed nunquid beneficium d.l.vnicæ.habet locum in successione prætoria? Resp.ꝙ sic, & ista est comm.opi. vt firmat Ias. l.emancipatæ.C.qui admitti.n.18.Iac.de Aret.Cyn.Bart.Bald. ibi,&ibidem Alex.dicit gl.d.l.vnic.verb.in liberos.communiter approbatam.

QVAESTIO X.

Sed quæro, quid si datus sit substitutus vulgaris, nunquid per illam donationem tollatur essentia suitatis,&facultas trãsmittendi hæreditatem non aditam ex potentia suitatis? resp. ꝙ sic,ita tenet Bart.l.si filius.ff.de liber.& posth.Et hanc dicit esse comm.opi.Ias.d.§.si filius.n.4.Eandem dicit communem idem Ias.l.1.ff.de vulg.& pup.nu.40. Licet Ias. existimet eam limitandam esse eo casu,quo superest nepos propter tex.l.qui se patris.C.vnde liber.

QVAESTIO XI.

Quæro, Vtrum datio cohæredis extranei tollat beneficiũ suitatis? resp.ꝙ non,& ista est communis opi.vt dicit Ias.l.pro hærede.§. Papinianus.nu.4.ff. de acq. hæred. Et hoc procedit quidem,quò ad ea,de quib. testator non potuit prouidere, vt in transmissione,secùs in iis, in quibus potuit prouidere secũdum Ias.l.si fratris.C.de iure delib.vbi communem asserit.

QVAESTIO XII.

Quæro,An clericus adiens hæreditatem non confecto inuentario.teneatur vltra vires hæreditarias? Resp.Communis & recepta Doctorum sententia est,ꝙsic,ita firmat Alex.&Ias. in l.fi.§.fi.C.de iure delib.& tenet Abb.c.eccle. S.Mariæ.&ibi Fel.extrà,de consti.Abbas in cons.73.col.pen.vol.2. Eandem sententiam firmat Bald.expressè in d.l.fi.& Doct.in c.1.de testa.Et eam dicit magis com.esse Rober.Marant.in disput.sua. 8.nu.21.

QVAESTIO XIII.

Quæro,Nunquid hodie hæres,qui non facit inuentarium, teneatur in foro conscientiæ vltra vires hæreditarias? Resp. videtur ꝙ sic,quia non faciẽdo,præsumitur surripuisse res hæreditatis,aut eas occultasse,ita tenet Fred.de Sen. cons.21.incip.nunquid hæres.& sequitur Paul.Castr.& Aret.in Rubr.ff. de acq.hæred.

In contrariam tamen partem à Doct. nostris crebriori calculo itum est,vt firmat Ias.d.rubr.n.23.Et hanc opinionem tenet Bart.l.1.q.4.C.de sacros.eccl.&sequitur Bal.l.fi.q.6.de iure delib.

QVAESTIO XIIII.

Quæro,An ius adeundi hæreditatem filio delatam,resideat in patre vel filio? Resp. Comm.recepta Doc.opi.est,ꝙresidet in filio,& non transit in personam patris,vt attestatur Ias.in l. si quis mihi bona.§.iussum,nu.4.ff.de acq.hære. & eam tenet Bart.&Doct.in l.is qui hæres.§.neque filius.&l.is potest.ff.de acq.hæred.

QVAESTIO XV.

Quæro,An aditio hæreditatis facta per filiumf.iussu patris, si sit hæres institutus, excludat substitutum? Resp.quod sic,Ita not.Doct.communiter.l.si quis filiumf.ff.de acq.hæred.

QVAESTIO XVI.

Sed quid si testator ignorabat institutum esse filiumf. resp. Videtur dicendum,ꝙ substitutus non excludatur ex toto,sed admittatur ad quartam partem.Ita est tex.in l.si paterfa. ff. de hæred.inst.ita tenet Ang.Imol.Cuman.Lud.Ro.& Alex.d.l.si quis.&ibi dicit Ias.com.esse opi.& licet d.l.paterf.loquatur in

seruo

seruo : Tamen cùm eadem militet ratio,extenditur etiam ad filium.

ADDITIO. Hæretici quadruplici pœna puniuntur,scilicet, excommunicatione, depositione, rerum ablatione.& militari persecutione. Alber.in dictionar.verbo.hæretici puniuntur prout his temporibus illam quartam pœnam, aciustam persecutionem à catholicis cum Ecclesiæ auxilio. vt dicitur contra schismaticos in Gallia indictam & iam execu tam videmus. Quo verò ad sententiam inquisitionis contra ipsos dicit Bar.in l.magistratibus. circa fi. ff.de iurisdict.omn. iudic. quod executioni dicta sententia non mittitur à iudice laico, sine nouo processu. Quæ opin. non videtur vera, quia contra eum est casus in cap. vt inquisitionis. de hæret.in 6. & arg.d.l.magistratibus.nume.6.nisi saluando,Bart.dicas, quòd verum sit de iure antiquo,quod hodie correctum est per constitutionem Fed.de qua Bartol.notitiam non habuit, vt dicit ibi Angel.

an si aliquis tanquam in Hæresim relapsus per hæreticæ prauitatis inquisitorem damnatus sit, & ob iurisdictionis, & potestatis ipsius inquisitoris ad pœnam sanguinis defectum, ad laicum iudicem remissus sit, idem laicus de crimine hæresis,& illius veritate rursus ex integro cognoscere,& condemnare, an verò solum exequi debeat, Bart. in l. diuus. & in l. non dubium.de custo.& exhibit.reor.dixit iudici laico inquisitoris remittentis exequendi sententiam absque nouo processu,necessitatem non imponi verum,si vult de nouo inquirere, & procedere, prout quoque sibi videbitur condemnare posse eiusque hac in re sententiæ fuit Gulielm. de Cuneo, in l.magistratibus ff.de iurisdict. omn. iudic. quem ibi secuti sunt Bal.Paul.de Castr. & Angel. Subdit tamen Angel. quòd inquisitores quandam habent extrauagantem Federici, quæ contrarium disponit.Idem tamen Angel.in l.1.C.de exhib.& introduc.reis. contrarium voluit per text.in c.præsidentes.& in c.vt inquisitionis.de hæret.in 6.Pro opinione tamen Bart. & Gloss.in auth.clericus.ver.per episcopum. C.de episcop.& cleric. ibi conspiciente acta coram præside, & an recte processerint ;& an probetur reus: hancque sententiam legistas communiter sequi testatur Imol.in c.1.de offic.ordin.quamuis canonistæ contrarium sequuti sint per text. in d. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret.in 6. & in §. si autem ecclesiastica.cum gloss.in auth.de sanctiss.episcop.quibus in locis iudici seculari de hæresi cognoscere inhibetur,responden tes ad text.in §.si verò crimen.in authent. de sanctiss.episcop. quòd in alio procedit crimine, de quo tam secularis quàm ecclesiasticus iudex cognoscere potest, vt in crimine sacrilegij. ff.ad legem Iuliam peculatus. cum aliis concordant. De quibus autem criminibus vterque cognoscere possit habes ex traditis per Doctor. in cap. cum sit generale. de foro competen. F.Turzan.

Hæresis crimen, & crimen læsæ maiestatis æquiparantur. vt est communis opinio,de qua Ias.in consil.106.numer.3.in 4.volum. Bonacoss.

Hæresis crimen est merè ecclesiasticum, & ideo laicus non est iudex competens. vt est communis opinio Clar. in §. hæresis. ver.hoc crimen. Inquisitor tamen super hæresi deputatus, non potest se intromittere de diuinationibus & sortilegiis, non sapientibus hæresim manifestam. vt est text. in cap. accusatus. §.sanè. de hæretic. de qua re Iason.in l.huiusmodi. §.fin. numer.18.ff.de legat.1.vide Abb.in cap.1.numer.4. de sortilegiis. vbi ponit, quando ista sortilegia sapiunt hæresim manifestam.& Squilacea.in tractat.de sortilegiis. & in tracta. de fide.c.1.nu.1.D.m.Alciat.in c.perniciosam.n.73.de off.ordi.communem dicit.Et inquisitor hæreticæ prauitatis deputatus per Papam in aliqua prouincia, vel diocesi, dicitur habere delegatam & non ordinariam iurisdictionem. Abb.in c.causa restitutionis.nu.1.de restitu.in integr.& in c.cum I.& A.de sententia & re iudi.nu.9.Et talis Inquisitor hodie deputatus à Papa debet.simul procedere cum Episcopo,& ad actum præiudicialem non debet vnus procedere sine alio.Abb.in ca.excommunicamus,in fi.de hære. Nec potest ipse Inquisitor deponere ipsum Episcopum negligentem,nec contra eum procedere. nec quisquis alius excepto Papa, vt est cõmunis opi. de qua Abb.ibi.n.13. Bonacoss.

Hereseos crimen,quoad fidem christianam,in alterius,quã eiusdem fidei homines,non cadit:vt frequentibus doctorum suffragiis probatum affirmant Simancas de hæreticis,c.31.n. 3.Iul.Clar.in pract.§.hæresis.ver.ad hoc autem. quemadmodum nec in eos cadere intelligitur, qui non scienter, ac pertinaciter contra generales ecclesiæ Romanæ traditiones quippiam frendent,commune pronunciant Simanc.d.c.n. 5. ac I. Clar.vbi s. E.Suarez.

Hæreseos conuictos,licet nec Episcopi absque inquisitoribus,nec inquisitores absque episcopis possint cõdemnare,tamen alteri absque alteris rectè riteque absoluent. commune ait pract.Carrer.nu.72. Idem.

Hæreseos nemo accusari,nemo damnari potest, nedum vt vllas iure sancitas pœnas incurrisse videri debeat, si animi sui cõcepta multum quidem à religione abhorrentia nec dicto, nec facto eliminauerit, ac foras dederit, sed intra sui pectoris sinum continuerit:vt receptissimam theologorum omnium sententiam asseuerant Simanc.de hæreticis.cap.20.numer.9. Iul. Clar. in pract.§.hæresis. versic.quæro,an occultus, atque alicubi in sacris literis luculentissimè disertis verbis probatur. Idem.

Hæreseos admissæ si quem pœniteat, nullas ille impositas à iure pœnas subibit,& si carceri perpetuo deuouẽdus sit.cõmune affirmat Igneus in l.1.§.cùm dominus.n.33.ff.ad senatusconsul. Syllanian. Nec etiam bonis suis labetur, vt magis commune asseuerat Paris.cõs.2.n.185.& seq.lib.4.eritque & post cõdemnationem æquè liberum, atque vtile suscepti criminis pœnitere,quemadmodum frequentibus doctorib.probari scripserunt Boerius decis. 343. numer.3. & sequent.Iul. Clar. in practica, §. hæresis. versicul. sed vsque ad quod tempus. idem.

Hæreseos causa ab ecclesiastico iudice damnatus,non in aliud periculum ob eandem patrati criminis culpam vocabitur.receptum dicit Ias.in l.magistratibus.nu.10.ff.si cert.peta. Idem.

Hæreseos condemnati bona fisco addicuntur,nec ratio superstitum liberorum habetur, quamuis nullius culpæ ipsi arguantur.commune asserunt prac.Carer.n.140.Simanc.de hæret.c.9.n.2.I.Clar.in pract.§.hæresis ver. & scias. quin ipsimet illius liberi tam post crimen susceptum, quàm ante vllam illius culpam nati pœnis in hæreticorum liberos sancitis plectentur.vt commune affirmat cum Galind.& Simanc. I. Clar. in d.§.hæresis,vers.quæro nunc qui tamen probabili humanitate cum eodem Simanc. & ab eo relatis in contrarium conticescet.cur enim in legis diuinę causis lex diuina susque deq; habebitur,ac prorsus conticescet Deut.24.cur in controuersiis, quæ ad pietatem Dei optimi maximi referuntur, Dei optimi maximi iusiurandum arguetur? Ezech. 17.sed hæc forsan alibi copiosius. Idem.

Hæresi infectis fidem seruari necesse non est.commune inquiunt Simanc.de hæret.c.45.n.14.Placa.lib.1.delict.c.37.n. 11.quamuis sint qui distinguant,nũ cùm ea daretur fides hęreseos crimine euidenter polluti essent,num secùs. verùm ea de re alibi. E.Suarez.

Hæreticus propriè dicitur. quando quis de articulis fidei, vel de sacramentis Ecclesiæ aliter sentiret quàm Romana ecclesia,ita communiter tenere Doctores Boss.in tit. de hæreticis.n.1.Alij verò quos & Clarus sequitur, dicunt etiam illos hæreticos,dicẽdos,qui habent peruersum dogma, vel gignit nouas opiniones falsas, aut veteres falsas & ab Ecclesia damnatas sequitur, vt si quis afferat simplicem fornicationem nõ esse peccatum, aut periurium non esse mortale peccatum, & ita communiter Doctores tenere attestatur Bellon. cons.77. nu.6.secundum gl.in cle.vnic.de vsuris. & Franc.Squillacen. in tract.de fide Cathol.c.14.Clarus lib. 5.sent.§. hæresis in pr. P.Fichard.

Hæreticus pœnitens euitat quidem pœnas de iure hæreticis impositas,nihilominus tamen ad perpetuos carceres condemnandum,tam Legistas quàm Canonistas communiter tenere ait Igneus in l.1.§.quum dominus.n.32.ff.ad Sylle.Clar. d.§.hæresis.ver.sed quæro. P.Fichard.

Hæreticum occultum,i.qui corde tantùm deuiat à fide Catholica non tamen verbo aut facto aliquod signum hæresis ostendit nõ incidere in pœnas hereseos,omnium fere Theologorum receptissimam esse sentẽtiam attestatur Simanc/de hæret.c.42.nu.1.& seq.quia de occultis non iudicat Ecclesia. refert Clar.d.§.hæresis.ver.quæro an occultus. P.Fichard.

Hæretici bona de iure communi cõfiscantur,communem dicit Brunus cons.feudal.13.n.17.Clar.d.§.hæresis. vers.Item Bona.Idque obtinet etiamsi haberet filios Catholicos & orthodoxos,vt communiter teneri ait Pract.Carer.n.140.& Simancas de hæret.c.9.n.2.Clar. ibidem ver.& scias.P.Fichard.

Hæreticus ad hoc ꝙ quis dicatur: requiruntur saltem duo testes de hæresi deponentes,Boer.deci.342.n.1.communem dicit. Vill.

hæreticus condemnatus per iudicem Ecclesiasticum, non debet de illo cognoscere Iudex laicus.Ias.in l.magistratib.nu. 10.de iurisd.om.iud.communem dicit. Idem Villal.

Hæreticorum bona confiscantur, & eis statim interdicitur administratio,vt est communis opi.Cla.in §.hæresis.ver.item bona.nec filiis aliquid relinquitur,vt est communis opi. vt ibi ver.Et scias.officiis licet, & beneficiis non priuantur,etiam per sententiam.ibi vers.item clericus,vt est communis opi. q̃ tempera in filiis post hæresim,vt est communis opi. ibi versi. quæro nunc. Bonacoss.

hæretici vxor,quæ iudicio ecclesiæ fuit à viro separata,potest ingredi religionem,vt est communis opi.ibi vers.item & ob hæresim vxor à viro separatur.Clar.d.§.hæresis. Bonac.

Hæreseos vt quis conuinci possit,sufficiunt duo tantùm testes.communem dicit Anan.in ca.excommunicamus.§. adiicimus.n.1.de hæret.Crauet.cons.262.refert Clar.libr. 5.sent. §.hæresis.ver.habet etiam. P.Fichard.

hæreticus dicitur,qui malè sentit de fide,vt est communis opi.de qua Clar.in §.hæresis.in pr.qui dicit simplicem fornicationem non esse peccatum, vel periurium non esse mortale peccatum,vt est communis opi.ibi Clar.non est autem hæreticus,qui dicit causa solatij.solatiemus& gaudeamus,quia nihil habet de nobis Deus facere,si quis nõ ex animo,sed iocose magis dixit,& qui eũ sic defenderet,de iure disputando nõ esset hæreticus.Alberi.in l.si testamentum ff.de cond.&dem. Bonacoss.

Hæreticus non est, qui non est baptizatus. communis est opi.Clar.§.hæresis.ver.Ad hoc.Nam ad hoc,vt quis sit hæreticus requiritur,quod scienter erret in fide catholica, & asserat vera pro falsis, incerta pro certis, & ecõtra communis est opi.Cla.Et quod in ea opinione sit pertinax,vt est communis opi.Clar.ibi ver.Item dubius in fide,si est pertinax est hæreticus,vt est communis opin.ibi Soarez vers.isto.n.108.& 109. Bonacoss.

hæreticus imputatus non potest diuisim ab Episcopo, vel Inquisitore innocens absolui,vt est communis opi.Clar.in §. hæresis.ver.Scias tamen.Soarez verbo hæreseos.n.110.Bon.

Hæreticus pertinax comburitur,vt est communis opi.Cla. d.§.hæresis.versi.sed quæro.Sed si resipiscat, & abiuret euitat pœnam,vt est communis opi.punitur tamen extra ordinem. Nisi esset relapsus, quia omnino est cremandus. Etiam si pœniteat, & ad fidem ecclesiæ redire velit. Et suis bonis venit ẽt priuandus,vt est communis opi.ibi Clar. Bonacoss.

hæretici ad pœnitentiam admittuntur,etiam post cõdemnationem,vt est communis opin.nisi sit relapsus.Clar. in d.§. hæresis. Bonac.

hæreticus admittitur,& potest abiurare,si confitetur hæresim incursam. sed negans non auditur,vt est cõis opi.Cla.d.§, heresis.& admittitur etiam post sententiam,vt est communis opi.Syluanus in cons.89.in 2.vol.vbi de admissione redeuntium ab hæresi ad gremium sanctæ matris ecclesiæ euitat pœnam mortis,& bonorum confiscationem.vt ibi per Clar.ver. sed quæro.in fi. Bonacoss.

hæreticus signum sibi pro pœnitẽtia deferre nolens,vel aliter sibi iniunctũ obseruare,nõ est ignis flãmis dãdus. nisi cũ hoc aliæ cõcurrerẽt cõiecturæ,ꝑ quas cõstaret ipsum de fide

non rectè sentire.Clar.§.hæresis,ver.Idē et cōem dicēs.Bona.

Hęreticus impœnitēs non statim debet tradi curiæ seculari,cū nō dicatur relapsus,sed prius est mōnēdus& pluries hortādus,vt ad fidē reuertatur & vbi pœniteat,ad reconciliationem est admittēdus.Clar.in §.hęresis,vers.idem etiam.Bona.

vt hęreticus potest condemnari ille apud quem libri de hęresi reperiuntur.Lud.sing.322. P.Andora.

hæretici filius si instituatur, an applicetur fisco.Ang. in l.1. C.de hæred.insti.dicit ꝙ non:sed deuoluitur ad venientes ab intestato. Idem.

hæreticus si est clericus officio & beneficio priuatur,vt est cōis opi.Clar.in §.hæresis ver.item clericus. Bonacoss.

hæreticis non est seruanda fides à priuatis, vt est cōis opin. Clar.in d.§.hæresis vers.Præterea.Soarez.n.118. Bonacoss.

Hæreticus notorius non potest defendi à procuratore,vel aduocato.alias sic cum licentia inquisitoris.Clar.in §.hæresis ver.vlterius. Bonac.

Hæreticus potest inquiri ex mitioribus probationibus,& duobus testib,conuinci potest, vt est communis opi. Clar. in §.hæresis, ver. habet etiam. Et post mortem etiam damnatur eius memoria. etiam si sit præsumptus hæreticus, vel contumax. Bonacoss.

Hæreticus occultus qui verbo, aut facto aliquod signum hæresis non ostendit, non incidit in pœnam aliquam, vt est communis opi.Cla.§.hæresis.ver.quæro an occultus. Bonac.

hæretici facta,sunt baptizare imagines,rebaptizare pueros & similia facere,vt est communis opi.Clar.in §.hæresis,versi, sed hic incidenter. Bonac.

hæreticus censetur,qui inuocat Diabolum, vt sciat futura. Clar.in §.hæresis,ver.successiuè. Secus si vtitur incantationibus ad amorem,quia inuocatur tunc diabolus ad id, quod ei maximè conuenit,cum sit propriè tentator animarum. Et in hoc crimine sortilegii,pœna est vtriusque fori.vt est communis opi.quæ pœna nō est confiscationis bonorum.Sed vel fustigatio,vel mitra quis decoratur.vt ibi.Et no. per incantationem animum mulierum ad libinem flecti,& ideò non trufferis,cum audis istas facturas fieri,quia veræ sunt,vt dicit Ang. in l.eorum.C.de malefi.vbi etiam dicit, posse incantari grandines,vt non noceant,ꝙ intellige in virtute diuina.Itē ostendens latronem per diuinationem,nō tenetur iniuriarum, qđ est verum si est latro,alias acrius debet puniri.Ang.in l.nemo de male. Et contra facientes imagines cæræ, qui pungendo eas,vitas hominum labefactant,puniuntur.l.multi.C. de malefi.vbi Ang.& ideò non derideas ista.Et non est malum scire sed operari, vt ipse ibi declarat.Et dicit Io.Fabr. in §. Item lex Cornel. instit.de pub.iud.ꝙ ibi no.esse mirabile,ꝙ homo possit mori per verba,seu incantationes.vide plura in tract.de lamiis.& in tract.de sortil. Bonacoss.

Hæreticus condemnatus per iudicem ecclesiasticum, non debet de illo cognoscere iudex laicus.Iaso.in l.magistratib.n. 10.ff.de iureiur. communem dicit. Bonacoss.

hæreticus, accusari vel damnari non potest, qui animo de fide dubitat,& in pectore suo continet,nec dicto,aut facto limites transgreditur.Soarez ver.hæreseos.n.111. Bonacoss.

Hæreticus damnatus ab ecclesiastico ob id crimen, non in aliud periculum incidit,vt est communis opi. Soarez in vers. hæreseos.nu.115. Bonacoss.

Hæreticus condemnatus de hæresi, postmodum reuersus, & ecclesiæ catholicæ incorporatus,honores & dignitates, & pristina bona recuperat,& eo mortuo admittuntur eius filij, & alij hæredes & successores, vt est com.opin.Rol.à Valle in cons.63.n.27.vol.3.Paris.cons.2.n.288.vol.4. Bonacoss.

Hæreticus qui tenetur abiurare,est quando noua opera & falsa de fide catholica gignit,credit,vel sequitur, ex mente omnium.Bursa.cons.38.n.9. Formam autem abiurandi hæresim tradit Gundissaluus in tract.de hæret.q.20.nu.7.& ibi tradit,quisnam dicatur relapsus.n.5.Tom.15. Bonacoss.

Hæreticus,nisi apud omnes diffidatus,& declaratus apostata, non potest occidi,nec priuari bonis,vt est communis opi. Burs.cons.14.nu.19. Bonacoss.

hæretici bona applicātur fisco,vbi sunt sita,vt est cōmunis opi.Burs.cons.43.n.14. Bonacoss.

Hæretico reuertenti bona omnia sua condonantur, qui illa etiam à fisco recuperat,secundum communem per Bursa. cons.14.n.32.lib.1.

hęretico quandocunque reuertenti ante executionem sententiæ corporalis,ecclesia nunquam claudit gremium,secundum communem per Burs.cons.14.n.31.lib.1.

Hæreticus impenitens vel fictè conuersus, brachio & curiæ seculari traditur, secundum communem per Bursat. in consil.7.numer.7.libr.1.

hæreticus,qui tenetur abiurare,est, q nouas opiniones vel falsas de fide catholica gignit, credit, vel sequitur, secundum communem per Burs.cons.38.nu.9.lib.1.

Hæreticus occultus à die commissi delicti statim excōmunicationem incurrit,&dominium bonorum suorum amittit, secundum magis communem & veriorem sentētiam ꝑ Bursat.cons.14.nu.5.lib.1.

hæreticorum relapsorum pœna est ignis & bonorum cōfiscatio,iuxta communem per Bursa.cons.7.nu.30.lib.1. pro qua vide quæ scribit Rol.cons.75.nu.5.lib.3.

Hæreticus nisi apud omnes diffidatur, & declaretur apostata,non potest occidi,nec bonis priuari,secundum communē per Burs.cons.14.nu.19.lib.1.

Declaratio iudicis requiritur etiam in crimine læsæ maiestatis diuinę,vt effectus pœnarum sequatur,non autē sententia condemnatoria,secundum communem per Bursat.cons. 14.n.21.lib.1.à cuius declarationis vel pronuntiationis die incipit præscriptio currere in bonis hæreticorum,non autem à die mortis, fructusque similiter ab eadē die declaratoriæ vel commissi delicti potius debeantur domino vel fisco, secus vbi requireretur sententia condemnatoria, cum nisi post sententiam percepti debeantur, & hæc est differentia inter declaratoriam & condemnatoriam,quam concl. declara, vt latius per eundem d.cons.nu.22.& seq.

Bona hæreticorum ipso iure publicantur, nec filiis,natis etiam tempore delicti reseruantur,secundum comm.per Burs. cons.7.n.31.lib.1.pro qua vide Rol.cons.8.art.2.n.35.lib.3.

Abiurantis bona dimittuntur sibi & eius filiis.iux.communem per Burs.cons.7.nu.32.lib.1.pro qua vide Rol.cons.65. nu.27.lib.3.

Hæretico fratri carnali potiùs quā catholico extraneo subueniendum est.c.1.& ibi gl.in verb.fideles.dist.30.Pan.in c.si quis.n.2.ext.de hęret.Et hanc communem sententiam esse dicit Nic.Arelatan.in tract.de hæret.in notab.22.in volu.tract. crimin.venet.Anno,&c.70.impressorum.pag.141. kircho.

hæreticus Ab hercifcor dictus est Fel.in Rubr.de hære.vide Panor.in c.firmissime.eod.ti. P.Andora.

In cā hæresis an appelletur.vide Fel.c.ad abolendam.e.ti. Idē.

hæreticus est qui omni anno communionem non recipit. Fel.d.rub.vide tamen Cald.ti.de hære.cons. 5.alias 494.. Idē.

hæreticus est qui dicit vsuram esse licitam.Bal.in 1.par.consi.201.& in auth.ad hæc.C.de vsu.

Limita nisi ex loco.vel lapsu lingue ita dicat.secūdū.Card. in clem. 1.in 5.q.de vsu. Idem.

hæreticus est qui dicit.Deum non esse Deum.& qui credit in demonibus aliquid boni esse Bal.in 3.part.cons.81. Idem.

Conuersatio cum hæretico,est indicium ad torturam. Bal. d.cons.81.in 3.part. Idem.

Diuinator an possit vt hereticus puniri.Barb.in 1.vol.consi. 56.Phi.in accusatus §.sane de hære.in 6. Idem.

Inquisitus de hæresi potest post mortem absolui. Bal.in 3. part.cons.343. Idem.

Pro hæresi ab inquisitore inquietari non potest.qui sibi penitentiam pro hæresi impositam non egit.Dec.cons.137.Idē.

Ad defendendum idiotas ab hæresi.vide Ias.in Rubr.C.de summ.trin.& fid.catho.& in simili. vide Oldrad.in cons.210. Card.in clemen. 1.ver.nos ig.de sum.tri.dicit ꝙ si idiota truffando publicè dicat, quòd habebit vxorem in alio seculo, non poterit puniri vt hæreticus: Tamen nō debet dimitti impunitus. Idem.

An autem ignorantia excuset ab hæresi.vide Card.in d.clem.ver.porro.in 4.q. Idem.

Si hæreticus remittitur seculari.An secularis debeat denuo cognoscere.Ias.l.magistratib.in fi.com.ff.de iu.om.iu.P.And.

Suspitio hæresis.ex leuibus signis oriri potest.signa tamen ipsa pſe proban.sunt.Fel.c.literas.col.4.de præsump. Idem.

Contra hæreticos vide notabiliter.Fed.cons.252.vbi intercætera.dic. eum esse hæreticum qui dicit animam simul cum corpore mori & nullum esse paradisum. & incestum non esse peccatum.concludens.tal memoriam posse damnari. & eius bona.à die commissi criminis esse confiscata. Idem.

hæresis crimen est.facere conuenticulam de papatu.viuente papa.Ias.in l.2.§.interdum.in 2.not.ff.de vulg.& pupill. Imo incidit in crimen læsæ maie.Ale.l.j.ff.ad l.iul.maie.Idem.

Suspectus de hæresi fugiens. excommunicari potest.& si per annum perseueret habetur pro conuicto.Oldr.cons.65.c. cum contumacia,& ibi Phi.de hæret.in 6. Idem.

hæreticus proprie.quis dicatur.Calder.in tit.de hære. consilio 5.alias.494. Idem.

In crim

In crimine hæres.ex leui &modica præsumptione procedi potest.Phi.in c.accusatus.de hære.in 6. Idem.

hæreticus dicitur etiam qui errat in vno articulo fidei.phi. vbi s. Idem.

Subiungit phi. ꝙ dicitur hæreticus Ille qui desponsata vna per verba de præsenti contraxit matrimonium cum alia.& cōtra eum tanquam contra hæreticum potest inquiri. Idem.

Hæreticus non dicitur qui dat pocula amatoria.phi.in d.c. accusatus.§.sane. Idem.

Hæreticorum bona à die commissi criminis publicantur. & ab emptoribus vendicantur nullo restituto prætio.cum secundum.ll.& ibi doct.max.phi.de hære.in 6. P.Andora.

herba mala cito crescit.gl.ī l.2.C.de his qui ven.ętatis.phil. in rubr.de testa.in 6. & in c.vnic.de desponſ.impub.eo.lib.Panor.in c.2.de desponſ.impub.Bald.in l.qua ætate. ff. de testa. Angel.in §.masculo.instit.de pupil.substit. P.Andora.

Hermaphroditus an succedat in feudo.Iac. de S. Georg.in tit.de feu.ver.marchio in Italia.ibi, Item quæro.Bald. consil. 435.lib.1.& in l.fi.C.de suis & leg. vbi etiam ponit an in parte sua possit eligere vnum ex fratribus:& quod nomen in baptismo ei imponendum sit. P.Andora.

PRO.homo homini debet obsequium.l.si seruus.ff.de ser. expor. Bellon.

PRO.homo non est dominus membrorum suorum l.liber homo.ff.ad leg.Aquil. Idem.

PRO.Homo liber æstimationem nō recipit l.liber homo. ff. de verb.obl. Idem.

SOL.Hominum gratia ius omne constitutum est.l.2. ff. de stat.hom. Idem.

Homo liber licet ob causam ciuilem vel criminalem à priuata persona capi aut detineri non possit. tamen inter alias multas fallentias,si quis in flagranti crimine ob quod pœna capitalis vel corporalis infligi possit,reperiatur,poterit capi,ac detineri ad viginti horas,intra quas ad iudicem deducendus erit communem refert Bened.Capr.reg.75.n.10. vide s. in verbo Carcet.

Homo.hominis app.an veniat fœmina?tex.est ꝙ non:quia vir est ad imaginem Dei:non fœmina.33.q.5.ca.hæc imago. & c.si aliquis ibi homini aut mulieri extr.de homic.

Sed Card.in clem. 1.in 9.q.de homic.dicit.contrarium esse verius.&quod id quod habetur in dictis iuribus.est causa maioris expressionis. P.Andora.

homo est res dignissima creaturarum.l.iustissime.ff.de edi. ed.& prædominatur omnibus rebus.vt dicit.ibi Bal. P.Andora.

homo homini insidiari non debet.l.vt vim.& ibi Ias.in fin. 4.col.ff.de iust.& iu. P.Andora.

homines.qui nihil habent.nihilque operantur.cum validi sint poreſt respubl. compellere ad operan.& si nolunt operari.de ciuitate expellendi sunt vt in auth.de quæstore.§.si vero crimen.alias si vero aliquis.col.7. Idem.

Homo non potest inducere fictionem.l.si forte ff.de castr. pecu.no.Bar.in l.si is qui pro emptore.in 1.q.prin.ff.de vsuca. Alex.in 5.vol.cons.1.in 2.col. Idem.

hominis prouisio an faciat cessare prouisionem legalem. Ias.notabiliter.in l.2.in 56.col.C.de iur. emphi.dicit regulam esse ꝙ sic.l.fi.C.de pact.conuen.l.maritus.C.de procu.l. & habet.§.cum quis.ff.de præca.de quo per eundem. Ias. in l. cum filio.§.filio impub.ff.de vul.& pup.

Limitat Ias.procedere.quando prouisio legis est inducta in priuillegium.&de iure spſi secus si esset prouisio legis. de iure cōmuni quia tunc per prouisionem hominis. ab illa l.nō intelligeretur esse recessum. & est ratio diuersitatis. fm eum. qa priuillegia. facilius tolluntur quam iura communia. vide ibi latius per eum ponentem.alias pulchras limitationes.de quo etiam per eundem. in l.item quia.in 3. colum. ff. de pact. aliquid per Alexand.in l.si extraneus.in 1.col.ff.de cond.ob causam. P.Andora.

Homo non dicitur in fructu.Bal.in l. vetus. ff. de vsufruct. P.Andora.

Homicida verus si nesciatur putà,quando mortuus tantū vnicum vulnus habuit.& rixatores fuerunt plures,vel etiam plura sint vulnera,tunc propter incertitudinem omnes liberantur.communem dicit Aegid.Boss.in tract.malefic.titul.de Homicid.n.26.Item gl.in l.item Mela. §. Sed etsi seruum plures.ff.ad l.Aquil.communiter recepta,vt dicit Hipp. de Mars. in rub.C.de prob.n.148.per plurima ibi allegat.Et dicit se ter consuluisse pro hac opinione,& aliquoties allegasse viua voce,& semper obtinuisse. I.Fich.

Homicida non est priuatus beneficio,sed requiritur sentētia.Alc.in c.cum non ab homine.n.15.de iudic. communem dicit. B.Villalob.

Homicida simplex.i.qui casu,sine culpa & dolo, nulla animi deliberatione ex interuallo præcedente,aliquem interficit gaudet immunitate ecclesiæ.Communem dicit Didac. lib.2. resolut.c.20.n.7.in fi.Si verò factum esset cum animo deliberato,& concurreret etiam qualitas proditionis, talis homicida proditorius nō gaudet immunitate. vt communem dicit. Did.in d.c.20.n.7.Ant.Gomes.c.10.delicto.n.2.Igneus in l.1. §.si dominus.nu.7.ff.ad Sylleian.Clar.d.lib.5.§.fi.q.30.versic. scias tamen. Si autem cum animo quidem deliberato,sed tamen non proditoriè factum esset homicidium, alij dixerunt talem homicidam non posse extrahi ex Ecclesia, & ita communem dicit Alex.cons.145.nu.4.6.11.libr.7.vt illum refert Pract.Conrad.Blanc.in pract.crim.n.26. Contrariam tamen, scilicet ꝙ possit extrahi magis communem dicit Did.in d.ca. 20.nu.7.& licet ipsemet ibi videatur sequi opinionem Abbatis,tamen subdit,ꝙ propter Doctorum authoritatem,& eorū communem opinionem sæpissimè tales homicidæ ab ecclesiis extrahantur, & ita etiam iudicatum fuisse attestatur Guido Papæ decis.111.Io.Gall.q.172.§.per arrestum.Papo.lib.1. tit.1.Arrest.18.Boer.decis.109.n.7.Mayner.in l.nemo de domo.n.20.ff.de reg.iur.Prac.Pap.in forma inquisitionis.in verbo hæc est quædam inquisitio.n.31.& hæc opinio etiam Claro magis communis videtur.in d.q.30.vers.punctus est. P. Fichard.

Homicida omni iure tam humano quam diuino debet mori,vt est communis opi.de qua Bossi.ti.de homicidio.n. 109. Bonacoss.

Homicida. Dicens ꝙ occidit se defendēdo,nisi probet defensionem,habetur pro confesso homicidium.Bart.in l.Aurelius.§.idem quæsiit.ff.de lib.leg.Bal.in l. 1.col.15. C. de cōfes. Panor.post gl.in c.cum venisset.extrà de constit.do.Alex.in l. 10.ff.de verb.obl.nisi respondisset præmissa negatione & cōditione si,iuxta doctrinam gl.& Bal.in l.si quidē.C. de except. & tunc qualiter puniri possit,vide s. conclusione. 360. Balb. decis.380.

Homicida. Dicens,occidi defendendo,non punitur morte,sed aliter,defensione non probata.Ita singulariter Pan.quē extollit & videtur ibi sequi Fel.in c.auditis.in vlt.col. extr. de præscrip.& do. Alex.in l.non solum.§. sciendum. ff. de operis nou.nuncia. in l. decem. ff. de verborum obligat. Balb. decis.360.

Homicida etiam excusatur,si occidit bannitum,vt est communis opin.Clar. ver.plerunque.in §.homicidium. & statuta hoc permittentia tenent,vt est communis opi.Etiam cū præmio,vt est communis opi.ibi.Etiam si statutū dicat,quod bannitus offendi possit,quia etiam excusatur homicida,vxor verò banniti adulterari statuto nequit.& bannitus est,hostis ciuitatis,communis est opinio,vt per Clar.ibi.versi.stante hoc statuto.Filius tamen non ideò patrem bānitum occidere potest,licet communis opi. stet contra. Nec vasallus dominum, stante d.statuto.inimicum verò bannitum pace recōciliatum impunè offendi posse.d.statuto permittente clarum est,vt est communis opi.Dummodo ex alia causa fuerit bannitus, pro qua fuit pax inita bannitū quoque impunè offendi posse proditoriè.communis se habet opi.dummodo fides ei non sit data.bannitum autem à Principe gratiatum, sed non cancellatum de libro reorum bannitorum sciens offendere quis nequit vel scire volens, aliàs punitur extra ordinem, & antequam ad istud perueniatur. quis accusatus, esse debet inquirens,vt est cōis opi. Clar.ibi.ver.item quæro.nec tenet protestatio banniti,ꝙ sit gratiatus, nisi gratiam ostendat, quia hoc non obst.impunè occidi poterit.Clar.ibi.vers.sed quid.communem dicit.Homicida verò banniti, cuius bannum est nullum,sciēs occidit,debet puniri pœna ordinaria. Ignarus autē extra ordinē,vt est cōis opi.quā refellit Clar.ibi.vers.maior.q̄ dicit in practica seruari.Et pēdente appellatione bāni,bannitus offendi nō potest.Idē est pēdente tpe ad appellandum, vt est cōis opi.quæ hodie statutis est sublata. quia in criminalib. non datur appellatio ex statutis, item nec bannitus, qui sit in fortiam bernariorum impunè offendi potest,vt est cōis opin. Clar.d.§.homicidium. ver.quæro etiam bannitum verò interficiens extra territorium,à quo est bannitus non debet decapitari,cōis est opi.Cla.ibi.ver.vlterius quæro.Bannitum autē occidēs ex ipso statuto se eximit à banno.Sed præmium non consequitur bānitus bannitum occidens,vt est cōis.opi.Clar. ver.fuit etiam.Bannitum etenim occidens ex statuto permittente impunè offendi in centum bannitum, ex duab. causis, vna ī quinquagīta,alia.in aliis quinquagīta.nō fit cumulatio,

vt possit

vt possit offendi, quia in odiosis non fit summarum cumulatio, vt quis ex statuto puniatur. Si tamen iudex pro multis maleficiis separatis illum condemnasset in summa centum, quæ omnes comprehenderet, & summam cẽtum excederet, excusaretur tunc occidens bannitum, vt est communis opin. Clar. ver. sed quæritur. Exceptio vtique hæc offendi bãnitum, cuius à statuto permissa sit offensio, est peremptoria, & impedit litis contestationem, vt est cõmunis opi. Clar. ver. sed quæritur, Quæ tamen exceptio etiam per procuratorem opponi potest coram iudice procedente contra ipsum reum. & per quemcunque comparentem, tanquam quemlibet de populo, vt est commo. pi. Cla. ibi. ver. item scias. nec est permissa impunè bannito in his terminis defensio, vt est com. opin. Clar. ver. in hoc. Sed dura sibi videtur isthæc opinio. Nec aliter occidens bannitum per iudicem inquiri potest. statuto etiam dicente bannitum licitè offendi posse, vel bannitum aliter simpliciter non audiri, vt est communis opin. Clar. in d. §. homicidium. ver. alia quoque. Bonacoss.

Homicida nobilis etiam punitur pœna capitis, vt est communis opi. Clar. in §. homicidium. versi. sed quæro. Nec valet statutum, ꝓ pœna pecuniaria tantummodo puniatur. Cla. ibi vers. sed nunquid. Bon.

Homicida, si est clericus non ipso iure perdit beneficium, sed venit priuandus per sententiam, si est simplex homicida, vt est communis opi. Clar. in d. §. homicidium ver. de iure autem canonico. Bonac.

Homicida filius priuatur hæreditate paterna, quæ fisco applicatur, vt est communis opi. Clar. §. homicidium. ver. priuatur. Et etiam eius filij, & sic nepotes non succedunt auo, vt est communis opin. ibi. Clar. idem in filiis fratris occisi, vt est communis opi. & homicida maritus amittit lucrum ex bonis vxoris. & illud applicatur hæredib. ipsius vxoris, non autem fisco, vt est communis opi. ibi. Bonac.

Homicida tenetur ad interesse animæ occisi, s. pro eo orare & facere orare vt pro eo fiant ieiunia, eleemosinæ, iuxta vires eius facultatis. Item ad medicum & medicinas. & ad alia, quæ eius curam spectant, vt est communis opi. Cla. d. §. homicidiũ versi. tenetur communem dicens, & Chircouius Centuria. 5. concl. 50. & fusius Roland. à Valle. in cons. 39. per totum in 2. volum. Nouellus regula 128. vbi ponit fallent. Plotus. in l. si quando. numero 694. C. vnde vi. & numero 694. & numero 695. & 696. & idem in vulnerante. ibi nu. 967. & seq. Bonacoss.

Homicida, qui ad sui necessariam defensionem interficit inimicum, excusatur. etiam in foro conscientiæ, vt est communis opi. in vtroque foro, de qua Clar. in §. homicidium ver. excusatur, & Soar. ver. homicidium. n. 122. & seq. Idem si ad necessariam defensionem suarum rerum id faciat, vt est communis opi. ibi ver. hæc autem conclusio. Idem si pro honore quis alium interficit, vt est communis opi. ibi ver. idemque. Idem, si quis defendendo eius cõsanguineum, vel alium in rixa quẽpiam occidat, vt est communis opi. Clar. ibi ver. item locum. Ideem, si quis se defendendo necessariò clericum occidat, Papam, vel imperatorem, vt est communis opi. Clar. ibi. ver. præterea etiam. nec hic erit excommunicatus, vt est com. opi. ibi. Idem si quis interficiat in rixa mediatorem, seu trãsmeantem vt se defenderet ab insultante. vt est communis opi. Clar. ibi versi. adde. Idem si insultatus potuisset fugere, quia excusatur ab homicidio. ibi versi. atque adeo, vt est communis opin. ibi. Bonacoss.

Homicida non habet necesse probare, ꝓ fecit homicidium ad sui necessariam defensionẽ, sed ad sui defensionem, vt est communis opi. Cla. in §. homicidium. ver. sed quomodo. Nec est probare necesse, se fuisse in discrimine vitæ, sed sufficit probare, ꝓ aduersarius veniebat contra eum armatus, vt est communis opi. Clar. ibi. Nec quis etiam tenetur expectare, ꝓ percutiatur. Sed sufficit, ꝓ iusta causa sit timoris, vt ibi communem dicens. Bonac.

Homicidæ defensio debet esse moderata circa modum, tẽpus & locum, vt est cõmunis opi. Clar. in §. homicidium. ver. scias tamen ꝓ si excessit modum, punitur de excessu culposo & doloso. com. est opin. vt ibi. Nam insultantem me cum baculo, non licet mihi cum gladio ferire, vt est comm. ibi. item sedata rixa non licet insultato ex interuallo vulneratus insultum facere vulneranti, quia illud esset ad vindictam, & non ad defensam, vt est communis opi. ibi. Bonac.

Homicida cõstitutus coram iudice negat homicidium cõmisisse, & conuictus dicit se fecisse homicidium ad sui defensionem, debet audiri, vt est communis opi. Clar. in §. homicidium. vers. sed hic occurrit. Bonacoss.

Homicida excusatur si insidiatorem occidat, qui eum expectabat, vt interficeret, nec poterat euitare, vt est communis opi. Clar. in §. homicidium. ver. potest etiã. Secus si vitare posset, quia extra ordinem puniretur. Bonac.

Homicida post homicidium effectus furiosus, punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis, vt est communis opi. Nouellus in tract. ad defensam. n. 40. Tiraq. in tract. de pœ. temperandis isto loco. Diaz. reg. 321. 322. vbi etiam de præstante opem homicidio. & de eo, qui sibi mortem consciuit. Corn. cõsi. 195. in 2. & Dec. in cons. 438. per totum. Bonac.

Homicida beneficio ipso iure nõ priuatur. sed sententia est priuandus. vt est comm. opin. Fran. Mar. decis. Delphina. 398. in 2. par. n. 1. & si ex certa forma statuti procedi possit contra homicidam, prius debet constare illud homicidium fuisse cõmissum, vt per Menochium de adipiscen. poss. in 3. remedio. nu. 169. Bonac.

Homicida (vt dixi) qui non est in dolo, sed in culpa puniri non debet, nisi pro modo culpæ, vt est communis opi. Bos. ti. quomodo proceden. per actio. in delict. n. 38. Paul. de Cast. in cons. 277. in 2. Dec. cons. 9. n. 1. in 1. vol. vbi dicit ꝓ stante statuto, quod precisè punit, homicidam, debet intelligi, quando dolo, & ex proposito homicidium committit, aliàs secus. vt ibi. secus etiam si non habuit animum occidendi, vt ibi, qui ponit, quando quis non habet animum occidendi. Et calore iracundiæ prolata & facta, non debent statim executioni mandari. Corse. in reperto. Abb. in ver. calore iracundiæ. & Doct. in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. vide Dec. in cons. 432. n. 7. & est singulare dictũ, ꝓ vbi abest dolus, quis de homicidio non puniatur. Dec. cons. 622. n. 1. & seq. vbi dicit conclusionem esse verissimam. n. 3. Et ibi subdit, ꝓ maritus qui interfecit mulierem deprehensam in adulterio, non est decapitandus. Et stante statuto, ꝓ si quis fuerit inuentus committere homicidium, capite puniatur. Dic ꝓ inuentus dicitur, qui committit, licet non repertus fuerit in flagranti crimine. Sed vbi inuenio vnà cum eo, ꝓ fit, facit crimen, necesse est, ꝓ inueniatur, vt si statutum dicit, si quis fuerit inuentus arma portare, tãta pœna puniatur. quia tunc sine inuentione crimen nõ est, quoniam statutum crimen facere voluit. ita dicit. Ang. in auth. de sanctissimis Episcopis. §. reuerendissimus. vide omnino Rimi. in cons. 8. & not. ꝓ si quis diutino tempore aliquis in reatu fuit, pœna eius est subleuanda & alienanda. Rochus de Curte in tractatu de consuetudine. n. 69. to. 1. Bonac.

Homicida reputatur qui intulit vulnus, ex quo mors sit sequuta, vt est communis opi. & punitur vt homicida. Potest tamen ex cõmuni sententia doctorum probare mortuum fuisse ex malo regimine, vel mala cura, vt est communis opin. secus si vulnus non erat mortale, quia non tenetur de occiso, vt est communis opi. in dubio autẽ an esset læthale vulnus. vel si non apparet de aliqua negligentia aut culpa, & vulneratus non tenetur de occiso. & punitur vulnerans extra ordinem. & an vulnus esset mortale & læthale, statur medicis, vt est communis opi. Clar. vers. scias autem. qui debent esse duo. secundum communem opinionem de iure, secus de consuetudine quia statur vni, etiam de iure, quando vnus solus adest in loco, vt est communis opi. & debet iurare medicus, vt est communis opi. s. de credulitate tantum, non de veritate præcisè, vt est communis opi. ibi nisi in principio iurasset officij, hoc tamen maximè iudicis officium versatur. communis est opi. si verò post vulnus illatũ breui spacio moriatur vulneratus, vulnerans tenetur de occiso. & si moritur ỳ. 40. dies, præsumitur mortuus ex vulnus læthali, vt est communis opi. si autem post vulnus per triduũ ambulauit, & postea sit mortuus, præsumitur non ex vulnere decessisse, vt est communis opi. & lata sententia ex relatione peritorum, qui deposuerunt decessisse ex vulnere, contrarium poterit probare reus, vt est communis sententia. quam opinionem non recipit. Clar. ibi. nisi ante sententiam, quia post sentẽtiam nullus admitti debet ad se defendendum, statuto hoc prohibente, & reo in carcerib. se defendẽte, & si vulnerãs læthaliter nõ vulnerauerit, & alius apparẽs interemit, qui tñ nõ fecerit ex mãdato, & primus nõ tenetur de occiso. sed secũdus, aut primus læthaliter vulnerauit. ex quo ictu euadere absq; dubio vulneratus non poterat mortem. & iste de occiso tenetur, vt est communis opi. Clar. in §. homicidium. vers. sed quid si reus. Bonacoss.

Homicida nõ est priuat' bñficio ipso iure, sed regrit sentẽ. D. m. Alcia. in c. cũ nõ ab hoie n. 15. de iudi. com. dicit. Bonac.

Homicidiũ volẽs committere ex deliberata, & perfecta voluntate, & accedẽs cum armis hac de causa contra Titiũ, nec occidat, nec ei membrum aliquod amputet, quia non potuit ob hoc irregularis nõ efficitur, voluntas enim sola non facit irreg

irregularem, secundum gl. & omnes cõmuniter, in c. si qs aliquis, de homic. Arch. in c. fi. 23. q. 8. Dom. in c. si quis acceptũ. 50. dist. & eundem Archi. in ca. periculose contra gl. fi. ibi, de pœ. dist. 1. Fel. in ca. sicut dignum, n. 11. de homic. & in tractat. quando conatus puniatur. ver. fallit sextò. Mars. in l. is, qui cũ telo. C. de sica. & Alb. Trotum. in tract. de vero, & perfecto clerico. lib. 2. c. 20. n. 5. vbi testatur de communi, nam lex canonica quantum ad hoc exigit verum actum homicidij, aut membri mutilationis, vt not. Henric. post alios, in capit. 1. de eo qui mittitur in poss. & ibi Card. & hinc deducitur, ꝓ si quis habeat animum deliberatissimum, & omni conatu curet percutere clericum, & non percutiat eum re, & effectu, nõ incurrit excommunicationem, si quidem ad incurrendum pœnas excommunicationis, censuræque ecclesiasticæ, requiritur factum, vt habetur per gl. communiter ibi ab omnibus receptam, in c. in audientia, de sen. exc. Card. in cle. 1. q. 3. de vsuris, & Fel. in d. tract. quando conatus. & in tãtum procedit prima communis opinio, ꝓ si quis digitum amputet Titio prædicto non efficitur irregularis, secundum Doct. in d. c. si quis. Bart. Ang. & Imol. in l. 1. de pub. iudic. Ang. in trac. maleficio. in ver. membrum, & Rubeum cons. 83. quia digitus. non est membrum, sed officium membri, ideo requiritur separatio membri, vel totalis debilitatio ipsius. in casu isto pro irregularitate incurrẽda. ideo statutum puniens aliquem pro membro debilitato nõ procedit in debilitante hominem aliquo digito, quia debilitans penitus digitum non dicitur debilitare membrum, cùm digitus ipse non sit membrum, sed membri pars, ac officium, ita voluit Bart. & Imol. in d. l. 2. & Iacob. Nouellus in præct. crim. super forma inquisitionis pro insultu, & vulnerib. n. 30. cum aliis relatis per eum, & p Rubeum, in d. cons. 83. vbi ita consuluit, hoc verò fallit in notabili artifice, seu pictore, & cui si foret pollex debilitatus, aut mutilatus, tunc haberet locum memoratum statutum, quia ex debilitatione istius digiti redditur inefficax, & inutilis manus. vt firmauit Follerius post Ang. Aret. in pract. crim. in for. capitulorum in vulnere, num. 23. & Rubeus, in d. cons. 83. in fi. F. Viuius.

Homicidium deponens seu confitens commisisse ad sui defensionem, & sic se defendendo, nisi probet defensionem, habetur pro confesso homicidium, debetque capitaliter puniri secundum gl. & Pan. in c. cùm venisset, extrà de constit. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. legat. Bal. & cæteros in l. 1. C. de confess. Bald. Franc. Aret. & Alex. in l. decem. ff. de verbo oblig. Io. de Imo. & Roma. in l. 1. §. si quis simpliciter. eod. ti. & Boer. post alios innumeros congestos per eum decisio. 164. n. 10. cum aliis seq. vbi exprimit istam esse communem opinionem, & sequitur & ait in praxi obseruari Aret. in trac. maleficio. in ver. comparent dicti inquisiti, & partim negant. post prin. contrariam verò partem tenuerunt Abbas Sicul. in cap. auditis. & ibi Fel. de præscr. Dec. in ca. cùm venerabilis. de excep. Mars. sing. 185. confessio inquisiti. Th. Ferrar. caute. 5. Iaffredus decis. 360. dicens, Tiraq. in tractatu de pœnis temperandis, causa 17. n. 7. & seq. Grammat. decisio. 5. n. 13. & seq. & Capic. decis. 155. nu. 11. Maranta in tractatu iudiciorum. in 6. part. ver. confessio. num. 29. & alij citati per Boerium in d. decisio. 164. n. 10. & seq. videlicet, ꝓ si de homicidio aliter non constat in processu, sed reus captus, & inquisitus deponit se patrasse homicidium ad suam defensionem, tunc nõ punitur quidem pœna mortis, verùm alia mitiori pœna defensione non probata. & prædictam Abbat. opinionem Doctores precitati eam sequentes appellant limitationem. & licet Deci. in dicto capitulo cùm venerabilis. & Boer. in dicta decisio. 164. numero decimo, cum aliis seq. conentur opiniones istas ad veram consonantiam, & concordiam reducere, & disputando admitti posse huiusmodi concordia opinionum per eorũ optimas rationes, iura nõ leuia, & auctoritates omnium Modernorum, nihilominus caue ne incidas in scyllam credens euitare charybdim, fretus fortasse opinione ista vltima, quam tanquam periculosam nũquam obseruari vidimus: nam Bal. signanter consuluit cons. 245. dauanti di voi, volum. 2. confitentem delictum, etiam cum qualitate, puta quòd occidit ad sui defensionem, nisi qualitatem probauerit, puniri, in delictis enim præsumitur dolus l. 1. C. de sica. & l. 1. C. de iniur. & pariter per confessionem factum est notorium ergo puniri debet maleficium, ne delicta impunita remaneant, ideoque ob hæc noli discedere à præmissa Bar. sententia communi in actu practico, quam communem fore asseuerant ferè omnes contrariæ opinionis auctores in memoratis locis. & Iaso. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. numer. 13. F. Viuius lib. 2. opin. 136.

homicidium, si per statutum mandetur corporaliter puniri: debet intelligi: si per dolum fuit commissum. Ias. in l. 1. nu. 70. ff. de leg. communem dicit. B. Villal.

Homicidium commissum à Titio per solas minas emissas cõtra eum, est licitum, nec aliquo modo est punibile, imò excusatur iste homicida, quando huiusmodi persona erat solita verisimiliter tales minas executioni mandare, aliàs secùs: & sic ille, qui ipsi Titio mortem minatur, potest in illo actu occidi impunè. nam expectare non debet se vulnerari, percuti, aut occidi, ita voluit Bald. in l. 1. C. quando liceat sine iudi. vindi. Ang. in l. quemadmodum. ff. de inoffi. testam. Ioan. de Ana. in c. penulti. de homi. Abb. in c. causa matrimonij. ff. de offi. de legat. Ang. Aret. in §. ius gentium. instit. de iure naturali gent. & ciui. Cyn. in l. 1. C. vnde vi. Mars. in sua pract. crim. in §. diligenter. numer. 87. Ias. in l. vt vim. numer. 14. ff. de iustit. & iur. vbi scribit istam esse communem opinionem, quam sequitur quoque Petrus Duennas in regula 192. num. 4. post alios innumeros relatos per eum. & Corset. in sing. in ver. metus. vbi testatur etiam de communi, & declarat eam procedere solummodo de iure ciuili, non autem de iure canonico & diuino. meliusque apertius & latius interpretatur, & audacter cõmunem fore exprimit Pet. Duen. in d. reg. 192. n. 4. & Io. de Amicis cons. 116. numer. 4. & seq. F. Viuius libro secundo opin. 137.

homicidium animo deliberato committens non est tutus immunitate Ecclesiæ, magis communem dicit Clar. d. §. Homicidium. ver. ex proposito. P. Fichard.

Homicidium commissum sine dolo, & sine animo occidendi, mitius punitur quàm quòd dolo committitur communem dicit Cæpolla consilio criminali 37. Clarus refert. libro quinto. sentent. §. Homicidium. versiculo Culpa dicitur. P. Fichard.

Homicidium non lata culpa, quæ dolo æquiparatur, sed leui aut leuissima, commissum, non debet puniri criminaliter. Communem dicit Boss. in titu. quomodo procedatur per actio. numero 38. nam talis culpa æquiparatur casui, vt si quis proiiciendo lapidem in turbam, hominem aliquem interfecerit, punitur pœna extraordinaria. Communem attestatur Mẽchiaca controuers. illustr. capit. 19. numero vigesimo secundo. refert Clarus dicto §. homicidium. vers. culpa dicitur. P. Fichard.

Homicidium commissum esse præsumitur ex eo solummodo, quòd quis dixerit, sumam vindictam de te & præsertim hoc procedit. si is solitus erat minas executioni mandare, & sic præsumptio hæc sufficeret ad imponendam pœnam ordinariam, vbicunque ille qui minatus fuerat interfectus occisusque reperitur, secundum Imol. cum aliis relatis per eum, in l. fi. nu. 10. ff. de hered. instituend. vbi firmat istam communem opinionem fore. Contrariam verò partem, videlicet, vt huiusmodi præsumptio. seu probatio non sufficiat ad imponẽdam pœnam ordinariam homicidij sequitur, atque ait communiter teneri Anania, in c. 1. nu. 7. de maledicis. & Doct. omnes in l. 1. C. de his, quibus vt indignis: & cum hac opinione tanquã veriori, atque mitiori libenter concurrimus, est bene verum quòd præmissum indicium, & præsumptio ad torturam sufficeret in præsenti casu, secundum eũdem Ananiam, vbi supra testantem hanc sententiam communiter receptam esse. F. Viuius, lib. 12. opin. 138.

Homicidij nomine statutum imponens pœnam pecuniariam, non valet: quia præstaret occasionem delinquendi. Est commun. opin. secund. Dec. in ca. cognoscentes. circa princi. extrà de constit. Fel. in Rubr. extrà de homic. vol. vel cas. M. Chærian.

Homicidij accusatus potest opponere simpliciter negando, & quatenus probetur, se ad defensionem fecisse: quoniam licitum est reo, intentionem actoris simpliciter negare, & deinde conditionaliter excipere. Est com. opi. secund. Soc. in l. nemo prohibetur. in fin. de excep. Bald. Angelus & Salicet. in l. si quidem. C. de furt. Decius in l. nemo ex his. in princ. de regul. iur.

Insultatus ab aliquo, etiamsi possit fugere nõ tenetur: quinimò si se defendendo, aggressorem, occidat. de Homicidio non punitur. Est magis com. opi. secun. Alex. in cons. 109. visis. vol. 1. Idem.

Homicidium fieri mãdans Christiano, vt Christianum, vel alterius sectæ hominem occidat, data certa mercede, assassinus dicitur, & pœnas assassini dabit. Soarez. in verbo homicidium. Bonac.

Homicidij pœna hodie est pœna mortis, tam in nobili quã ignobili. communem dicit Boss. in tit. de homicid. nu. 109. & ita in practica receptum ait, Bolẽc. in repet. l. capitalium. §. famosos

mosos.nu.64..ff.de pœ.Clar.d.§.homicidium.ver.sed quæro quæ sit. P.Fichard.

Homicidium quãdo plures fuerunt in Rixa,in qua aliquis fuit interfectus:& nescitur à quo,tũc poterit deuenire ad torturam contra vnum ex rixañ. qui aliàs commisit simile delictum,teste Saly.in l.fi.col.vlt. C.de qq. quem refert & sequitur hypol.in l.1.in pr.col.vl.ff.de quæst.& quãdo assistens homicidio puniri debeat:vide Corn.conf.159.lib.1.& qua pœna puniatur assistens quando à principio non fuit author occidendi?Castr.conf.278.lib.2.& an ratione incertitudinis omnes puniantur:& qua pœna:Alber.in l.in rixa.ff.de sicar.& in l.item mella.§.si plures ff.ad l.aquil.vbi etiam quando constat de vno percussore:& ꝙ plures astiterunt, vel de pluribus percussoribus ibi d.§.si plures.& an in pœnis solutio vnius alium liberet: Alber.d.l.si in rixa qui trahit l.quoniam multa facinora C.ad l.iul.de vi pub.ad aliud delictum perpetratum per plures ex proposito,vt si alter occidat: alij teneantur de ope& assistentia, & de alterius delicto. & si quis sit cum aliquo committeñ homicidium:ille non tenetur.nisi præsciuerit tale delictum debere committi, Bal.in l.quicunque,colum. pen. C. de ser.fug.& fac.tex.l.general.C.de tabul.li.10.& in l.fi.ff. de dec.ab ord.fac.vel nisi præcesserit tractatus quis non tenetur de delicto alterius,hypol.in prac.§.constãte.nu.42.&præsens delicto alterius præsumitur casualiter interuenisse,Fel.in c.sicut dignum.col.3. de homic. in principali autem articulo de homicidio facto in rixa in qua interfuerunt plures:&nescitur à quo emanauerit occisio:vide Nat.conf.240.n.9 & aliis seq. post Alex.conf.15.lib.1.cõs.14.lib.3.de homicidio verò perpetrato per aliquem qui habuit socios qui opem præstiterũt vide eundem Nat.conf.458.vbi quis & quomodo dicatur auxilium ferre in maleficio, & qua pœna puniri debeat auxiliator,& an eadem qua principalis,& quid de statuto punieñ homicidas.vide ibi.

Homicidium si nõ apparet quis verè fuerit interfector,propter incertitudinem nullus iudicari debet occisor,nec aliquis condemnandus est pœna mortis, Quæ incertitudo licet illud operetur vt oẽs non teneantur pœna mortis.Fallit tamen ea cõcl. si ex proposito omnes rixantes ordinauerãt homicidiũ perpetrare,secundum communem per Rol.conf.63.n. 13.n. 17.lib.2.post anch.conf.215.col.1.Fel.in c.significasti.el 2.colum.3.ver.dicas tamen.de homicid.

nu.30.Afflict.Decis.50.vbi quòd si pendeñ termino impedimentum.superueniat: tota dilatio reintegrari debet,& decis. 210.num.4.Dec.in c.ex ratione.de appel.Accedit,quòd quando impedimentum est notorium non est necessaria aliqua ptestatio, vel diligentia, præsertim vt à mora excusetur, & sic probatio impedimenti sufficit,secundum communem per oasc.decis.177.num.11.& 12.& quia suprà fit mentio de iuramentò ad probañ impedimentum?Dic, quòd ad hoc vt iuramentum probet impedimentum ad concedeñ 2.dilationem, vel aliud, oportet delatum esse à iudice, secus si à parte iuretur,quia assignatio dilationis est ipso iure nulla, teste Rolan. cons.65.num.28.lib.3.& quod dicitur de impedimento:dic, quòd licet tempus impedito non currat: currit tamen quando impeditus potuit impedimentum remouere,nec vllam in remouendo diligentiam adhibuit,Fel.in c. ex transmissa. col. 1.vers.facit ad hæc.extra de præsc.Rom.cons.9.cons.352. nu. 10.Balb.de præsc.4.par.4.par.pr.col.fi.vers. 1.quia,& quando impedito seruet ius saluum sine protestatione: vide Mising. cent.3.obser.59.vbi distinguit plures, casus, & cent.4.obser. 57.vbi plura de probatione impedimenti,& an sufficiat probatio per iuramentum:&quomodo illud iudex admittere debeat:& ex quibus circunstantiis?vide ibi,& impeditus comparere:puta,quia morbo vel alio impedimento detentus,quando procuratorem mittere teneatur? dic, vt per eundem Mising.d.cent.obser. 58. ex not.in l.2.§. quod diximus.ff. si quis caut.& in lege de pupillo.§.si quis ipsi prætori nume.2.& seq. ff.de oper.no.nun. Quid de impedimento affectato, vel procurato?& dic,quòd non prodest procuranti,vel affectanti, vt pulchrè docet Ias.in l.si seruus plurium.§.si quis ante nume.4. & seq.ff.de legat. 1.aliqua not.doct.ad Bar.in l. 1.§. cum quis. ff.de quæst.Deci.cons.69.num.8.lib. 1.impeditus autem expedire actum in termino non excusatur, nisi protestetur per ipsum non stetisse,sed propter tale impedimentum, teste Ias. in lege de pupillo §.si quis ipsi prætori.nu.2.ff.de oper.no. nun. vbi colum.3.in fi.tenendo concl.quòd necessaria sit protestatio impedimenti: limitat eam dupliciter, vt ibi, cui. Adde, quòd quando impedimentum superueniens aufert omnem diligẽtiam:debet denuò in totum reintegrari, & sic limitatur Reg.quæ habet, quòd impeditus in tantum debet restitui:in quantum fuit læsus,& non in plus,quia fallit ea Reg.quando totum commodum aufertur,teste Ias. in l. si ita stipulatus essem abs te.nume. 13.ff.de verb.ob. Quid quando quis impeditur facto tertij?& dic,quòd si tertius non est soluendo, habetur regressus contra principalem debitorem in subsidium, quam conclus.limita nisi ille dolum participasset,tunc potest principaliter conueniri, dato quòd impediens sit soluendo, Ias.in l.ex hoc edicto in prin.ff.de eo per quem fac.erit. Quid de citato qui fuit impeditus comparere absque culpa sua, & Dic,eum censeri contumacem, teste Ias.in lege non exigim° §.si quis municipalis numero primo & §. seq.ff.si quis caut.vbi numero secundo quid in obligationibus facti, an qui non facit iusto impedimento impeditus incidat in pœnam &concludit quòd sic,licet iuuetur ope exceptionis.secus in obligationibus dandi, vbi non obstañ iusto impedimento tenetur ad pœnam absque exceptione;Qua in materia impedimenti vide quæ idem Ias.scribit in l.properandum §.sin autem vtraque.C.de iudi. vbi quando stat per iudicem & non per partẽ quominus causa terminetur: debet pars expresse ptestari iudici de qua protestatione apparere debet,& hoc dicit idem Ias.ibi,post Bar.in l.qui cõmeatus.ff.de re mil.Quid de impedimento itineris,& vide eundem Bar.in lege imperator.ff.de appel.vbi docet prac.probañ.tale impedimentum.

Impedimentum allegans,illud probare tenetur.l.in exceptionibus.§.cum quis.ff.de prob.phi.in c. cupientes.§. quòd si per 20.in pr.de ele.in 6.c.ex ratione.inver.constiterit extra de app.l.fin.§.illud. ibi nisi ipse appellator &c.C. de temp.appel. P.Andora.

Qualiter autem probetur. impedimentum. Iac. de hare.in d.§.cum quis dicebat quòd probatur. per iuramentum. per l. scire oportet.§.suffic.ff.de excus.tuto.Iac.Butr.est in op. contraria.& istam op.tenuit Andr.de pissis per l.3.§.si ad diem. ff. de re.mil.& ita transit alber.in d.§.cum quis.

Tu autem in hoc conclude. quòd maior & communior op.est.quòd exceptis casibus in quibus est expressum in iure. qualiter debeat probari impedimentum.Ista probatio sit arbitraria.Et iudex habebit considerare.an illud impedimentum fuerit in loco longinquo& solitario.vel propinquo.Considerabit etiam qualitatem personæ. an sit bonæ vel malæ famæ. Item considerabit an agatur. de paruitate præiudicij. an vero de magno præiudicio.Ita dicunt doct.in l.2.§. quod diximus maxime.Alexand. &Iason. ff. si quis cau. addo Bal. in quarta parte consilio 298.Fede.consil. 114.Panorm.in secunda part. consil.64.phi.in capit.ex ratione.in 3.col.de appel.& in c.cupientes.§.quod si per 20.in 2.col.de elec.in 6.Alex.in l.quæsitum.de re iud.

Ludo.in singul. 208.dicit.quòd tunc non defertur iuramẽtum. quando petitur. secundum fatale propter impedimentum. idem.

Aduerte tamen quòd in eadem causa. impedimẽtum non potest probari vltra quam semel per iuramentum. ita elegãter dicit. Ang.in d.§.quod diximus per tex.ad hoc not.in l. fi. ff.de bo.aucto.iud.pos. idem.

Perdit etiam priuilegium probandi per iuramentum. ille qui semel fuit periurus capitul.paruuli.22. quæstione vltima. idem.

Et sit cautus ille qui vult probare impedimentum per iuramentum.vt non iuret super illo impedimento nisi iudex sibi deferat iuramentum.quia alias talis probatio nihil valeret.ita allegatur Bart.in consil.incip.ex facto proponitur. alleg. legẽ videamus §.deferre.ff.de in litem.iur.quod est notandum.addo Ias.in l.fi.in 11.col.ff.de feriis.& in l.ait prætor.in 1.col. ff. de iu.iur. idem.

Aduerte etiam quia nõ suffic.probare impedimentum interuenisse.Nisi probetur.quòd cessante illo impedimento citatus venisset ad compareñ.Non suffic. ergo probare impedimentum nisi etiam probetur. quòd illud impedimentum fuit immediata causa.propter quam reus non comparuit.vel propter quam talis actor non egit.vel appellans non fuit prosequutus appellationem.&c.ita notabiliter.dicit.innocent.in capitul. ex transmissa. extra. de præscript. & Bar. in terminis in l.qui commeatus.ff.de re.milit.& in dicto.§.quod diximus Panorm. in cap.sciscitatus.in 2.colum.de rescrip.& in ca. plerunque.illo.eod.titul.& in d.c.ex transmissa.addo Alexand.in secundo volum.consilio quadragesimonono.Fely.in capitu. venerabilis.in 2.colum.de iud.& in capit.primo in 5. colum. de præscrip.& in d.capit.ex transmissa.in prima colum.& in c. quam sit de iude.& in d.capit.plerunque.Sons.in secunda parte.consil. 170.in sexta colum. phi.in capitu.cupientes.§.quòd si per viginti. in prin.de elec.in 6. Angel.cons.219.in vlt.col. & cons.310.

Limita tamen nisi impedimentum esset notorium. quia tunc nihil aliud probañ est ita Paul.de Castr. notabiliter in 2. vol.cons.290.alias 288.Fely.in d.c.ex transmissa in 2.colum. idem.

Et adde quòd scientia impedimenti ligat manus iudici. Fel.in c.2.in 5.col.extra.de testi. idem.

Et an fieri debeat protestatio.de impedimento.vide supra. in verbo appellatio.deserit.vers.decem dies.ibi. Adde tamen quòd Ang.&c.& est in §.31.

Vide etiam Alex.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori. in 8. col. de oper.no.nun. idem.

Impedito propter factum iudi.vel aduersarij.non currit dilatio legalis l. si cum ipse. & ibi Bal. ff. de excus. tuto. l. intra vtile ff. de mino. fac. lex secunda. cum similibus. ff. de collu. detegen.

imo plus impedito etiam eius culpa,non currit præscr.Fel. in capitulo ex transmissa. in quarta column. de præscript. idem.

Generaliter.autem. quando impedito non currat tempus, Vide remissiue Fely.in ca.cum inter.in 11.col.de excep.Barb. in 1.vol.cons.8.in 3.col.& in 2.vol.cons.41.in prin.

Et quòd impedito non currat tempus.tenet.phi.in c.quam sit §.1.in fi.de elect.in 6.& in c.commissa.eo.ti.Lud.Ro.cons. 228.circa prin. idem.

Excusatus propter impedimentum à personali compar.tenetur mittere procuratorem. imo finito impedimento tenetur comparere. Phil. in dicto. §. quòd si per viginti. in secundo.not. idem.

Impedimentum non excusat eum qui se arctauit in tempore.Phi.in d.c.cupientes §.ceterum. idem.

impensarum, aliæ sunt necessariæ aliæ vtiles, aliæ voluntariæ, lege prima & sequent. ff. de impen. in reb.dot.fac.Necessariæ sunt ille, sine quibus res esset peritura, aut deterior futura, vtiles ex quibus melior fit, voluntariæ, quæ ex sola voluntate seu.voluptate procedunt, lege impensæ ff. de verb.sig.

inter necessarias impensas cõnumeratur constructio pistrini & horrei,lege prima in princip.ff.eo.& eadem ratione connumerari posset constructio furni.licet Castr.cons.377.col.j. par.1.in no.non consentiat.

imp

Impensarum, seu melioramentorum factorum à bonæ fidei vel malefidei possessore:materiam vide per Bar.in l.in fundo.ff.de rei vend.factorum ab vsufructuario doc.in l.eum.C. de vsufr.Bar.in l.cotem.§.qui maximos.ff.de publica.à creditore in re pignorata in l.si seruos.ff. de pig.act. à marito in tit. de impens.in reb.dot.fac.Alex.cons.162.libr.7.à conductore in l.dominus. §.in conducto. in l. sed si addes. §. si inquilinus. ff.loc.in l.habitator.ff.de rei vend.Ias.in l.2.n.28.& seq. C. de iur.emphy.ab hærede in re legata sub conditione in l.domos ff.de leg. 1.Quæ omnia latè &per 12.concl.examinat.Negu. de pig.4.membro 5.par.pag.231.

Impensæ factæ ad vtilitatem longioris temporis quàm sit tempus conductionis,debẽtur à locatore,iuxta no. per Vasc. in l.impensæ.ff.de impens.in reb.dot.fact.

PRO.Imperator est dominus toti° mundi.l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod.de iact.l.bene à Zenone.C.de quad.præscrip.

OBIEC. Contrà apud duos insolidum non potest esse dominium.l.si vt certò.§.fi.ff.commo.quòd hic esset, quia ego sum dominus rei meæ,& imperator quoque.

SOL.Imperator est Dominus totius vniuersitatis, non rerum singularum. Bellon.

PRO.Imperator subiectorum commoda procurat.l.Imperialis.C.de nup. Idem.

Imperatores Deus de cælo constituit ad hoc,vt per ora eorum diuinitus leges conderentur.§.quia igitur,in auth. de instru.cau.&fid.& ideo ab Imperatore dicuntur leges emanare diuino quodam motu.l.fi.C.de præscr.long.temp.Imperator ipse est lex animata in terris,vt in aut.de consul.in pr.Imperator est pater legis,vt in auth.de incest.nuptiis.§.dubitatum.& Imperator dicitur propriè post triplicem coronam susceptã, sc.ferream in Alemania.argenteam in Mediolano, & auream Romæ,de quibus per gl.in clem. 1.§. nos eodem mandato, in ver.facturus.de iureiur.& per Aluar.in c. 1.in tit. quis dicatur Dux,vel Mar.vbi post Signo.de Homode.concludit, ꝙ in Alemania coronatur corona argentea ab Archiepis. Coloniensi Aquisgrani,Mediolani coronatur ferrea in æde Diui. Amb. ab Archiepis.Mediol. 3. Romæ à Summo pontifice ad altare S.Mauritij,vt latè deducit etiam Illustriss.Restaurus Perusin° Præceptor meus in trac. de Imperatore in q.24.nu.1.& seq. Ante verò coronationem vocatur Rex,vt est tex.in c. venerabilem ext.de electio.no.gl.in clem. 1.§. nos eodem mandato. Bertach.in trac.de Episcopo.in 4.par.2.part.pr.lib.3. Ruynus cons.161.nu.17.vol.2.& latè Corn.cons.177.egregiè discussa per totum.libro 1. vbi disputat an Imperator ante coronationem possit legitimare,vel alteri concedere autoritatem legitimandi,& latiùs cons.1.in præsenti lib.3.& Fely.in ca.eam te.de rescrip.& quamuis variæ reperiantur opiniones Docto. vtrum Imperator ante coronationem possit exercere iura Imperij,&omnia,quæ potest ipse Imperator post coronationem quas abundè refert Prepositus in d.c.per venerabilem,tamen vera, & communis sententia est ꝙ electus in Regem Romanorum ante coronationem potest omnia,quę potest Imperator post coronationem,vt asserit gl. communiter approbata in c.legitimus.93.dist. Host.in c.super quibusdam de verbor. signi. dicens ita seruari, & ita fuisse iudicatum. per Principes Alemaniæ,& istam opinionem sequuntur omnes Canonistæ post Ant.in d.c.per venerabilem,Corne.in d.cons.177.&consil.1.per totum.vol.2.Dec.cons.194. viso.nu.2.Soc.cons. 63. nu.4.vol.3.& Parisius cons.1.nu.4.vol.2.vbi scribit istam esse communem opinionem.Christoph.Por.in rub.insti.de iusti. & iure.num.5.& clarissimus D.Restaurus in d.tract.de Imperatore in q.46.nu.1.& seq.& licet olim super hac quest.variæ essent opiniones,hodie receptum est consuetudine,vt statim administret secund.Deci.post alios relatos per eum d.c.cam te,&D.Restaurum in d.q.46.ampliatur ista communis,vt procedat non solùm ante coronationem. Sed etiam ante approbationem aliquam de eo factam,vt tenet Abb.in d.c.per venerabilem,ante fi.& Bar.in extrauag.ad reprimen.in vers. reges, ante fi. & Imperator ipse debet ire Romam ad suscipiendum coronam,neque posset ei mitti alibi,ita singulariter per illum text.not.Bald.in §.ad hoc.de pace iuram.firman.pro cuius dicto bene facit text.in clem. 1.§.nos itaque circa fi. de iureiur. quem text.not.ad hoc Alua.in c. 1.in princ.in tit.quis dicatur Dux,vel Marchio,& in ca. 1.§.fi.in 2.no.de pace iura.firm.vbi sequitur Bald.in hoc,& Restaurus in d.tract.de Imperatore,in q.35.& 48.n. 1.& hoc dictum pro singulari citat Ias.in repet. l.si is,qui pro emptore.ff.de vsucap.vbi refert Card. & Gemi. in hoc Baldo contrariari, quia secundùm eos potest expediri per manus legatorum.& Imperator denique est Dominus totius mundi.l.deprecatio. ff.ad l.Rhodiam.de iactu.& l.bene à Zenone.C.de quadrien.præscr.can.quoniam. 10.dist. can. ad verum.can.duo sunt,& can.Imperator.26.dist.& cano. funerum.12.q.1.quoniam ei subsunt Reges,Principes, & omnes nationes,vt concludunt omnes Doctores communiter in ca. per venerabilem, qui filij sunt legitimi in ca.nouit. de iud.& in d.cap. per venerabilem, & in l. 1. C.de sum. trinit. & fide. quam communem celebrat, & citat Iaso. ibi nu.6. & 8.Huic verò opinioni obstat ista obiectio, quia eodem tempore essent duo Domini eiusdem rei, putà rei meæ, scilicet imperator, & ego, quod est contra l.si vt certo. §. si duobusve. ff. commo.solue istam difficultatem, vt per Paul. de Cast.consil.56.videtur dicendum, nu. 2. vol. 2.vbi dicit imperatorem esse dominum mundi quoad iurisdictionem,non quoad proprietatem singularium rerum, imò illæ pertinent ad singulares personas, & secund. Fabia. de Monte in tract. de emptio. & vendit.in tertia prin.quæst.nu. 7. vbi ait ꝙ rex,vel imperator non potest vendere rem sui subditi, nisi ob publicam vtilitatem. Plura alia & forsan maioris momenti possem opponere contra istam communem, quæ omnia prætermitto, quia contrahitur hæresis si dicamus imperatorem non esse Dominum,&Monarcham totius orbis,cum dicatur in Euangelio Lucæ 3. ca. exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis,& Christus recognouit Cæsarem imperatorem, vt dicitur in Euangelio, reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei Deo, Paulus ad Roma. 13. ca. in extrauag. ad reprimendum. in princip. & ibi gloss. & de transla. Epi. capitul. Apostolicæ. §. nos, de re iud. clement. 1. de magistris, & clement. 1. de sentent. excommu. in princip. & ibi per Card. & per Barto. in lege hostes. ff. de capti. & postlimi. reuer. & vide plenè per Iaso. in l.cunctos populos C.de summa trinit. & fide. vbi dicit quòd Bald. in capit. solitæ. de maior. & obed. tenet contra Bart. & Panorm. in ca. nouit. ante fi.de iud.& imperator ipse est talis, tantaque præeminentiæ. vt supra docuimus, quòd minimè de imperatore ad Papam potest appellari. can. cuncta. 9. quæst. 3. & hoc idem voluit glos. in ca. quoniam. 11. dist. imò fortius dic, quòd de inferiori ordinario in temporalibus in terris imperij ad Papam non appellatur. ca. si duobus.in fi. j. de appell. minus ergo ab imperatore ad Papam. argum. l. 1. ff. à quo appellare non licet, & conclusiuè procedendo intellige istam vltimam communem vniuersaliter procedere,non autem particulariter secundum Bart. in tract. ad reprimend. in vers. totius orbis,vbi subdit ex hoc, quòd imperator potest mundum ab alio occuparum vendicare. & ista ratione, quòd imperator est dominus totius mundi, dixit Bald.in l. fi.in pr.C.de eunuch.quòd imperator potest punire subditum de delicto vbique commisso. Item intellige dictam communem quòd imperator in temporalibus præest omnibus clericis, & laicis in terris imperij, non autem in spiritualibus secundum Inno. in c. nouerit. de sentent. excommunicatio. quem refert, & sequitur Bald. in sua Marga. in vers. imperator. imperator enim dicitur Vicarius Dei in temporalibus secundum Bald. in l. 1. de iure aureorum annulorum, & in auth.habita. C.ne filius pro patr. Sed aduertendum est quòd in spiritualibus, & concernentibus peccatum principaliter imperator Papæ, & Canoni subest. c. nouit. de iud. ca. omnes de maiori. & obedi.can. quoniam. 10. distin. quo fit, vt quò ad ista imperator forum Ecclesiæ sortiatur, vt in iuramento, in voto, in pacis, & contractus obseruatione, quæ ad forum Ecclesiæ pertinere dicuntur, vt in ca. final. de iureiur. in sexto. & in ca. quòd clericis,vbi gl.& Doct.de foro compe.cum similibus. F.Viuius.

Imperator est dominus mundi. Iaso. in lege cunctos populos. nu.6.C. de summa trinita.communem dicit. B.Villal.

Imperator per quos eligatur.à quo confirmetur,consecretur &coronetur.Vide in c.per venerabilem de electione.& in c.ad apice de re iud.libr.6.vbi gl.enumerat qui sint electores sunt autem tres prælati.& quatuor laici Alamanic.Et post electionem antequam coronetur. dicitur rex Romanorum. Vide aliquid per Cor.in cons.177.

Vbi dicit.ꝙ ante coronationem potex legitimare. & in 3. vol.cons.1.in 1.dubio.Ad quod vide no.per Oldr.in con.180. Card.cons. vlt.decium cons.194.Curt. iun.cons.1.in 12. col. P.Andora.

Imperator debet iurare.quòd erit communicator S.Catholicæ ecclesiæ, vt in auth.iusiurand.quòd præstatur.ab his.§. 1. col.7. Idem.

Imperator an sit inferior à Papa. vide Fely.in c.nouit. in 2. col.extra.de iud. Idem.

Imperator est maior omnibus Alex.in 5.vol.cons.1.in 10. col.vers.præterea si illa potestas. Idem.

Impera

Imperator est dominus totius mundi.l.deprecatio.ff.ad le. rhod.de iac.Ias.in l.1.col.1.C.de sum.trin.& fid.cath. Sonz.in l.1.de acq.poss.car.43.nu.6.s.quo ad iurisdictionem & protectionem,non quo ad dominium rerum.Alex.in 2.vol.consil. 76.& in 4.vol.cons.112.ibi alia ratione.& in 5.vol. cons.1.in 10.col.ver.non ob.etiam dum præfatus. Cor.in 4.vol.consil. 313.circa fi. Idem.

imperator dicitur Dei vicarius in terris, sed non potest dispensare contra legem diuinam,nisi ex magna causa. Bal.in l. 1.C.de iur.au.anul. Idem.

imperator an sit maior rege francorum,& aliis regibus. vide ĵ.in ver.rex.

imperator censetur habere omnia iura in scrinio pectoris. Soz.in l.qui vsumfr.ff.de ver.ob.car.118.nu.1. Idem.

imperator Constãtinus an potuerit facere donationem ecclesiæ.vide late Card.in cle.1.ver.fi.q.3.de iureiur.aliquid per Bal.in rub.de no.cod.comp.in fi. P.Andora.

Non dicitur propriè imperator,antequam Romæ coronetur.Bal.in l.vnic.ff.de offi.præfec.augu. P.Andora.

imperator non potest etiam de plenitudine potestatis alicui preiudicare in iure sibi quæsito de iure gentiũ,vt per Bar. & Doc. in l. fi.C. si contra ius, vel vtil.publ. & eundem Bar.in procem.ff.nu.4.& 5.& Pan.aliosque in c.quæ in Ecclesiarum. ext.de const.vbi Fel.in 3.concl.n.33.vers.secundum verò mẽ brum huius conclusionis erat.& Dec. ibidem n. 19.cum seq. Qui propterea inferunt,non posse rem vni auferri,& alteri dari,nec directo,nec per indirectum,etiam de bonis infidelium. Quãuis enim sit dominus in vniuerso,respectu iurisdictionis & protectionis.l.deprecatio.ff.ad l.Rhod.de iactu.non est tamen dominus rerum particularium,vt communi voto Doc. post Bar.in d.procem.ff.traditur.& si aliter faceret,eius dispositio non esset seruãda,nec in foro ciuili,nec in foro animæ.Inno.in c.quia plerique.n. 5.ext.de immu.Eccl.Zabarel.Card.in con. 142.incip.videtur dicendum.n.1.& 2.Copiosè scribit de hoc articulo consulendo And.Barb.in cons. 55.n.23.in 4.vol. cons. Et hanc communem Doct. sententiam esse inquit Nic. Bello.in cons.2.nu.1.& 2.vbi ipse plures authoritates & consilia Doct.allegat. Kirchouius.

Imperatorem posse etiam sine causa aufferre res siue iura alterius de plenitudine potestatis,& eos qui contrarium asserunt mentiri,inquit Ang.in l.item si verberatum.ff.de rei ven. Sed Angeli sententia communiter reprobata, & magis communis in contrarium est Ias.in l.Barbarius.nu.35.ver.13.ff.de of.prætor.& in l.fi.n.2.C.si contra ius vel vtil.publ.Doc.communiter præsertim Fel.nu.26.cum seq. vers. tertia conclusio. Dec.n.19.cum seq.vers.ex ista prima conclusione.Marcus Mãtua.n.50.ver.2.sit conclusio.cum multis adiectis declarationibus & limitationibus,in c.quæ in Ecclesiarum.ext.de constit. Io.Neuizan.in cons. 12.nu.140.vers. non obstat arrogans dictum Angeli.inter cons.feuda.alberti Bruni. kirchouius.

Imperator & ante adeptam coronam omnia gerere rectè ac ritè potest, quæ post illam posset.commune affirmant Cotta in memorab.vers.Imperator in 2.post prin.Restaur. in tract.de Imperator.q.46.nu.1.& seq.& qui compluscula de Imperatoris potestate inculcat Viuius lib.1.opi.148. E.Suarez.

PRO.Imperialis fortuna,seu liberalitas,culmen habet præcipuum & omnes supereminet alias,in l.cum multa.C.de bonis liber. Bellon.

PRO. Imperiales contractus legis vicem obtinent, neque opitulatione quadam extrinsecus egent.l.pen.C.de donat.inter virum & vxo. Idem.

PRO.Imperitia culpę annumeratur.l.si quis fundum.§.Celsus.ff.locat. Bellon.

imperitia adscribitur culpæ in quocunque aliquod artificium profitente.gl.& Ang.in §.præterea.inst.ad leg.Aquil. P. Andora.

Imperium merum est potestas gladij animaduertendi in facinorosos homines.Alc.in c.quod sedem num. 58.de of. ord. comm.dicit. Villalob.

Lex 2.tit.35.par.4.dicit merum imperium est potestas iudicandi qui sunt ex sua iurisdictione. Idem.

Imperium mistum est iurisdictio:quæ impartitur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem.Alci.in c. quòd sedem de of.ord.nu.61.comm.dicit. Idem Villal.

PRO.Imperium & fiscus abundabit,si subiectos habeat locupletes in §.cogitatio.in auth.vt iud.sine quo.suffr. Bellon.

Imperium merũ & mixtũ habens cum omnimoda iurisdictione,& perpetua pro se,& descendentibus,vt dux Mantuæ, dicitur habere iura Principis,& potest in suo statu,quod Princeps in toto suo principatu,prout signanter firmat Paul.de Castro in cons.217.super 1.dub.in antiquis, & in nouis est cons. 34.in 2.part.prout refert & sequitur Alex.in cons.1.ponderatis iis,nu.30.& n.31.li.1.Quæ opinio per nostros Doct.communiter est recepta,vt per Dec.qui plures concordes allegat in cons.403.quamuis in casu,&c.Soc.Iun.in cons.75.nu.1.& cons.4.nu.18.& in cons.60.nu.7.vol.4. E.Muscul.

imperium merum est potestas gladij animaduertendi in facinorosos homines Alc.in c. q̃ sedem nu. 58.de of.ord. communem dicens. Bonacoss.

Imperium quanto tempore præscribatur,satis eruditè prædicti Doc.adductis argumentis in vtramque partem, in locis allegatis explicarunt,vbi Ias.n.22.post alios ita distinguit, cuius distinctionẽ repetit quoque Balb.in d.3.q.nu.4. Si aliquis præscriberet merum vel mixtum imperium contra Pontificem Romanum,vel imperatorem absentem & ignorantem, tunc requireretur tantum tempus, cuius initij memoria non extat. Sed si ageretur de præscribendo contra Papam vel Imperatorem presentem,scientem & patientem.Item contra Ducem vel Marchionem præsentem,tunc sufficeret tempus 10. ann.l.viros.cum gl.in verb,obtinuit.C.de diuer.of.& appari. iud.lib.12.Et hanc com.sententiam esse inquiunt Ias.in d.l.imperium.n.22.in fi.ver.in hoc communior sententia est.Balb. in d.q.3.Seb.Sap.in d.l.imperium. n.30.& 31. vol.1.repe.vbi ab Ias.Balb.& aliis duo egregia consilia Pe.de Anc.cons.142. inc.clarior & breuior erit decisio.& Ale.de Im.cons.16.n.27. ver.predictis non habet obstare.vol. 5.cons.allegantur.& ibi. Alex.affirmat hanc esse com. opi. Quod in præscriptione iurisdictionis meri & mixti imperij sufficeret tempus 10. ann. si ageretur de præscribendo contra inferiores dominos.Quæ doctrina latiùs tam per Ias.quàm Balb.per multas adiectas declarationes & limitationes in locis adductis explicatur,vt nõ necesse sit allegata argumenta & iura,sik authoritates,itẽ illarum materiarum explicationem hic addere & repetere. Kirc.

Imperium merum an præscribi possit,variæ & discrepantes fuerunt doct.sententiæ,quas referunt Alb.de Ros. in l.imperium.n.31.cum seq.Bal.ibi.in lect.n.10.in repe.n.13.Ias.n.20. Io.Bap.n.73.Iasp.Valasc.n.122.cum seq.ff.de iur.om.iud.Bal. in repe.l.1.n.8.C.de eman.lib. & in cons.433.inci.Apulus castrum progenitorum tenuit.vol.3.cons.fm nouam impressionem.Panor.in c.cùm contingat.n.10.Cling.n.13.cum seq.extrà,de foro comp.& Io.Franc.Balb.in suo tract.de præscr.in 2. par. 5.par.prin.3.q. sed communis sententia est, q̃ merum & mixtum imperium præscribi possit,vt inquiunt ibid.Ias.d.nu. 20.ver.ꝓcludendo teneas. Zas.n.26.in fi.Io.Bap.n.39.Valasc. n.125.Cling.in d.c.cùm contingat.ver.in contrarium tamen est opi.Balb.in d.q.3.ver.& demum concluditur,communem esse sententiam, q̃ iurisdictio merumque & mixtum imperium nedum per consuetudinem, sed etiam per præscriptionem acquiri possint,vbi ipse hoc latius post Ias.declarat.kirc.

PRO.impersonalitas vitiat contractum.in auth.si quando. C.de const.pecu. Bellon.

impersonalitas in verbo executiuo nõ vitiat obligationẽ, dum præcesserit personalitas in verbo dispositiuo vel obligationis inductiuo,com.dicit Ias.in l.fi.n.2.ff.si cer.pe.& ibi.Zas. n.3.licet ipse ab eadem recedat. I.Fichard.

impersonale verbum in dubio refertur ad illum ad quem illud factum de iure pertinet.doct.max.Fel.in ca.at si clerici.§. de adulteriis.col.1.extr.de iud. P.Andora.

impersonalitas ex parte stipulatoris non vitiat stip. Ias. in l. stip.ista habere lic.§.sic.autem.per illum tex.& in §.si quis ita. ff.de ver.ob.& ibi Alex.Nec ex parte libell.Ludo.Rom.cons. 186.circa prin. P.Andora.

Refert an dispositio sit personaliter vel impersonaliter concepta.Barb.in 1.vol.cons.40.col.16.de quo per Ias.in l.fi.§.labeo.ff.si cer.pe.fac.quod vult Alex.in 2.vol.cons.182.ibi fortificatur. Et quando impersonalitas vitiet actum,vide remissiuè Alex.in d.§.si quis ita. idem.

impetrans beneficium expresso valore,non tenetur probare valorem,etsi dicat verum valorem expressisse.Curt.seni.in cons.126.quem refert Ripa in d.c.ad aures. n.7. communem dicit. Villal.

impetrans non debet facere mẽtionem de nobilitate,idem ibi n.68.com.dicit. idem.

impetrare potest quis beneficium pro alio sine mandato. idem ibi,n.94.com.dicit. idem.

impetratio rescripti absque vsu, an faciat cadere impetrantem in pœnam compromissi.vide in ver.arbitrator.§.33.& in ver.rescriptum.§.7. P.Andora.

Non potest quis cogi, vti rescripto impetrato. Phil. in cap. quoniam.de immun.eccles.in 6. idem.

impetr

Impetratio maioris, vel minoris beneficij non facta mentione de beneficiis quæ habet impetrans:non valet.Pan. in c. ad aures.nu.2.de rescriptis comm.dicit. B.Villal

Amplia, quia est facienda mentio de beneficio in specie. Io.de Rip.in c.ad aures.nu.67.comm.dicit. Idem.

Impetratio litigandi.Si ille qui impetrauit aliquem in iudicem,nolit postea coram eo litigare:tamen ille, contra quem fuit facta impetratio,poterit vti literis delegationis contra eũ secundum Io.And.in cle.constitutionem, de elec.& in cap.ex conquestione.de resti.spol. Bal.decis.76.

PRO.Impium est,vt qui res suas ecclesiæ non attulerit,dãnum inferat.c.episcopus.de reb.eccl.al. vel non. Bellon.

PRO.impossibilis conditio vitiatur,&non vitiat.§.impossibilis.de hæred.inst.

OBIEC.Contrà,imò vitiat actum.vt l.impossibilis.ff. de verb.obl.& §.impossibilis.inst.de inu.stipu.

SOL.Ibi in contractibus,hic in vltimis voluntatibus, in quibus facienda est plenior interpretatio. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. Bellon.

PRO.Impossibilium nulla est obligatio.in l.impossibilium ff.de reg.iur.

OBIEC.Contrà de l.Mæuius.ff.de cond.& demonst. vbi si legatum sit sub conditione de dando ei qui de iure capere nõ potest,conditio est adimplenda in forma specificata.

SOL. Ibi non est impossibile quò ad dantem seu facientẽ, sed quò ad accipientem. Idem.

Impossibile dicitur aliquando illud quod non commodè possumus.61.distin.c.cathanens ecclesiæ.& l.nepos proculo. ff.de verb.sig. P.Andora.

Impossibile dicitur.quod non est honestum.l.filius de condi.insti. Idem.

Impossibile.dicitur.q̃ non iuste fieri potest 24.q.2.ca. sane el 1. & est arg. quod illud possumus quod de iure possumus. d.l.nepos proculo.Fely. in ca. quæ in ecclesiarum in 8.col.de consti.in c.ecclesia S.Mariæ.in 31.& 32.col.eo.ti. in ca.quante.de sent.excomm.Ias.in l.1.§.si iusserim.in fi.& in §. fi. ff. de acq pos.Adde.dicta ĵ.in verbo.potest. Idem.

Impossibile dicitur.quod per principem fieri est.& ab eius potestate dependet l.si fundum.§.fi.& ibi doct.maxime.Ias.ff. de leg.1.& ibi subdit Ias. q̃ valde difficile iudicatur impossibile.Addo ad primum.curtium.in cons.73.in 18.col.Alex.in 1. vol.cons.75.col.vlt.Barb.in 3.volu.cons.56.col.7.& in cons. 60.in 23.col.& in 4.vol.cons.7.in 5.col.in fi.& seq.Card.cons. 57.Phi.in c.gratia.de rescr.in 6.

Limita nisi esset tale negotium quod princeps de facili concedere consueuisset ita.dominus Iac.de S.Georg. in suo trac. feu.in ver.princeps.ibi 44.spritas. P.Andora.

Preceptum continens quid impossibile.vt q̃quis exhibeat id quod non est in sua potestate censetur. iniustum. nec obligat Barb.in 3.vol.cons. 57.in 7.col.

Impossibilium.n.nulla est obl.hypo.mars.in l.1.§.præterea in 19.colum.ff.de quæstio.calde.in tit.qui fil.sint leg. cons. 6. alias.470.

Limitat Barb. nisi facto suo illa impossibilitas cause. vt gafecerit ne posset exhibere.allegat multa quæ vide. Idem.

Impossibile dicitur.quod sub duabus conditionibus.continetur.Barb.in 4.vol.cons.56.in 3.col.

Ad impossibile non debet cogi famulus.Bal.in l.titius §. fi. ff.de excus.tu.

Quatuor conditiones impossibiles.vide per gl. & Ang. in §.impossibilis. inst.de hæred.insti. Idem.

PRO.Impubes iudicio caret.l.cum prætor.ff.de iud.§.item impubes.inst.quib.non est permi.fac.testa. Bellon.

Impuberi licet sit sublata potestas testandi: potest tamen cum iuramento, & clausula si in pupillari ætate decesserit testari.Dec.in l.pupil.ff.de reg.iur.Duran. in arte testan. tit. & cau. 5.com.dicit. B.Villal.

Impubes, si nixus est ad copulam si propè perfectam ætatẽ consentit in matrimonium: contrahit illud.Coua. in epist.4. c.4.§.1.nu.20.comm.dicit. Idem.

Impuberem quoque iuramento astringi, communem dicit Decius in l.pupillum.ff.de reg.iur.refert.Duran. in ar. test. tit.1.cau.5.vbi tamen dicit quod de stricto iure contraria opinio facilè posset sustineri. I.Fichard.

Impubes siue pupillus licet testari nõ possit,vt ne quidem ad pias causas.l.qua ætate.ff.de testa.c.si pater,de test. libro 6. secundum Imol. in ca.quia ingressa,eodem tit. etiam si sit sagax & malitia suppleat ætatem,idque ob defectum naturalẽ, qui secundum Anchar.d.c. qui ingresso. statuto tolli nequit, tamen statuto disponente, quod talis pubertati proximus ac sagax testari possit,obtinebit testamentum,quia talis defect°, secundum Barto.in l.si quæramus.ff.de testa.statuto tolli potest,vt tenet ibidem Ange.per id quod habetur,in d.l.fi.C.de testa.mil.cum quibus Doctor.communiter transire refert Bened.Capra reg.c.3.nu.30.

Impubes doli capax causam exhæredatione dignam potest committere:& si doli incapax illam suscipere nequeat. commune ait Ant.Gomez.de testa.c.4.nu.3. E.Suarez.

Impubes ante legitimam ætatẽ etiamsi solenniter religionem profiteatur professio est nulla, c.1.de reg.in 6.& præsertim procedit hoc quoque si puer etiam discretus foret ac doli omnino capax.secundum glo.communiter approbatam in c.postulasti.de reg.quam sequitur Abb.ca.significatum. eod. tit.idemque notat Cardi.in clem.fi.de ætate & qualitat. quæstione 3.Abb.in c.attestationes.de desponsa.impub. Sylvestr. in ver.religio.2.q.12.& in vers.religio. 3.q.2. Caietan.in sum. in materia voti.§.ex parte autem vouentis.in versic.imperfectio autem ætatis. F.Viuius lib.2.opi.140.

PRO.Impudicus oculus impudici cordis est nuntius.cano. nec solo affectu.32.q.5. Bellon.

Impunitatem reo criminis qui ad ecclesiam confugerat per Magistratum, aut iudicem promissam, hocque medio reo extra Ecclesiam deducto, eidem obseruare & præstare Magistratus non tenetur, si saltem eiusmodi crimen erat, ob quod delinquens iure poterat ab Ecclesia extrahi, communiter receptum dicit Did.Coua.lib.1.variarum resolu.c.2. in fin. I.Fichard.

PRO.In,pro valde sumitur.l.Gallus.§.ille casus indifficilis. de lib.& posth. Bellon.

PRO.Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. leg. nam is.ff.de dol.l.itaque fullo.ff.de furt. Bellon.

PRO. Inaudita causa,quemquam,condemnari æquitatis ratio non patitur.in l.1.ff.de requir.reis. Bellon.

Incantator quomodo puniatur. Dic quòd fustigatur, si incantatio non sapit hæresim: aliàs perpetuò carcetatur. 26.q. 5.c.contra idolorum. P.Andora.

Incantator pro sanandis corporibus,vel pro remouenda aeris tempestate, ne fructus perdantur, de iure ciuili non punitur. l. eorum. C. de malefic. & mathemat. & ibi Azo. Sed de iure canonico punitur, etiam qui vtitur incantationibus ad finem boni.vigesimasexta quæstione secunda, capit.& illos.secundum Salic. in d.l.eorum. Et etiam de iure ciuili prohibitæ sunt incantationes ad finem bonum,vt pro inueniendo thesauro.l.1.C.de thesaur.lib.10.

Quid de diuinatore,vide in verb.diuinatio. P.Andora.

Incantator non est medicus.l.1.& ibi Bart. ff. de var.& extraord.cognitio. Idem.

Incantationes non prosunt infirmitatibus.26.q.7.c. admoneant. Idem.

Bona vacantia propter Incapacitatem illius cui acquiri debebant,deferuntur proximioribus ab intestato, exclusis fisco & aliis.Est com.opi.secundum Rom.cons.296. circa declarationem. M.Chærian.

Bona relicta Incapaci,odio ipsius relinquentis,non autem ex delicto ipsius cui relinquuntur, regulariter non transeunt ad fiscum,nisi in casu speciali,posito in lege prima.C.de natu. lib.& in lege si quis incesti.C.de incest.& inutil.nup. & in l.1. C.de secun.nup.Est magis com. concl.sec.Alex.in cons. 202. perspectis.vol.6. Idem.

Fratres religiosi, licet ex regula vel constitutionibus sint Incapaces bonorum immobilium, tamen possunt capere bona immobilia, vt vendant ea, & pretium in eorum necessitatibus conuertatur. Est communis opinio secund.Dec. in consilio cccccclix. in causa. circa med. volumine tertio. Idem.

Hæreditas deportato relicta, ratione suæ Incapacitatis deuoluitur ad alios testamentarios, vel legitimos successores, perinde ac si ipse institutus non fuisset. Est magis communis opi.secundum.Alex.cons.26.circa primum.in prin.volum.1. M.Chærian.

Incarceratio. Non valet conuentio,quæ dietim apponitur in instrumentis, vt debitor, solutione non facta, possit incarcerari, & personaliter capi absque alia iuris solennitate.secundùm Bal. And. & Imol. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. in l. Titio centum. §. secundo. ff. de conditio. & demonstr. do. Cato in lege contra iuris. in princip. ff. de pact. nisi sit iura.capitulo ex rescripto. extra, de iureiurand. Et faciens aliquem incarcerari, tenetur ei prouidere de expensis, si ipse debitor non habet vnde se alat, aliàs iudex eum poterit relaxare, secundum gloss. singularem in lege finali. C. de

ero.mil

ero.mili.an.lib. 12.in verbo agnescere.Existens autem in hospitio seu domo aliena tanquam aduena,potest pro causa ciuili,subsistente tamen legitima causa personaliter capi, & extra hi,per l. lex Cornelia.§.domum.ff.de iniur.& fm Bal.in l.pleriq; que.ff.de in ius voc.Regulariter autem non deuenitur ad arestationem personæ etiam pro executione iudicati, nisi prius facta excussione bonorum, secundum glo.in l.3.§.tutor.ff.de suspec. tut. Baro. in lege prima. C. de cessione bonorum. Balb.decis.77.

Incendium.de hac materia vide amplissimè per Ang. Are. in opere.malef.in ver.incendiario cum add.Et aliquid per Alex.in l.prætor.§.prætor ait ff.de eden.Vbi inter alia no.q̃ qñ habitantes in domo consueuerunt esse vigiles. Si alia inditia contra eos non appareant certe non tenētur de incendio indistinctè.all.Bal.notabiliter in cons.incip.Quidam nomine.restorus de cortono.quod est in 2.part.cons.157.& in 5. parte. cons.120.Addo eundem Bal. 1.part.cons.13.& in 3.part.cons. 376.& in 4.part.cons.23.& cons.77.Cepo.cons.70.Ana.con. 71.Alex.in 1.vol.cons. 50.repetito in 2.vol.cons.217.Ias.in l. sed & si quis §.quæsitum.in 8.& 9.col.ff.si quis cau. & in d.§. prætor ait.vide etiam Cor.in cons.242.vbi ponit an teneatur. de leui vel leuissima culpa.

Habetur de hac materia perCalca.cons.38.cum tribus seq. & cons.61.cum 3.seq. P.Andora.

Si incendium immineat possum auctoritate ꝓpria destruere domum vicini l.si quis. §. quod dicitur.ff. de l.iul. de vi pu. fac.l.si quis fumo §. 1.ff.ad l.acq.& l.qui autem §.ait prætor.ff. de incen.rui.& nau.

Hoc tamen casu.dicunt quidam.vicinos debere contribuere ꝓ dāno refartien.ar.l.si ali⁹. §. est & alia.ff.quod vi aut clā. & ff.ad l.rod.de fac. maxime.in l.2.vbi Bar.& ita vult Spec.in tit.de actore.vers. 14.si incendium.&c.Bal.in d.l.2.

Tu vide Ang.in cons.197.& Paul.de Castr.in 1.volu.cons. 215.Ana.in d.cons.71.Fely.in c.significasti el 2.in fi. com. extra.de homic.& in capit.tua nos. extra de sentent. excommu. Idem.

Quidsi ꝓductor habitat in parte superiori & locator retinuit inferiorem, puta appothecam. & tota domus comburi. an conductor teneatur.vide Alex.in 1.vol. cons. 50.repetito vt s.in 2.vol.cons.217.

Et in simili.vide Ludo.Ro.cons.401. Idem.

Quid si communitas ex statuto teneatur emendare damnū incendij.an teneatur ex casu,vt propter fulgur.Alber.tenetq̃ non.in 2.parte.q.81.

Licet quis dixerit nolle teneri de incendio,tamen tenetur, si ipse vel eius familia immiserit lud.sing.29.

Non tenetur.quis succurrere ad ignem. Bal.in l.j.ff.de offi. prefec.vig. Idem.

Incendium præsumitur ex culpa leuissima.Ias.in l.hæreditis domos.ff.de leg. 1.comm.dicit.

Intellige istam communem in culpa leuissima in omittendo,secùs tamen in committendo.Couar.in epist.4.c.6.§.8.n. 13.comm.dicit.

Nota istas communes,quæ faciunt ad intel.l. 10.tit. 5. part. 7.& l.11.tit. 5.li.4.For.ll.vbi imponitur pœna incendiariis:Et nota q̃ crimem incendiarij est crimen publicum:& potest incendiarius à quocunque capi.l.2.ti.29.par. 7.vbi ponit casus in quibus quilibet de populo potest apprehēdere malefactorem & vide l.7.tit. 14.libr.2.ordi.quæ ampliat dictam l.2. Ad omnia delicta in quibus quis inuentus fuerit in flagranti delicto in Algazelo tamen. B.Villal.

Incendium in dubio præsumitur culpa inhabitantiū exortum,communiter tenetur vt di.Iacob Nouel.re. 18.vide tu latè hanc materiam examinantem Matth.de Afflict.decis. 57.I. Fichard.

Si contingat incendium fieri in domo,vel hospitio conductis, vel aliter retentis alienis tamen, conductor vel alio modo domum siue hospitium tenēs ad emendam damni ex tali incendio domino domus siue hospitij,vel vicinis siue aliis habentibus res in dicta domo combustas illati, & de qua culpa teneatur, In hoc vltimo casu distinguendum est, q̃ aut quis domum, vel hospicium conduxit, & de refectione damni dictæ domus, vel etiam vicini eodem incendio combusti quæritur & tunc de leui tantùm culpa tenetur,per tex.in l.si vt certo,§.nunc videndum primo,ff.commoda. iuncta gl.& text.in l.dominus horreorum,cum glos.in verb.receperit,& in l.qui mercedem.& ibi etiam gl.in ver.pro custodia,ff.loca.§. præterea,& ibi Aret.inst.quibus modis contrahi.obliga.licet aliqñ conductor etiam de leuissima teneatur, veluti cum mercedē pro custodia accepit.d.l.qui mercedem.ff.loca.Imo.in l.dom⁹ ff.de leg. 1.& ibi Alex.qui,in quam,Imo. voluit,q̃ culpa inhabitantium incendium in domo conducta factum præsumat, nisi aliter ipse conductor probet,q̃ absque culpa sua ortum& factum fuit impugnat,& ei contradicit ex gl.in d.§.præterea, videtur malè locutus,quia dictam gl.quatenus voluit incendium non fieri sine culpa leuissima, reprobat Bald. in l. cum duobus,§.damna, ff.pro socio. sequutus gl.ibi. quem passim refert, & sequitur Aretinus in d. §. præterea. Aut loquitur de rebus,quas quis commodato habuerat eodem incēdio attritis, vel eo casu quo conductor de leuissima culpa tenetur, de quo paulò ante dixit, & tunc subdistinguendum est, Aut sumus in proprio commodato veluti cùm fit recipientis gratia tantùm,& tunc tenetur de leuissima,d.§.nunc videndum,&ibi Castr.& quando de dolo tantùm, & quando de leui tm̃, & quando de casu fortuito teneatur commodatarius docet gl. in §.item is qui,vers.at is qui vtendum,in verb.exactam. Instituquibus modis re contr.obl.& Castr.in d.§. nunc videndū, sed pro maiori declaratione,& dictæ quæstionis intelligētia,rursus aliter distingue: aut constat q̃ paterfamilias vel dominus siue conductor domus in qua incendium ortum habuit,causam incendij dedit,aut dubitatur siue ignoratur, quis causam illi præbuerit,& primo quidem casu clarum est illum qui causam dedit,siue in cuius domo incendium ortū habuit ad damni alteri ex incendio illati refectionem teneri,per tex.in l.seruus.§.fornacarius.&§.si furtum,ff.ad l.aqui.Sed huic subinseri potest alia incidens quæstio.

An is,qui tertio situ,& loco immeditè habens domū suam timens ne vagetur ignis iam in priori domo exortus,& inualescens domum suam inuadat,& comburat,intermediæ vicini domus parietem de facto destruere,&prosternere impunè pro sui domus tuitione possit, & dic q̃, si domus ipsius tertij erat omnino ex ipso combustura, licitè id facere potest per text.in l.si alius.§.est & alia.ff.q̃ vi aut clàm,ibi. æquè perituris ædibus,&c.& sic debet intelligi textus in l. si quis fumo.§. 1.& quod ibi not.per Flor.de S.Petro.ff.ad legem Aquil.&in l. 2. §. ait prætor. ff. de incend. ruin. naufrag. Sed redeundo ad secundum casum, videlicet, vbi non dominus vel conductor, sed alius extraneus incendium causauit, isto casu, aut est de ipsius domini, vel conductoris familia, aut penitus extraneus, & si de familia. gl. in leg. ne quid, in prin. in verb.à possessoribus. ff.eo. de incend. ruin. naufrag. videtur voluisse q̃ sic. allegat text. in §. fi. inst. de obl. quæ ex qua.deli. nascun. Sed illam damnat & reprobat Barto. ibi inquam ratione, quòd tunc demùm dominus de admisso. & facto familiæ suæ teneatur cum in officio siue ministerio, cui illam præfecit, in quo illius opera vtitur delinquit, est text. in lege prima §. familiæ nomen. ff. de publica. iuncto princip. illius text.quo in loco habetur, quòd actio ex illo edicto contra publicanos, etiam ex facto eorum familiæ pro illicitè extortis, iis à quibus extorta sunt, competit ad duplum, cuius familiæ nomen, vt ibi text. & Bartolus inquid ad seruos, & liberos qui in eodem ministerio adhibentur refertur, & sic videtur ibi probari, quòd nisi familia delinquat in eodem officio ad cuius exercitium est addita per dominum,& patremfamilias, non teneatur paterfamilias, hoc quoque probari videtur in lege si vendita, de pericul. & commod. rei vendit. dum tex. ait, quòd si seruorum negligentia insula vendita, combusta fuit, si dominus diligentiam, quam homines frugi, & diligentes adhibere consueuere adhibuit, quòd quidem verbum ostendit leuem culpam tantùm, abesse debere, vt venditor de incendio non teneatur, cùm ad ipsam culpam tantùm sic adaptetur, adde textum in lege si cum venderet, cum sequent. ff. de pignor. action. not. in lege in rebus. ff. commod. Bartol. in lege quod Nerua. ff. depositi. Alexand. per hæc iura, consilio ducentesimoseptuagesimotertio visis.libro secundo, & consequenter conductori, de quo hoc in loco quærimus, qui de leui tantum culpa tenetur congruit, meritoq̃ue conductor ipse de de incendio non tenetur, nec factum familiæ facit transire periculum casus in dominum, cum de illius facto dominus non teneatur vt ibi Baldus dixit, sed ipsi familiares teneantur, & dominus tradendo noxam à noxa liberetur, vt tradit Bart. in l. cum si exhibuissent, ff.de publican.si verò penitus extraneus est is, à quo ignis causatus est, vt quia nec de familia neque de habitantibus in dicta domo est,&tunc quia culpæ domini siue conductori casus imputari,&adscribi non potest,ad emendam damni non tenetur,l.qui insulam,§.1.ff. de loca.Tertiò autem principali casu,qñ dubitatur, aut ignoratur,à quo ignis originem traxerit,iuris præsumptione ab habitātib.in domo ignis iniectus siue incēdiū exortū fuisse dicimus,&

mus,& eorum culpa incendium factum præsumitur, quotquot siue vnum siue plures sint,probatur ex tex.in l.quam salutem,§.& quia,ff.de of.præfect. vigil.ibi plerumque incēdia culpa inhabitantium fiunt.Dictio enim plerumque, facit regulam esse in contrarium, adde gloss. in lege, non dubitamus, & ibi ad hoc not. illam Imol. ff. de condiction. & demonstration. sequitur Alexand. in consilio duocentesimo sexagesimosecundo. visis, & opportunè, libro secundo. & tradunt Doctores in lege, si quis ex argentariis, §. prætor. ff. de edendo. & ibi Iason.numero trigesimo. versiculo, sed aduertendum ait. ex hac Doctorum conclusione succedere in practica,q̃ incendio probato, fundata est contra inhabitātes intentio,nisi ipsi q̃ absque ipsorum, vel suorum culpa incendium secutum fuit probent, alleg.Salyc.in d.l.si vendita. Im. in l.domus,de leg. 1.& Canonist.in ca.2.de deposito.Ange.in cons.197.incip.incendium est ortum,qui hanc eandem secta ti sunt sententiam,Idque in quocunque qui de custodia tenebatur,locum sibi vēdicat,vt inquit gl.in c.quamuis, quod est pen.in ver.pastor,de reg.iu.in antiq.& sic si domus combusta inhabitata erat,præsumptio erit quod aliquis de inhabitātib. incēdij author fuerit,de certa aūt psona ex eis lex non præsumit, sed incerta, & indeterminata ex illis, vt probare videtur tex.in d.l.si vendita,ibi neque si seruorum negligentia factum est,cōtinuò dominus in culpa erit, quamobrem si diligentiā, &c.ff.de peri.& commo.rei vendi.verumtamen nisi de certa, & præcisa persona doceatur patrisfamiliàs inhabitātis culpæ ascribitur eius imperio &mandatis cæteri de familia subsunt quasi minus diligens fuerit quàm debuerit,in igne custodiendo.quæ negligentia eo ipso ostenditur,q̃ incendium in dicta domo ortum fuit,d.l.3.§.& quia plerunque.ff.de offic. præfe. vigil.cū(vt s.dixi)dictio plerunque in præsumptionibus,præsertim regulam faciat,adde tex.in l.plerumque.ff.de iure dot. & sic pater ipse familias vicinis ad damni refectionem teneri dicendus est,d.l.si seruus seruum.§.si quis insulam, & §.si forcarius,& in l.qui occidit.§.in hac l.ff.ad legem Aquiliam,l.capitalium.§.q̃ ob inimicitias.ff.de pœn.Huius quoque fuit sententiæ Ang.aret.in tract.suo malefic.ver.incendiario,ex trad. per Saly.in allegato per eum consilio.Idem tenuit in præallegat.§.præterea.Instit.quib.mod.re contrahi.obligat.reprobata gl.ibi in verb.debet quæ æquiparando incendium furto dicit neutrum citra leuissimam culpam fieri,sequutus gl.in l.cū duob.§ damna ff.pro socio, quæ ait q̃ furtum, & incendium nō fit sine culpa,saltem leuissima,& sic innuit q̃ potest etiam cum culpa leui fieri,& fieri præsumitur,& gl. ipsam approbat ibi à Baldo prædictam gl.in verb. debet reprobante, idque summè not.& hoc de facto sibi contigisse in causa cuiusdam Appollonię vidue inquit.& q̃ in actionem locati non veniat isto casu culpa leuissima,sed leuis tantùm,firmat Alex. præallegato consil.272.visis, & opportunè,libr.[illegible].qui consuluit in materia, de qua loquimur, q̃ culpa huiusmodi præsumatur, nisi de alio incendij authore doceatur:voluit Bald.in l. si creditor. de pignoraticia actione, vbi q̃ tunc probatur culpam abesse, probando vnde incendium ortum habuerit, putà ab hostium incursu,id quoque ait in lege quæ fortuitis,versi.itē quæro de igne.& ibi Saly.C.eo.de pignor.act.vbi q̃ ignis immissus ab habitantibus,vel in domo cōuersantibus præsumitur, per tex.in lege,si verò,ver.q̃ si ex mediano.vbi text.sic ad literam, Quòd si ex mediano cœnaculo quid deiectū sit, verius est omnes teneri, de iis,qui deiec.vel effuder. nisi immittentem ignem ostendat,per tex.in c.suprà alleg.l.domini horreorum,ff.locat.& in l.si ita,§.fi.ff.de fund. instruct. & in lege ne quid,ff.de incendio ruina & naufr.Sic quoque tradit idem Bal.cons.174.casus est talis, quoddam fœnile,part.2.& cons. 138.factum questionis,& seq.eadem parte.sequitur idem Alex.cons.272.col.3.versi.secundus casus est,vbi etiam voluit quòd in materia,de qua loquimur,eadem sit & par præsumptio contra conuersantes, & contra habitantes in domo combusta propter aptitudinem & potentiam, & sic eadem ratione,& in eisdem terminis quoque consuluit Barto.in l. si quis ex argentariis.§.prætor ait,§.an verò,nec hæredi.ff. de edend. dum inquit quòd aliqui sunt casus qui faciliter euenire non cōsueuerunt,nisi culpa præcedente,vt furtum,l.cum duob.§. damna,ff.pro socio,& incendium d.l. si vendita, ff. de peri. & com.rei ven.& seruorum fuga,& aliorum,qui debuerunt custodiri.putà,carceratorum,& in istis culpa præsumitur,nisi casus probetur,Aliqui verò sunt casus,qui absque culpa contingere consueuerunt,putà vis hostium,impetus aquarum,& in iis probata rei amissiōe presumitur casus,nisi culpa probetur, l.contractus,ff.de reg.iur.l.si merces,§.culpę,ff.locat.Ex iis igitur habes,q̃ vbi casus qualitas talis est, quæ culpā non inclu-

iniurioſa verba ſi aliquis mihi dixerit,poſſum illi iniurioſè reſpondere,tex.eſt in l.qui omnia in §. ſed ſi aduerſarius ff. de procur.vbi Bar.not.Ita Nat.conſ.6.viſo proceſſu 2.col.n. 5.vbi etiam nu.6.dicit, ꝙ culpa ſemper aſcribitur prouocanti, & ſic cum quis vtitur retorquutione conuitij:illius verba prolata non debent capi ad arguendum aliquod delictum, ex not. per Cur.in l.fi.ff.quod quiſque iuris vbi refert plura exempla in mat.iniuriarum.et 1.dicit, ꝙ ſi quis opponat contra teſtes ꝙ ſunt infames,criminoſi non poteſt conueniri actione iniuriarum quia facit gratia iuris ſui defendendi, quod limita ſolum procedere quãdo ille exceptiones erant vere,aliàs ſecus, vt ibi per Alex. circa quod cadit neceſſaria dubitatio, An generaliter dicens alicui iniuriam quæ vera ſit,poſſit conueniri actione iniuriarum?tex.videtur ꝙ non in l.eum qui nocẽtem ff.de iniur.In contrarium eſt communis opi. regulariter vt ꝑ Fel.in c.cum te ad fi.ext.de re iud.vbi dicit,& in propoſito videtur Regula ꝙ veritas conuitij non eximit ab actione iniuriarum,l.3.C.de officio recto. prouinc. fallit 1.vbi dicitur verum eſt cauſa puta correc.fallit.2. ſi dicitur vt à proximis auferatur nocumentum corporale, puta tu es leproſus fallit. 3. vt auferatur nocumẽtum ſpirituale, ne forte ordinetur fallit. 4.vbi dicitur verũ in iud.Ratio iſtorum caſuum eſt,quia hæc ratio datur contra illum qui animum iniuriandi habuit, l.ſi non conuitij C. de iniur. ſecus ſi non cauſa iniuriandi, quod cognoſcitur ex cõiecturis prędictis,hęc ille,& notabis inquit Cur.illum tex.probantem,ꝙ pro qualibet minima iniuria poteſt quis conueniri actione iniuriarum per quem tex.aliàs q̃dam fuit condemnatus vt ibi,& vide eundem Cur. d.l. fi.n. 5. vbi ꝙ retorquutio retorquutionis fieri non poteſt,& ꝙ ſi tu dicis mihi iniuriam, & ego dicam, tu mentiris, non potes tu dicere ꝙ ego rementior, quia iſta dicitur retorquutio retorquutionis,& ita dicit in ſpecie decidere Paul.Caſt.ibi,& ſequitur communiter Doct.moder. quod eſt ſanè intelligendum, quando ego licite dixi tu mentiris & n.6.ibi ꝙ ſi aliquis dicat alteri iniuriam licet ipſe poſſit dicere tu mẽtiris & hoc modo retorquere,non tamen ſibi eſt licitum dicere aliam diuerſam iniuriam,& ſi dixerit,vterque poteſt conueniri actione iniuriarum Ita in ſpecie Spec.in ti.de accuſatore n. 11.vbi ꝙ ſi te vocaui latronem & tu me quiſque noſtrum agere poteſt de ſua iniuria.ſequitur Alex.d.l.fi.col.vl.quem alleg.Cur.d.l.nu. 6.& in l.1.col. 5.n.20.eod.tit. ff. quod quiſque iuris vbi ꝙ eſt communis concluſio, ꝙ iniuriam iniuria repellere non licet, vt probat tex.in l.neganda. C.qui accuſ.non poſſunt & cõcludunt communiter Doc.relati per Fel.in c.dilecti col. 5.ext. de excep.quicquid dicat Iaſ.in l.vt vim col.fi.ff.de iuſt.& iur.pro reſolutione inquit cur potes dicere altero de duobus modis, 1. ꝙ iſta reg.ſolum procedit in iniuria verbali, non autem in reali, vt habetur in d.l. vt vim ff. de iuſt. & iure. & ꝙ verbalis poteſt retorqueri vt dicit Bar.in l.quæ omnia.§. 1. ff. de procur.dicendo tu mentiris,vide latius ibi & melius Fel.in d.c.dilecti col. 5.& 6.& ibi n. 10. ꝙ prouocatus delinquens non excuſatur regulariter quicquid dixerit ſpec.alleg. per Abb.ibi, & ꝙ dicenti mihi iniuriam non poſſum quaſi defendendo dicere aliam, ſicut etiam iniuria corporali non licet percutere percutientem quando non fit defendendo,ſed potius vindicãdo,c.ſignificaſti il 2.de homi. quia nemini fas eſt propriam iniuriam vlciſci C.quando lic.ſine iud.ſe vend.in rubro & nigro.Non obſtat præd.l. 1.§.cum arietes. ff. ſi quad. paup. feci. dic.vbi imputatur Arieti prouocanti,quia loquitur in animali irrationali cuius iram non poteſt ratio compeſcere ad limites moderate defenſionis, Trib. tamẽ modis declaratur iſtud de prouocatione non excuſante. 1.niſi prouocatus dicat verbum iniurioſum animo ſe defendendi, puta iniurianti dicat, mẽtiris vide ibi plura alleg.& ſi dico teſtem eſſe infamem vel Ribaldum & ſimilia,non teneor de iniuria, quia facio defendendo,& ꝙ iſte dicens mentiris,excuſetur, quia prouocatus: firmat Abb.in c.cum te.col. 11.ibi ego vero ext.de re iud.Reſtringe tripliciter inquit Fel. 1.dummodo dicens mentiris dicat verum,ita Old.conſ. 54.conſueuit dubitari & Anch.conſi.ibi alleg.2.Reſtringe ꝙ mihi dicenti mentiris non poteſt replicare ꝙ mentior. 3.Reſtringe dummõ dicens mentiris proteſtetur ꝙ non intendit iniuriari ſed iſtud ñ tenetur. Aut.n.dicit verum,&non eſt iniuria, Aut dicit falſum proteſtatio non iuuat propter dictum Bar.ibi alleg.ꝙ proteſtatio nõ iuuat dicentem mentiris ſaluo honore, quia verbum iniurioſum denotat ꝙ non reueretur honorem alterius, Si aũt verum dicit proteſtatio fuit ſuperflua, vide latius Fel.vbi ſ.d.c.dilecti.n.xj.

iniuriatus an cogatur, vel teneatur in foro pœnitentiæ remittere actionem iniuriarum & facere inſtrumentum pacis offenſori, vt poſſit impetrare gratiam à principe. vide quod ſcribit Did.reſol.lib.2.c.10.& dic ꝙ non,ſm magis commun. ex auctoritate D.Hieronymi in c.officia & c.non eſt iniquitatis 23.q.5.& in c.legi 23.q.8. cui cõueniunt quæ apud D.Th. habetur ſecunda ſecundæ q.25.ver.ad nouum dum docet ſigna dilectionis ex præcepto,& ex neceſſitate charitatis,eſſe exhibenda in communi inimicis veluti ꝙ quis teneatur orare pro toto populo, & pro omnibus fidelibus: in ſpeciali verò ſecus ſit niſi in articulo neceſſitatis, illo arg. vt ſi eſurierit inimicus,ciba eum.ſi ſitit,potũ da illi.Cæterum, ſi beneficia exhibeantur inimicis præter cauſam neceſſitatis pertinet ad perfectionem charitatis,& hanc q.etiam determinat Abb.in c.1. in fi.de maledic.imo etiam rancorem, ſeu odium non teneri remittere niſi petenti tradit ex no.per Bar.l.ñ ſolum. §.iniuriarum actio.ff. de iniur. in l. ſi tibi decem §. 1. de pact. ex dictis Magiſtri.ſen.libr.4.diſtinct.30.& qui Abb. ſequitur Bart. vbi ſ.inferentem ꝙ ſi infirmus dicat ſacerdoti, remitto iniuriam mihi illatam per talem, cenſetur remiſiſſe odium,non ſatisfactionem iniuriæ,Adde tamen Card.Alex. in c. ſi quis contriſtatus.90.diſt.vbi ꝙ offenſus à ſeipſo in animo ſuo,debet remittere odium,licet offendens non petat, imò etiã eo nolente ſatisfacere tenetur offenſus odium remittere non actionẽ iniuriarum. faciunt quæ ſcribit Iaſ.conſ.23.col.1.lib.1.Fel.in c.de cætero.n.10.de teſtib.Item adde Aug.tract.malefic. ver. comparent & in termino.n.28.vbi apoſtil.dicit communem vt ſi in foro pœnitentiali per iniuriatum ſit remiſſa iniuria, hoc proſit in foro iudiciali. Quam opi. veram dicunt doct. ſi dicatur,facio plenam remiſſionem,teſte Rol.conſ.45.nu.28. li.4.ſecus ſi fiat ſimpliciter in foro pœnitẽtiali,vel cõſcientiæ ex not.per Rol.ibi.& vide quæ ſcribit Bart. vbi doct. in apoſtill.in l.non ſolum.§.iniuriarum actio.ff.de iniur.

In ius vocando.Libellus ſic formari poteſt.Propono ꝙ Alex.eſt filius meus.& ꝙ me inuitum in iud.coram vobis. Spec. domino iuſdicente Pinerolij traxit & vocauit. abſque veniæ petitione Minuſque impetratione:ob quod in edicti pœnam incidit.

Quare peto eum condemnari.& cogi.ad mihi dandum. & ſoluen. quinquaginta aureos. ex cauſa pene prædicte. iſtam formam ponit Ang.are.in §.penales.inſti.de actio.

Addit ibi Iaſ. in 17. col. Aliud verbum. videlicet. propter quam citationem ad iudicium veni.vide ibi per eum.

Et in materia an filius etiam emanc. poſſit in ius vocare, &c.vide Ang.in §.ius autem.inſti.de patr.pote. P.Andora.

Nouerc

Nouerca non poteſt in ius vocari.glo.in l.generaliter.ff.de in ius voc.Iaſ.in l. 1.C.eo.

Limitat Iaſ.viuente patre.alias ſecus.al.l.de his.C.de fur. & l.ſi nondum.C.eo.de fur.

Subiungit tamen.ꝙ contrarium eſt verius.al.Fulg.& Alex. in d.l.generaliter.vbi etiam ipſe Iaſ.in fin.& in d.§. penales.in 13.col. P.Andora.

Filius naturalis aut inceſtuoſus.an poſſit impune in ius vocare patrem.Iaſ.in d.§.pœnales. in 11. col. & ſeq. & Tenet in naturali quòd non.

Secus aũt in inceſtuoſo, & nato ex coitu damnato& accuſabili.al.multa quæ vide.Et idem vult.in l.adoptiuum. quam legit cum §.prætor ait in fi.ff. de in ius voc. de quo etiam habetur per Ang.in d.§.penales.in 4.col. idem.

Pater ſpiritualis. & ſic patrinus an poſſit impune in ius vocari.Iaſ.in d.§.penales in 12.col.adduc.plures auctoritates tenentium.quòd ſic.

Ipſe tamen dicit cõmunem opi.eſſe in contrarium.de quo etiam per eundem in d.l.generaliter.& per phi.in c.poſtremo in vlt.col.ext.de appel.Alex.in 3.vol.conſ.42. Idem.

Quid de ciuitate & religioſ.vide Iaſ.in d.§.pœnales.in 13. col.vbi in ciuitate firmat. ꝙ nõ poſſit vocari in ius ſine venia. in ſacerdote autem relinquit cogitañ. idem.

Idem in ſocero & ſocru.Iaſ.vbi ſ.al.gl.in d.l.generaliter. & Spec.& Io.And.in ti.de actore.§. 1.ver. ſed nunquid edictum.

Ampliat Iaſ.procedere.etiam ſoluta affinitate.al.Alex.in d. l.generaliter.

cõtrarium in hoc.vlt.tenet.Ang.in §.ſocrum inſti. de nup. & in d.§.penales.in 5.col. idem.

Quid in clerico & monacho.in caſib.in quib.poſſunt conuenire.mon.vel abbatem?Iaſ.vbi ſ. tenet quòd requi. petitio venie.Addo Lud.ſing. 550. Idem.

Quid in vxore. Alex.in d. l. generaliter. dicit ꝙ non requi. venia.& ſequi.Iaſ.vbi ſ.in prin. 14.col. idem.

Magiſtratus tempore officij.non poteſt in ius vocari. Iaſo. in l.2.ff.eo.vbi hoc limitat. procedere.dum eſt in magiſtratu. ſecus ſi cit.refera.ad aliud tempus.

Limitat etiam quando conuenitur.pro delict. in off. commiſſis.per gl.ibi.& alia multa quæ al. Idem.

Vaſallus ſeu ſubditus an poſſit dominum.in ius vocare. ſine venia Iaſ.in d.l.generaliter.dicit ꝙ gl.in c. 1.in ti de mil.vaſ. qui contu.eſt.tenet ꝙ ſic.& ibi hoc vult Bal.& Io.de pla.in l. 1.C.de colo.tracen.lib. 11.& Io.Fab.in §.& in eum.inſt.de act. & ꝙ pro iſta opi.Bal.Alex.adduc.rationem.de qua.ibi per eũ. de quo.vide d.Iac.de S.Geor.in tract.feu.in ti.de homagiis.in 6.q.& Ang.in d.§.penales in 5.col.

Ipſe tamen Iaſ.intrepide tenet contrarium.al.Spec. in ti.de feu.§.quoniam.in ver. 17.& mouetur.aliis optimis fundamẽtis.& in l.ſi nõ ſortem §.libertus.in 9.col.dicit ꝙ iſta pars poſſet defendi.contra communem opinionem. idem.

Quid in ſcholare. dic ꝙ nõ poteſt vocare magiſtrum in ius ſine venia.ita Iaſ.in d.l.gñaliter.adduc.multa quæ vide Pe.gerar.ſing.62.al.Pe.de Anch.conſ.308.incip.ad hoc.Ang.in d.§. penales.in 5.col. idem.

Pena de in ius voc.non committitur.ſi citatus non compareat.ita Iaſ.in d.§.pœnales in 15.col. idem.

Nec etiam ſi non opponatur.in 1.comparit.Alex.in 2.vol. conſ.166.Iaſ.in l.quamuis.in fi.ff.eo. idem.

Iſta pena 50.aureor. habet tantum locum in perſonis enumerat.in aliis autem eſt pena arbitraria.ita Iaſ. in d.§.penales in 16.col. Idem.

Venia petenda eſt.etiam quãdo imploratur.iudic.offic.Iaſ. in l. 1.in 6.col.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.fi.C.de in ius voc.id.

An autẽ ſi pater voce.in ius ſine venia proceſſus ſit nullus. vide Iaſ.in d.l.fi.vbi adduc.multa.ꝙ non. tñ videtur tenere ꝙ imo ſit nullus.proceſſus.quamuis filius velit ſoluere pœnam. quando pater oppoſuit in 1.dieta.alias ſecus. vide ibi ꝑ eum.

Quid ſi priuatus velit agere cõtra fiſcum an teneatur.petere veniam à principe Lud.ſing.9.tenet quòd ſic. idem.

Innocentiæ cauſas quilibet interuenire poteſt ad allegandum pro reo inquiſito,vt eſt com.opin.de qua Iaſ.in l.2.in 3. col.C.qui teſta.face.poſſ.Marſ.conſ.90.n.71.in 2.vol. & licet quis à ſtatuto habeat pro confeſſo & conuicto,ac ſi verè eſſet confeſſus & conuictus.Tamen admittitur probatio in cõtrarium.videlicet de innocẽtia illius.Tiraq.de retractu.§.4.in gl. 1.nu.12. Bonacoſſ.

innominatus contractus, & ante implementum aliquod naturalem obligationem gignit. commune dicunt Soc.Rip. n.4.in rub.fi.de ver.obl.Dec.in l.petens.n.20.C.de pac.E.Sua.

inofficioſi teſtamenti querela ſolum hodie filiis competit, cùm adiecta cauſa exhæredantur,& adiecta cauſa ab hæredibus non probatur.cõe ponit Vigl.in pr.n.2.& n.3.Inſtit. de teſtam.licet ipſe poſt Imo.in l.1.ff.de teſta.ab eo frequenti dogmate deſciſcat. Habebit præterea locũ hæc inofficioſi teſtamenti querela correcto fforum.iure in teſtamẽtis,quæ hodie vel filiifam.vel patresfam.de bonis caſtrenſib.aut quaſi caſtrẽſib.exarauerint.cõe affirmat Iaſ.in l.vlt.n.5.C.de inof.teſtam. Quin ſi illa filio legitimè exhæredato non competierit,vel ꝙ cauſa ſit probata,vel quod temporis lapſu præſcripta ſit,eiuſdem tamen filij liberis ac teſtatoris ipſius nepotib.competet, vt commune ſtatuo ex Alex.Iaſ.n.18.in l. ſi quis poſthumos. §.ſi filium.ff.de lib.& poſth.eodem Iaſ.in l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſta.& l.in ſuis.nu.48.ff.de lib.& poſthu. E.Suarez.

inofficioſi teſtamẽti querela ꝯ ipſum inſtitutum hæredem intentari debet:qui ſi reſtituendæ hereditatis onere grauatus ſit atque ante factam reſtitutionem ſuccubuerit, ſententia ꝯ illum lata fideicommiſſario nocebit:ſi verò pendente lite reſtituat,iudicium ad fideicommiſſarium trãſibit. at ſi antequã conueniretur,reſtituit, inofficioſi teſtamenti querela in eum, cui reſtitutio facta eſt,ſtatim dirigetur:quippe quia ea in ſpecie ſi feratur contra hæredẽ ſententia alteri non oberit quod etiam procedet, cùm reſtitutio ꝓ parte tm̃ facta proponetur. communia inquit Ant.Gome.de teſtam.c.6.n.15. E.Suarez.

Inquilino,& colono impedito vti frui propter peſtem: remittitur penſio pro rata.Io.Fran.Ripa in trac.de peſte. part. 1. nu.15.communem dicit. B.Villal.

inquilino pp ſterilitatem,eſt facienda remiſſio:qñ ſi pẽſionem ſoluerit,deciperetur vltra dimidium iuſti prætij,Lud.de Gozad.in conſ.74.n.2.com.dicit,& ꝯcord.cũ.l.20.ti.8.par.5.

Nota,ꝙ ſtandũ eſt vulgi opinioni quando quæritur an creſcere vel minui debeat penſio propter ſterilitatem aut augmẽtum in re locata.Brunus de augmento. 14.concluſi.principa. communem dicit.

Nota,ꝙ ſi fructus rei locatæ ex vi militum perdantur:ſi fructus ſunt ſublati à ſolo: perduntur periculo conductoris, & inquilini & non locatoris.Cur.iun.conſ.35.n.1.com.dicit.Et vide in verb. debitor,n.7.ex quo potes dare limitationem ad iſtam communem.Limita iſtud notabile, quando ex inimicitia domini fructus ſunt deſtructi:quia ſiue ante,ſiue poſt collectionem perdantur,ſunt periculo domini rei & non conductoris.Lud.Goza.conſ.27.n.28.in reſpon.ad 5.com.dicit.

Nota ꝙ emphyteutæ non fit remiſſio pro ſterilitate, ſi aliquid percepit etiam minimum,Bello.conſ.21.nu.3.com.d.ex Bar.in l. 1.C.de iure emphy.quia id quod dat emphyteuta domino.nõ dat reſpectu rei.ſed in recognitionem dominij.Bar. ibi& Pan.in c.propter ſterilitatem,de loca.Sed intellige iſtam cõem quando emphyteuta non ſoluit,niſi quid minimum in recognitionem:ſecus tñ,ſi ſoluit magnum canonẽ:quia tunc parificatur locationi in omnib.& ſic melioramenta, etſi ceſſet ſoluere,non perdit.Ant.Rub.in repet.l.Gallus.§. quidam rectè.ff.de lib.& poſthum.ver.ni infertur.

Amplia etiam,ſi locatio eſſet in longum tempus facta.Bello.conſ.21.n.9.com.dicit.ex Pan.in c.potuit.de loca. Villa.

inquilinus,vel conductor poteſt expelli pp penſionem nõ ſolutam.Dec.in l.qui rem n.17.com.d.de ſacroſ.eccl.C.B.Vil.

Nota ꝙ ſi inquilinus eſt obligatus ad ſoluendam penſionẽ cum inſtrumento guarentigio,per tacitam reconductionem non mandabitur executio,Dec.l. 1.ff.ſi cer.pet.n. 12.communem.dicit. Idem.

inquilinus,vel cõductor rei Vrbanæ,ſi, finita locatione,ſtetit,in re locata per aliquod tempus: pro illo tempore videtur reconduxiſſe, & tenetur actione ex locato pro illo tempore. Et iſte eſt communis intellectus.Pau.in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.locati.nu.8. idem.

inquilinus, aut colonus non poteſt denuntiare nouum opus,etiam procuratorio nomine, Iaſ.in l.hoc edicto. §. ſi ego. ff.de no.ope.nun.n. 5.com.dicit:quam intellige,qñ dominus eſt præſens,ſecùs ſi ſit abſens. idem.

inquilinus ſi re locata frui ob peſtis cauſam impediat̃ pro temporis rata penſionem attrondet.cõmune dicit Rip. de peſte.part. 1.n. 15.alia complura de inquilino vide ſ.verb.conditio:& ver.conductor. E.Suarez.

inquiſitio eſt iudicium extraordinarium.Pan.& Dec.in rubric.de iud.n.7.Alc.in c.pernicioſam.nu. 14.de off.ord.communem dicit. B.Villal.

inquiſitio remedium eſt extraordinarium, etiam ſi loquamur de iure communi. com.dicit Aegid. Boſſ.in tract.malef. in tit.de inquiſitio.nu. 16. I.Fichar.

Inquiſitio non poteſt formari per iudicem ordinarium:niſi fama præcedente.Alc.ibi n.43.communem dicit.

Fallit,nisi aliàs iuxta statutum possit procedere, non seruato ordine:quia tunc nō requiritur fama.Alc.ibi.n.47. com.d.

Hanc communem,cum præcedenti,not.ad intel.1.tit.1.li.8.ordi.& l.11.tit.2.lib.4.For.ll. B.Villal.

Inquisitio potest formari contra delinquentem per iudicē territorij:vel domicilij.Sed tamen debet condemnari secundum statutum loci:vbi delictum est commissum.Aug.in add.ad Ange.de malef.in ver.hæc est quædā inquisitio.com.dicit.

ADDITIO.Bart.in l.2.§.publico.ff.de adult.tenet ꝙ per inquisitionem generalē & eius probationem(prout contra officiales in syndicatu)non pt sequi condemnatio,sed ex ea capitur informatio, deinde sequi debet inquisitio particularis ex qua fiet condemnatio secundum eum.Quæ opi.nō seruatur.Bal.in l.edita,n.30.C.de eden.& in l.iubemus,n.3.C. de ꝓba.& dicit Inn.in c.bonæ, de elect.ꝙ totus mundus practicat contrarium,cum de iure Ciuili tales inquisitiones ad punitionem fiant, de iure autem Canonico non, nisi ad reformationem,& vt ad meliorem vitam Ecclesia seu personæ reducantur,per Bald.in eodem loco, n.32.nisi in condemnato per inquisitionem de calumnia,cùm sit infamis, ex quo tenetur similitudine pœnæ,vt ibi per eum.

inquisitio,tum iure Cæsarum,tum iure Pontificum,modus est procedēdi extraordinarius,vt commune inquiunt Pan.& Dec.n.7.in rub.de iud.Alc.in c.1.n.14.de offic.ordina.& Bos. in pract.crim.tit. de inquisit.n.8.ac latè I.Clar.in pract.etiam.§.vlt.q.3.ver.debes autem scire. E.Suarez.

inquisitio & si iure ciuili regulariter à iudicis officio institui ac formari nequeat, vt frequenter placitum enūciant Cuma.cons.136.ad fi.Pract.Conrad.n.1. Tamen pontificum iure in omnia crimina indifferenter ab illius officio concipi, texique potest ad publicam vtilitatem, vt receptum affirmant Marian.in c.qualiter & quando.n.108.de accus.I.Clar.in practi.§.vlt,q.3.ver.debes autem scire,Quin & hodie ex consuetudine generali, licet iam iudicib. per ius etiam ciuile, vt suo ex officio in quemlibet casum inquirant, atque animaduertant.quemadmodum attestantur Bal.in l.ea quidem.n.44. C. de accus.Bos.in d.tit.de inquisit.n.8.Blan.de indic.n.5. Anto. Gome. meus olim iuris doct.de delict.c.1.n.49.I.Clar.in d.q.3.ver.sed certe.& q. 5.ver. quæro. Intellige tamen semper aliquod indicium præire, atq; antecedere,vt specialis ꝯ aliquem inquisitio procedat, quamuis generalis inquisitio certitudine criminis sola sit contenta: vt commune scribunt Alc.in c. perniciosam.n.34.& 47.de off.ord.& qui id diligenter ac latè explicat I.Cla.in d.§.vlt.q. 5.&q.6. Vltra quem id limitabis,cū vel princeps inquirit, vel motu proprio inquisitionem alteri committit.nulla habita indiciorum,vel diffamationis cognitione vt frequenter placitum inquiunt Hipp.in pract. §. constant.n.22.ac Iac.Menoch.de arbit.iud.lib.1.q.78.n.4. Idem.

inquisitioni nullus locus est,cum actionis,seu accusationis seu querelæ ius,vel præscriptione euanuit, vel quacūque alia ratione sublatum est.commune pronunciant Balb.de præscr. 4.part.q.2.n.2.Iaffredus dec.486.& alij quos laudat I.Clar. in pract.§.vlt.q.51.ver.& hæ quidem. E.Suarez.

inquisitionis via condemnatus de publico crimine,nō minus infamis redditur,quàm accusationis formulis de eodem iudicatus,vt frequēter placitū inquiunt Ang.in l.ea quidem. n.28.C.de accus.I.Clar.in prac.§.vlt.q.72.ver.dānatus.E.Sua.

inquisitio etsi à iudice patriç,vel domicilij institui possit,tñ dānatio illius loci,in quo delictū patratum fuit,statutis regetur.cōia affirmat Ang.in addi.ad Ang.de malef.ver.hæc est q̄dā inqsitio.& vide q̄ ī.obseruo ver.iudex,& ver.pœna.E.Sua.

inquisitio. Quando in inquisitione sunt illa verba,Ex mero officio,&c.non exigitur ꝙ diffamatio præcedat, nec tūc tenetur iudex tradere inquisito copiam capitulorū inquisitionalium ante responsionem eius,secūdùm Ang.in l.si vacātia. in 5.art.prin.C.de bo.vacan.lib.10.Butr.& Pan.in c. qualiter. extr.de accus.col.3.Ang.Are.in tract.malef.super verb.mero officio,in contrarium est tex.in c.licet Heli.ibi clamoribus excitati ex officio nostro,&c.extrà.de simo. Balb.decis.261.

inquisitio ex officio. Sicut accusatio falsi & cæterorū criminum regulariter tollitur spacio 20.anno.l querelam.C.de falsis.ita inquisitio ex officio iudicis,secundùm Bart.Salic.Rapha.& communiter Doc.ibi,licet gl & Bald.ibid.dicant ꝙ nō tollitur inquisitio,nisi 30.an. Balb.decis.485.

inquisitio est nulla de iure communi,si non præcedit diffamatio,vt est com.opi.Burs.cons.94.n.37. Etiam ꝙ sit formata ꝑ duos testes omni exceptiōe maiores,vt est com.opi. Gratus Resp 57.n.9.& 11.in 2.vol.si iudex ex offic.suo ꝓcessisset,

inquisitio nec annū,nec mensem delicti cōtinens parte instāte,si ñ declaret,nō ꝓcedit,vt ē com.opi.Burs.cōs.34.n.27.

Inquisitio(vt dixi)formari potest quolibet casu de iure ciuili canonico & ex consuetudine,vbi præcedit infamia,vel alia præsumptio, vt est com.opi.de qua Bossi.tit. de inquisitione.n.8.Alberi.in l.ex lege.§.si publico.ff.ad l Iul.de adult.Et ibi etiam ponit casus,in quibus proceditur sine accusatore.Et quidem formari potest generalis& specialis inquisitio,vt per Abb.in c.graue.n.9.de præb.Et non est generalis,qñ exprimitur certa persona,sed specialis, & inquisitio pōt iterari ex noua infamia,vel nouis indiciis.Abb.in c.literis.n.2.de celebra.miss.Et not.ꝙ clausula,quæ in inquisitionib.apponitur,diabolico scilicet spiritu instigati,non minuit peccatū,sed significat dolum.Bal.in c.1.de cohabita.cleri.& mulie.n.1.Item not. ꝙ si quis falso sit inquisitus,& fuit impeditus se defendere,non obstante sñia condemnatoria,sibi succurritur, & potest restitui.Bal.in l.proponebatur.3.col.ff.de iudi.Et no.etiam,ꝙ inquisitio gñalis potest formari ꝯ officialem,& postea specialis.Et ita seruat cōsuetudo,vt dicit Bal.in c.qm̄.n.58.de proba.vbi etiam dicit.n.61.ꝙ prudēs iudex nō debet sine secreta informatione inquirere ꝯ certam personam,&de ista secreta informatione,non debet facere fidem,sed creditur suæ cōscientiæ.Et ex ista inquisitione gñali, nō potest sequi condemnatio,quia est tm̄ præparatoria,nō iudicialis & solēnis,quia non est facta ꝯ certam personam.Bal.in l.congruit.ff.de off.præsi. Nā dicta generalis inquisitio est facta ad inueniendum,non ad puniendum,nec super ea est pars citanda,nec recipiuntur testes in figura iudicij, sed solum ad informationem curiæ, & ideo non potest ferri diffinitiua ex ea,vt dicit ibi Bald. Bonac.

inquisitio procedit contra furem,in qua dicatur furem furto subtraxisse contra voluntatem domini,licet non sit aliquis dominus nominatus.Clar.q.4.verbo quando verò.Bonacoss.

inquisitio fieri debet statim cōstito de delicto,quæ fieri potest in omnibus casibus,vt est com.opin.Clar.q. 5. Cherianus Communi opinione,Regula 1.Blanc.in l.fi.in prin.nu.5.ff.de quæst.vbi etiam dicit, ꝙ hodie de consuetudine in quocunq; casu proceditur per inquisitionem. Et ita quotidie seruari in locis Lombardiæ dicit.Mars.in procemio suæ Pract.n.4.vers. scitote.Et etiam hodie non potest iudex ex officio per inquisitionem procedere,nisi in certis casibus,vt per Bart.in auth.de collatoribus & aliis capitulis.in §.iubemus.n.1.Et inquisitionē debet præcedere diffamatio.vel querela partis,vel denunciatio,& simi.Aliàs processus esset ipso iure nullus.Clar. d.q. 5.ver.scias. Item fama,clamor,querela partis,vel denūciatio, officialis debent præcedere inquisitionem.Quoties tñ cōstat de delicto ipso iudici, potest formare inquisitionem generalem.Albe.in l.congruit.ff.de off.præsi. & in l.ea quidem.C.de accus.Et habita aliquo indicio ꝯ alquē, debet citare ipsum ad se defendendū.Et ita seruat totus mūdus.Cla.d q. 5.ver.poterit. Et examinātur testes sup delicto qs s.illud cōmiserit & qd de eo sciant,neminem nominando,quia si nominant, vel certus sit delinquens, formatur inquisitio specialis contra eum, & testes examinantur,quid sciant super tali delicto,vt est cōmunis opi.Clar.d.q. 5.versi.poterit igitur.Et sufficit hoc indicium ex testificatione testium super inquisitione prædicta generali,ad capiendum imputatum absque speciali inquisitione vel ad inquirendum contra eum specialiter, vt ibi dicit Clar. Vide omnino Ang.in malef.ver.fama publica.n.10.fol.75.Vbi tradit cautelam iudici antequam formet inquisitionem.

inquisitionē debet præcedere fama publica,vt est com.opinio.Clar.q.6.Cur.iu.cons.324.n.1.in 3.vol.Practica tamē hodierna aliter seruatur,vt per Clar.ibi.vide Pet.Duen.reg.298. 299.& 300.& 301.Soc.iun.in cons.37.n.1.& seq. in 2.vol.Etiam in crimine falsi,vt ibi. Bonac.

inquisitionem format iudex super denunciatione,tam officialis quam alterius hoc modo.Nam facta denunciatione,iudex super ea assumit informationes,& indicia,& postea super ipsis format inquisitionem,vt est com.opi.vt per Clar. d.q.6. ver.1.vide Ang.in malef.super ver.ad denunciationem.n.21. vbi tradit cautelam,ꝙ quando non habet iudex alium testem idoneum,nisi officialem, positum ad denunciandum, ꝙ non procedat super ipsa denunciatione per viam denunciæ, sed ꝑ viam inquisitionis.ex mero officio propter publicam famam præcedentem, & poterit dictum nuntium denuntiantem in testem examinare,quod dicit menti tenendum. Bonacoss.

inquisitio formatur super denuncia vilium personarum,& infamium,vt est com.opi.Clar.q.6.ver.quæro igitur. Bonac.

inquisitio formatur ad dictum denunciantis, quò ad recipiendum informationes contra reum,vt est com.opi.Clar.q. 6.ver.habes igitur.Nō autem quoad condemnandum ipsum reum corporaliter.Et quomodo procedat iudex super inquisitione ad denunciam,& qualis sit cōmunis practica, vide per Claru n

Clarum q.7.ver.quæro nunc. Bonacoss.

Inquisitio est iudicis officium,non actio.Clar.q.12.ver.Itē quæro.communem dicit.Nam iudex procedens super inquisitione.dicitur procedere iudicis officio nobili,non mercenario. Casus autem in quibus quis possit puniri absque accusatore,ponit fusissimè Ang.in l.ea quidem.C.de accusa.Et not. ꝙ in causa inquisitionis potest iudex ex officio suo citare reū & promotorem inquisitionis,supplet enim in hoc ex officio suo.Abb.ī c.veritatis.n.5.de dol.& cōt.vbi& apostillātes.Bo.

inquisitio potest formari per iudicem ciuilem & in causa ciuili, si potest aliàs per inquisitionem procedi coram iudice in criminali.Clar.q.18.ver.vnum tamen. Bonac.

inquisitio non formatur, nisi prius constito de delicto, & legitima præcedāt indicia,vt reus possit citari,vt est com.opi. Clar.q.20.versi.ad formandum.D.Hiero.Gabriell.cons.177. n.4.aliàs est nulla Pasethus cons.190.n.1.vbi n.2.dicit.inquisitionem formari non posse ex dicto socij criminis aut participis criminis.Etiam si iudex procedat ex mero suo officio,& in inquisitione hoc exprimat,vt per Alex.in cons.138.n. 10. in 6.vol.& in cons.120.n.1.in vlt.vol.Procedit tamen inquisitio parte non opponente.quando est præsens. alias secus. n. 13.Alex.d.cons.120.n.1.in vlt. vol. & si inquisitio formatur ex commissione & mandato Principis nō requiritur,ꝙ fama præcedat.quod intelligitur,quando Princeps asseruit,&dixit constare sibi de tali delicto,aliàs non procedit inquisitio.Deci.cons.170.n.1.col.2.ver.Nec obstat.in 1.vol.& in cons.189. col.fi.ver.nec obstat.in 1.vol.Ex vehementi tamen suspicione hodie ex consuetudine absque fama præcedente iudices inquirunt, & sufficiunt indicia leuia, puta diffamatio delicti, vel si moriens asserat talē vulnerasse,vel inimicus sit capitalis.Clar. d.q.20.ver.ad formandam,indicia debilia sufficiunt ad capturam,nam ad capturam sufficit quælibet informatio,& potest citari tūc reus absens,qui si nō se præsentet,notatur fuga,quæ vnà cum aliis indiciis sufficit ad transmittendum inquisitionem,vt est communis opi. Bonac.

inquisitionis formulam tradit Clar.q.31. & eius clausulas singulariter prosequitur.ibi in verbo hæc est quædam inquisitio,ad quem te remitto breuitatis causa & ad cæteros criminalistas, & Papiam in forma inquisitionis. Et in inquisitione debet exprimi nomen proprium.cognomen, patria & habitatio,si fieri potest.ita vt persona sit prorsus cognita& certa.Et si ignoratur nomen , debet describi persona per signa, staturam,vestes,habitationem,& alias circunstantias,quæ possunt exprimi, vt sic constet de corpore, & sic tunc præcedi potest ad condemnationem.Clar.quæstio. 31. ver.contra &.aduersus.com.dicit.& si sit erratum in nomine,& aliis nō confidat, condemnatus euadere executionem volens,quia pœnitebit, vt ibi.Et debet in inquisitione exprimi annus & mēsis, prout in accusatiōe,vt est com.opi.Clar.d.q.31.ver. ꝙ anno præsenti.& locus etiam debet apponi.&debet in inquisitione exprimi,ꝙ sciēter & dolosè imputatus deliquerit. Cla.d.q.31.ver. scienter & dolosè.ꝙ no.ad statutum de receptatoribus bannitorum,quia debet probari,ꝙ scienter & dolosè receptauerit, vt ibi.& not.ꝙ inquisitio in fine debet habere clausulam.sup quibus omnib.& singulis,vt per Ang.in malef.super ista clausula.Nam ista clausula est loco conclusionis,vt est com.opin. de qua Clar.d.q.31.ver.super quibus.vide Carrerium fol.46. n.8.vbi dicit,ꝙ quando adest clausula,super quib.omnibus& singulis connexis, annexis,dependentib.emergentibus.incidentib.&occasionalis,tūc ex eodem processu potest de morte sequuta vulnerans puniri,& inquirens habet præsumptionem pro se ꝙ faciat bono animo.Bald.cons.246.in 4.volu.& ista clausula super quibꝰ omnib.&c.operatur ꝙ si est probatū delictū,licet nō sit probata qualitas,poterit sequi condemnatio,vt est com.opi.Clar.d.q.31.d.ver.super quibus omnib.Nā iudex non videtur se astringere etiam ad certam diem,& ideò si probetur de alio die,potest sequi condemnatio,idem in accus.si apponatur d.clausula,super quib.omnib.& singulis,petit sibi ius & iustitiam ministrari. idem si apponatur clausula non se astringens ad probāda superflua. idem si accusator exprimendo diem & locū,addat prout cōstiterit& probabitur. & ista est practica Vincentina.vide Franc.Aret.in l.pantonius §.rei perduellionis. col.3.ff.de acq.hæred.& Ang.de malef.super d.clausula.& Clar.d.q.93.ver.sed pone.& similiter inquisitio, quæ habet clausulam secundum formam iuris & statutorum tenent.Et talis clausula de cōsuetudine admitti debet. Clar.d.q.31. ver.inchoata.& in inquisitione non est opus aliqua inscriptione.com est.opi.Clar.q.31.ver.inchoata.Bonac.

inquisitio est quoddā ius per officium procedendi ad condemnationem & punitionem.contra aliquos nominatim inquisitos de delict.cert.diffamatos secundum Bar.effectualiter in l.2.§.si publico.ff.de adul.de quo vide latissime.per Angel. Are.in tract.malef:in verb.hæc.est quædam inquisitio.in 1.& 2.col. P.Andora.

inquisi.in criminalib.denega. si alicui denega. audientia in ciuilib.Bar.& Alex.in l.nō solum.§.fi.in prin.ff.de iniur.idem.

inquisitio in quib. delict.possit formari. Regulariter enim non potest procedi per inquisitionem.d.l.2.§.si publico ff. de adul.&vult in specie.Dy.in cons.38.Cæpo.cons.23.addo Bal. in 4.part.cōs.202.& Ang.d.vers.hæc est quædā inquisi.col.3.

Fallit 1.quia potest procedi ad denūtiam officialis.l. diuus & ibi Bar.ff.de custo.reo.Ang.vbi s̄.

Fallit 2.quando incidenter de crimine cognosci.l.1.C.si ad uer.lib.Ang.vbi s̄.

Fallit 3.quando præcedit generalis inquis.postea enim spēr inquiri potest l.congruit ff.de off.præsi.Ang.vbi s̄.

Fallit 4.quando crimen committitur coram iudice.quia ipse tunc potest inquirere.l.nullum.C.de testi.Ang.vbi s̄.

Fallit 5.propter immanitatē sceleris.l.si quis in hoc genus. C.de epi.& cler.

Fallit 6.in instrumēto falso.coram iudice producto.l.iubemus.C.de prob.Aug.ari.d.ver.hæc est quædam inquisi.col.7.

Fallit 7. quando hæres qui adiit hæreditatem cum benefi. inuentarij.aliqua.de hæred.subtraxit.l.fi.§.licentiam.C.de iur, delib.Aug.ari.vbi s̄.

Alios autem casus.in quib.formari potest inquisi.vide per Ang.& Aug.ari.vbi s̄.Et quę sint grauiora delicta.vide Guid. cons.89.

Adde ꝙ licet non possit procedi per inquisitionem.tamen si non oppona.& probe.delictum debet sequi condemnatio. Cor.in 4.vol.cons.33.in prin.

Adde etiā ꝙ si iudex inquirit in casu prohibito potest hæc excep. opponi contra processum etiam post litem conte. ita mar.in l.si quis.in 6.col.ff.de quæst. P.Andora.

inquisitio.per quos formari possit.Vide per Ang.& Augu. in d.ver.hæc est quædam inquis.in 9. col.ibi tertio principaliter. P. Andora.

inquisitio quæ substātialia requirat.Ang.vbi s̄.in 9.col. ibi 4.principaliter.dic.quòd quinque.

Primo ꝙ ex parte iudic.inquirent.sit iudex petens.tot.titu. C.si à non compe.iud.

Secundo ex parte rei ꝙ sit suppositus iurisdictioni inquirentis.quo ad illud crimen aut ratione loci.aut delicti.l. 1. C. vbi de crimine agi op.Alias non posset contra eum inquirere c.si diligenti.ext.de fo.compe.

Vide tamen Bolog.in cons.8.max.in 3.col.vbi dicit ꝙ si originarius alibi delinquit non debet remitti.nisi requirat.

Tertio requiritur ex parte causæ de qua inquiratur. quia non super omni crimine inquiri potest vt s̄.dictum est.

Quarto ꝙ fama publica à fide dignis præcedat.& nō semel sed sepius & sit tanta ꝙ generet scandallum. & sine periculo tollerari non possit c.1.c.ad petitionem.c.qualiter & quando & c.cum oporteat ext.de accus.ita vult Ang.in l.si vacātia. C. de bo.vacan.lib.10.refert Aug.ari.vbi s̄.

Subiungit tamen Ange.in d.l.si vacantia.dicere ꝙ in pluribus casibus. tenet inquisitio quantumcunque non præcedat diffamatio.

Primo quando reus est præsens.& non opponit. c.2.de accus.in 6.

Secundo quando inquiritur generaliter.cōtra caput & mēbra. vt quando sindicatur potestas cum familia quia valet inquisi.sine diffamatione.c.1.de off.ord.Ang.vbi s̄.in 10.col.

Tertio quando iudex procedit ad denuntiam officialium. l.ea quidem.C.de accus.

Quarto quando iudex ex mero officio inquirit. & non ad querelam alicuius.d.c.1.de off.ord.

Quinto quando iudex inquirit ex necessitate sui officij.vel verti.periculum animarum.vt no.in c.ad nostram.ext. de iureiur.Aug.vbi s̄.addo sonz.in 2.part.cons.219.

Sexto in crimine hæres.c.excommunicamus.§.adiicimus. & ibi Card.qui dicit esse tex.sing.& alibi nō legisse.ext.de hære.& ibi Io.de Ana.in 2.col.refert Aug.vbi s̄.in 12.col.vbi dicit quòd ille tex.hoc sibi non dic.

7.vbi inquisitio formatur de certa sciā principis quia non requi.diffamatio de quo late per Ang.& Aug. in verbo fama pu.in 1.col. cum seq.vbi Aug.hoc intelligit verum quādo superior mandat inquiri motu proprio.alias secus.

Vide etiam Dec.cōs.175.& Bal.in l.nullus.C.ad l.iul maie.

Quinto requiritur.ꝙ fama præcedat inquisitionē.alias nō tenet processus licet reus nō opposuerit & responderit ꝓces-

ſui.quia ſemper poterit hoc opponere. Ita Augu.ari. vbi ſ.in ver.hæc eſt quædam inquiſi.in 12.col.al.pulchrũ conſ. Oldr. 213.& Pe.de anch.conſ.254.quod mihi eſt 253.incip.in quæſtione presbyteri vbi conſuluit ꝓ opus eſt ꝓ fama præcedat capturam & inquiſitionem non autem ſequatur.addo Barb. in 1.vol.conſ.47.in 5.col.

Et captus ſine indiciis debet relaxari.Paul.de ca.in l.ſi quis poſt.ff.de teſta.vbi vide Are.in vlt.col.

vide tamen ꝗ.in ver.inquiſi.ſine fama.§.2.

Quid ſi inquiritur de mãdato principis vide hypo. ſing.14.

Adde etiam ꝓ non creditur. iudici aſſerẽti ſe informatum de fama.Ita Fel.in c.quoniam cõtra in 1.col.ver. ex prædictis ext.de prob.Dec.conſ.170.

Et hoc caſu.qñ fama non præcedit pene declarate ob contumaciam.ſunt nulle.ita Bal.in 2.part.conſ.371.

Et idem quando iudex eſt incompetens.vt vult Bal.in d.cõſi.Adde ꝓ tunc rñdens inquiſitioni non videtur cõſenſiſſe.in illũ iudicẽ vt vult Cæpo.in conſ.59.in fi.Ang.in cõſ. 27.in fi.

Imo ſatiſdatio de iuri ſtando.& iud.ſoluen.præſtita corã tali iudice incompetẽte.eſt nulla.ita Iaſ.in l.ſtip. iſta.§.ſi ſtipuler in 7.col.ff.de verb.obl.hypo.not.in l. 1.§.præterea in 5. col.ff. de quæſt.& not.in l.ſi quis.in 5.col.eo.ti.

Nec per talem fideiuſſionem intelligitur prorogata iuriſd. Iaſ.in l. 1.in 2.col.ff.ſi quis in ius voc.

Sexto.Requiritur ꝓ pars citetur.ita Ang.in d.l.ſi vacantia. fac.cle.paſtoralis.de re iud.Aug.vbi ſ.in 10.col.vide ꝗ.in ver. inquiſi.impugna.

Septimo.Quod apponatur.locus & tempus ſic.in accuſat. libellorum ff.de accuſ.Nam iudex inquirens ſuccedit in locum accuſatoris.Ang.& Aug.vbi ſ.in x.col.

Limita procedere in inquiſi.ſpꝑi.ſecus in generali.Aug.vbi ſ.in 12.col.al.Bar.in extrauag.ad reprimen. in ver. inquiſitionem.& in l.2.§.ſi pu.ff.de adul.dum reſpondet ad glo. inſti.de pub.iud.in prin.

Limita etiam non procedere.in crimine hæreſ quia procedit inquiſi.ſine loco & tempore ita Aug.in d.ver. hæc eſt quædã inquiſi.in 12.col.al.Bal.in l. 1.in 3.col.C.qui accuſ.nõ poſſ.

Subdit tamen Ang.ibi.Bal.in l.edita.ver.9.op.C.de eden.dicere ꝓ in inquiſi.non debet apponi neceſſario.locus nec tempus.al.tamen Ang.in conſ. 177.incip.vi fact.mihi. 178.renentem.ꝓ debeat apponi locus & tempus.& in materia.vide Fel. in c.qualiter & quando el 2.§.debet in 2.col.de accuſ.

Limita quoque.in crimine falſi.in quo tenet proceſſus ſine loco & tempore.ita Augu.in d.verſ.hæc eſt quædam.col. 12. in fi.al.Bal.multum eleganter.in c. 1.qui.mo.ſeu.amit. vbi al. gl.quæ non reperitur.alibi ſecundum eum.inſti.de pub.iud.in prin.hypo ſing. 163.

Adde ꝓ ſi inqui. debet continere locum & tempus ita cõfeſſio.ſecũdum Bar.not.in conſ.228 Cor.in conſ. 134.circ.fi. idẽ in act.quæ infamat.Ang inſti.de excep.in rub.in 16.co.

An autem in inquiſi. debeat apponi dies. dic ꝓ non d. l. libellorum.& vult Ang.in ver.de anno præſenti 1.col.

Limitat niſi reus hoc petat pro ſua defenſione.& innocentia purgãda ne ei aufera. defenſio al.Bar.in l.is qui reus. ff. de publ.iud.& alia quæ vide.

Subiungit ibidem Ang.in 2.col.ꝓ ita demum cogitur.apponere diem.ſi reus in iudicio exprimat diem, in qua vult facere ſuas defenſiones al.Sal in l.pen.C.de accuſ. P.Andora.

Quid ſi dies apponatur.reo non petente.& tamen nõ probatur.omnia vero alia probantur, an reus debeat abſolui: Ange.in d.ver.de anno præſenti.in 3.col.tenet ꝓ ſic al.Bar.in d.l. is qui reus.& alia multa.Cor.in 2.vol.cõſ. 197.vbi idem dicit. in loco quia ſi apponatur. & non probetur. non poteſt ſequi condemnatio.& de tempore idem vult ipſe Cor.in 4.vol.conſi. 134.in fi.

iſtud tñ limitat Aug.ari.ibi niſi ſit clau.non ſe aſtringẽs,&c. per no.per Bar.in l.diuus ff.de re iud.& io.And.in c.licet cauſam.ext.de prob.Alex.in l.libellorum præal. Idem.

Sed quid ſi aliqua ſunt delicta vno die.quæ nõ ſunt delicta alio die.vt in feſto alicuius ſanctã.dic ꝓ ille dies eſt exprimendus.Ang.in d.ver.de anno præſenti.in 3.col.al.gl.in l.cum actum.ff.de neg.ge.& infert ad no.per Bar.in l.non ſolum §.ſed vt probari.ff.de ope.no.nun.&per Bal.in l.mare C.de prob. ad quod multa accumulaui.in ver.probatio.§.20. idem.

An autem quando tempus vel alia ſolleñia deficiunt. poſſit ſequi cõdemnatoria ſentẽtia.ex proba.apta.vide not.Aug. vbi ſ.in 7.col.

Quid ſi inſultus eſt factus vno tempore.puta de die.& tanto tempore durauit ꝓ de nocte percuſſit quod tempus debet apponi.vide Ang.& Aug.in d.ver.de Anno pręſenti.in 8.&9. col.& in verb.in platea.communi.in 3.col.

vide ẽt Alex.in 3.vol.conſ.75.circa fi.ibi quo ad aliud.idẽ.

Sed quid ſi vno tempore fuit vulneratus. & alio tempore mortuus.quod tempus debet apponi.Ang.in d. ver. de anno præſenti.in 9.col.dicit.ꝓ tempus vulneris.al.Bar. in d.l.libellorum.ad quod etiam vide Bar.in l.item mella. §. ſi plures in fi.ff.ad l.aquil. Aug. vero ibi dicit ꝓ vtrunque tempus eſt apponeñ.al.l. ſi vulnerato ſeruo.ff.ad l.aqui. idem.

An autem locus loci ſit ponẽdus in accuſa.& inquiſi. vide Ang.vbi ſ in verb.in platea communi.in 1.col.vbi Ang.indiſtincte tenet ꝓ ſic allañ.ſpec.in ti.de accuſ.in vlt.part.§.1.circ. princip. Idem.

Quid ſi in vno loco quis percutitur.& in alio moritur.quis locus debeat apponi? Ang.in d.verb.in platea.in 3.col.dicit ꝓ locus percuſſionis. ſed Aug. ibi dicit quòd debeat apponi vterque locus.per d l.ſi vulnerato ſeruo. idem.

Quærit etiam ibi Ang. quid ſi aliquis exiſtens in platea ſagittat aliquem extra plateam. quis locus confinabi. vide ibi per eum.cum add.Aug.

Et no.ꝓ quãdo malef. eſt commiſſum in loco notorio.nõ eſt opus ꝓ confine.vt puta in palatio committatis.Ang. in d. ver.in platea.in 5.col.vbi Aug.al.multa pro & contra. idem.

Quid ſi delictũ eſt commiſſum in loco religioſo. an iudex laicus habeat cognitionem Ang.in ver.in ſcaſ ſcti petronij.dicit ꝓ ſic al.Bar.in l.ſi cui.ff.de accuſ.in §. fi. & Sal.in Aut.item nulla communitas.C.de epi.& cler.

Imo hoc caſu delinquens tenebitur.de homicidio & ſacrilegio.al.Bar.& Sal.in l.qui crimen.C.de accuſ.

Vide tamen Aug.ibi.in add. idem.

An autem laicus poſſit capere malefactorẽ qui in eccleſia deliquit.dic ꝓ non ſed debet extrahi.à iudice eccleſiaſtico.& remitti ſeculari.ita Ang.in d.ver.in ſcaſ ſancti petronij. idem.

Octauo.Quæritur.an in inquiſitione.requiratur conclu.in quo dic ꝓ non.vt vult Ang.in d. ver.hæc eſt quædam inquiſi. in 10.col.vbi Augu.dicit ꝓ de conſue.conclud.per illa verba ſuper quib.omnib. & c.& ita in ciuilibus vult Alex.in 3.volu. conſ.34.vbi dicit.ꝓ clau ſup quib.omnib.peto iuſt.mi.ſuffic. pro concl.Fel.in c.2.in 14.& 15.col.de reſcrip.

Solẽnitates tamen ſ. enumeratæ.nõ exiguntur in criminibus leuib. nec in modo procedendi nec in modo cõdemnandi.auth.niſi breuiores C.de ſent.ex peric.reci.vt ſi quis fuerit repertus cum armis & huiuſmodi. Imo ſi ſta.eſſet ꝓ de omni delicto iudex faciat proceſſum.intelligitur de graui.non autẽ de leuiori.ita Bar.in l.leuia.de accuſ.de quo vide Ang.& Aug. in d.ver.hæc eſt quædam inquiſi.in 11.col. idem.

Nono adde quod inquiſ.debet continere certam perſonã. vt vult Ang.& Auguſt.in ver.Gaiũ ſempronij in 3.col.al.multa.max.Bar.in l.libellorum.ff.de accuſ. idem.

inquiſitio impugnatur per ſ.dicta.quãdo deficiunt ſubſtãtialia.& vult in ſpecie Ang.in d.verbo.hæc eſt.quædam.inquiſit.in 14.col. P.Andora.

Inquiſitio impugnatur.ſi procedatur.ex accuſatione & inquiſit.quia tũc proceſſus eſt nullus.ita Iaſ.in l. 1.in fi.C.de fur. al.Bal.ibi.& in l.edita.in repetitione paduana.in 22.col. verſi. quæro. C.de eden.

Et poteſt reddi ratio.quia nõ poteſt procedi ciuiliter & criminaliter.l.interdum.ff.de publ.iud.l.vnic.C.quãdo ciuil. accri.præiu.c.imputari.de fid.inſtr.Bar.in conſ.115.

An autẽ in iud.criminaliter moto poſſit peti retractari ſententiam? vide Alex.in l.diuus.in 2.col.ver.vlt.no.de re iud.

Adde ꝓ nõ agitur actione iniuriatum.vbi actum eſt criminaliter.ita Ang.in ver.nec non ad querelam.in vlt.col.dixi ſ. in ver.iniuria.§. 53. Idem.

inquiſitio poteſt impediri petendo citari offenſum. an velit facere partem.gl.in c.presbyter.ſi à plebe.2.q.4.& in l.1.§. denũtiari.ff.de ven.inſpi.&ita vult Bal.in l.ſenatus.C.qui acc. non poſſ.Alex.in l.2.§.ſi pub.ff.de adul.Cepo.cau.25.

Inquiſitioni nõ tenetur. reſpondere qui caſu ſe reperit coram iudice niſi citetur.ita Bal.in l.cum fratrem.C. de his qui. vt ind.& videtur ſequi.Iaſ.in l.Rub.C.de in ius voc.& vide ſ. in ver.cit.requi.§.3.ver.& adde.

Nec tenetur accuſatus reſpondere. quando eſt qui partem fac.ſed debet accuſator probare.vt ꝗ.in ver.reus.§. 5. idem.

inquiſito danda eſt copia indiciorum Barb.in 1.vol.conſil. 47.in 12.&22.col.Iaſ.in l.2.in 2.col.C.de eden.al.multa max. Alex.in 1.vol.conſ.65.addo Cepo. conſ.65.& ſeq. Aug. ari.in ver.fama pub.in 11.& 12.col.& illud conſi.Alex.eſt repetitũ in 2.vol.cõſ.41.Alex.in l.fi.alias qui ſine.ff.de quæſt.in vl.col.

Limita niſi fuerit crimen confeſſatum. quia tunc nõ datur copia inditiorum.ita Barb.in d.conſ.47.in 24.col.

Limita

Limita etiam procedere in indiciis probat.poſt inquiſitionem.ſecus de habitis ante inquiſitionem.ſonz.not.in l.2.in 1. col.C.de eden. Idem.

Inquiſitio an impediatur. per compoſitionem & concordiam factam inter partes.vide quæ dixi.in verb.fiſcus.§. 17.& aliquid per Ang.in d.ver.hæc eſt quædam inquiſi.in 19.col.

An autem iudex inquirens & nõ probans incidat in turpilianũ? vide Ang.vbi ſ.& quæ dixi.in ver.expenſæ victoriæ.id.

Nũquid in delictis cõmiſſis per ſubditum.extra territoriũ. poſſit formari inquiſi. per iudicem originis? vide ample. per Ang.vbi ſ.& ibi aug. allegãtem multa pro & contra. Tamen communis opi.eſt ꝓ ſic.vide not.Bolog.conſ.8.& conſ.57.in 1.col.phi.in c.vt animarum in fi.de conſti.in 6.

Limitat tamẽ Ang.forte nõ procedere de iure cano. alleg. Bal.in l.1.§.2.ff.de off.præfec.vr.& propterea dicit ꝓ in terris eccleſiæ forte non poterit iudex punire malefactorem committentem.delictum.extra territorium.& ſic ſecundum eum concordantur op.vide etiam Alb.in 3.part.q.36. vbi videtur tenere quòd non poſſit inquiri.

Limita etiam vt non poſſit puniri pena ſta.territorij.Alex. in 1.vol.conſ.111.poteſt tamen puniri pena iuris communis. Bolog.in d.conſ.57.in 3.col. Idem.

An autẽ poſſit inquiri de delicto vt de homicidio. in loco originis & in loco cõmiſſi delicti.Vide Bal.not.in 2.part.conſi.418.& in 4.part.conſ.180.& phi.remiſſiue.in d.c.vt animarum in fi.Are.no.in l.fi.C.ex qui.cauſ.infa.irro.in 3.col. Ang. conſ.190. Idem.

An autem carmagnolienſ habitans in pin.citra tamẽ x. annos. poſſit in pinerolio puniri. pro delicto alibi cõmiſſo? Bal. in 4.part.cõſ.201.concludit ꝓ non.de quo etiam vide in conſi.ſeq.& conſ.204.& in 5.part.conſ. 100.Ang.in conſ.27.idẽ.

Sed nũquid tractantes delictum in vno territorio. poſſint ibi puniri.Si delictum in alio territorio conſummetur? vide Bal.in 3.part.conſ.141.& in 4.part.conſ.202.& conſ.204.

vide not.Bolog.in conſ.8.in 4.col. idem.

Quid ſi Carmagnolienſ deliquit in pinerolio.& ibi de delicto conuenitur & eſt contumax an poterit de dicto malefic. car.conueniri.Bar.in l.ſepulchri.ff. de ſepul. viol. tenet ꝓ ſic. Ang.in d.ver.hæc eſt quædã inquiſi.in 21.col.& ibi Aug. qui multa al.dixi in ver.contumacia.§.2.

Nunquid delicta alibi commiſſa.aggrauent delictum commiſſum in pineroli.Vide Ang.& Aug.in verb. exiſtẽs florentiæ.vbi inter cetera allegatur.Bar.in l.ſi cui.§.fi.ff. de accuſ. vide quæ dicam ꝗ.in ver.furtum.§.8. idem.

inquiſitio ſemel & non vltrà pro eodem delicto fienda eſt. Ang.in ver.nec non ad querelam.in 42.col.al.tex.glo. Bar.& Ang.in l.ſi cui.§. 1.ff.de accuſ.& Sal.in l.q crimen.C.de accuſ.

adde Lud.Ro.in conſ.463. vbi dicit. ꝓ de delicto euiſdem hominis.ſepe inquireñ.non eſt.al.l.licet.§.fi.ff.nau.caup.& d. l.ſi cui.§.inter.&alia quæ omitto.addo etiam.Io.de Ana.in cõſi.17.vbi inter cetera al.c.de his ext.de accuſ.cõcludẽs. ꝓ pro eodem delicto.nõ debet iterum procedi.etiam per viam inq ſit.idem vult Dec.cõſ.137.ad quod etiam vide Cepo.in cõſi. 68.idem videtur tenere.Lud.Ro.in cõſ.213.Alex.in 1. volu. conſ.11.in 5.dubio.Cor.in 2.vol.conſ.235.in fi.

fac.quod vult phi.in c.vnico.§.præſenti.in 4.not.de cler.ægro.in 6.

Limita niſi appareret de colluxione.quia tũc poſſet iterato inquiri.ita Pau.de ca.in 2.vol cõſ.119.inci.notãdum ꝓ adulterium.al.multa.quæ vide.de quo.habetur ample.in d.ca. de his.faciunt dicta ꝗ.eo.ver.idem quando fuit affectate præuẽtum.fac.qd vult.Cald.in ti.de ſent.& re iud.cõſ. 10.alias 206.

Limita etiam quia punitus pro homicidio pena pec. in loco domicilij.poteſt puniri pena capitali in loco originis.allegatur Ang.in l.ſi vacãtia.de bõ.vac.lib.10.qui tamen hoc non dic.in libro meo. P.Andora.

Quid ſi fuit inquiſitum per iudicem eccleſiaſticum.& data ſentẽtia. An poſſit iterum per iudicem ſecularem inquiri. videtur.ꝓ nõ per ſtã.&ita in terminis tenet are.qui multa al.in cõſ.58.Calde.tit.de iud.conſ.11.alias 125.Io.de ana.c.de his. extra de accuſ.

Et ex præuent.eccleſiaſtici.impeditur.ſecularis.procedere. Guido.conſ.159.

in cõtrarium.facere videtur.quod vult Bal.in l. 1.C.de ſumma tri. vbi ponit ſi quis cõmiſit inceſtum cum cõſang. & fuit punitus per eccleſiaſticum ꝓ poſſit iterum per temporalem puniri.& ibi moderni alleg.Pan.in c.de his ext.de acc.de quo etiam tangitur.in c.tuæ.ext.de proc.& in c. 1.de off.ord.

addo late Fel.in c.at ſi clerici.in c.3.col.de iud.vbi ſubiũgit ꝓ opus eſt nouo proceſſu.nam acta facta in ſpirituali nõ probãt in temporali.de quo etiam habetur per eũdem. in d.c.de his.& remiſſiue in c.cum ſit generale.in 8.col.ext.de fo.compe.Iaſ.in l. 1.in 2.lect.in 7.col.de ſum.tri.& fi.ca.per Pau.de cã. in d.conſ. 119.vbi dicit ꝓ quando nõ fuit debite punitus poteſt iterum puniri.vide etiam aug.ari.in ver.nec nõ ad querelam.in 43.col.fac.quod vult Barb.in 3.vol.cõſ.21.in 1. col.dũ al.Bal.in l.cunctos populos.& in cõſ.74.in 2.col.Barb.in 4.volu.cõſ.31.Dec.in ca.quæ in eccleſiarum.in 7.col.de cõſti.phi. in c. 1.in prin.in fi.com.de vſu.in 6.

vide not.Are.in l.fi.C.ex qui.cau.infa.irro.& Alex.remiſſiue in l.ſenatus.de accuſ. idem.

Aduerte tamẽ quia præueniẽs poteſt alium tanquam turbantem prohibere.ita ſonz.2.part.cõſ.237.al.Bar.in l.ſi mari tus §.ſin autem extraneus.in vltimis verb.ff.de adul.iũct.dict. per Lud.Ro.in l.quamuis.ff.de dam.infect.allegãtem no. per Inn.in c.dilectus.ext.de penis.& in c. 1.de off.deleg.& ibi Anto.de Butr. Idem.

Aduerte etiam ꝓ ſolus proceſſus nõ induc.præuẽtionem. niſi etiam ſit citatio.Fel.in c.illud in 6.col.de præſcrip.& in c. quoniam contra.in 3.col.de proba.

Et ꝓ citatio inducat præuẽtionem.vide Iaſ.in l.ſi pluribus. in 7.col.ff.de leg. 1.poſt Bar.ibi per l.ſi quis poſtea.ff.de iud.& c.propoſuiſti.de fo.comp.& c.gratum.de off.delega. Sonz.in rub.C.de in ius voc.phi.in c.quamuis. de off.deleg.in 6.Pe.de anch.cõſ.16.vide in verb.iudicium.§. 12.Guido.conſi.153.& conſ.159.

Limita niſi alter iudex citauerit realiter.i.per capturam. vt vult Ale.qui multas al.remiſſiones.in l.ſepulchri. ff. de ſepul. viol.Guid.Pap.conſ.30.& ꝓ capiens perſonaliter dicatur.pręueniſſe vide ang.in §. 1.inſti.de re.diuiſ.

Quid de commiſſione citãdi.an per eam dicatur. perpetua ta iuriſd.Bolog.quòd ſic.in conſ.28.in 3.col.

Quid ex ſimplici præcepto.extraiudiciali an inducatur.pręuentio.Bertach.in ver.præuẽtio §.fi.dicit ꝓ ſic al.Fed.de ſe.cõſi.140.But.in c.propoſuiſti de fo.comp.Io.and.in regula cum ſint partium iura.& Lud.Ro.ſing.incip.iuriſdictio. Idem.

Præuẽtio tamẽ non inducitur.per actum inualidum.Barb. in 2.vol.cõſ.45.in 3.col.Phi.de perux.in c.vt debitus in 3.col. ex.de app.phi.in c.cũ plures.in 3.col.in fi.de off.deleg.in 6.id.

Præuẽtio nihil operatur vbi cõtumacia part. criminis punitio protella.ita Bar.in l.2.ff.de ſepul.viol.Fel.in ca.qualiter. extr.de iud.& in c.cum M.Ferrarieñ.in 12.col.de cõſti. idem.

Instrumentum publicum confectum per tabellionem necessariò requirit eius signum alias non probat, nec facit fidẽ secundum magis communem sententiam Doct. in l. contractus. C. de fid. instr. & in l. 1. C. qui admi. ad bonorum poss. quã citat Boeri. in decis. 36. nu. 8. & ferè omnes Moder. in d. l. contractus. Nonnulli verò scriben. inclinauerunt in partem contrariã, videlicet ꝙ omissio signi notarij non vitiet instrumentum, & ꝙ illius appositio de iure necessariò minimè requiratur, quam quidem opinionem negatiuam sequitur etiam Alex. & scribit esse communem in rub. n. 14. de noui oper. nunciat. Sed primam partem in facti contingentia semper amplecterer tanquam frequentiorem & communiorem, quæ quippe vti verisimilia ampliatur nedum habere locum in originali instrumẽto, verum etiam, in copia collationata per tabellionẽ, vt puta Sempronius produxit instrumentum ipsum, fecitque illud collationari per actuarium cum suo signo solito, & fide in calce ipsius, ꝙ instrumentũ collationauit de verbo ad verbum, & penes se retinuit instrumentum ipsum originale, ne perderetur, isto certè casu illa copia registrata præsumitur de actis, & habet publicam fidem absque eo ꝙ producatur per ipsum Sempronium originale, secundum omnes Doctores communiter in authen. si quis in aliquo. C. de eden. quam sequuntur Mod. & ibi, & attestantur, & Maran. in tract. iudiciorum, in 6. parte 2 part. pr. super 10. actu. nu. 3. & licet in isto instrumento requireretur signum tabellionis secundum magis communem sententiam, non propterea requiritur in eo inuocatio Domini nostri Iesu Christi, imò huiusmodi leuis solennitas omissa in isto instrumento illud non infringet, nec vitiaret instrumentum ipsum, vt per Bart. eleganter, & omnes scribent in l. fi. C. de iure delib. quam opinionem sequitur, & scribit esse communem Dec. in c. si scripturam de fide instr. & Didac. Couar. in pract. c. 21. Secùs autem dicendum arbitror in instrumẽtis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, vel Imperatoris: hoc enim casu non plenè probarent, vt visum fuit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi distinguit ꝙ si tabellio viuat, tunc instrumentum propter istum defectum nullam fidem faceret, si quidem imputãdum foret parti, cur non ageret contra tabellionem, vt instrumentum sibi reassumeret, cùm minus perfectè restituerit. l. veluti. in pr. ff. de eden. si vero tabellio ipse foret mortuus, arbitratur Bar. facere semiplenam probationem, l. 1. §. si linum, & §. si rosæ. ff. de bonor. poss. secundum tabu. & cum ista Bar. dist. transeunt omnes Doctores communiter in d. l. admonendi, vbi refert Curt. in ibi nu. 148. licet ipse ab ea discrepet, & malè multa in contrarium adducendo, & hoc ꝙ nomen imperatoris præponendum sit in instrumento publico probat textus in auth. vt præponatur nomem imperator. & præsertim in locis, quæ imperio subsunt, & similiter in locis quæ Papæ subiiciuntur nomen ipsius est apponendum, secundum Abb. in procem. Gregoriano. & in c. 1. de fid. instr. vbi omnes Docto. communiter hoc firmarunt, & aliqua de instrumentis posuimus j̃. in vers. statutum disponens quòd instrumenta. F. Viuius.

Instrumenta per notarium putatiuum inter ignorantes cõfecta vtrum faciant fidem Doctores in l. testes. C. de testa. & l. Barbarius ff. de of. Prætor. c. 1. de fid. instr. & l. Herennius. per illum tex. de Decurio. qui textus. videtur probare negatiuam. dum ibi decidit decurionem non argui, nec factum censeri ex longa & præscripta salarij solutione, neque ex eo quod diu descriptus stetit in albo, nisi secundum legem creatus sit. Ex quo dicto arguit gl. contra eos, qui in ecclesiis canonicè non sint instituti, ꝙ ex longo tempore. longaque fructuum, & emolumentorum perceptione non inducatur etiam præsumpta canonica institutio: licet autem de quæstione prædicta in tabellione putatiuo sit inter doctores magnum certamen attamen Spec. & Io. An. in tit. de instr. edi. §. restat. ver. quid si is. concludunt ꝙ si talis tabellio fuit creatus ab habente potestatem creandi & deputandi notarios, seu tabelliones, licet postmodum appareat illum non potuisse tabellionem creari: vt puta si seruus, nihilominus valebunt eius instrumenta, exemplo Barbarij, qui fuit electus prætor à populo iurisdictionem habente, cuius detecta seruilis conditio non vitiauit gesta, & sententias per ipsum in officio prętorio latas. Si verò non fuit à superiore, & habente potestatem creatus, nec habuit priuilegium, quamuis communi opinione fuerit reputatus notarius, non propterea communis error potuit ipsum cõstituere & facere notarium, & hanc distin. confouet tex. in d. l. Herennius. ff de decur. eamque tanquam magis communem obseruat Alex. in d. l. testes. C. de test. F. Turz.

instrumentum vacillat per vnum ex tribus testibus instrumentariis, Fran. cur. iun. cons. 55. n. j. communem dicit, tamen fidem facit Boer. decis. 12. com. dicit. B. Villalob.

Nota istam communem cum sequ. de iure regio est l. 115. 116. & 117. titul. 8. par. 3. vbi cauetur, quod quando testes dicunt non recordari de confectis in instrumento: cùm essent præsentes, ꝙ si notarius est bonæ famæ, ei est standum, alias si non sit bonæ famæ, vt res non sit de longinquo. omnibus testibus contradicentibus, creditur testibus, & non notario, vel si alias probaret negatiuam coarctam loco vel per instrumentum, vel per quatuor testes non creditur instrumento per d. l. 117. idem.

Instrumenti tenor probari potest per testes, quando instrumentum fuit amissum, & testes ita sint periti, vt cognoscant defectum instrumenti, puta aduocati, vel notarij, & recognoscant literas illius notarij, quod voluit Bart. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. per tex. in c. cum olim. 1. de priui. cui ius opi. attestatur esse communem Dec. in d. auth. si quis in aliquo. nu. 29. Sed si notarij deponerent se vidisse & legisse aliquod instrumentum, quamuis sint periti, eis tamen non crederetur

deretur, vt not. Bar. in d. auth. si quis in aliquo. cuius rei illa est ratio quia non sunt examinati tanquam testes, nec rogati vt notarij. nec tali casu rogari potuerũt vt notarij cum notarius rogari non possit nisi de his quæ fiunt inter partes. Vnde si gs notario dixerit vt rogetur qualiter Titius hominem percussit, vel occidit. & is instrumentum hac de re confecerit, instrumentum huiusmodi nullam faciet probationem, vt voluit Bart. in l. item senatus. in fi. prin. ff. ad Turp. Bald. in l. fi. ver. restat quærere C. de prob. & Alex. in l. prætor. in prin. ff. de eden. vbi Pau. de Cast. circ. fi. ver. pone exemplum, refert dum ipse fuisset ex facto consultus Florentiæ ab vno qui notarium rogauerat, vel de filij sui iniquitate instrumentum conficeret respondit, per tale instrumentum filij iniquitatem non probari, nisi Iudicis authoritas accesserit. Quod dictum procedere potest quod plenam probationem indicium verò & præsumptio ex tali instrumento adeò induceretur, ꝙ in probationis supplementum deferri posset iuramentum, secundum Bald. in rub. C. de fi. instr. ver. sed dubitatur vbi ex hoc infert. ad milites stipendiarios, habentes instrumẽta de morte equi in bello, videre licet apud ipsum. F. Turz.

Instrumentum redditur falsum per duos testes instrumentarios. Curt. iun. in d. cons. 55. com. dicit. B. Villal.

Amplia, & per alios duos testes non instrumentarios. Dec. in c. tertio loco de prob. com. dicit.

Fallit, nisi sint alij duo testes coadiuuantes instrumentum. Boer. dec. 118. n. 29. & Ias. cons. 124. com. dicit.

instrumentum dotis probat quando maritus præstitit alimenta vxori etsi sit confessionatum. Goz. cons. 42. n. 30. com. dicit. Idem.

Instrumentũ habens plures articulos, vno approbato, non censetur in omnibus approbatum, Curt. iun. cons. 166. n. 11. com. dicit. & Bello. cons. 56. nu. 12.

Amplia ꝙ si producatur instrumẽtum, vel scriptura, potest acceptari pro parte approbari, & pro parte non, Aymon. Crauetta de antiq. temp. part. 1. in arg. de scriptura priuata, nu. 68. com. dicit, quam limita tripliciter. idem.

instrumentum factum secundum solennitates vnius loci, vbique probat in tract. de antiq. temp. part. 1. in verbo quarto limitatur, n. 9. com. dicit ex Bart. in l. 1. C. de fum. trin. idem.

Nota istam communem, iuncta decis. doc. de Palat. Rub. in repet. rub. de don. inter vir. & vxo. ad ampliationem, l. 5. ti. 8. li. 3. ordi. vbi dicit quod instrumentum alibi confectum extra regnum, habebit executionem paratam in hoc regno quem vide. Idem.

instrumentum, si inueniatur penes aliquem: cum cautione admittitur sine mandato. Fel. in c. coram. de off. deleg. quẽ refert. Alc. in tract. præsump. regu. 1. præsump. 33. com. dicit. & Ias. in l. cautio de procura. C. n. 12. idem.

Nota istam com. ad ampli. l. x. ti. 5. part. 3. & l. 2. tit. 10. lib. 3. For. legib.

instrumenta quibus in iudicio quis vsurus non est, edere non tenetur, secundum Azo. cuius opin. communiter esse approbatam scribit, Albert. in l. 1. §. edenda, per illum text. ff. de eden. I. Fich.

instrumentum inuestiturarum feudalium non probat dominium cõtra tertium possessorem, Cur. iu. cons. 18. n. 5. com munem dicit. B. Villalo.

instrumentum locationis non probat dominum, si conueniatur possessor actione reali ex dominio agentis: secùs tamẽ si conueniatur ex personali actione ex contractu locationis intentata contra inquilinum. Curt. iun. cons. 158. n. 6. comm. dicit. Idem.

Instrumenta ad probationem produci possunt vsque ad conclusionem causæ etiam si ad producendum esset constitutus certus terminus à Iudice, dummodo res sit integra. comm. dicit Lanfr. in ca. quoniam contra falsam. in verb. instru. productiones. n. 25. de prob. in antiq. I. Fich.

ADDITIO. De ista probatione dominij per instrumẽtum ac alia probatione seu præsumptione, addidi s̃. in litera D.

Instrumentum in iudicio producens absque indictione ac consule, vel absque aliis similib. solennitatib. & sic non solenne, censetur illud, ac omnia in eodem contenta ex huiusmodi productione approbare, atque confiteri, quoad fidem probatoriam, vt contra ipsum producentem fidem faciat, secũdum Bal. in l. alia. C. de his quib. vt indig. Ang. cons. 132. Alex. consi. 184. vol. 7. Fel. & Dec. n. 90. & 95. cum aliis per eum, in c. venerabilis. de excep. & Crauet. in tract. de antiq. temp. in 1. par. n. 118. vbi ostẽdit istam esse magis communem opi. atque refert Doct. transeuntes cum ꝑria parte. & adeò instrumentum producens illud approbare censetur, ꝙ minimè releuat protestatio si asseueret se illud producere in parte, & partib. pro ipso producente facientibus tãtum, & nõ aliter, nec alio modo, & maximè qñ aduersarius huiusmodi protestationi non consenserit. & ideò potest ex eo condemnari, secundum Inn. in c. cum olim. ext. de cens. Bart. in l. post legatum. ff. de his qb. vt ind. Bal. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. Ferrarien. in sua prac. papiẽsi. in for. productio. instrum. §. in illis. n. 1. & seq. Iaff. dec. 408. & si pars dicat. Dec. in d. c. cum venerabilis. nu. 99. & seq. Craue. in d. 1. part. sui tract. de antiq. temp. n. 138. & seq. Nattã cons. 31. n. 3. & Ruinum consulẽdo cons. 136. n. 4. vol. 4. hocque non ita gñaliter, atque simpliciter intelligendum est in omnib. instrumentis, verùm in eis dũtaxat. quæ sunt communia, seu quæ pars producere tenetur puta, qm̃ in libello actoris narrata fuere. ita Alex. in d. l. j. C. vt quæ desunt aduo. & cõsi. 124. circ. fi. vol. 7. In ꝑiam verò partem videlicet, ꝙ huiusmodi instrumentum quantumuis proprium produci possit in parte, ac pro parte reprobari, incinauit Fel. in d. c. venerabilis. & in c. imputari. in fi. instrum. cum aliis citatis per eum, vbi concludit istam com. sentẽtiam fore, & præsupponit Ruinus etiam̃ in d. cons. 136. n. 4. & refert Crauet. in d. 1. part. tract. de antiq. temp. n. 146. F. Viuius. lib. 2. opi. 145.

Instrumentum seu scripturam minus solennem etiam cõtinentem capitula separata reus cõtra quem producitur potest eam acceptare in parte, & in parte non secundũ Bar. in l. quædam §. nummularios, sub n. 2. ff. de eden. Ang. cõs. 304. Rom. cons. 346. Gemi. cõs. 9. in fi. vol. 2. Guid. Pap. dec. 53. pone ego sum. n. 2. & Craue. cum aliis citatis per eum, in tract. de antiq. temp. in 1. part. n. 134. vbi concludit istam veriorem, communemque opi. fore, atque limitat in trib. casib. F. Viuius libr. 2. opi. 146.

instrumẽtum publicũ productũ de longinquis ac valde remotis partibus, in aliquo iudicio, si negetur illud esse à notario confectũ, seu negetur qui cõfecit eum esse notarium, tũc illi instrumento standum nõ est, & sic aduersario præsente & ꝑdicente, huiusmodi instr̃m nullam fidem facit pro ipso producente, fm Spe. & Io. An. in add. ibi. §. restat. in tit. de instr. edi. ver. quid si produxit. Ci. Bal. & Sal. in l. cõparationes. C. de fid. instru. Lanf. in c. qm̃ ꝑ. c. 9. de instru. productione, sub n. 14. de prob. Dec. cum aliis copiosè deductis per eum in c. si scriptura. n. 52. de fid. instr. vbi scribit istam com. opi. & Boe. etiã de. 36. n. 16. & refert Mars. in l. si quis ne q. n. 138. ff. de q. Licet ipse ibi ꝑium asseueret. Sed tale instr̃m indubitãter ac plenè probaret vbicũque productor ipse portaret secũ literas testimoniales habẽtes sigillum & alia requisita, & confectas per officialem regentem ciuitatem, vel per ciuitatem ipsam, & facientes mentionem, ac fidem de tabellionatu, morib. & vita illius notarij, qui confecit tale instrumẽtum, & hoc modo dabitur plena fides ipsi instr̃o producto de partib. remotis, fm Bal. & Ang. d. l. comparationes. Cagnol. cum aliis relatis per eum, in l. si librarius. n. 57. ff. de reg. iur. Anch. & Fel. in d. c. si scripturã. & ibi ẽt Dec. n. 52. & seq. vbi refert opin. istorum obseruari in pract. atque in toto orbe similiter obseruari attestatur Marsil. in d. l. si quis ne q. n. 144. & obseruatur etiam in Regno Neap. teste Afflicto, in constitutio. instrumentorum robur. q. 9. obritũ magnæ curiæ vicarię inchoantem item seruat dicta curia ꝙ instrumẽtis confectis extra regnum nõ creditur, vbi de hac eadem obseruãtia in regno facit mẽtionem Annibal Cauensis in suis scholiis. Cæterùm vbi productor huiusmodi instrumẽti in partib. longinquis celebrati careret literis testimonialib. officialiũ loci, vbi confectum est ipsum instr̃m, tũc posset docere per testes idoneos de tabellionatu ipsius notarij, & instrumentũ, probato tabellionatu notarij prædicti faceret plenã fidẽ, aliàs secus, vt voluit copiosè, & doctè sacrũ regiũ cõciliũ Neap. teste Affl. in dec. 251. p totã. F. Viui. lib. 2. opi. 148.

instr̃m, in quo numinis inuocatio prætermittitur. nullo pr̃sus vitio afficitur, vt frequẽter placitũ efferũt Dec. in c. si scripturã. de fi. instr. latè Did. à Couar. in prac. q. c. 20. n. 1. Quod intellige, nisi si consuetudo aliter se habeat, vt in tota ferme Italia. quippe quia tũc ex non implorata numinis ope, instrumẽtum, ẽt de Iudæorum ꝑctibus exaratũ, labefactabitur, cõmune ponit Marquard. de Iudæis. c. 8. part. 1. n. cum seq. Vt etiam illud instrumentum, quod in locis imperio subditis conscriptum Imperatoris mentionem non habet, vel in pontificia ditione exaratũ pontificis memoriam non præfert, nullius erit ponderis ac momenti. quemadmodum com. ponit Viui. lib. 1. opi. 155. cui' tñ ꝑriũ veri' æquus alibi vberrimè ostẽdo. F. S.

instr̃m loci, ac domus, vbi fit, memisse pr̃sus ac disertè ẽbet aliogn fidẽ nullã faciet. cõe inquiunt Ruin. cõs. 154. n. 4. & n. 10. li. 3. Boer. decis. 37. n. 27. ñ tñ illud domus cubiculũ, in quo cõscribit̃, exprimere seu enũciare necessariò ẽbet. cõe ponũt

Ruin.vbi s̃.Viuius lib. 1.opi. 154.in fi. Idem.

Instrumentum publicum vt fidem aliquam facere possit, necessariò notarij ipsius signum habere debet.commune asserunt Boer.dec. 36.n.8.Viuius lib. 1.opi. 155. Quanquam eiusmodi subsignationem de iure non exigi scribat receptum Alex.in rub.n. 14.ff.de nou.oper.nun.quod magis probo,si aliter de rei veritate potuerit constare, debebit tamẽ præterea liquidò innotescere rogatum fuisse notarium, vt instrumento aliquod pondus ac robur insit.quoniam & ob huius solẽnitatis defectum instrumento vires non erunt & ea solennitas aliàs non præsumetur.commune ponit Turz.opi.36.Idẽ.

Instrumentum ab eo factum notario,qui cum notarius esse non posset,notarius per errorem creatus ab aliquo eorum fuit, qui id officij elargiri idoneis possunt, firmum, ac ratum prorsus est etiam postquam detectus creationis error est, ac notarius ille officio lapsus:quanquam instrumentum ab illo exaratum.qui vulgò notarius reputatur,sed nullo priuilegio munitur,fide penitus omni careat,vt frequentioribus doctorum suffragiis exceptum ponit Turz.opin.91.cum Alex.in l. testes.in fi.C.de testam. Idem.

instrumentum alibi gentium conscriptum, nullam fidem faciet,si eius conscriptorẽ neget notarium aduersarius, vt frequenter placitum aiunt Dec.in c.si scripturam.n. 52.de fid. instru.Boer.decis.36.n.10.nisi si vel literis magistratus illiusmet loci,vel testibus contrarium probetur,vt commune ponit Viuius lib.2.opi. 148. siquidem instrumentum ritè in loco vno factum, vbique probat commune effatur Aymon. de antiq. temp.part.1.ver.quartò limita.nu.9. Idem.

instrumentum publicum inter illos duntaxat probat,inter quos exaratur.commune pronunciant Ias.in l.cum aliquis.n. 4.C.de iur.delib.Barbat.in c.ex literis.in fi.de prob.Guid.Pap. q.193.de iurisdictione tamen vel ditione antiqua mẽtionem faciens,& inter alios fide summa dignum habebitur.commune asserunt Syluan.cons. 57.n.9.& seq.Aymon.Crauet.de antiquit.temp.part. 1.n.74. Idem.

instrumẽtum qui producit,si interrogetur, vtrum velit eo vti, necné, præcisè respondere vel aiens vel negans tenetur, ac si eo se vti velle responderit, & falsum sit illud instrumentum, falsi generaliter atque indistinctè tenebitur. commune asserunt Aegidius Bos.in tit.de fal.n.155. I. Clar.in prac.§.falsum.ver.vtens falso instrumento. Idem.

instrumentum qui minus solẽne in iudicio producit,illud amplius improbare nequit.commune ait Crauet. de antiqui. temp. 1.part.n. 118.Quod tamen non procedet, si instrumentum plura capita complectetur,vel si illius productor confestim attestetur se illa eius parte tantum vsurum, quæ cum ipso faciat,cætera prorsus damnare,vt frequẽter placitum efferunt Curt.iu.cons.166.n.11.Aymon Crauet.vbi s̃.n.134.Viuius.qui rectè declarat lib. 1.opi.259.& latius libr.2.opi.145. & 146.& si contrarium complures cẽseant, quos idem Viui. congerit opi.145. Idem.

instrumentum ni desideratas iure solẽnitates habeat, notarius,qui illud conscripsit, falsi pœnis obstringitur, vt magis cõmuniter teneri à doctoribus enunciat Corn.cons.53.Non tamen idcirco aliàs punietur,quàm in casib. iure expressis:vt asseuerant Augu.ad Ang.& qui eum laudat I.Clar.in pract.§. falsum.ver.pariter etiam. Sed meo quidem iudicio semper is notarius damno rogantis erit obnoxius. verum ea de re alibi vberius. Idem.

Instrumẽtum vbi statuto promptam,paratamque habet executionem, quamuis nondum liquidatum sit(vt doctores fantur)si in processu tamen liquidò supputari queant, executioni committetur,commune aiunt Did.à Couarru.lib.2. resolut.c.11.Viuius lib. 1.opi.305.de iure autem cõmuni, nullum instrumẽtum quamuis liquidum paratam executionem habebit,vt commune aio ex Alex.in l. 5.§. 1.ff.de re iud.&in l. si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.mat.Ias.in l.2.n.9.ff. de iureiur.Ias.rursus in l.vlt.nu. 6. C. de edict. diui Adria.tol. Rhoder.Soarez in l.post rem iudicatam.ff.de re iud.Campes. de dote. 5.art.q. 11.allegant & commendant ad id tex.in l.40. minor annis. 15.ff.de minor.qui de publico instrmento nulla prorsus verba facit:sed ea de re latius alibi. idem.

instrumentum ostendens, & cautionem offerens. admittitur sine mandato, vt frequẽter placitum inquit Fel. in c.corã. de offic.dele.Ias.in l.cautio.nu. 12.C.de procurat.Alc.de præsump.reg. 1.præsump.33.& vide j̃.ver.mandatum. idem.

instrumentum qui abraserit,vel expunxerit,falsi pœnas dabit.commune ponunt Matth.de Afflict.dec.404.n.4.I.Cla.in pract.§.falsum.ver.abradens. idem.

instrumentum, quo contineatur aliquem pecuniam accepisse,& habuisse, vt vanum ac falsum explodetur,si nulla presenti pecunia confectum probabitur,vt frequenter placitum ponit Emanuel à Costa in l.si ex cautione.limitat. 19.C.de nõ nu.pec.Quin & prætereà notarius ipse falsi punietur, si verba illa,vel similia,pecunię numerationẽ repręsentãtia,instrumẽto inseruerit,ac nullam pecuniam præsentem fuisse tunc temporis,cùm instrumentum exarabatur,liquidò cõstiterit,quemadmodum commune pronunciat Ias.n.48.dec.n.33. Curt. iu.n.36.in l.singularia.ff si cer.pet.Foller.in prac.cri.n.66.Idẽ.

instrumentum publicum, cui etiam fuere plures testes inscripti,poterit duobus tãtum fide dignis,omniq́ue exceptione maiorib.quo ad eius seriem improbari, licet hi testes non sint ex illis,qui descripti sunt in eodem instrumento. c.tertio loco.extrà,de prob.l.optimam.C.de contrah.stip.licet gl.ibidem in ver.testium.ↄ̃rium asserere videatur,tñ com.opi.est ↄ̃ gl.Dec.nu. 11.ver.in gl.fi.& hoc intelligitur,siue ea probatio fiat directè siue indirectè,cui ea refragatur ratio,q̃ ab authoritate ducit̃ tabellionis, à quo instr̃i fides pendet.ca.ad audientiam.extrà,de pręscri.is autem tabellio vnus est, &ideò quamuis sit eius authoritas publica,nõ debet duobus integris testibus præferri.Licet Doc.hoc frequenter committant arbitrio iudicis,tamen præcedẽtem conclusionem ex dictis Doc.d.ca. tertio loco satis liquet,& ex iis,quę à Cyno & Sal.l.in exercẽdis.C.de fide instru.& Imo.in l. 1.§. si quis neget. ff. quemadmodum testam.aper. Zas.in lib.2.singula.responsor.c.23. quibus fundamentis instrumenta firmentur,& quibus infirmentur.Et hanc sentẽtiam scribentium communem opi.esse post Deci.fatetur quoque Did.in d.c.20.n.6.ver.prima conclusio. Quam sententiam ipse latiùs in lib.2.c. 13.n. 11.varia.resolu. in Tom.2.prosequitur,vbi tamẽ communem conclusionem ex authoritate allegatæ gl.satis dubiam esse dicit.kirchouius.

Instrumentum defectuosum in aliqua ex solennitatib. instrumenti,putà in indictione,& similib. si Notarius mortuus est,facit semiplenam probationem,secundùm Bart.in l.admonendi.ver.quæro,quid si in aliquo instrumento.ff.de iureiur. per l.fi.C.famil.ercis.& l. 1.§. si rosæ.ff.de bo.poss.secund.tab. Balb.decis.501.

Instrumentum. Partes non possunt conuenire, ꝙ instrumẽtum habeat executionem paratam absque aliquo ordine iudiciario,secundum gl.in c.de causis,extr.de off.deleg.sentit Bal.in l.tale.§.qui prouocauit,in 2.opi.ff.de pac.& per ea quę volunt Doct.in l.nemo potest.ff.de leg. 1.gl.in l.prolatam.C. de sen.facit.l.ius publicum.ff.de pact.domini de Rota, in nouissi.decis.91.in rubr.de libel. obla. Fortè tñ valebunt in vim pacti gesta virtute talis conuentionis,secundùm Pan.in d.ca. de causis.per l.2.C.commu.vtriusque iudic. Balb.decis.226.

instrumentum non reddit suspectum ↄ̃dictio vnius testis, quoties tot supersunt,quot necessarij sunt ad actũ,vt est com. opi.de qua D.Gabriellius cons. 169.n.70.Ruin.cons. 13.nu.7. in 5.vol. Bonacoss.

instrumentum redditur falsum per duos testes instrumentarios.vel non instrumentarios.Nisi adsint alij duo testes coadiuuantes instrumentum.Villal.in suo com.opi.vers.instrumentum n.74.Qui testes debent esse omni exceptione maiores.Grassus com.opi.lib.2.c. 18.q. 12.com.dicit.Riminal.cons. 1.n.25.Bened.de Vado foro Sempro.in reperto.Fel.ver.instrumentum per quot testes. Bonac.

instrumentum falsum in vno ex substantialib. præsumitur in totum falsum,vt est com.opi.D.Gabr.in suo com. opi. lib. 7.concl.3.Amplia &limita,vt ibi.per eum.Soc.iu.in cons.41. n.4.in 2.vol prout & testis.in dubio autem debet pronunciari pro instrumento.Gratus responso.9.nu. 183.in 1.vol.Bon.

Instrumentum qui abraserit vel expunxerit,falsi pœnas dabit,vt est com.opi.Soarez ver.instrumentum.n. 144. Bonac.

instrumentum non probat delictum,vt est com. opi. Soarez in ver.instrumenti.n. 152.Hæresis autẽ instrumento probat̃,vt est com.opi.& vsura.com.est opi.Cla.q.54.ĩ pr.Bonac.

instrumentum in quo est decretum iudicis debet exhiberi parti cum die & consule,& appellatur instrumentum fori,secundum Bald.&do.Cato.in l.nec quicquam.§.vbi decretum. ff.de offi.procõsul.& est ad limitationem §.editiones.in l. 1.ff. de edend. Balb.decis.247.

Instrumẽtum valdè antiquum fidem facit, nec vitiatur, licet non probetur vel aliter cõstet eum.qui illud scripsit,fuisse vel esse Notarium: quia præsumitur ꝙ fuerit Notarius,nisi de contrario probetur per opponentem,secundùm Inn. in c. veniens.in 2.col.extrà de verb.signifi.Bal.in auth.quas actiones.circa fi.C.de sacros.eccle.faciunt quæ habentur in ca.causam,quæ.& ibi per glo.extrà de proba.in l.census.ff.eod. titu. Balb.decis.491.

Instrum

Instrumentum,de quo fit mentio in libelllo relatiuè seu limitatiuè,est reo exhibendum,antequam respondeat,sicut libellus, si est penes actorem, de quo stabitur eius iuramento, secundùm Inn.in c. 1.de probatio.Specu.de instru.edi.§.nunc dicamus.vers.quid si quis.do.de Rot.decis.36.in nouis. secus si assertiuè,putà, Titius vendidit mihi fundum,&de hoc appareret per instrumentum receptum per talem: quia tunc non est reo exhibendum ante lit. contestat. secundum Bart. Bald.& communiter Doct.in l.edita.C.de eden. nisi de tali instrumento reus verisimiliter non esset informatus, secundum Pan. in d.c.1.6.col.ibi,ego putarem. Balb.decis.297.

Instrumentum producens.Et si pars dicat, produco instrumentumvel acta inquantum faciunt pro me,Iudex tamen potest illis inhærere etiam in facientibus contra producentem: quia constat sibi vt iudici secundum Inn.in c.cum olim.extr. de censi.in gl.in verbo tua.& in ver.instrumenta.Bald. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. per l.properandum.§.cum autem. ibi terribiles in medium &c.C.de iudi. Balb.decis.408.

Instrumenti exemplo,auctoritate iudicis sumpto,plena fides adhibetur.Est com.opi.secundum Dec.in cons.31.vol.1. M.Chærian.

Instrumento quando vnus ex duobus testibus necessariis contradicit, vel dicit se non interfuisse,non statur amplius in strumento.Est magis com.opi.secundum Soc.in con.46.cum in præsenti.in fi.vol. 1. idem.

Instrumenti præsumptio ac solennitas rectè probabitur testibus,vt commune aiunt Ias.in l.sciendum.nu. 10.ff.de verb.obli.Carol.Ruin.cons. 1.nu.8.& seq.lib.2. Quemadmodum etiam illius simulatio,fraus & falsitas,vel duobus testibus eidẽ instrumento subscriptis vel quibuscunque aliis duobus detegi,& conuinci poterit.commune dicit Cur.iun.cons. 55.nu.j. Dec.in c.tertio loco.de prob.Tiraq.quem refert Viuius lib. 1. opi.346.Nico.Ant.Grauatius ad Vestrium lib.j.nu. 123.Intellige tamen id non processurum, cum duo alij testes instrumẽto adstipulabuntur,commune effatur dec. 118.n.26. E.Suar.

Instrumenti amissi tenor iis demum testibus probari poterit, qui & instrumenti defectus intelligant & notarij literas, qui illud confecisse dicitur cognoscãt,commune doctorum pronunciatum meritò affirmãt Deci.in aut.si quis in aliquo. nu.29.C.de edend.Matth.de Afflict.decisio.274.nu.tertio.& decisione 302.nu.3.& nu. 5. idem.

Instrumento si apponeretur iuramentum,contra illud non admittitur compensatio.Ita est text.secundùm vnam lecturã communiter approbatam,in c.ad nostram. Et hanc communem sententiam esse asseuerat Alex.de Imo.in cons.91.nu. 5. in 2.lib.Consequuntur quoque alij Doct.Matth.de Afflict.in Dec.sacri.cons.Neapol.Deci.381.Ias.in cons. 134.nu. 1.versi. concludo ergò ex prædictis.in 4.vol. cons.& Rol. à Valle, in cons.17.n.10. j.Tom.cons.Licet Bar.contrariam sententiam sequatur in l.amplius non peti.nu.8.ff.rem rat.haberi. Quam Alex.de Imo.sibi contrarius in cons. 12. n. 15.ver.non obstat. in eo.2.lib.cons.approbat.Et hanc veriorẽ putat Moli.in suis addit.ad cons.Alex.in d.cons.91.in verbo,damnatur. Kirch.

INSTRVMENTVM.

Summaria.

Inuocationem nominis diuini non esse de substantia instrumenti.q. 1.

Dictio,hæc & cætera,posita in principio instrumenti hanc vim habet, vt omnia requisita, tam de iure scripto, quàm de consuetudine apposita intelligantur.q.2.

Instrumentum non vitiari omisso signo notarij.q.3.

Ex nota instrumenti, in qua neque signum notarij, neque subscripto reperitur,sumi posse publicum instrumẽtum.q.4.

Notarium,vt scriptura eius probet,rogari debere ad conficiendum instrumentum.q.5.

Notarium in dubio non præsumi rogatum.q.6.

Instrumenta antiqua dici, quæ ante 100. annos scripta sunt.q.7.

Instrumento publico facto super contractu inscriptis celebrato,fidem non haberi, si protocollum vel factum omninò non sit,vel factum non reperiatur:at qui aliud esse si factũ sit super contractu sine scriptis.q.8.

Instrumenta per notarium infamia iuris notatum, sed tamen ante irrogatam infamiam confecta,vim &authoritatem suam retinere.q.9.

Instrumentum confectum à sacerdote,vel à tabellione,validum esse q. 10.

In instrumentis publicis non requiri subscriptionem testium:sed sufficere eos inscriptos esse per notarium.q. 11.

Publicum instrumentũ quot testib⁹ reprobari possit.q.21.

instrumentum si contineat plura capita,iudici quidem integrè exhibendum:Aduersario autem tantùm eius capitis editionem faciendam,quo contra ipsum vti velit.q.13.

Instrumenta publica præsentari,& produci posse,non tantùm in termino probatorio,sed etiam post vsque ad conclusionem in causa:Item interdum post conclusionem,si producens iuret ea nouissimè reperta fuisse.q.14.

Instrumentis transumptis & traductis ex protocollo tabellionis,vel notarij,vt credatur,necesse est interuenire authoritatem iudicis:quæ etiam requiritur,si hæręs ipsius tabellionis qui habet protocollum,idem sit notarius publica authoritate:& velit ex protocollo instrumentum traducere.q.15.

Ad traductionem instrumenti ex protocollo notarij, præter alia, requiritur etiam, vt citentur ij, quorum interest, & quos tangit negocium.q.16.

Exemplum instrumenti publici,vt valeat & probet,qua ratione & forma sit transcribendum ex originali,& quibus pręiudicet.q.17.

Exemplo instrumenti publici,reperto inter acta iudicij,creditur:cæteris paribus.q.18.

Exemplo exempli non haberi fidem:Et quomodo accipiẽda & sustinenda sententia Bartoli aliter opinantis, seruata tamen forma.c.fi.dę fid.instru.q.19.

Exemplum traductum ex originali,licet non constet de solennitate traductionis,tamen fidem facere propter antiquitatem:modò notarius in eo testetur solennia requisita fuisse adhibita.q.20.

Instrumenta antiqua, non requirere notariatus probationem.q.21.

Chirographum, vel scriptura priuata, quam fidem faciat. quæst.22.

Ad probandum ea, quæ continentur in scriptura priuata, duos testes sufficere: verùm ad probandum,illam ab eo contra quem producitur scriptã, vel subscriptam esse,tres necessarios esse.q.23.

Epistolam recognitam ab eo contra quem producitur,plenè probare: Et si non fuerit recognita, faciendam literarum comparationem.q.24.

Librum rationum contra scrbentem plenè,at pro scribente concurrentibus aliis adminiculis semiplenè probare.q.25.

Consuetudine induci posse vt libris negociatorum priuatis credatur,& plena fides habeatur.ead.q.in fi.

QVAESTIO I.

Quæro, An inuocatio nominis diuini sit de substantia instrumenti?Resp.ꝙ non,& ista est com.opi. vt firmant Moderni post Alex.in rub.ff.de no.ope.nun.Eandem dicit esse communem Tho.Gram.decis. 106.nu. 10.

QVAESTIO II.

Quæro,An dictio,&c.posita in principio instrumenti operetur, vt omnia requisita tam de iure quàm de consuetudine apposita intelligantur?Resp. ꝙ sic, ita tenet Barto. & omnes, quos refert Alex.in l. Gallus.§. idem credendum. ff. de lib.& posth.& in specie Lancel. Hispanus, qui dicit hanc esse communem opinionem,reprobata sententia Bald.in c.cùm in iure peritus.ext.de of.deleg.Vbi dicit,ꝙ si notarius in principio testamenti dicat tali anno,indictione,&c.tale instrumentum non valet,cùm sub dictione,&c.non censeantur apposita omnia,quæ de iure,& consuetudine solent apponi.

QVAESTIO III.

Quæro, Si in instrumento sit omissum signum notarij, An vitietur instrumentum?Resp.ꝙ Spec.tit. de instru.edit. vers. item quia non est à tabellione signatum.videtur tenere tale instrumentum esse nullum.At in contrarium communi calculo itum est,ꝙscilicet,si signum notarij omittitur apponi in instrumento,non vitiatur instrumentum,vt firmat Alex.in d.rubri.ff.de no.oper.nun.

QVAESTIO IIII.

Sed pone, ꝙ reperiatur testamentum extra protocollum, &absque signo notarij,nunquid ex eo poterit reassumi publicum instrumentum?Resp.Lucas de Pen.l.rura.C. de omni agro.& Paul.de Cast.in l.hac consultissima.C.de testam. existimant, quòd ex nota testamenti, in qua non adest signum notarij,nec subscriptio,non possit sumi publicum instrumentũ.

Contrarium verò tenet consulendo Alex. in cons. 14. vol. 6.Cur.iun.in cons. 162.&hanc dicit esse communem opinionem Aim.Crauet.in cons. 153.incip. visis actis. & eam tenuit Cyn.&Saly.in l.contractus.C.de fide instru.Bald.in cons.464. incip.dubitatur,an dicta scriptura.vol.4.Imol.in l. 1.cum glo. in verb.imperfectæ.ff.quemad.testam.aper. vbi dicit, quòd si

deficiant aliquæ solennitates in nota testamẽti, nihilominus notarius debet eam redigere in publicam formã, cum illa tamen, quali solennitate reperitur.

QVAESTIO V.

Quæro, An requiratur, q̃ notarius sit rogatus, ad conficiendum instrumentum, ad hoc vt scriptura eius probet? Resp. q̃ sic, ita tenet gl. §. nos autem. verb. iniungatur. auth. de tabellionib. quàm dicit esse communiter approbatam Soc. iun. in cõsi. 178. n. 3. vol. 2.

QVAESTIO VI.

Sed nunquid in dubio rogitus notarij præsumetur? Resp. q̃ non, & est communis opi. vt firmat Inn. & alij post ipsum in d. c. 1. de fid. instr. Vbi subdit vtile esse, q̃ notarius asserat se esse rogatum, aliàs si non faceret, nec aliter de rogitu constaret, instrumentum non valeret. Eandem opi. tenet Bart. Ang. Im. & Alex. & Moderni in l. sciendum. ff. de verb. obli. Spec. & Io. And. ver. & not. & in tit. de teste. §. 1. ver. quid ergò si dicatur. & eam dicit quoque cõmunem Tho. Gram. in d. decis. 106. n. 25. Bart. tamen sequitur gl. in d. §. nos autem. q̃ præsumatur rogatus, quando concurrit alterum de trib. vel q̃ notarius dicat, publicaui, vel q̃ dicat rogatus scripsi, vel simpliciter scripsi, & reperiatur in quinternis rogationum instrumẽtorum, & cum Bart. in omnibus transeunt Doct. in d. l. sciendum.

QVAESTIO VII.

Quæro, Quæ dicantur instrumenta antiqua? Resp. secundũ communem & receptam Doct. sententiam ea dici instrumenta antiqua, quæ ante cẽtum annos scripta sunt, vt firmat Inn. in c. veniens. ext. de verb. sig. Ale. & Moderni l. cùm aliquis. C. de iure delib. Alex. cons. 6. in fi. vol. 1. cons. 208. col. pen. vol. 2. cons. 89. col. 2. vol. 5. cons. 140. col. pen. vol. 2. cons. 12. & consi. 75. col. 1. vol. 4. Ias. l. admonendi. n. 203. ff. de iureiur. & in d. l. cum aliquis. Dec. c. 1. ext. de app. Eandem comm. opi. firmat Matth. de Afflict. decis. Neapolita. 245. n. 4. Schrader. in consi. 32. inter consilia Doct. Germanicorum Tomo 1. Ias. in cons. 81. col. 2. cons. 114. col. pen. lib. 1. cons. 34. col. pe. lib. 3. & consi. 148. col. fi. lib. 3. Io. de Im. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. Spec. de proba. §. 1. ver. valet. Dec. in cons. 321. col. 4. cons. 13. col. pen. & cons. 42. col. 2.

QVAESTIO VIII.

Quæro, An fides habenda sit istrumento publico, de quo protocollum confectum non est, vel factum non reperiatur? Resp. Certarum est variantibus sententiis, quidam enim existimarunt fidem habendam instrumento, etiamsi in scriptis ꝗ̃ctus fuerit gestus, nec etiam constet de protocollo. Eius sententiæ authores sunt Nic. de Matarellis, quem refert Bal. Rub. C. de fid. instru. Pau. de Cast. l. contractus. col. vlt. eod. tit.

Contrariam verò sententiam frequentiori cõsensu approbarũt Doct. q̃ si. vbi actus in scriptis celebratus fuerit, fides instrumento non sit habenda, si protocollum non appareat, ita tenet Bal. d. Rub. C. de fide instr. n. 20. Alex. cons. 175. libr. 7. n. 4. Dec. c. quoniam contra. n. 51. de prob. Pau. de Ca. cons. 125. lib. 2. Ro. vbi dicit hanc opi. ita receptam esse, vt non habeat contradictorem, in cons. 174. Secùs verò, quando contractus celebratus non fuit in scriptis, nec id actum, quia tunc fidem facit, etiamsi protocollum non reperiatur, vt firmat Bal. con. 464. lib. 4. & cæteri communiter.

QVAESTIO IX.

Quæro, An fides adhibenda sit instrumentis per notarium infamia iuris notatum, ante tamen istam infamiam cõfectis? Resp. q̃ sic, secundum receptam Doct. sententiam, vt firmat Did. à Couar. prac. q. lib. c. 19.

QVAESTIO X.

Quæro, Vtrum credatur instrumento per sacerdotem verè tabellionem confecto? Resp. Receptior est sententia, tale instrumentum esse validum, ciq̃ue fidem esse adhibẽdam, ita tenet Bart. l. vniuersos. C. de decur. libr. 10. Dec. l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur. Eandẽ sententiam firmat Io. An. & omnes Doc. c. sicut. ext. ne cler. vel monac. Dec. in cons. 17. Et eam dicit esse communem Alex. l. prætor. §. his etiam. ff. de eden. Hip. de Mars. rub. ff. de fideiuss. n. 121.

QVAESTIO XI.

Quæro, An in publicis instrumentis requiratur subscriptio testium? Resp. Accurs. l. gñali. C. de tab. lib. 10. existimat q̃ sic, verùm receptior est opi. sufficere, q̃ nomina illorum inscribãtur per notarium, absque illorum subscriptione, ita tenet Ab. & Doct. c. 1. de fid. instr. præsertim Fel. n. 13. & Dec. n. 12. Paul. de Ca. l. contractus. C. de fid. instr. & cons. 325. lib. 1. incip. non multùm videtur. Capyc. in dec. Neap. 29. n. 1. Eandem sententiam firmat Matth. de Afflict. Rubr. constit. Neap. 79. Et eam communem asserunt Barb. Rub. de fid. instr. n. 93. Dec. c. quoniam contra. nu. 18. ext. de prob.

QVAESTIO XII.

Quæro, Quot testes requirantur ad reprobandam seriem instrumẽti? Resp. Testib. improbari posse instrumẽtum publicum, quoad eius fidem, tradit gl. & omnes Doct. vnanimiter. in c. cùm Io. verb. quodlibet. ext. de fid. instr. gl. §. item verborum. instit. de inutil. stip. c. 3. loco. de proba. de numero autem testium variatum est, verùm obtinuit illorum sententia, qui tradidere, ad reprobandum instrumẽtum, quoad eius seriem sufficere duos notabiles & omni exceptione maiores, siue testes isti sint descripti in instrumento. c. tam literis. de testibus, quam dicit esse communem Fel. d. c. cùm Ioannes. n. 46. siue non, l. optimam. C. de contrah. stip. siue probatio fiat directè siue indirectè, ita tenet Io. An. Ant. de But. Abb. n. 13. Fel. n. 35. d. c. cùm Ioannes. Bar. l. 1. ff. quemad. testa. aper. Ang. l. vel negare. e. ti. Cy. Salyc. l. in exercendis. de fid. instr. Eandem sentẽtiam firmat Imo. l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testa. aperian. Zas. lib. 2. Resp. c. 23. & eam dicit esse com. Dec. d. c. tertio loco. nu. 11.

QVAESTIO XIII.

Quæro, Vtrum instrumenti in iudicio producti, continentis plura capitula & diuersa, copia danda sit aduersario in totum, an verò pro illa parte tantùm, qua producens vti velit? Resp. Communiter receptum est, licet iudici integrè exhibẽdum sit instrumentum. Aduersario tamen illius tantùm capitis, quo producens vti velit, editionem faciendam esse. Ita tradit gl. communi consensu approbata. c. contingit. de fid. instr. vt firmat Alex. & Ias. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. Fel. in c. 1. de libel. oblat. & ca. 1. n. 29. de proba. ibi Dec. n. 61. Spec. tit. de instru. edi. ver. quid si produco. Ferrarien. in prac. Rub. de forma petendi copiam instrumentorum.

QVAESTIO XIIII.

Quæro, Vsque ad quod tempus instrumẽta possint præsentari? Resp. communis est sententia instrumenta produci posse non tantùm in termino probatorio, sed etiam quandocũque post vsque ad conclusionem in causa, exclusiuè. Ita probat tex. c. cùm dilectus. ibi Abb. Fel. & Doct. de fid. instr. Bart. & omnes. l. admonendi. ff. de iureiur.

Limita vt admittantur, etiam post conclusionem in causa, vbi producens iurat nouissimè ea fuisse reperta, nec potuisse eum prius eorum cognitionẽ habere facta diligenti inquisitione. Ita tenet Bart. in d. l. admonẽdi. nu. 3. ff. de iureiur. quem sequuntur ibi Doct. Ias. in repet. n. 58. Baptista de S. Seuerino. col. 20. Curt. sen. col. 21. Purpur. n. 8. Eãdem sentẽtiam firmat Pan. Im. & Fel. in c. cùm dilectus. de fid. inst. Fel. in c. pastoralis. n. 9. de excep. Et eam dicit esse cõem Franc. Ripa in d. l. admonendi. n. 48. & sequitur Mathes. no. 57. Roder. Zuaretz. alleg. 5.

QVAESTIO XV.

Iure Pontificio & Cæsareo cõstitutũ est, exẽplarib. instrumẽtis aliq̃ fidẽ adhibẽdã esse, maximè q̃ ex ipsius tabellionis protocollo traducunt̃ seruata forma iuris. c. cũ P. de fi. instr. Vbi inter cetera requiritur authoritas iudicis, vt no. doc. cõiter.

Sed dubium est, nunquid talis authoritas requiratur, si hæres ipsius tabellionis, q̃ habet protocolla, sit idẽ publica authoritate notarius, & velit ex protocollo instrumentum traducere? Resp. Diuersæ sunt sentẽtiæ, nõnullis existimãtib. nõ requiri hoc casu iudicis authoritatẽ, cuius sentẽtiæ authores sunt Panor. d. c. cùm P. Bart. l. si quis ex argẽtariis. §. 1. per illum tex. ff. de eden. Aliis verò ꝗ̃, & rectius, nimirũ, etiam hoc casu necessariam esse iudicis authoritatem. Hanc sñiam tenet Spe. ti. de instr. edit. §. ostenso. n. 15. & §. instrm. n. 15. ibi Io. And. in addit. Pau. de Ca. Alex. & Ias. d. l. si quis ex argẽtariis. §. cogentur. vbi firmãt eam esse cõem, & tenet Card. & Imo. d. c. cum P. tabellio. Bald. Ang. Pau. de Cast. l. quædam. §. nihil. ff. de edendo.

QVAESTIO XVI.

Quæro, Nunquid ad hãc traductionem instrumẽti ex protocollo notarij requiratur, q̃ citẽtur ij, quorũ interest, & quos tãgit negocium? Resp. q̃ sic, ita tenent Doc. auth. si quis in aliquo documẽto. C. de eden. ca. Alber. de testib. & hanc sententiam dicit esse communem Matthæ. de Afflict. in Neap. const. lib. 1. tit. 73. n. 58. & tenet Boer. decis. 36.

QVAESTIO XVII.

Quæro, Vtrum etiam traductio publici instrumenti possit fieri ab ipsa scriptura originali per alium tabellionem? Resp. q̃ sic, dummodò solenniter, iuxta tex. c. fi. ext. de fid. instr. fuerit transcriptum, vt not. ibi Inn. & alij communiter.

Sed nunquid talis exemplatio poterit fieri absque authoritate iudicis à solo tabellione, partium consensu? Resp. Bar. in auth. si quis in aliquo, existimat posse, ita tamen, vt ipsis tantũ vel eius successorib. præiudicet, quem sequuntur Doct. ibidẽ comm

communiter, Imo. & Doct. d. ca. fin. vt firmat Carol. Molinæ. consuet. Paris. tit. 1. §. 5. num. 56.

QVAESTIO XVIII.

Quæro, Vtrùm exemplo reperto inter acta iudicij fides adhibenda sit nõdum viso protocollo nec originali? Resp. q̃ sic, dummodò tamen exemplum illud per notarium causæ fuerit traductũ ab ipsa scriptura originali integrè iudicis authoritate & mandato, parte ad hoc vocata. ita tenet Ang. & Alex. d. auth. si qs in aliquo documento. Abb. & Dec. c. qm̃ contra. ext. de probat. & ibi Fel. n. 50. Fel. c. cùm in iure. de of. deleg. n. 6. Socy. in reg. 185. Et hanc dicit sibi videri communem opinionem Dida. Coua. varia. resolu. lib. 1. cap. 21. & tenet Guid. Papæ. q. 471.

QVAESTIO XIX.

Quero, Vtrùm exemplo exempli credatur? Resp. Licet Barto. in d. auth. si quis in aliquo documento. existimet exemplationem eiusmodi fieri posse, seruata tñ forma in d. c. fi. de fid. instr. eiq̃ue fidem adhibendam esse, quem sequitur Card. & Feli. d. c. Alber. ext. de testib. Cuma. in cons. 58. Cur. iun. d. auth. si quis in aliquo. n. 41. Tamen receptiori calculo contraria sñia approbata est, quam tenet Bald. Deci. & reliqui. d. auth. si quis in aliquo. n. 30. & ibidem dicit esse communẽ Cur. n. 40. Quãnis tñ Bart. opinio, si dextrè intelligatur, nõ admodum improbanda est, qñ s. exemplum traducitur inter eos, & quò ad eos, qui fuerunt præsentes, nec contradixerunt primæ exemplationi. Nam tale primum exemplum, quò ad prædictas personas authenticum est, & vim habet originalis scripturæ. Vnde nihil vetat, quò minus etiam ex iusta causa denuò tanquam originale, quò ad eos exemplari possit, vt Bart. sententiam declarat Carol. Molinæ. in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. num. 35.

QVAESTIO XX.

Quero, Vtrùm traductum ex originali exemplum propter antiquitatem faciat fidem, si non constet de solennitate traductionis? Resp. communis & receptа est Doc. sñia, eiusmodi exemplo fidem adhibendam esse, quam tenet Io. An. post Hostiens. c. Alberic. & ibi Butr. Imo. & Fel. qui dicit ita communiter teneri. ext. de testi. Eandem sñiam firmat Ias. Deci. limit. 7. & cæteri, auth. si quis in aliquo. C. de edend. Cuma. cons. 158. Dec. con. 36. & cons. 445. col. 3. Aret. cons. 39. Ias. l. 2. n. 5. C. de testa. & cons. 114. col. 3. lib. 1. Aim. Crauet. de antiq. temp. par. 4. §. vidimus. n. 12. Carol. Molinæ. consue. Paris. tit. 1. §. 5. n. 59. Que sñia absque dubio vera est, qñ exemplum transumptum est à tabellione integræ fidei, & in eo enunciantur solennitates à iure requisitæ, vt quia notarius dicit se exemplum traduxisse mãdato iudicis parte vocata, & examinato diligenter instrumẽto originali, put declarat eã Carol. Molin. d. §. 5. n. 61.

QVAESTIO XXI.

Sed quæro, Nunquid, si in exemplo enuncietur eũ, qui scripsit, esse tabellionem, præsumatur titulus tabellionis propter antiquitatem? Resp. q̃ sic, ita tenet Inn. in c. veniens. de verb. sig. Bald. auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. & in l. Barbar. ibi Ias. limi. 3. ff. de of. præt. alex. in cons. 101. col. 3. lib. 7. Eandẽ sñiam firmat Soc. cons. 187. col. 4. libr. 2. Deci. cons. 36. & c. 1. de fid. instr. Matth. de affl. decis. 245. & 251. Et hanc dicit esse communem Aim. Crauet. in trac. de antiq. temp. §. vidimus. licet ipse vltra id tempus centum annorum velit etiam necessariam esse communem opinionem & famam.

QVAESTIO XXII.

Quero, Vtrum chirographum probet? Resp. vt intelligatur quam fidem faciat priuata scriptura, quæ chirographum dicitur, distinguendum est: aut enim ipse scriptor fatetur scripturam à se vel per se scriptam & plenè probat. l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. l. scripturas. C. qui pot. in pig. vt per Did. à Coua. lib. 2. varia. resolu. c. 11. Aut negat scripturam habentẽ partis & testium subscriptionem, & tunc si testes proprias subscriptiones recognoscant, & testificantur ab eo subscriptam esse plenè probat, ita tenet Bart. l. admonendi. ff. de iureiu. quẽ sequuntur Doc. communiter vt asserit Did. Coua. lib. prac. q. c. 22. nu. 4. & hoc absque alia comparatione. Idem est si scripta quidem ab eo, non autem ab eodem, sed à testibus subscripta. Namque si testes deponant esse illius scripturam propriã, interueniente etiam literarum comparatione, ita firmat Bar. d. l. admonendi. n. 26. Pan. & Feli. n. 1. Dec. n. 2. c. 2. de fid. instr. Rip. d. l. admonendi. n. 10. asserens ita communiter tenere gl. Bart. & Doc. in d. auth. & si contractus. C. de fid. instr. & ab hac sñia Bart. non esse recedendum in iudicando asserit Aret. con. 66. Socin. cons. 274. lib. 2. Licet contra Bart. sit gl. d. c. 2. quam sequuntur ibi Io. And. Host. & Im. ibi. n. 7. existimantes sufficere solam testium subscriptorum recognitionem. His accedũt Rom. Ale. n. 31. Cur. iun. n. 35. Ias. repet. n. 88. l. admonendi. asserentes eam esse communem, & intelligit Cur. Bart. opinionem procedere, vbi testes non fuere subscripti, Namque tunc recognitio illorum non est sufficiens absque comparatione, & ita intelligendo asserit ab omnibus probari opinionẽ Bart.

Aut talis scriptura non est ab aliquo subscripta, nec à parte, nec à testibus, sed probatur tantùm per testes vel literarum comparationem tantùm q̃ scripserit illam, & tunc semiplenã tñ inducit probationem, ita intelligenda est gl. d. l. admonendi, vbi Bart. n. 26. Baptista de S. Seuer. concl. 9. Eandem sñiam firmat ab. d. c. 2. ibi Fel. & eam dicit communem Rip. n. 113. d. l. admonẽdi. Aut chirographum nullo omninò munitum est adminiculo, nec comparationis literarum, nec recognitionis testium, & tunc non facit semiplenam probationem, sed præsumptionem tñ inducit, ita tenet Bart. d. l. admonendi. nu. 26. quem sequuntur ibi Alex. Fulg. Paul. de Cast. & Ias. nu. 89. Anto. de Butr. Im. & Pan. d. c. 2. de fid. instr. Et hanc sententiam asserunt communem esse Cur. iun. d. l. admonendi. n. 36. Carol. Molinæ. in ꝓsue. Paris. tit. 1. §. 5. n. 11. Licet ipsi dubitent de ea propter tex. d. c. 2. dum ibi Roma. pontifex respondet, priuatam scripturam nullo communitam adminiculo non habere robur aliquod firmitatis.

QVAESTIO XXIII.

Sed quæro vlterius quot testes requirantur ad priuatæ scripturæ comprobationem? Resp. Aut testes deponunt de contentis in scriptura, & tunc sufficiunt duo testes, ita tenet abb. Im. & omnes Doc. d. c. 2. teste Dida. Coua. lib. prac. q. c. 22. n. 1. arg. l. in exercendis. C. de fid. instr. Bart. d. auth. & si contractus. Baptista de S. Seuer. d. l. admonendi. concl. 10. Aut testes non deponunt de contentis in scriptura, sed q̃ viderint illam scriptam, aut subscriptam ab eo, ꝗ̃ quem producitur, & tunc quidem distinguunt inter Ius canonicum, & Ciuile, existimantes Iure canonico duos sufficere, Spec. tit. de instr. fid. §. nunc dicendum, licet aliud sit de iure ciuili. Ale. verò etiam de iure ciuili duos sufficere censuit in cons. 181. li. 2. nisi contractus excedat libram auri. l. fi. C. si cer. pe. §. si quis igitur. auth. de instr. caut. At præualuit illorum sententia qui existimant vtroque iure hoc casu requiri tres testes, eius authores sunt abb. & Fel. d. ca. 2. Bart. l. scripturas. C. qui pot. in pig. Baptist. de S. Seuer. Franc. Rip. & Ias. n. 88. d. l. admonendi. Et hanc dicit esse communem Dida. Couar. pract. q. lib. c. 22. nu. 3.

QVAESTIO XXIIII.

Quæro, Vtrùm epistola probet? Resp. Si recognita fuerit p̃ ipsum scribentem, expeditum est, eam plenè probare per tex. l. publia. ff. deposi. & tenet Pan. & omnes d. c. 2. de fid. instr. Sed dubium est, si fuerit per eum, ꝗ̃ quem producitur, negata. Et quidem frequentiori consensu in eam itum est sententiam, q̃ & tunc epistola, facta diligenter literarum comparatione, plenam faciat fidem, iuxta l. comparationes. C. de fid. instr. Ita tenet Bart. d. l. admonendi. n. 3. l. nuda ratio. ff. de dona. Hanc sententiam dicit esse communem Fel. in d. c. 2. n. 17. Deci. n. 16. Ripa. d. l. admonendi. n. 132. Cur. iun. n. 41. Alex. n. 38. asserens seriorem. ff. de iureiu. & alex. in cons. 58. n. 1. cons. 114. li. 7. Licet contrarium teneant abb. d. c. 2. n. 8. Ias. d. d. l. admonẽdi. n. 139. Curt. iun. n. 41. alex. cons. 76. nu. 8. lib. 3.

QVAESTIO XXV.

SOL.ibi in delegato ordinario.sec.Bar.ibi. Bellon.

PRO.iudex appellationis potest pro parte sententiam infirmare, & pro parte confirmare, casus est multum singu.in l.Carmelia pia.ff.de iure patr.in c.Raynutius.vbi not.extrà de test.

PRO.iudicis officium est latissimum.l.1.ff.de iurisd.om.iudi.latissimum autem est, quod omnia continet, quia vltra illud nihil repetitur.l.vbi autem non apparet.ibi, at cum optimum.ff.de verb.obl.ergo quilibet iudex poterit omnia.

SOL.Contrà de l.ea quæ.ff.ad municip.vbi ea quæ sunt mixti imperij ad magistratum municipalem non pertinent. & l. magistratibus.ff.de iuris.om.iud.vbi ad eundem magistratum non pertinet condemnare homines ad mortem.

SOL.Hic loquimur de officio iudicis in genere, non istius, vel illius: & hoc modo sumendo non continet omnia quæ possunt expediri, per quemcunque iudicem, de mundo, non ꝙ possit vnus quisque omnia: sed hæc appellatio officij iudicis continet omnia quæ possunt pertinere ad vnumquenque iudicem, cum sit genus generalissimum. idem.

PRO.iudici fit iniuria, cum ad alterum itur.l.litigatores.ff. de arbit. idem.

PR.iudicādi mun⁹ est publicū, & necessariū.l. quippe.ff. de iudi.l.munerū.§.iudicādi. ff.d mu.& ho.l.quare.ff.de iud.idē.

Iudex non teneť exprimere cām in snīa c.sicut de re iud.& l.in summa.ff.e.ti.& ita tenet gl.in l.si me, & Titium.ff. de excep.rei iud.imò eam exprimendo fatuus censetur.l.2.§.ignominiæ.ff.de his qui no.infa.no.gl.in l.properandū.§.illo.C.de iudi.& habetur per Io.And.& alios in d.c.sicut.& per Bart. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obl.& Papien.in sua practi.in forma sententię definitiuę in gl.relaxandum.n.4.& Cornæ.cons.345.n.3.vol.1.& cons.89.n.1.vol.3.tamen si ipse iudex causam ineptam exprimeret, dicta snīa penitus vitiaretur secundum Fel.in c.cùm ordinem, extrà de rescr.Inno.& alios Doct.communiter c.in præsentia, de renunciat. & in l.si is, ad quem.ff.de acq.hære.& istam opinionem communem sequitur, & citat Curt.iun.in l.1.n.31.ff.si cert.pet.Ratio istius communis videtur hęc quia iudex releuatur à iure ab expressione causæ in sententia, illud est pp præsumptionem iuris, quæ est pro ipso iudice, d.c.in præsentia & l.2.C.de of.cui.iud.quem quidem tex.ad hoc singularem & meliorem de iure dicit Barba.in tract.de prestan.Card.in 1.q.1.partis.Sed quando exprimit causam in sententia, quæ sit inepta, aut minus legitima, tunc sumus in casu claro, ꝙ iudex malè iudicauit, & sic cesset præsumptio in re clara, quæ est pro iudice.l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.obl.Aduerte etiam hic, ꝙ quando iudex asserit in sentētia probatum fuisse aliquid per duos testes se referendo expresse ad acta, tunc si constaret de errore ipsius iudicis esset nulla, secundum communem opinionem omniū Doct. quam citat, & sequitur Dec.in c.quoniam contra, nu.158.de proba.& Mod.ibi.Limitatur primò ista communis ex no.per Ant.de But.in c.per tuas.extrà qui filij sint legit. vbi per illum tex.concludit ꝙ si ad ferendam sententiam iudex ex duabus causis moueatur, quarū vna ad causam faciat, altera minimè, sustinebitur sententia ex ea faciente ad causam, vbi aliàs rederetur nulla, si vna tantum ratio fuisset expressa.ca. ex parte. & ca.dilectus.de concessi.præbend.& hoc idem sequitur Inn. in d.c.in præsentia.Imo.in l.si plagij.& in l.quod dicitur.ff. de verb.obl.Ant.& abb.in c.1.& c.cum inter.de re iud.Alex.in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.obl.& in l.si is ad quem. post Roma.ff.de acq.hæred.cum aliis concord.de quibus per eum, & Mod.in dictis locis. Limitatur secundo loco præcitata communis per doctrinam Iacob.Butrig.l.2.§. ignominiæ, ff. de his, qui notan.infam. vbi voluit ꝙ si iudex expressit falsam causam in sententia, per quam sententia reddebatur nulla cum adiectione dictionis, maximè, sustinebatur sententia, quoniam ad illam causam duntaxat nō censetur Iudex se adstrinxisse, & istam doctrinam sequitur Abb.in c.sicut.de re iudi.& in c.ex parte Hostensis. circa de concessio. præb. & c.tū ex literis de rest.spolia.& Alex.in d.§.duo fratres.& hoc dictū Iaco.Butrio. procedit, quando ex actis apparet de alia legitima causa:tunc enim Iudex exprimendo causam falsam apposita dictiōe maximè verisimiliter ad illam causam legitimam, quam non expressit respexisse videtur, & ita declarat Domi. in c.venerabilem, §.fi.de sen.exc.in 6.& in c.in tantum circa fi. 21.dist.Imo.& D.Ant.in c.ex parte de renunt. & in ca.ab excommunicato.de rescr.& Roma.in l.si is, ad quem. ff.de acq. hæred. & istam scribit esse communem opinionem Ruynus cons.63.nu.15.vol.1. F.Vi.

Iudex succedens in officio potest interpretari sententiam sui prædecessoris ex coniecturis, & aliis quæ percipere potest ex agitatis coram prædecessore secundum Bart. Ang. Imo.& alios Doc.communiter in l.ab executore.ff.de appellat.secus verò si ipse successor vellet interpretari dictā sententiam suo sensu mero, secundum Imo.ibi saluātem contrariam opinionem Bald.in l.2.C.de sen.ex breui.recitan.& istam communē celebrāt, sequuntur & citant Doc.in d. l.ab executore & similiter Iudex succedens in officio potest exequi sententia absq; mādato sui prędecessoris, qui videtur idem Iudex, vt per Bart, in l.à Diuo Pio.§.sententiam Romæ.ff.de re iud.cuius opinionem communiter sequūtur Doct.vt per Soc.ibi n.16.amplia hoc in tātum procedere, ꝙ iudex etiam alterius tribunalis habet facultatem sententiam alterius Iudicis exequendi, vbicūque ad ipsam pertineret executio ista de iure communi, seu statuario, secus verò, nisi haberet huiusmodi executionem de iure communi, vel municipali, qm̃ tunc nō posset sine literis iudicantis, vt per Bart.& omnes in d.§.sententiam Romę, vbi Soci.alios referens scribit n.17.& seq.istam esse communem opi.& his, occurrit.congruenter hic, quod sentētia lata super executione sententiæ est interlocutoria secundum Doc.cōiter in l.ab executione.C.quorum appella. vt per Ripā.in l.qđ iussit.n.43.ff.de re iudi. licet Iac. Butr.in d.l.ab executione.& malè teneat dictam sententiam esse diffinitiuam. F.Vinius.

Iudex si aditus fuerit super absolutione à iuramēto in ꝯtu vsurario

vsurario seu simulato ad effectum, posteà agendi super simulatione ꝯctus absolutione obtenta non potest coram alio iudice de simulatione agi, sed coram eodem iudice id petere necesse est: sm Bald.singulariter in l.ordinarij, C.de rei vendi.cuius doctrina cōiter est recepta per omnes Doct. in l. quoties. C.de iud.& præsertim per Alex.ibidem nu.4.& ponunt Mod. in rub.extra de iud.& in rub.C.de eden.vbi oēs vno ore fatentur opinionem Bald.communiter approbatam esse, nō obstātibus traditis per Paul.de Cast. d.l.ordinarij, & opinionem ipsam Bald. tanquam cōem defendit & tuetur à morsibus Dec. in d.rub.de iud.Cur.iun.in pręcitata rub.C.de eden.n.14.vsq; ad nu.22. Hinc Alex.cons.58.n.7.8.& 9.vol.1.dixit ꝙ si corā aliquo iudice sit petita exhibitio alicuius scripturæ vel instrumenti, ꝙ iudex qui fuit aditus in isto præparatorio exhibitionis scripturæ, remanebit iudex in causa principali, & sic in iudicio præparato. idem.

Iudex laicus de causa vsuraria nō pōt cognoscere sm Bart. in l. quoties. C.de iudi. quem sequitur vltra alios ibi Alex.& Ias.asserentes istam esse communem opi.& omnes Doct.in l. Titius.ff.so.ma.In Regno verò Neapolitano seruatur contrarium per literam Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ contra vsurarios, imò de iure cōi iudex Ecclesiastic⁹ cognouit de omnibus causis spiritualibus, & ecclesiasticis ad ecclesiam spectantibus, etiam si inter laicos agitātes.prout est in causa vsurarum, causa matrimonij, causa iuramēti, & legitimationis filiorum, & de aliis similib⁹, siue causa sit principalis, siue emergens, vt est tex.in c.tuam.de ordi.cogni.& ibi per abb.& in c. lator.qui filij sint legiti.& Doct.in l.omni nouatione.C.de sacros.eccl.& not.etiam Bart.in d.l.quoties.& in l.2.ff.de iurisd. om.iud.idem tenet Ang.in §.si quis autem pro pecuniaria.in auth.de san.Epis.reprobata ibi cōmuniter gl.per ipsum, & per allegatos Doct.qui aliter sentiebāt. Hinc est, ꝙ iurans falsum, coram iudice seculari non potest ab eo puniri, sed ab ecclesiastico secundum Bald.in l.fi.C.de iu.iur.& in l.si cum paruo.in q.fi.eo.ti.& ista est communis opinio teste Boerio in decisio. 305.nu.2.4.5.vbi refert nonnullos Doct.contrariam asseuerantes.nec non iudex ecclesiasticus cognoscit in causis spiritualibus annexis, vt habetur in c.quanto.de iud. prout est ius patronatus, vt diximus s.latè. idem.

Iudici vbicunque est sublata facultas cōdemnandi à nouo iure corrigēte antiquum, ob hoc nō intelligitur eidem prohibita authoritas absoluendi, secūdum gl.in cle.1.ver.ꝯ eos.de hæreticis.cum qua sentiunt oēs Canonistæ cōiter ibi, & Legistæ in l.3.de re iud.vt refert Claud.de Seysel.in rub.ff. de acq. poss.Ias.in d.l.3.nu.5.& Moder.repetentes in l.nemo qui condemnare.ff.de reg.iur.vbi Dec.post Bald.assignat rationem istius communis, in cōtrariam snīam ꝙ in materia correctoria prohibita condemnatione, censeatur, prohibita absolutio, inclinauerunt, Steph.Vercel.& Ancha.in d.cle.1.& sequitur Aret.in d.rub.ff.de acq.pos.Bart.Socy. ibi motus tribus fundamentis, vt per eum.& Fel.in d.c.3.de re iud.vbi ponit istam opinionem.Socy.& sequacium esse communem, & cum ea videtur etiam concurrere Rip.in d.l.3.vbi eam.nu.8.interpretatur & limitatur non procedere quando prohibetur condemnatio fauore, & priuilegio personæ condemnandæ:tunc non censetur prohibita absolutio, nec in odium retorqueretur, ꝙ fuit inductum in fauorem.l.quod fauore.C.de legi.& ita procedit tex.in l.quoties.C.vbi secutores & ibi Bal. idem.

Iudex tenetur condemnare victum victori in expensis: nā tex.in l.properandum.§.sin autem alterutra. C. de iud.arctat iudicē ad ꝯdemnandum victū victori in expensis, c.1.ibi sciāt iudices victumvictori in expensis esse ꝯdemnandum, & ibi in summario tex.id omnes.Doct. cōiter admittūt dum dicūt ꝙ victus victori debet ꝯdemnari in expēsis.vt p Bar.Ang. Saly. Pau.de Cast.& Ias.hocq; intelligit, & declarat, si petant dictæ expensę per partē.si verò nō petant ad hoc non tenetur iudex vt per allegatos Doct.per l.dies §.hoc autem iudiciū.ff.de dā. inf.licèt hoc possit facere iudex si vellet, i.ꝯdemnare victū in expēsis nō petitis per l.ædiles.§.sciendum.ff.de ædilit.edic. ita tedēt Dy.& Bar.in d.§.hoc autem iudiciū.in 5.q.Bal.in l. non quicquid.ff.de iud.Ange.& Ray.in d.§ sin autem alterutra.& ibi latè Alex.n.31.& post eum Ias.n.31.ponunt istā esse cōem opi.Rip.d.§.hoc aūt iudicium.n.1.& seq.& ita seruatur in practica, vt tradit Im.l.Paulus.ff.de re iud.& eam silr sequitur Ias. multos Doct.citās in l.vniuersa n.4.C.de pre.imp.of.& iudex non solum pt cōdemnare victū victori in expēsis nō petitis si vult.factisq; ante lit.cont.sed ēt in expensis factis post lit.contest.sm Rip.in d.§.hoc autem iudicium nu.81.verum si iudex non condemnat victumvictori in expensis petitis, censetur facere litem suam, & tenetur resarcire de suo, sec.Bart.in d.§.sin autem alterutra, & alios docto. in d.§.hoc autem iudicium. & istam snīam sequuntur.& aiunt esse communem Mod.ibi Maranta in tract.iudiciorum.in 6.part.3.membri.nu. 12.& Corsetus in singul.in vers.iudex.Ampliantur prædicta quod vict⁹ victori in expensis petitis per iudicem debeat ꝯdemnari non solum procedere in causis ciuilib⁹ verū etiā in criminalibus sm communem adsertionem omnium Doc.quam citat, & declarat mars.in sua prac.crim in §.superest nu.1.Limitatur quoque prædicta nisi litigator, haberet iustam cā litigādi. tūc.n.iudex, non potest ipsum ꝯdemnare in expensis petitis sm communem opi.de qua attestatur Cagnolus in l.qui in alterius.ff. de reg.iur.nu.25. idem.

iudex Laicus seu eius familia potest capere clericum deprehensum in crimine, vel rixa.sed non potest illum detinere, imò statim tenetur iudici competenti ecclesiastico præsentare, vt sentiunt oēs canonistæ cōiter in c.cum ab homine.de iudi.vt referunt Mod.ibi, & dato quod iudex Laicus, caperet informationem contra clericum de delicto ab eo commisso, tunc iudex ecclesiasticus nō tenetur stare ꝓcessui iudicis secularis, dum sibi remittitur clericus cum dicto processu. Ista est cōis opinio Doct.in c.at si clerici.de iudi.teste Fel.& Mod.ibi & Grammatico in cons.Crimi.42.& Ruino cons.7.vol.5. Interpretatur hoc nō procedere in clerico capto, repertoque absque habitu clericali ad cōmittendum homicidium, & cleric⁹ captus sine habitu tempore homicidij perpetrati dolo, & ex proposito nō debet fori priuilegio gaudere, ideò nō pōt aliquo pacto petere remissorium ad iudicem ecclesiasticum secundū Host.Io.And. & Ant.de But.in c.perpendimus, de sent. excom.Istam scribit esse com.opi.Boer.decis.63.n.16. idem.

Idem Laic⁹ potest punire Sacerdotem, Clericúmve crimē assassinij committentem eo ipso absque actuali, & solenni depositione, & degradatione, & hoc ob criminis immanitatem est proculdubio speciali ratione obseruandum, secundum Lapum, & alios canonistas in c.1.de homicid.in 6.Hipp. de marsil.in l.vnica.nu.107.C.de raptu virgi.& in sua pract. in §. diligenter.n.160.& in §.examinanda.n.25.quorum opinionem sequuntur.& communem esse asseuerant Lambert.in c.1.de hæret.in 6.n.88.Io.Bernar. in pract. crim.in c.11.idem notat Stepha.Aufrer.in clem.j.de of.ord.reg.j.fallentia 18.& Grammati.in voto.8.n.4.& seq.& hoc videtur iure cautum ob criminis immanitatem. sed in aliis casibus iudex laic⁹ debet esse certus, & de sua iurisdictione non dubitare, quia qualitas, quę fundat, aut priuat iurisdictionem debet de ea ante omnia cōstare.l.2.§.si dubitetur.ff.de iud.vbi Doct.per illum tex.ita cōmuniter tenent, & in l.si quis ex aliena.e.ti.& in c.super literis. de rescr.vt per Gramm.in cons.crim.1.nu.53.& seq.quod repertur positum in fine suarum decisionum. idem.

Iudex in sententia diffinitiua non potest aliquo pacto sibi reseruare in futurum ꝯdemnationem, vel absolutionem expensarum, sed taxationem sic sm Cy.& oēs cōiter in l.terminato.C.de fruct.& lit.expen.Bald.in auth.generaliter.C.de episc.& cler.licet Bart.(& malè) post gl.in d.l.terminato.senserit ꝯrium, & de ista communi attestantur Mod.ibi, secùs verô videtur in interlocutoria nam per eum non desinit esse iudex, ita tentat Fel.in c.significauerunt.extra de excep.hoc idē dicendum est in delegato, qui quidem non potest sibi reseruare taxationem expensarum, nec suam sentētiam interpretari, secundum Bart.& communiter scriben.in l.ab executore. ff. de app.per tex.ibi, & gl.in vers.preces, nisi secundum præcitatos Doc.talis delegatus esset, qui vtique posset exequi snīam, iuxta not.per gl.in l.à diuo Pio.in pr.& §.1.& ibi Bart.ff. de re iudi.quia delegatus à principe non solùm de iure canonico pt suam sententiam exequi.c.significasti.& c.quærenti.de of. del.sed etiam de iure ciuili.l.fi.C.de iudi.& ita tenent Doct.d. l.à diuo Pio, & Socy.alios referens ibi, vbi asseuerat istam esse communem opinionem. idem.

Iudex vbicunque lex imponit pœnam, ab illa recedere nō potest, nec debet, tex.est cum gl.in c.licet, extrà de pœnis.probatur etiam in l.1.§.calumniatoribus.ff.de priua.delict.& hoc firmat quoque Iac.Nouellus in trac.ad defensam in rub. incip. his hactenus.n.44.post alios per eum relatos ibi:facti.n.quæstio in arbitrio iudicis est, pœnæ verò persecutio non eius voluntati, sed legis authoritati reseruatur:tamen iudex ex causa iusta, seu rationabili potest pœnas à lege statutas augere, vel minuere, tex.est iūcta gl.in l.hodie. ff.de pœnis.per quem tex. ita tenet Inn.in c.ext.de const.Bart.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui not.infa.Bald.& Saly.in l.& si seuerior.C.ex quib.caus.infa.irrogatur, Paul.de Cast.cons.328.vol.2.Doct. omnes communiter in d.ca.1.extrà de constit.in d.l.hodie.& in d.§.pœna grauior.& istam communem sequitur etiam, & citat

citat Dec.in c.de causis,n.94.& seq.de of.deleg. Paul. Grilandus in trac.de relaxa.carcera.in j.rub.q.6. incip.sexto nō omittam.nu. 1.Maranta in tract.iudiciorum in 4.part.pr.n.65.mat sil.in l.pœna legis Corneliæ.§.sed & si quis,n.6.ff.ad l.Corn.de falsis,& in sing.244.Marc.Ant.Blan.in prac.crim.in rub.exordiente,postquam videmur,n.91.cum aliis seq.Mod.Ferra. in d.c.1.de constit. & Iac.noue.d.trac.ad defensam,& huiusmodi arbitrium, seu authoritatem iudex habet à lege, probatur in l.aut facta.§.fi.ff.de pœ.&in d.l.hodie,&in precitato §.pœna grauior. Ratio dicti arbitrij videtur ista,quia delicta cū diuersis circunstantiis,& qualitatibus perpetrātur & quibus crimen ipsum qnque fit excusabile,quādoque magis atrox,& odiosum,quas circūstantias,&qualitates oēs lex ipsa exprimere nō potuit,sed quasdam expressit,vt d.l.aut facta.§.j. cum 2. seq.ideò dedit iudici istam facultatem,& arbitrium, vt sm facti ꝯtingentiam pœnas ipsas arbitrio suo ex causa augeret,minueret,vel mutaret.d.§.pœna grauior,& d.l.aut facta.§.1.& super hoc posse nt exemplificari plures causæ,quas cōgerit Bar. in d.§.pœna grauior.& Fel.in d.c.1.de consti.&in c.accedens, vt lit.non contest. 1.propter senectutem,vel iuuentutem,propter furorem,vel ebrietatem, propter calorem iustū, propter nimiam excellentiam hōis in aliqua arte,vel ingenio,vt dicit Aret.in allegato §.pœna grauior,in addit.ad Bar.quæ incipit, adde hic ꝙ iudex,Ias.in l. 1.ff.de legib.Marc.Ant.Blanc.in præcitata prac.n.82.vbi istas causas ponit,&alias quamplures hic non expressas latius ponit,& comprobat:quotiescunque verò iudex recederet à pœnis in iure statutis, debet exprimere causam,& an,& qn̄ recedere possit à pœnis statutis à lege, & qn̄ debeat aliàs redire,&ad quos iudices Ecclesiastici:vide Moder.Hispanos in decis.criminali,in gl.Canonicis,vel synodalibus.Ampliatur ista communis,&in tantū extendit vires suas, vt procedat non tm̄ de iure communi,sed de iure municipali vel statutario etiam,itaꝙ si statutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine.iudex potest illam ex causa permutare,secun.Bar.in d.§.pœna grauior.& in l.fi.de receptatoribus, Bal. in d.l.& si seuerior.abb.in c.2.de delict.puerorum Fulg. cons. 124,præsuppositis.Aret.cons.131.Spiritus sancti gratia.in fi. & in c.at si Clerici.§.de adulteriis.de iudi. cum aliis cumulatis per mars.in singul.244.tu scis illud quod,& ista est magis cōmunis opinio,vt per Deci.in c.de causis.nu.97. de off. deleg. quam sequitur omnibus ferè contrariis respondendo Fulgo. in d.l.& si seuerior. Paulus Grilandus in allega.trac.de relaxatio.carceratorum,in rub.in q.6.nu. 8.& seq.& Dec.in d.ca.de causis. n.97.Ampliatur postremò dicta communis,vt non solùm habeat locum in causis,& pœnis minoribus, & extraordinariis,sed etiam generaliter in omnibus ordinariis,secundū gl.in d.l.hodie,quam sequitur ibi Bar.&in d.l.quid ergo.§.pœna. Bald.& Saly.in d.l.& si seuerior.Et istam partem scribit esse communem Grilandus in allegato trac.de relaxat.carce in rub. 1.q.6.nu. 5.& istam communem limitat in quinque casibus.Fel.in c.2.§.ad corrigendos.de accusatio. Carrerius verò eam limitat in octo casibus in sua practica criminali, in tract. de homicidio. nu.7.n.123.cum aliis seq.& in tribus aliis limitat Marc.Ant.Blan.in d.pract.crimi.nu.81.cum aliis seq.sed istam materiam vsque ad nauseam, & ad saturitatem meliùs, quàm alius declarat,& explicat Tyraq.in.tract.de pœnis temperandis,aut remittendis per totum illum tract. idem.

Iudice negligente,seu recusante deferri iuramentum in supplementum semiplenæ probationis,ab eo potest appellari stāte ista negligentia secundum Bart.in l.admonēdi.ff.de iu.iur. cum quo sentiunt Bald.cæterique Doctores ibi & Saly.&omnes communiter, & vno ore in l.in bone fidei.C.de iu. iur. & Panor.in c.fi.extrà de iureiurand.vbi assignat rationem istam pro corroboranda dicta communi,ꝙsicut potest appellari,qn̄ defertur iuramentum non habenti iustam iurandi causam. l. generaliter.C.de iu.iur.ita quando iudex nollet deferre præcedente legitima & rationabili causa,& istam communem sequuntur,& citant Moder.in locis præcitatis. idem.

Iudex à quo fuit appellatum reiiciens appellationem quæ interponitur non ab executione,seu re iudicata, sed à sententia,debet puniri triginta auri pondo.tex.est in l.quoniam iudices.C.de appellatio.vbi Saly.&Doct.not.vnde debet esse cautus appellans etiam si iudex de facto reiiciat appellationem, vt appellet ab huiusmodi reiectione,alioquin reiectio transiret in rem iud.secundum Card.Zabare.in cle. 1.de dol.&contuma.Hinc inoleuit practica,ꝙcauti iudices,à quibus appellatur,non reiiciant simpliciter appellationem ne incidāt in pœnam. d.l. quoniam. Sed ꝙ dicant se admittere appellationem si,& inquantum tenentur,& debent de iure,& non aliter,nec alio modo, quo casu talis appellatio admissa sit, & inquantū non videtur simpliciter admissa,sed solummodo in casu quo de iure admitti debuit sm Bal.in l.ædita.&ibi not.alij Doct.de edend.Roma.cons.501.declarationem.Ang.con.217.in causa accusationis.Soci.iun.cons.18.visis.n. 14.& seq.vol.1. His accedit vtiliter, ꝙ iudex à quo propter admissionem appellationis,si &in quantum,censetur à se iurisdictionem abdicare, adeò ꝙ processus aliquis coram eo amplius fieri non potest, & factus non valet, & istam scribit esse communem opinionem Roma in d.cons.501.vel 401. idem.

Iudex deferendo appellationi etiam si re integra reuocet grauamen,non propterea recuperat,neque reassumit iurisdictionem in ea causa abdicatam,secundum Gemin.& Io.And. in c.cum appellationibus.de appel.in 6.& alios communiter ibi.Bal.in l.eos.§.Apostolos.C.de appellatio.& istam opinionem audacter asseuerant esse communem.Iaffredus in decis. 480.& Paris.cons.106.n.25.vol.4. & iudex ex quib.rationib. nota posse deferre appellationi, vide Prac.Papien.latè declarantem in forma Apostolorum.§.detuli.n.2.Declarantur prædicta per scriben. ꝙ iudex inferior non habet authoritatem tollendi appellationem à definitiua, secus ab interlocutoria, vt sentit gl.Bar.& Ang.in l.fi.per illum tex.C.de sent.& interloc.om.iud.tamen contrarium tenuerunt omnes Canonistæ communiter in c.sicut Roma.de rescr.& Bar.reuocando sententiam in melius in l. 1.§.fi.ff.à quib.appel.non licet.n.2. istā communem opinionem sequitur,& citat Rip.in d.c.sicut Roma.nu.20.cum aliis seq.Limitatur prædicta communis ita declarata non habere locum,quando vnus iudex ex tribus delegatis detulerit appellationi, tunc enim causa per huiusmodi delationem vnius iudicis non deuoluitur ad superiorem secūdum Bal.in auth.hodie.C.de app.quem sequitur Card.in cle. 1.q.26.de appella.& Imol.ibi Domi.in c. cum appellationib. §.j.de appel.in 6.Ang.in l.si cum dotem.§.eo autem tempore. ff.so.ma.& Peru.in c.fi.q.7.de constit.& istam sententiam asserit esse communem dec.in c.cùm omnes.n.35.de consti. idē.

Iudex debet deputare exploratores, siue æstimatores duos ad probandum valorem rerum in omni casu, etiam in casu l. 2.C.de rescin.vend.& ad probādum damni quātitatem, & æstimationem, qui quidem æstimatores ipsa omnia æstimàre debent,& referre iudici secundum Bart.n.20.Bal.Paul.de Castro,Saly.& omnes in d.l.2.vbi Cagnolus.n.258.scribit istam esse communem opinionem,& seruari in practica quotidiè, &isti æstimatores priùs iurare debent, de æstimando bona fide,sine fraude.tex.est,& gl.Bar.Bald. & scriben. omnes communiter in l.hac edictali.§.his illud.C.de secun.nup.& hoc idem firmat idem Bart.in l.Theopompus.n.7.de dote preleg. in proœm.Digestorum. vnde periti, qui quotidiè adsumuntur in causarum definitionibus,vt secundum artis peritiam ꝓprium iudicium declarent,iurati respondere tenentur.tex.& ibi Doct.in c.fraternitatis.de frigidis,& malef.abb.& alij in c. proposuisti.de proba.Dec.Ias.in repet.l.admonendi.n.237.ff. de iureiur.Crotus in tracta.de testibus.in 7.part.vbi asseuerāt audacter istam esse communem opi.& hoc iuramentū quandoque ad æstimationem peritorum, quandoque ad veritatem pertinet,præsertimque quando rei veritas percipi potest ex peritia artis,vt ex agrimensoribus,sicuti opinatur Bald. in d.proœm.Digestorum. & in d.§.his illud.& Dec.alios referēs in d.ca.proposuisti. & ita istam materiam pulchrè declarabat Raynaldus,& Rodulphus Perusinus præceptor meus in acutissimis interpretationibus suis, dum interpretabatur Perusij maxima cum laude dictam l.admonendi.His accedit ꝯgruenter,ꝙ citari debent partes quando iudex vel æstimatores proficiscuntur ad videndum locum,vel rem pro æstimastione facienda secundum Bar.in d.l.Theopompus,& Cagnolus in d. l.2.num.262.& nota vlteriùs ꝙ etiam post didicita testificata mitti possunt ipsi æstimatores, & exploratores ad æstimandum secundum Bald.eleganter in dicta lege 2. vbi Cagnolus. num.205. idem.

Iudex necessariò citandus est vbicunque in causa appellationis,quæ agebatur coram superioribus ex officio processit, secundum gl.in c.cum speciali.§.porrò,de appellatio.communiter ab omnibus Doctoribus approbatam inibi,quam communem sequitur,citat,& declarat Dec.in d.c.cum speciali.numer.27.cum aliis seq.vbi an omissa dicta citatione processus sit nullus. idem.

Iudex citari debet per superiores ad tuendū honorē suum, vbicūque ageretur de reuocatione sn̄iæ ad pœnam imponendam ipsi iudici:qui malè iudicauerit, vt per glo.in c.sacro. de sent.excommu.communiter approbatam ab omnibus Canonist.ibi,quam quidem communem ibi sequitur & commendat Fel.& Boer.in decis.259.nu.2.& seq. idem.

Iudex

Iudex promittens liberationem,impunitatēque delinquēti,si delictum confiteatur,non tenetur huiusmodi promissionem obseruare,imò ex tali confessione non obstante promissione impunitatis eidem facta potest postea illum condemnare,& excusatur,secundum Præposi.Ale.& Domi.de S. Gemi. in c.si quilibet.& c.vtilē.22.q.2.Feli.in c.accedens. el 2.vt lite nō conte.& in c.afferte mihi gladium.de præsum.Domi.post Vguti.& Archi.in c.nos in quenquā.in fi.2.q.1.per tex.in c.vtilem 22. q.2. & istam ait esse com. opi. Hiero. Chuchalon in addit.ad Deci.in l.ea est natura.ff.de reg.iur.& Mod.in d. c. afferte mihi gladium,quæ cōis ratione non caret:nam iudex ad inuestigādum veritatē pōt vti cauillationibus,ac ēt simulare, vt probatur in d.c.afferte mihi.& in c.non enim volebat De⁹. 22.q.2.& ꝑꝑ vtilitatem publicam ad bonum finē permissa est simulatio d.ca.vtilem,comprobatur quoque secūdo loco,& fortiùs videlicet ꝙ in malis promissis nō expedit fidē obseruari.c.in malis promissis.de reg.iur.li.6.Hinc est,ꝙ pacta ꝯ publicam vtilitatem ēt si iuramēto vallata sint promissa,minime seruari debent.vt dicit Bart.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.& in l. 1.de dolo.Tertio loco comprobatur dicta cōis ꝙ non refert qūo veritas habeatur,dūmodo habeatur,l.cum seruus.ff. de ver.ob.Postremò fulcitur ista cōis: nam si licet excoriare, torquere,&alia nōnulla in corpore hoīs fieri ꝓ veritate habēda,tanto magis blanditiis,& bonis verbis sm Archi.in d.c.vtilem,&alios in locis præcitatis,imò iudex pōt delatum de criē ad pœnam dānare ex sola ꝯfessione,quam ab eo,præmissa criminis impunitate, extorsit,& de iure id permissum iudici esse absque vllo peccato adseruerunt Archid.in d.c. nos in quenquam.Fel.in præcitatis locis in c.afferte,& in ca.accedens.Paris de puteo in tractatu syndic.c.saluus ꝯductus.& c.de tortura.ver.& aduertēdum est.& Catelli.Cota in Memoralibus,in ver.dolū bonū.In ꝯtriam verò partem inclinauerunt ꝯplures Doc.videlicet ꝙ iudex teneatur dictam promissionē,& fidem seruare.Iac.de Belui.in practica crim.in rubr. de q. vbi admonet iudices abstinere à prædictis persuasionibus in specie, sed gn̄aliter interrogēt qđ crimen commiserit.& istam sn̄iam sequuntur ēt,audacter fatentur esse veriorem Dec.& Cagn.nu. 20.cum aliis seq.in d.l.ea est natura,vbi Hier.Chuchalon in addit.ad Dec. Gram.post alios relatos per eū in q.3.per totam, quæ reperitur in fine suarum decisionū,& ita Io. de Imol. ꝯs. 109.visa inquisitione,&istam vltimam sn̄iam videtur secutus Fortunius in l.conuentionum.ff.de pac. in q.illa an iudex qui promissa impunitate criminis coegit à loco sacro discedere& secum ire delinquentem,tenetur ei fidem seruare, &c. Sed in ista ambiguitate,& in tot variis interpretum sentētiis pro materia resoluenda vnū explicitè præmittendum est, ꝙ ex dicta ꝯfessione reus minimè puniendus est, nisi spe promissionis frustratus in ea perseueret,tenēt elegāter Io.de Imol.in d.cōsil.109.Deci.in d.l.ea est natura,circa fi.&in l.vnica.C.de sen. quę pro eo quod interest.n.25.mars.in l. 1.nu. 15.ff.de quæst. & in sing.101.& 177.Alc.in l.verborum.ff.de proc. & Gram. in d.q.3.Fortunius in d.l.cōuentionum.& ibi expressius Duarenus.Iac.de Belui.in allegata practica crim.in tit.de q.n.140. Vbicunque tn̄ criminis reus confessionem ita extortam reuocauerit absque aliquo dubio opinor non posse,nec debere ex ea damnari,& ita hanc vltimam opinionem veriorem esse arbitror,quæ placet Pari.de puteo in tractatu Synd.in.c. de tortura.vers.sequitur quæstio quotidiana. Sed si in confessione frustratus spe promissionis reus perseuerauerit, damnari poterit ex mente omnium Doct.communiter,qui quæstionem hanc tractauerunt, & ita opiniones s. relatæ ad concordiam reduci possunt. idem.

Iudici interponenti decretum super alienatione rerum minoris,vel ecclesiæ,asserentiq; se ea in re adhibuisse plenā causæ cognitionē non adhibetur fides secund.Paul de Cast.con. 38.vol.2.per l.si forte.ff.de Castr.pecul.& in l.si donatione.C. de collatio.vbi latè Mod.&Pau.Cast.sequitur Dec.cons.556. mars.in sing.399.Rebuf.super cōcordā.in ti.de ꝯclusione Lateranen.concil.&Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de of.procons.& ꝯprobatur hoc ex eo,quod scribit Ias.in repe.l. admonendi.ff.de iureiu.vbi dicit ꝙ non creditur iudici asserēti se detulisse iuramētum suppletiuum causa cognita,cum absque causæ cognitione deferre non posset.Corroboratur ista doctrina Pauli de Cast.per ea quæ no.Ang.cons.107.in fi. vbi dicit,quod nō creditur iudici dicenti se sequestrare possessionem timore armorū & ratione scandali euitandi,sine quo scādalo talis sequæstratio fieri non potest,& ang.sequitur Deci.cons.366.præterea præcitatum dictum Paul.de Castr.in d. cons.38.sequitur etiam Fel. in c.Ecclesia S.Mariæ. de constit. Sed contra Pau.de Cast. d.cons.38.asserit audacter essę cōem opi.Soc.cons.115.circa primam quæst. vol. 1.& contra Paul. de Cast.tenent etiam Moder.omnes in c.quoniam contra. de probatio. &Alex.in l.sciendum.ff.de verb. obl.à qua quidem communi contra Paul. temerarium foret discedere in actu practico,Retenta igitur ista communi,ac reprobata opi.Pau. prout de iure reprobari potest dic vtiliter,ꝙ in alienatiōe rei minoris,vel Ecclesię requiritur causæ cognitio,propterea iudex, antè quàm interponat decretum super dicta alienatione debet adhibere causę cognitionem,vt voluit Ang. & alij scriben.communiter,in l.2.ff.de fer.secundum Modc.inibi,&Iaffredum Balbum decis.353. idem.

Iudicis arbitrio debet pœna imponi quotiescunque de iure cōi nō reperitur pœna à lege limitata.l.j.§.effractores.ff.de effracto.l.sanctio legum.ff.de pœnis,no.per glo.& Doct.in l. nemo Martyres.C.de sa.san.eccl.& per gl.in c.super his in versic.arbitrium,extrà de accus.& not.per Albericum & alios in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui notātur infam. & isto casu quando pœna est arbitraria potest extēdi arbitrium ad mortem, & per consequēs iudex potest arbitrari pœnam mortis,vt per gl.in §.in summa.inst.de iniuriis,quam sequitur Bar.& Ang.in l.sacrilegi capite.ff.ad legem Iul.pecula. Alex. cons. 5.& cons.62.Signorellus de Homodeis cons.170.mars. in l.de minore.in pr.ff.de quæst.& Saly.in rub.C.e.tit. vbi supponunt dictam gl.communiter approbari,&istam com.citat etiam Maranta in tract.iudiciorum in 4.part.pr.n. 43.cum aliis seq.ista verò omnia intellige, videlicet ꝙ nō liceat iudici arbitrari de pœna mortis,aut alia pœna sanguinis,nisi quādo concurrerent qualitates & circunstantiæ quæ suaderent talē penam imponi.vt per Io.de Imol.in c.vt inquisitionis.de hæret.in 6.&in l.2.ff.de publ.iud.distinguendo,vt ibi per eum,& inquantum hoc desiderat criminis magnitudo secund.Bal. in l.1.in fi.C.de his qui latro.vel in alie.crim.reos occult.nam iudex tenetur attēdere facti,& personarum qualitatem,& si iudex nō suadētibus præmissis arbitrium extendere imponendo pœnam sanguinis,posset ab eius arbitrio appellari, vt per Doc.in d.c.super his. Aret.in d.§.in summa & mars.in l.quæst. modum.ff.de q.& in pract.crim.in §.constante n.8.& seq.idē.

Iudex non potest motu proprio officium suum ad priuatā vtilitatem impartiri,nisi imploranti,sec.Inn.in c. ad nostram. el 2.de iu.iur.& in c.in literis.de rest.spol.Ant.in c.j.in 1.oppositione.de libelli oblatio.& in c.sollicitè.de rest.spo.Bart.& alios.in l.dies.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.inf.vbi n.37.& seq.scribit istam esse com.opi.quam sequitur Io.Bapt.Ferret⁹ cons.42.nu. 5.Iac.Nouellus in sua pract.crim.in rub incip.datis defensionibus.n.84.& seq.& in trac.ad defensam,super rubr.exordiente solet cōi sent.n.3.& Aug.Beroius in c.j.nu.40. de iud.Fundatur dicta communis super illo dicto,ꝙ iudex nō supplet de facto,sed de iure tm̄, vt habetur in toto tit.C. quæ desunt aduoc.& no.per gl.in c.bonæ.de postula.præl.& ita voluit Bar.in d.§.hoc autem iudicium.per l. illicitas.§. veritas.ff. de of.præsid.& ita declarat Ant.in d.c.sollicitè,& in c. 1. de libel.oblat. Comprobatur secūdo loco dicta cōis hac ratione: nam pari modo videm⁹,ꝙ stāte statuto,ꝙ iudex teneatur causas terminare ī.tempus sub pœna,hoc sanè intelligitur,si pars petierit sec.But.& abb.in c.pe.de iud.Cald.ꝯs.3. de pœ. Paul. de Cast.Alex.& Ias.in l.properandum.in pr.C.de iud.& in l.vniuersa.C.precib.Imp.offe.& Rimi.cons.535.nu.9.comprobatur vlterius si ex statuto iudex ferre sent.tenetur secun.cōsilium sapiētis,& aliter lata nō valeat. Intelligit̄, si pars consilium petierit sec.But.in d.c.2.de iud.sequitur Alex.cons.121. vol.2.& Ias.in d.l.vniuersa,Corrobatur postremò ista comm. in iudice,qui tenetur intra certū tp̄s cām cōmittere:nā intelligitur si petitum fuerit sec.Ang.ꝯs.140.quæ oīa fundātur in regula.d.§.hoc aūt iudiciū.Ista com.ita corroborata fallit primum in causis piis, in qbus iudex tenetur supplere, & officiū suū nō petitū impartiri,facit l.qui erat hæres.circa pr.ff. fam. ercisc.&§.si heres.in auth.de ecclesiasticis tit.vbi heres ex prouisione, & officio Episcopi cogitur soluere legata pia omni falcidia vacante, & limitationem istam sequuntur, & tenent Bar.&com. Legistæ.in d. §.hoc autem iudicium. Ant. de But. in c.bonæ, el 2. de postulatione præl. & Beroius,in c.sollicitè nu. 10.de restit.spol. Fallit 2.loco in absentib⁹, pro quibus iudex ex officio potest officium non imploratum impartiri, & nouas probationes inducere,vt l.ampliorē.§. 1.C.de appel.& auth.qui semel.C.qūo,&quād. iudex,& ita ꝯcludunt omnes canonistæ cōiter in d. c. bonæ.& in c.iudicantem.30.q.vlt.& Legistæ in d.§.hoc autem iudicium.Istam communem sequitur celebrat & citat Rip.ibi nu.74.& seq. quæ quidem communis procedit secundum Bart.in d.§.hoc autem iudicium. in casibus, in quibus iudex possit peruenire ad sententiam

definitiua

definitiuam, alias secus, ideoque lite nondum contestata, iudex non posset supplere pro absentib. procedit quoque d. cõmu. in absentia legitima, vnde si absentia litigantis non esset legitima, vtique iudex non posset officium suum non implorarum impartiri, vt per Bal. in d. l. ampliorem. §. 1. Tertiò coarctatur d. comm. non procedere quando iudex opponeret contra inhabilitatem personæ comparentis in iudicio. tunc enim iudex ex suo officio, ne frustra laboret, & faciat iudicium frustratorium, & ferat sententiam nullam tanquam latam cum falso procuratore, potest compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato, si dubitatur de mandato secundum gl. in c. 1. vers. absentia. de electio. libr. 6. alias autem poterit eum repellere à limine iudicij, & si non opponatur, quam gl. sequitur Bal. in l. licet. C. de procurato. in l. exceptionem. C. de probat. & in auth. offeretur. C. de lit. contest. & in l. vnic. C. quæ desunt aduoca. Ang. in l. Pomponius. §. ratihabitio. ff. de procurat. Pan. in c. causam quæ el 1. nu. 3. de iud. & in c. Ecclesia. el 1. vt lit. pend. in c. 1. & in ca. nulli. de app. Ant. de But. & ibi Barb. in c. cum M. de const. Paul. de Castr. & Roma. in l. inter quos. §. fi. ff. de dam. infecto, Salyc. & Alex. in d. l. licet, & Domini. de S. Geminia. in d. c. causam, quæ. Contra vero gl. prædictam est tex. expressus secundum Bar. lecturam, ibi d. l. inter quos. in fi. vbi tenet q̃ iudex ex officio nõ potest opponere contra inhabilitatem personæ comparentis in iudicio, & ideo Io. de Imo. in d. §. fi. nu. 9. reprobat illam gl. in c. cùm in iure peritus. de of. deleg. quia iudex secundũ eum non debet impartiri officium suum non postulatum d. §. hoc autem iudicium, & quia in casu præcitatæ gl. iudicium non erit frustratorium, cum executio fieri possit contra falsum procuratorem, vt in l. Plautius. ff. de procurato. & in l. si se non obtulit. ff. de re iud. gl. in d. l. licet in gl. fi. & in d. gl. in allegato c. 1. de electio. asserit audacter Fel. in d. c. causam quæ. n. 1. communiter reprobari per Doct. cæterùm his parum obstantibus, & aliis quæ contra glo. illam allegantur sequor omisso multiloquio, & omni disputatione opinionem dictæ gl. in d. c. 1. de electio. tanquam magis communem, quam expressè sequitur Dec. in d. c. causam, quæ. nu. 2. & 13. & vbi dicit d. gl. magis cõmuniter approbari, sequitur etiam Roma. cons. 67. nu. 5. Ripa in d. §. hoc autem iudicium, nu. 49. vbi refert in iudicando, & consulendo non esse ab opinione glo. prædictæ recedendũ, cùm sit magis communiter approbata, & Iacobin' de S. Georgio in d. c. licet. nu. 9. & dato, q̃ sententia in casu præmisso esset lata cum falso procuratore per partem, exceptio falsi procuratoris posset opponi quandocunque etiam post litem cõtestatam, & latam sententiam, vt per gl. in l. licet. C. de procur. communiter approbatam ibi ab omnibus, & passim ab aliis Doct. iuris nostri, quia non solùm isthæc exceptio, sed etiam oĩs alia exceptio, quæ redderet iudicium retro nullum posset opponi quandocunque etiam post sententiam, secundum Doct. communiter in c. nostra, extr. de proc. & istam sequuntur Modern. & attestantur inibi, & Gramm. in voto 18. q̃ nu. 4. interpretatur vlterius dicta communis. Iudex in mero officio partiũ. potest dare, concedere, ac præfigere terminum ad producendos, & examinandos testes. c. licet causam de probatio. vbi Abb. hoc expressè firmauit, & in c. finem litibus. in 1. notab. de dilatio. & Alex. in. d. §. hoc autem iudicium, vbi refert istam sentẽtiam esse communem, dummodò iudex istud ex iuxta causa faciat, v. g. ex negligentia litigantium, præcipuè que actoris, cui in primis onus probandi incumbit, l. ei, qui. ff. de probatio. Similiter iudex ex ista causa potest omnem iuris terminum abbreuiare secundum Bar. in l. 2. ff. de re iud. Limitatur & ampliatur prædicta commu. regula in multis aliis casib. per Soc. in tractatu fallentiarum, in reg. 248. per Ripam in d. §. hoc autem iudicium, & August. Beroium in d. c. sollicitè. nu 7. cum sex aliis seq. quos omitto breuitati studendo. idẽ.

Iudex condemnans victum victori in aliqua parte, non videtur à cõtrario sensu in alia parte absoluere, secundum abb. eleganter in c. cum inter. de re iud. Cornæ. cons. 49. videtur in hoc vol. 2. vbi ꝓcludit non valere consequentiam, iudex condemnat aliquem in vna parte, ergo in alia absoluit, quia dat medium, vt per Dec. in c. si duobus. de appellationib. Gozadi. cons. 1. primò discutiam. & ideò sententia erit nulla, quia non lata super toto. l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. l. dicere. ff. de arbit. gl. in l. 1. C. si aduer. vendit. & latè explicat Cornæ. in d. consil. 49. & ista est communis opinio, vt per Mod. in l. 1. ff. de of. eius, & ita cum ista opinione residebat D. Raynaldus Rodulphus perusinus præceptor meus, sed per nonnullas alias rationes hic non explicitas, dum publicè interpretabatur Perusij, dictam l. 1. Pono & alium casum, videlicet si iudex in sententia dicat victum victori in expensis, nec adiiciat condemnantes, tunc non valet ista sententia respectu expensarum, quasi non continens cõdemnationem aut absolutionem, seu æquipollens, secundum Bart. in l. præses. C. de sent. quem sequitur Bal. in l. errore. C. de testa. Rom & Nicellus in l. 1. ff. de re iud. & Ias. in §. curare. nu. 55. instit. de actio. vbi multa refert pro vtraque parte. In contrariam verò sententiam titubanter incinauit. idem Bart. in l. 1. §. sin autem. ff. de hæred. instit. Fel. multos Doct. citans in c. ex parte. de fid. instr. & Ripa. in l. 1. nu. 22. in fi. ff. de re iud. & istam opi. conabatur post Roma. in d. l. 1. ff. de re iud. concordare, ac saluare præcitatus Raynaldus in d. l. 1. videlicet si forent in sententiam adiecta illa verba, &c. quæ inducunt omne quod venit de natura actus, iuxta tradita per Bart. & alios in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. idem.

Iudex domicilij, seu originis non potest cognoscere, nec inquirere de delicto commisso per subditum suum extra territorium, secundum Doct. antiquos præcipueque Oldra. l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide catho. Iacob. de Belui. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ibi Gul. de Cu. Io. And. in add. Spec. in tit. de comp. iud. adi. §. 1. in addi. ante quam extraneus, Bald. in l. 1. C. de ædil. actio. Saly. in l. seruos. C. ad legem Iuli. de vi. Alberi. in tract. de statutis, in 3. par. q. 19. & hoc plene traditur per Legistas in d. l. fi. & per Canoni. omnes præsertim per Maria. Soci. in c. fi. de for. compe. & ista est magis communis opinio secundum Soc. in l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. n. 16. ff. de re iud. Mars. in pract. crimi. in §. constante. n. 90. & Grammati. in decis. 26. nu. 9. & 11. & alias in contingentia facti ita fuit decisum in Sacro Regio Consilio Neapolitano, vt refert Gram. in allegata decis. 26. vbi concludit q̃ per magnam curiam vicariæ fuit remissus Reus ad locum delicti, & pronunciatum iudicem domicilij non posse inquirere de delicto alibi commisso, & ista communis non modo procedit de iure Ciuili, verùm etiam canonico, secundum Bald. in l. 1. §. 2. ff. de of fic. præfe. vrbis. quem sequitur Aug. de Arimi. in addit. ad Angel. de malef. in vers. hæc est quædam inquisitio. & Mars. in d. l. fi. nu. 140. & ita interpretandum erit statutum disponens iudicem posse de delictis procedere per inquisitionem. nam intelligitur de illis commissis in territorio non extra, secũdum Bald. in d. l. cunctos populos. Alex. cons. 111. ponderatis. vol. j. Iaffredum in decis. 100. & Ruynum cons. 84. nu. 9. volu. 4. & quamplurima ad id adducit Mars. in d. l. fin. nu. 135. cum aliis seq. in pract. crim. in vers. constante. nu. 90. & seq. & cons. 14. in præsenti nu. 90. & seq. in cons. 67. n. 63. & seq. & cons. 121. in causa num. 1. Ista commu. corroboratur hac ratione, quia dicitur iudex incompetens ratione delicti extra territorium suum cõmissi, imò hoc casu si iudex ille habet reum in carceribus suis, teneretur eundem remittere ad iudicem loci delicti commissi, vt sentit gl. in clem pastoralis. de re iud. & no. omnes scrib. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. quia secundum Bald. in l. executorem, C. de execu. rei iu. condemnatus, vel absolutus in loco domicilij non prohibetur accusari in loco delicti, vtpote quia de iure locꝰ delicti est principalis locꝰ, in quo punitio fieri debet, nam ad eum iudex domicilij remissionem facere tenetur, dato quod ipse in cognitione præuenisset, auth. si verò criminis, & in corpore vnde sumitur. C. de adulte. l. si cui. §. fi. ff. eod. tit. & habetur in d. clem. pastoralis. secꝰ quando esset lata sententia absolutoria pro accusato, vel inquisito per iudicem delicti, tunc exploratum est de eodem delicto non posse amplius quæri coram iudice originis. l. hos accusare. §. iisdem de accusat. & c. de his. eodem titu. & ista potissimum ratione, si quidem quando quis est condemnatus in vno loco, & facta est executio, vt quia pœna sit soluta, non potest amplius contra eum de eodem delicto per alium iudicem procedi. Nam de delicto eiusdem hominis nõ debet pluries quæri. l. licet. §. possumus. ff. nau. caupo. stabula. & ita sentit Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. sicut ergo accusatus qui soluit, non potest in alio foro accusari, ita etiam si sit absolutus in vno tribunali, quando sententia condemnatoria post quàm est soluta habet vim sententiæ absolutoriæ. l. si qui cum totum. §. planè. de exceptio. rei iud. Ista non tantum procedunt, quando quis principaliter fuit accusatus, sed contra illum etiam fuit processum per viam inquisitionis secundum Antonium de But. Abb. & alios communiter in c. de his. de accus. Inn. in c. cùm dilectus. de elect. Bart. in d. §. iisdem, quia secũdum eum inquisitio succedit loco accusationis per ea, quæ habentur in l. 2. §. si pub. de adulte. & de ista communi attestatur Ruynus in d. cons. 84. n. 5. vol. 4. Sustinetur quoque dicta communis alia viua ratione per doct. relatos, quia respublica sua non videtur offensa ob delictum alibi commissum. nam etiam iudex extra territorium suæ iurisdictionis nullum habet imperium, vt habetur in d. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. fi. de foro comp. & d. clem. pastoralis, & habetur in l. fi. ff. de of fi. præfect. vrbis. & quamuis dicta communis de iure ciuili pariter, & Canonico sit verissima, tamen ex generali consuetudine totius Italiæ hodie approbata non est facienda remissio rei ad locum delicti secundum Bart. in d. l. sepulchri de sepul. violat. & Alex. ibi in apposti. & in l. si cui, circa fi. ff. de accus. & late. August. Beroius in c. de iis. nu. 2 1. de accus. Sed aduerte ne erres, quia Doct. omnes dixerunt contrarium communiter, videlicet delinquentem debere ad iudicem loci delicti remiti non obstante ɔ̃. ꝓsuetudine, per tex. in l. 1. vbi Bart. & Doct. C. vbi de crim. agi. oport. & tenent hoc etiam Iac. Belu. & Aug. in §. si verò quis comprænhensorum, in auth. vt nulli iudi. Ioannes de Anania, in c. 1. de rapto. gl. in d. clem. pastoralis, in vers. mora, & ibi Io. de Imol. Faber. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. & Cyn. Bart. Bal. Saly. & Ias. in l. 1. C. de summa trinit. & Bal. cons. 205. vol. 4. Cæpo. cons. 59. Paul. de Cast. cons. 307. de iure communi, in nouis. Fel. in c. licet ratione delicti. de foro compe. & abundè Boer. in decis. 29. Sed retenta communi opinione superius relata, eam interpretabor non procedere in fure, qui quidem si commisit furtum Romæ, de inde cum re furtiua inuentus est in ciuitate Aquilæ, ibi sine dubio, potest capi, & condemnari, etiam si ibi nihil possidcat, sec. Azo. in summa. C. vbi in rem actio. Bar. Fulg. & Ang. in l. si abducta. C. de furtis. & Bart. in l. si dominum. Bal. in l. vnica. C. de confes. & in c. 1. §. si furtum. de pace iuram. fir. in vers. feud. & Ang. Aret. in tract. maleficiorum. in vers. & cœlestem vestẽ vers. quid si fur, cùm aliis congestis per mars. in d. l. fi. nu. 212. de iurisd. om. iud. & Boer. decis. 218. nu. 2. & ista est communis opi. & seruatur in practica, vt attestatur expresè Alber. de Rosa. in l. sed si susceperit. §. fina. ff. de iud. & in l. fina. C. vbi in rem actio. & Boer. decis. 13. numer. 47. & in d. decis. 218. numer. 2. & seq. & ita in contingentia facti fuit vocatum. & decisum in sacro Regio consilio Neapolit. vt refert Capicius decis. 104. & fuit etiam secũ. d. com. in sacro Burdegalensium Senatu, vt refert Boer. in d. decis. 218. n. 5. Duas alias verò opiniones huic communi contrarias recensuit Boer. ibi, quas tanquam inutiles breuitati studendo omitto. idem.

Iudex ordinarius propter simplicem commissionem præsumitur delegatus sec. omnes Doct. communiter in l. ius ciuile. ff. de iustit. & iur. quamuis cõem declarat Fel. in c. licet. de probat. & in c. eã te. de resc. imò hoc casu ordinarius verè est delegatus, qñ eius iurisdictio est alterata, vt no. per Ang. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obl. & ibi Alex Ias. n. 5. & alij Mod. asserentes istam fore com. opi. & per eundem Ias. & alios in l. ius ciuile. & Boer. decis. 151. vnde scias, q̃ vbicunque aliquid additur, vel detrahitur primæ dispositioni iudicis ordinarij, creatur noua dispositio. d. l. 1. §. si quis simpliciter. & d. l. ius ciuile. Hinc dicebat Ang. & Doct per illum tex. in d. §. si quis, q̃ si Pontifex, vel princeps in ꝓmissione, g̃ facit ordinario iudici addit, vel minuit iurisdictioni, facit eum delegatũ. Vtilitas (tenementi petpetuò & tenacirer) ex his redundat ista. quia ordinarij non possunt capere salarium. c. statutum. §. pen. de rescri. lib. 6. Sed iudex delegatus potest vtique capere species pro visitatione, seu visura processus. d. c. statutum, hoc tenent, & no. omnes Canonistæ communiter in ca. cùm ab omni specie. de vita. & honest. clericorum. & Legistæ in l. solent. ff. de of. præs. & istam com. sequuntur Mod. ibi, & citant. & Boer. decis. 15. nu. 1. Similiter redundat ista alia vtilitas ex præcitatis, q̃ qñ iu dicauit tanquam delegatus, appellatur ad superiorem, c. licet in corrigendis. de of. ord. & est tex. magistralis in c. cùm aliquibus. de rescr. in 6. & sic nulli dubium est ordinarium eiusdem causæ, vt s̃. docuimus posse constitui delegatum, vt est tex. vltra relata in l. si prætor. ff. de of. cui est manda. iurisdictio. idem.

Iudex tenetur mittere in possessionem hæredem simpliciter ostendentem ei testamentum, faciens mentionem expresè de eius institutione, & sic sufficit hæredi ostendere testamẽtum, & eo ostenso, iudex debet eum mittere in possessionem hæreditatis, ita colligitur ex l. fi. C. de edic. diui. Adria. tollend. & hoc non habet difficultatem aliquam, vt dicunt Doct. ibi, & Alex. cons. 101. nu. 9. libr. 1. Dec. cons. 84. Gozadi. cons. 21. & 6. imò omnes scrib. concludunt q̃ sufficit ostendere simpliciter testamentum. & dicere esse illũ nominatum in testamẽto, nec aliæ probationes requiruntur, vt per Doct. communiter in præcitatis locis. idem.

Iudices rescriptis dati, ordinem in rescriptis traditum sequi tenẽtur, etiam si ij iuri aduersentur c. cùm dilecta. de resc. c. de causis, de of. deleg. iuncta l. nemo. C. de sent. & c. qñ ɔ̃. de probatio. & not. Doct. in rub. de resc. sed iudex ipse non habet iurisdictionem aliquam ante præsentationem rescr. sec. com. opi. omnium Doct. quam citat, & declarat Dec. in c. super eod. nu. 24. cum aliis seq. de appel. idem.

Iudex vel similis officialis ɔ̃demnatur in syndicatu ob dolum commissum intuitu officij, non potest appellare. vt p̃ Iac. Butr. Cy. & Bar. & alios cõiter in l. nulli. C. quorum app. & specula. in §. in quibus in tit. de app. Sed vbicunque officialis iste esset iniustè ɔ̃demnatus in syndicatu de commissis, vel omissis in administratione officij, potest supplicare ad superiores, & supplicatio non erit sibi prohibita, sicut appellatio. auth. q̃ supplicatio. C. de præcib. imp. offeren. cum ibi not. per Doc. & ita seruatur in praxi in terris ecclesiæ, vt refert Gramma. alios citans in decis. 35. nu. 4. idem.

Iudex in iudicãdo non potest recedere à cõi opinione. §. 1. inst. de hæred. inst. & l. 3. §. fi. ff. de suppel. lega. & l. Barbarius. ff. de of. præsid. Doct. not. in c. nouimus. de verb. sig. Bal. in l. 2. C. de pœ. iud. qui malè iud. Barb. latè in ca. ne Rom. de electio. & Ias. in auth. nouissima. C. de inof. testa. Alex. cons. 25. n. 2. vol. 6. Socy. nepos cons. 189. nu. 74. vol. 2. Cotta in suis memorabilibus in memoria, in verb. opinio, el j. Laurentius Syluanus cons. 3. n. 52. & Hiero. Brix. in tract. de confinibus. c. 58. nu. 14. nam iudex qui contra communem iudicat, censetur propter imperitiam iudicasse, vt dixit Ale. in l. cum prolatis, & ibi Ange. ff. de re iud. Ias. in l. fi. ff. qui satisda. cog. & Curt. cons. 49. & cons. 46. nu. 13. & dixit Bart. in d. l. 2. C. de pœna iudic. qui malè iudi. q̃ iudicans contra communem opinionem dicitur facere litem suam, & tenetur in syndicatu, quem sequuntur omnes Doct. ibi, Alex. in d. l. cum prolatis. nu. 121. & seq. & Ias. ibi in fi. Iaffredus in decis. 25. Fel. in c. j. de const. Paris de Puteo in tract. de syndica. in vers. iudicare. & Gãdinus in tract. de syndica. in q. 29. Nec est curandum aliquo modo de opinione singulari, vel peregrina alicuius Doctoris, sed sequi debemus cõmunem, sec. Bald. in l. 1. circa fi. per illum tex. ff. de Senato. Ioã. Mod. in c. cupientes. de electio. lib. 6. & Bart. & Doct. not. in l. fi. C. de pœ. iud. qui malè iud. Ioannes And. & Canonist. in c. j. & in c. ne innitaris. de constitutio. Cur. in repetitio. l. admonẽdi. nu. 75. & Cotta in suis memorabilibus. in verbo, opinio cõmunis, post pr Nec est curandum, si contraria opinio esset verior, quia tunc iudex debet iudicare secundum communem, non obstante sententia veriori contraria secũdum Fulg. consil. 30. Io. de Neuizanis in Sylua nuptiali lib. 5. n. 61. 62. 63. & 65. & Alc. & alios Mod. in l. 1. ff. si cert. pet. Nec est curandum si Pontifex teneret contra ipsam communem, quia hoc casu iudex communem sequi debet vt per Fely. & alios communiter in d. c. j. de cõstit. Hinc est, q̃ iudex non cogitur iudicare secundum decisiones Rotæ Romanæ, imò licet iudici contra eas sententiam proferre, quia decisiones, istæ non sunt per Põtificẽ approbatæ, sed eis tanquàm magistralibus decisionibus stari debet secundum Card. in c. pastoralis. de fide instr. & ita in facti contingentia fuit decisum in Rota Romana, vt refert Cassadorus in decis. 7. in ti. de præbendis. & ita etiam tenet Fely. in d. c. pastoralis. Geminia. in c. duobus. de resc. lib. 6. in c. neque 9. dist. & in cons. 94. & Ripa. in l. 1. ff. si cert. pet. Sed circa hoc non parum hæsitandum est, quia decisiones Rotæ æquipollent communi opinioni, & per consequens decis. Rotę est maioris authoritatis, quàm sit communis opinio, vt dic. c. 1. de const. Imol. & Barb. in c. olim. de lit. contest. & Gomæsi. de reg. Cancellaræ, q. 2. in procemio. & Hiero. Chuchalon in add. ad Dec. alios referens in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Tamen rationes istorum parũ, aut nihil me mouent ad discedendum à prima opinione Card. & sequacium tanquam magis communi, quam si dicebat in iure verissimam, & in practica obseruari. Raynald. Rodulp. interpretando publicè Perusij. d. l. 1. ff. si cert. pet. & de hoc non est valde mirandum, quia minimè authoritas Bart. est postponenda authoritati dominorum de Rota, saltem in terris Imperij vt refert Cornæ. cons. 332. vol. 1. Ex quo authoritas Bart. est maxima in practica sec. Alex. in l. si domus. §. fi. ff. de leg. 1. Butr. in l. 1. ff. de verb. obl. & Ias. in l. quominus. nu. 32. ff. de flumi. quanta autem sit authoritas ipsius Bart. neme est, qui nesciat, inquit Fulg. cons. 180. & 226. nec est tutum recedere ab opinione Bart. vt dixit Paul. de Castr. cons. 353. visis omnibus instrumentis, & assessores nolunt recedere aliquo pacto ab opinione Bartol. in iudicando. secundum Inn. in ca. dilecta. de appel. & authoritas Bart. in legis defectum ad vnguem obseruatur secundum Ferrand. in repetitio. l. filius familiàs. §. diui. nu. 93. ff. de leg. j. & Caccialupus in tract. de modo studendi. imò in Hyspania opinio Bart. præfertur cæterorum sententiis, quid ergo, nos faciemus Itali? Curemus eius dicta colere, adorare, & imitari, vt suadet, & refert Ias. in l. admonendi. ff. de iureiu. quia semper habuit veritatem ante oculos, vt dixit idem Ias. in l. certi condictio. ff. si cer. pet.

& qa bonus Bartolista optimus iurista censendus est, prout publicè commemorat Caccialupus in d.tract.de modo studẽdi.& Ripa.in lib.3.responsorum.c.2.nu.12.&ipse Bar.pro certo fuit Dux,&illuminator iuris,vt refert Ias.in l.frater à fratre ff.de condictio.indebiti.Quamuis autem Bart.vbique sit magnæ authoritatis, tamen plus in extrauaganti ad reprimendum,ibi enim procedit per modum gl.secundum Caccialup. in d.tract. de modo studendi.& in eas valde maturè loquitur sec.Socy.conf.275.in causa fratris.vol.2.& illæ glo.Bar. sunt meliores quàm tex.vt refert igneus in disput.an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem,sed reuertendo ad institutum,vn de digressi sunus benè verum est, ꝙ decisiones Sacri concil. Neapol.quæ proferuntur sub nomine regis in casibus dubiis succedũt loco interpretationis imperialis, de qua in l.fi.C.de legib.vt per Afflict.in decis.169.dicta causa. Nec est curandũ si ex variis sententiis Doct. dubium resultet,quia tunc standũ est com.opi.per iudicem, etiam si ex variis opinionibus ipsis dubium resultaret.c.2.de statu Monachorũ. c.nouimus.& ibi Ant.dever.fig.c.fi.de iis,quę fiunt à ma.par.ca.c.iudicis.3.q.3. Balduin.in c.1.§.iudices.de pace iura.firm.& l.in fi.ff.de Sena. alex.conf.95.visis processibus.vol.3.& conf.2.vol.5.Sed hoc non est simpliciter verum, quia vbicunque daretur conflict' opi.non solùm singularis opi. l.expressa conuinceretur,sed etiam per rationes & argumenta necessaria,& concludentia,vt est tex.not.iuncta gl.in c.1.de his, quæ fiunt à maiori parte, & vbicunque nõ apparet de communi opinione,vel aliqui Doctores attestantur vnam esse communem,alij cõtrariam, tũc res dicitur dubia propter conflictum opinionum, sec. Socy. in rub.& in l.si fuerit.ff.de rebus dubiis.& Ang.conf.100.sanctissima.Ideò iudex si tulerit hoc casu sniam contra communem mero iure propter conflictum opinionum,valet &tenet secundum opinionem communem omnium Doc.in locis s̃. citatis.quam citat Rip.in l.qui Romæ.§.duos fratres.n.33.ff. de verb.obl.Igitur tales casus dubios solebat appellare.Ias.esse casus pro amico,vt per eum in l.dotis causa.nu.35.in l.post dotem.nu.105.ff.de so.ma.& in l.in suis.ff.de lib.& posth.tũc enim optimum est habere iudicem propitium,amicum,& fauorabilem,vt concludunt omnes scribentes communiter examinantes hanc materiam:nam potest secundum eos eligere cui ius dicat,hærereque opinioni,quæ sibi magis placuerit, & sic fauere amico,vt ait etiam gl.in c.venerabilem. de elect. & Ias.in d.l.prolatis.circa fi.& in l.diem functo.ff.de of.assesso.tamen hoc intelligitur cum grano salis,videlicet de iudice non claudicante,sec.Socy.in c.1.de libel.oblatio.& Bald.in c. ne innitaris.de const.Hinc est,ꝙ si aliquis ex pluribus alicuius legis intellectus magis communis,reputaretur sniã tamen ad uersus huiusmodi magis communem intellectum lata nõ diceretur nulla,vt per Alex.in d.§.duo fratres.& Ias.in d.l. cum prolatis.Ratio videtur ista,nam lex obscura,& varios intellectus habens ad decidendũ allegari non potest,vt voluit Bald. in l.in ambiguo.ff.de reb.dubiis,& sentit gl.fi.in c.1.de const. in 6.idem Bald.in c.fi.extr.de const.per illum tex. imò hoc casu si iudex pronunciaret contra dictam legem varios habentem intellectus,quasi putans ob causam hoc facere sustinebitur sniã,vt inquit tex.in d.l.cùm prolatis quem tex.ad hoc singularem secundum intellectum Iac.de Arct.faciunt ibi Imo. Alex.in pr.Ias.post Bart.& tenuit hoc idem Bart.& Bald.post Cy.in l.2.C.quando prouo.Alex.Ias.& alij in d.§. duo fratres. Breuiter concludendo dicas,ꝙ quando magni, & excellentes Doctores sunt in diuersis opinionibus,herere vni non est peccatum,nec reputatur.vt dicit Inno.in d.c.ne innitaris.& in c. tuas.de simon. Bal. in l.ab eo.C.quomodo, & quando iudex. Bart.in l.2.ff.de verb.obl.Caccialupus in tract.de transa.q.12. & decis.Neapolitana in q.384.circa fi.quia duobus amicis in duabus opinionibus contrariis existentibus sanctum est pro veritate pugnare. in qua bonus vir habet habenas, vt ait Bal. conf.340.vol.4.& Marius Salomonius in §.responsa prudentum.inst.de iure natu. genti. & ciui. Nec recedendum est per iudicem ab opinione communi propter sentẽtiam gl. contrariam,quia licet opinio gl.videatur communis,& ea in iudicãdo,& consulendo non possit recedi,vt voluit Iac.But.in l.vnica.C.qui pro sua iurisdictio.Bald.in l.cum hæreditas.C.depos. & in l.pen.C.de pœna iudi.qui malè iudic.& in l. quanquam. C.de sent.quæ sine cert.quanti.&licet similiter gl.soleat esse talis,& tantæ authoritatis.vt omnes alias antecellat authoritates sec.Bart.in l.vt vim.nu.8.ff.de iustitia & iure.abb.in d.c.1. de const.Zasium conf.111.nu.18.Troy.Malui.in tract.obl.in 4.dubio.Bertr.conf.115.nn.24.vol.2.& Stepha. de Federi.in tract.de interpretatione iuris.in fi.Dec.in ca.ad hæc.nu.41.de postul.prælato.conf.146.n.7.conf.226.n.13.& i d.l.vt vim nu.34.vbi similiter Ias.co.nu.& Claudi.Aquen.ibi in lectu.1. nu.334 imò opinio gl.perfertur com.opi.sec.Fel.& Dec.in d. c.1.de const.nu.43.tamen hoc non est verũ simpliciter,vt voluit Bolog. in auth.habita.C.ne filius pro parte,nam effectualiter loquendo non præsumi potest.Doct.communiter tenere contra glo.authoritatem cuius nouerunt quanta,& qualis sit,nisi haberent legem, vel rationem per quam conuincerẽt, ergo possumus effectualiter concludere ꝙ opinio communis præferenda est opinioni gl.ita not.Io.de Lesnaudiere in trac. de Doct.in 4.par.q.47. videmus enim iudices & rectè contra opinionem gl.iudicare quotidiè,vt dicit abb.in c.capellanus. de fer.& refert Casiadorus in decis.1.nu.3.in tit.de vsur.&ista omnia moraliter,& pulchrè referebat Raynald' Rodulphus præceptor meus legendo publicè Perusij d.l.1.ff.si cert.pet.idcò non est simpliciter credendum opinionem gl. esse com. sed vbicunque opinioni glossæ accedunt tres Doct.tunc dicitur com.& est communis realiter & cum effectu,vt dicit Gratus,conf.75.vol.2.& refert Franciscus Cossius in d.c.i.de constit.n.26. Quapropter sit tibi cordi semper tenere in iudicando,& consulendo communem opi. quia iudicare ꝑ communem esset ꝑ stimulum calcitrare.vt per Craue.cõs.19.n.2.nec te decipiat Zasius in 2.lib.responsorum,c.1.vbi temerè deducit, & probare conatur, ꝙ opiniones communes plerunque falsæ reperiuntur,quia iudices(vt s̃ docuimus)vt primum vident com.opi.non ab ea sanctum putant discedere,ex quo paria sunt ꝑ legem,vel communem opi.Doct.iudicare, & vtroque casu censetur sententia ipso iure nulla,vt notat Bart.in d. l.cùm prolatis.& ibi Mod.& Rip.in l.dies.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.inf.& Franciscus Cossius in d.c.1.de const.n. 17.quamuis ibi Fel.videatur tenere contrariam, dum voluit ꝙ sententia cõtra communem opi.Doct.lata quasi ob expressum iuris errorem non sit nulla, & allegat hoc tenuisse Ange. post Imol.& Doct.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. oblig. idem.

Iudex ordinarius regulariter de iure ciuili non potest esse arbiter,tex.est in l.prætor.ff.de tutor.& curato.datis ab his,& in l.sed & si seruum.§.si quis iudex.ff.de arbitr.vbi hoc tenuerunt constanter Bart.Bald.Alber.& alij communiter,gl.& Alex.in l.1.§.& post operis.in 1.not.ff.de noui oper.nuntia.Hostiens.in summ.de arbitr.in §. secundum vers.sed nunquid.Azo.in summa.eod.tit.Lanfr.in tract. de arbitris in §.hactenus. vers.3.Bapti.de S.Blasio in tract.de arbit.q.25. & Ias. in auth. si verò.C.de iud.& istam esse scribunt communem opi.Lanf. in loco præcitato.& Dec. in l.& si prætor.3. nota.ff.de officio eius.Ista verò communis(aduerte)procedit de iure ciuili,sed de iure Pontificio reperitur sancitum, ac dispositum contrarium,quę quidem canonico iudex ordinarius potest esse arbiter. c.cùm tempore.de arbitr.& melior tex.in c.ex part.eo.tit. & hoc firmant.Inn.in c.innotuit.& in c.exposita.de arbit.gl. in c.à iudicibus.2.q.6.glo.Geminia.& Præposi.in §.sed si quis iudex.3.q.7.Alex.in d.§.& post operis.in 1.no.Imol.Butr.Card.Henricus Boic.in d.c.cum tempore,vbi abb.Imol.simul cũ Card.dicunt istam esse communem opi.& hoc idẽ tenet Bart. & alij in d.§.si quis iudex,& omnes canonistæ in d.c.exposita. Istas verò opiniones ferè omnes Doct. præallegati dicunt seruandas esse quamlibet in foro suo,cùm in iis non versetur peccati causa,& vtraque seruari potest secundum adsertionem omnium scrib.vtriusque Censuræ.& per notata in c.1.de noui oper.nuntiat.Sed 1.opi.Cæsarea interpretatur primùm, ꝙ licet nõ possit fieri ꝑ promissum in iudicem ordinarium, tamẽ potest committi causa tanquàm in arbitratorem,& amicabilem ꝑ positorem, vt dicit Sali.in l.si quis ex consensu. C.de episc.audien.& ibi Odofr.Cy.& Bart.& Bald.ac oẽs cõiter post gl. in d.§.si quis iudex licet contrarium sentiant & malè Iac. de Raue.Petr.& Cy.vt refert Sal.vbi s̃. Secundò etiam claudicat dicta communis de iure ciuili in principe,in quem potest ꝑ promitti similiter,vt in arbitrum,& quod plus est, partes cõpellere, vt in eum compromittant etiam tanquam in arbitratorem,vt in c.cùm inter.de electio.notat Cato in rub.ff.de arbit.Io.And.in c.venerabilem.de electioni.Alex.in d.§.& post operis.n.7.Imò iudex quoque potest ꝑ pellere partes litigantes ad ꝑ promittendum,stante diuturna,& intricata lite,& ambiguis probationibus,vt in terminis tenet Paul. de Castr.in l. quidam existimauerunt.ff.si cert.pet.abb.in c.fi.extrà de maiori.& obe.in 4.no.in c.cùm pridem.de pact.& Dec.conf.125. cum aliis,quæ latè congerit Fel.in rub.de treug.& pace.& Deci.conf.445. idem.

Iudici interponenti decretum super alienatione rerum minoris,vel ecclesiæ,& asserenti se adhibuisse plenam causæ cognitionem,non creditur.sec.Paul.de Castr.conf.58.vol.2.vbi hoc probat per l.si fortè.ff.de Castren.pecu.& l.si donatione. C.de collat.vbi latè Mod.& hoc dictum Paul.Castren. sequitur Dec.conf.556.mars.in singula.399.Rebuf. super concor. in tit.de conclusione Lateranen.conci. & sequi videtur etiã Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.proconf.ad idem facit ꝙ scribit Ias.in l.admonendi.ff.de iureiur.vbi.dicit ꝙ non creditur iudici asserenti se detulisse iuramentum suppletiuum, causa cognita, cum sine causæ cognitione deferre non possit,ad idem facit dictum Bart.in l.omnem.C.ad tertul.vbi ait,ꝙ non statur soli adsertioni iudicis dicentis se dedisse tutorem cum causæ cognitione, quod dictum pro notabili refert & sequitur Ias.ꝑ.149.vol.2.ad idem facit etiam ꝙ notat Dec.in c.quæ ecclesiarum.de constit.vbi expresè fatetur, ꝙ non creditur iudici super causa, sine qua actum facere non potest,in qua fundamentum suæ potestatis consistit,alibi scribit Ang.conf.107.in fi.ꝙ non creditur iudici dicenti se sequestrare possessionem timore armorum,& ratione scandali euitandi, sine quo scandalo sequestratio fieri non potest, quem sequitur dec.conf.366.& præallegatum dictum Paul.Castrẽ. sequitur etiam Fel.in c.ecclesia S.Mariæ.de const. Sed contra Paul.de Castren.in d.conf.38.asserit esse com.opi.Socy. conf. 115.circa primam q.in 1.dubio.lib.1.& contra Paul.de Cast. tenet etiam Alex.in l.sciendum.ff.de verb.obl.& Mod. in ca. quoniam contra. de probatio.vbi similiter mentionẽ faciunt de dicta communi. idem Viuius.

Iudex tenetur secundum ea quę ex actis percipit,sententiã proferre:non tamen ex eis, quæ particulari scientia percepit. Coua.resolu.c.1.lib.1.nu.6.magis comm.dicit ex gl.in l.1.de offi.ordi. B.Villal.

Iudex non debet impartiri officium sp̃ũ nisi rogatus.com. dicit Apostilla.ad Fely.in c.ex tenore.in fi.in ver.ad commodum partis.de rescr. P.Fichard.

Iudex,si incipit à præcepto executiuo,nisi sit clausula iustificatoria,actus est ipso iure nullus.Ias.in l.ne quicquam.ff.de offi.proconf.nu.6.magis comm.dicit. Villal.

Iudicis præceptum in confessum vt soluat,interlocutoriã esse volunt cõmuniter Doctores,vt dicit Maran. in spec.part. 6.tit.de sententia.nu.38.ipse tamen ibi distinguit in hunc modum,Quod iudex aut processit in forma iudicij, & tunc censeatur definitiua, aut non processum est iudicialiter, & tunc non sit definitiua. I.Fichard.

Iudex ponens aliquem ad torturam iniustè,punitur pœna capitis.Hipp.in pract.§.expedita.nu.87.magis com.dicit.Vill.

Iudex si dedit licentiam intrandi in possessionem propria authoritate,intelligitur, nisi habeat resistentiam.Ias.in l.iustè possidet.nu.13.de acq.pos.comm.dicit. idem.

Iudicis sententia inualida non excusat à pœna statuti simpliciter loquentis de intrante in rem alienam.Iaso.ibi nu.24. comm.dicit. idem.

Iudicis decretum interpositum ex falsa causa, est nullum. Curt.iun.conf.170.nu.2.comm.dicit. idem.

Iudex ex mero officio excludit actorem actione carentem & non impeditum:secùs tn̄, si habeat actionem elidibilẽ, aut ope exceptionis.Balb.de præsc.par.j.q.8.n.2.com.dicit.idem.

Iudex præparantis, est iudex iudicij præparati. Cur.iun.cõsil.152.nu.9.com.dicit. idem.

Iudex prorogatus ex promissione partium de conueniendo coram eo,cùm possit pars pœnitere:remanet tamen obligata ad interesse,& ipse iudex poterit de illo cognoscere. Panor.in c.1.de iud.nu.2.comm.dicit. idem.

Iudex,si nonvult,non tenetur condemnare reum in expensis factis ante lit.contest.nisi petantur, factis tamen post lit.cõtest.etsi non petantur, tenetur condemnare. Ant.de Tremo. in additio.ad Bonacur.in pract.excep.de recusat.nu.4. in verbo ratificare.comm.dicit. idem.

Nota istam communem ad intel.l.6.tit.13.lib.3.For.ll.& l. 251.stili,& vide quæ habes infrà,in verbo reus. idem.

Iudex secularis, si in causa incidat causa matrimonij: in materia facti,potest cognoscere de illa. Coua.in epist.4.c.8.§.12. nu.3.ex Ias.in l.quoties.de iud.com.dicit: quam intellige nisi fuerit facta inhibitio per iudicem eccl.Ambr.de Vigna. in c. falubriter.de vsuris.nu.125.

Amplia istam communem ad quamcunque causam spiritualem,dummodo liquere possit summariè,& de plano,sine discussione.Naua.in c.cùm contingat.de rescr.in j. remedio literaliter.com.dicit ex Decio.in c.1.de iud. idem.

ADDITIO. Ratio quare iudex laicus cognoscit de causa matrimonij esse poterit,quia tunc sortitur priuilegium causæ principalis intentatæ coram eo,quo ad forum, vt in simili de dote quæ si principaliter & de per se petatur,peti debet coram iudice seculari,si autem accessorie ad matrimonium,peti debet coram ecclesia vt communiter Mod.excepto Dec.& seq.tenent in auth.quod locum.C.de colla.& M.Ant.Bard.in tract.de tempor.vti.& contin.in c.15.nu.fin.

Iudex secularis non potest assignare tempus ad persequendum causam exceptionis propositæ coram eo, de qua per iudicem ecclesiasticum debet cognosci.Nec valet statutum super hoc Ias.in l.pro tribunali.n.17.ff.de re iud.com.dicit. Vil.

Iudex secularis in crimine merè ecclesiastico, dum iudex ecclesiasticus petit impartiri suum auxilium:non potest se intromittere in processu,sed solum exequi mãdatum, s̃m canonistas,secùs tamen secundum legistas. Alc.in ca.perniciosam. de of.ord.nu.100.Ias.in l.magistratibus.nu.10.ff.de iurisdi.om. iud.comm.dicit. idem.

Nota quod l.2.tit.16.part.7.pragma.7. videtur approbare opi.canonistarum absque limitatione,dum prœcipit ꝙ cõdẽnati per inquisitores hæreticæ prauitatis, vel per episcopũ de hæresi puniantur pœnis in d.l.contentis. Et nota istam communem ad intel.l.7.tit.3.lib.1.ord.& l.26.ti.2.lib.3.vbi disponitur ꝙ iudex ecclesiasticus pro captura laici,vel bonorum secularium inuocet auxiliũ iudicis secularis. de quo auxilio præstando circa istam l.vide Io.Lupum in rubr.C. de dona.§.48. nu.17.& Petrum Bellugam in speculo principum. rub. 11.§. tractandum.& Pet.de Anch.in c.quæ.de regul.iur.lib.6. in 11. q.pr. Et si laicus in præstando auxilium excedit, appellabitur ad iudicem superiorem laici: si præstat auxilium iuris, si verò solùm præstat auxilium facti:appellabitur ad superiorem iudicis inuocantis auxilium,vt per Bar.in l.à diuo Pio.§.sententiam.ff.de re iud.de quo meminit Aufrerius in Decis.Thol.q. 411.quem vide.

Fallit, nisi pro condemnato esset aliqua præsumptio:vt appellatio, vel similia: quia tunc non debet exequi mandatum ecclesiasticum.Alc.ibi nu.112.comm.dicit. idem.

Iudex ordinarius de iure ciuili recusari non potest.commune & veram sententiam dicit Ias.in l.apertissimi.nu.4.C.de iudi.secùs est de iure canonico,vt ibidem latius.nu.5. I.Fich.

Iudex secularis non prætendit aliquam iurisdictionem ob id,ꝙ iudex ecclesiasticus petit sibi impartiri auxilium brachij secularis.Alc.in c.perniciosam.de of.ord.nu.17.comm. dicit. B.Villalob.

Nota istam cõmunem ad intell.l.vlt. in curiis toletanis de anno 1525.& l.7.ti.13.li.1.ord.& l.4.tit.1.li.3.ordi.in quibus disponitur, ꝙ iudex ecclesiasticus licet cognoscat de aliquib. casib.inter laicos:tamen facit executionem tam in bonis,q̃ in personis laicorum: sed per inuocationem auxilij iudex secularis mandabit executioni,de qua l.vide Doct.de Pala. Rube.in repet.c.per vestras.de don.inter virum & vxorem.à col.192. vsq; ad 214.Vnum tn̄ nota,iuxta illã l.ꝙ si iudex laicus in istis casib. excedit in executione:appellabit ad iudicem superiorẽ ipsius iudicis laici,non ad ecclesiasticũ, vt eleganter dicit Aufreri.in additio.ad deci.Cap.Tolos.q.411. idem.

Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem.Fel.in c.at si clerici.de iud com.dicit. idẽ.

Iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem, vt præstet sibi auxilium per excommunicationem: laicus tamen clericum non compellit ad præstandum. Alc.in c. perniciosam.de of.ord.n.7.& 8.com.dicit. Et de inuocatione istius brachij,in hoc regno vide Io.Lupum in repetitio.tit. C.de donatio.inter virum & vxorem. Idem.

Iudici vel testi dicenti in articulo mortis protulisse iniquã sententiam,vel falsum testimonium,non creditur,Alc.in præsum.re.3.præsum.4.n.7.communem dicit. idem.

Fallit primò,in suum præiudicium,& Marcus Ant.in tract. de iud.n.393.communem dicit.

Fallit 2.nisi aliàs per idoneos testes, vel instrumentum probaretur ex falsis testib.sententiam prolatam:per l.13.ti.8.& l. 2.For.ll.& vsq; ad quod tempus potest peti:vt sententia reformetur prætextu falsorum testium:vide Henr.in c.licet.di.2.n. 3.de probat.vbi distinguit.& facit plura membra. idem.

Iudex ecclesiasticus non potest exequi in bonis laicorũ sententiam suam,sed debet inuocare brachium iudicis secularis. Fel.in c.significasti.de of.deleg.n.4.com.dicit.

Nota istam communem ad corroborationem l.7.ti.3.li.1. or.& ratio vera istius cõis,& legis,est quia Episcopus non habet territorium,vt tenet Old.ꝑ.18.& vide quæ habes j̃. vers. præscriptio.n.244.& per hanc rationem iustificatur opi.Pan. in d.c.significasti: vbi concludit ꝙ Episcopus non habent iurisdictionem temporalem,non potest habere officiales armatos.licet Deci.ibi teneat contrarium:& Barb.de præstan.card. in 5.par.2.part.n.18.vbi vide quib.licitus est vsus arm. idem.

Iudex ſi non vidit probationes rei, hoc ſufficit ad caſſari faciendū ſñiam ꝑ actore latam.l.hoc aūt.poſt principium,ibi liquereq; prætori.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eatur.l.properandum. §.Et ſi quidem ibi negotij acta,&c.C.de iud.firmat Alex. atteſtatus communem hanc ſententiam,conſ.53. quæritur. in fi. libr.1. F.Turzan.

Si vnus ex tribus iudicibus delegatis appellationi detulerit,licet alij nō detulerint,cauſa tñ ad ſedē apoſtolicā deuolui tur,idq; fieri dicitur ob ſedis ipſius reuerentiam,& hoc ex dominorum ſacri apoſtolici cauſarum palatij ſñia,de qua Rota deciſ.222.incip.no.ꝙ ſi vnus.de app.in antiq.arg.c.ſi duobus. de app.& c.ſi à ſede.de præb.in 6.Communis tñ Doct.ſñia eſt in ꝯrium vt tenuit Bal.in auth.hodie. ver.ſed,quid ſi appellauit.C.de appellatio.Peruſ.in c.fi.q.7.de conſt. Ang.in l.ſi cum dotem.§.eo aūt tpe.ff.ſo.ma.Card.in cle.j.q.26.& ibi Imo.de app.& facit tex.in d.cle.j.ibi.corā ipſis,vel maiori part.ipſorū, & latè Doc.ī c.cū appel.§.j. verſ.ſed qd ſi erāt.de app.ī.6.F.T.

Iudex poſtq̄ in cā pronunciauit, & ſñiam pro perfecta habuit,vtpotè,quia per verbum ꝯdemno,vel abſoluo,aut æquipollens ꝓnunciauit: quo caſu dicitur habuiſſe ſent.ꝓ perfecta,vt no.gl.& ibi Bar.in l.actorum. & in l. poſtq̄ iudex. de re iud.in l.mortis.§.iſtæ ferè.ff.de pœ.& in l.1.in pr.ad Turp.illā ampli⁹ corrigere,neq; emendare pōt,q̄a,ſtatim ſent. recitata, deſinit eſſe iudex,præterq̄ in acceſſoriis,ex doc.Gul.de Cu.in l.quia arb.ff. de arbit. Secùs ſi pro perfecta eā nōdum habuit arg.tex.in l.ꝯtus.C.de fid.inſtr.&no.per gl.in d.l.actorum:vbi Paul.Caſt.& in d.l.iudex poſtq̄ vbi etiam Bar.de re iud.Nec ad ſolā ſñiæ ꝑfectionē ſolū illa verba,videlicet,lata,data, &c. ſufficiūt,ſed dicta verba ꝯdemno,vel abſoluo reqrunt̄,ſec.gl. q̄ Alex.ī ꝯſ.118.oīs.n.12.li.3.allegat & d̄r eſſe cō. approbatā in c.fi.in ver.illuſerūt.de re iud.in 6.quæ tñ eſt in ver.ſen.F.T.

Si Iudex in ſñia refert ſe expreſsè ad acta,& ex illis apparet de errore ipſius iudicis,vitiatur ſent.& eſt nulla. Quia quemadmodum error expreſſus in ſent.illā vitiat,& nullā ipſo iure reddit.l.ſi expreſſim.ff.de app.l.2.C.qñ prouocare non eſt neceſ. c.j. de re iu.ita qñ error deprehenditur ex actis, ad quæ fit relatio cum hæc parificētur.arg.tex.in l.ait prætor.§.1.ff.de re iud.& l.pe.C.de ſent.quæ ſine cer.quāt.& l.inſtitutio talis. ff. de cond.inſt.firmat Bar.in l.vnic.C.de error.calc.abb.in c.qm̄ cōtra.de proba.hancq; verā & magis com.concl. teſtat̄ Alex. conſ.123.diſcuſſis.n.4.lib.1.Inn.tñ in c.præſentia de renū.diſtinguit, ꝙ aut iudex expreſsè ſe refert ad acta, in quib⁹ error deprehēdit̄,& tūc vera eſt cō.aut nō expreſsè ſe retulit ad illa & tūc ſecùs,q̄a fortaſſis iudex ex alio fuit mot⁹,qd̄ nō apparet ex actis,hācq; diſt.ſequitur abb.in c.inter cætera de re iu.F.T.

Iudex ſi parte abſente procederet vel procedere poſſet, poteſt de facto ex officio pro ea ſupplere,non ſolùm in cauſa appellationis ſed etiam in cauſa principali, modò abſentia vera ſit nec in hunc finem procurata,prout vult gl.in ca.bonæ. de poſt.prælat.l.ſi.C.de appel. Auct.quod ſemel.C.quomodo & quando iudex.&per Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium.de damno inf.quam opinionem communiter teneri aſſerit Benedic. Capr.reg.17.nu.10.

Iudex in pœnis ordinariis tēperandis ante ſñiam ſi animaduerterit eas iuſta de cauſa tēperari aut moderari poſſe,ſuā poterit ſequi ꝯſcientiam,vel ſuo duci ſenſu.iux.no.in l.aut facta §.fi.ff.de pœnis.l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de infam.& in l.etſi ſeuerior.§.pœna.C.e.tit.quod ſequuntur Inn.&Io.And. in.c.j.de conſt.per gl.in c.inquiſitionis de accuſ.& ita communiter teneri teſtatur Bened.Capr.reg.18.nu.25.

Iudex licet in ſui arbitrio commiſſis liber ſit à regul.iur.poſitiui,non tamen liber eſt à reg.iur. & æquitatis naturalis, ſiue iuriſgentium, ꝙ locum habet, etiam ſi verba quantumcunq; latiſſima ipſi iudici cōmitterentur,vt voluit Bart.in extrauag. ad reprimendum,in verſ.videbitur.& D.Ant.in c.1.de conſti. dicens: ꝙ quantumcunque detur liberum arbitrium nihilominus non poterit de iure lædere partem contra iuſtitiam & æquitatem, licet omittere poſſit ſolemnitates iuris,vt voluit gl.not.in clem.ſæpè,in verb.Defenſio,de verb.ſign.& plenius de his per D.Ant.& Imol.d.c.1.& Bart.d.verſ.videbitur, & ita communiter teneri refert ac ſequitur Bened. Capr. regula 18.num.33.

Iudex ſi ad eius iuriſdictionem declinandam opponatur ei exceptio talis quæ ſuggillat vel lædat ipſius exiſtimationē & famam, non poteſt tanquam ſuſpectus de competentia cognoſcere,iuxta ea quæ no.Io. And.in c.pia.de excep.li.6. quod voluit Bart.in l.quidam conſulebat.ff.de re iudi. & ita contra Inn.in c.cùm ſuper.de of.deleg.Doct.communiter tenere aſſerit Bened.Capra regula 19.nu.12.

Iudex non cognoſcet de ſua iuriſdictione, quando exceptio quæ contra iuriſdictionem opponitur pariter concludit in incidenti ſicut& in principali,&ſi opponatur quod nō poſſit eſſe iudex,quia furioſus aut impubes ſit,non poteſt cognoſcere vtrum ſit iudex, quemadmodum voluit Bart.in l.quidā conſulebant.ff.de re iu.quod ſequitur D.Nic.in c.ſupereſt. de of.dele.cum quibus communiter Doct. tranſire dicit Bened. Capra regul. 19.nu.16.

Iudex ſi opponeretur exceptio de totali fundamento iuriſdictionis,putà quod non ſit poteſtas, aut epiſcopus, &c. non poteſt ſuper eo cognoſcere, quia habet affectionem ad cauſam quodammodò propriam ſicut voluit Inn.in c. cæterùm, de iud.& Bart.in l.ex ſententia.ff.de teſta.tutel. quos ſequitur D.Nic.in c.ſuper eo.de of.& poteſt.deleg.& ita communiter teneri aſſerit Bened.Capr.reg.19.nu.17.

Iudex alioquin ſuſpectus niſi recuſetur, poterit cognoſcere,prout voluit Bald.& Ang.in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ierit. quos communiter ſequuntur doct.vt refert Bened.Capr. reg.19.nu.42.

Iudex per reſcriptum falſum deputatus,obiecta falſi reſcripti exceptione,non poteſt de ea cognoſcere,an ipſum reſcriptum ſit falſum, vt de iuriſdōne ſua,Inn.c.ſuper eo.de of.del. arg.c.ſua.de of.vicarij,& tot.tit.C.ſi à non compet.iudice. faber enim falſi reſcripti ſicut nō potuit facere iudicem in principali,ita etiam nec in incidenti, ſec.Io.An.d.c.ſuper eo.vnde quandocunque conſtabit reſcriptum eſſe falſum,omnia agitata eius vigore nulla declarabuntur,ēt ſi nō appelletur, ꝓut voluerunt in d.c.ſuper eo.Inn.& Io.And.arg.eorum quæ notant in cap.2.de dilat.quod Bart.& Legiſtæ communiter in l. præſcriptione.C.ſi contra ius vel vtilitatem pub.ſequuntur.Idem tenuit Io.de Lignano,& D.Floria.in d.ſuper eo. propter dubium dicatur habere iuriſdictionē,arg.l.Barbarius.ff.de of. pret.&eſſe in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis,quod tamen verum eſſe negat Bened.Capr.regul.19.nu.49.eò ꝙ iudex delegat⁹ nō vtatur ſua,ſed delegantis iuriſdictione,vt d.l.Barbari⁹. vbi tamen addit quod D.Ant.in d.ca.ſuper eo teneat primam opinionem.cum qua ibidem videretur tranſire Bald.Imol.& D.Nic. & eam expreſſe tenet idem Bald.in d.l.præſcriptione. quam ēt veriorem, & communem dicit d.reg.19.n.49.idem Bened.Capr.tentans, nu.ſeq.prædictorum concordiam, vt ſi reſcriptum ſit omninò falſum, quo caſu faber illius etiam ſi voluiſſet,non potuit dare iuriſdictionem,& tunc procedat dictum Inn.&ſeq.in d.c.ſuper eo.aut reſcribens poterat dare iuriſdōnem, ſed reſcriptū dr̄ falſum,ex eo q̄a falſum expreſſum vel verum tacitum ſiue prætermiſſum eſt, & hoc doloſè per ſub & abreptionem,& tunc procedat opinio eiuſdem Inn. in d.ca.2.de dilatio. & Bart.& ſequa.& eo caſu licet iudex in eo datus,poſſit de qualitate precum cognoſcere,prout dicitur in d.l.ſuper eo.in fi.tamen facta fide de hoc,non poterit cognoſcere de ipſo negotio principali.25.diſt.c.& ſi legibus,Benedi. Capra ibidem,nu.47.vſque ad fi.reg.19.

Iudex delegatus impedimentis à iure gentium vel poſitiuo introductis oppoſitis,inhabilitatur,& quantumcunque toleretur in ipſo officio,nihilominus poterit contra eum de ipſis impedimentis & eorum quolibet opponi, prout notatur, in l.Barbarius.ff.de of.præt. & hoc voluit Inn.in c.ſciſcitatus,de reſcri.& ita communiter teneri dicit Bened.Capr.reg.20.nu. 30.Quod in ordinario locum habere non poteſt,quia quandiu in offi.toleratur contra eum non poterit de talibus impedimentis opponi 8.q.4.c.nonne & c.cum ſuper.de of. deleg. ſecundum Inn.Compoſtel.Io.And.& Petrum d.c. ſciſcitatus refert ibidem Benedict.Capra,ibidem numero 31.vide ſuprà Delegatus.

Iudex in præparatoriis aut ordinatoriis iudicij ſiue litis,tenetur ſequi & ſeruare conſuetudinem loci,vbi proceditur,ſecundum Io.Andr.in rub.de conſuetudine, vbi rectè hanc eſſe communem opinionem dicit,per l.2.in fi.ff.de teſtibus,quod verum eſt,modò conſuetudo ſit rationabilis, alias ſec⁹, prout not.in c.conſtitutus.de fideiuſſ.quod ſecundum Im. in d.rub. de conſuet.extenditur, & locum quoque habet in teſtamentis,vt not.in l.2.C.quę ſit longa conſuetudo,vt refert Bened. Capr.regul.24.nu. 1.& ſeq.

Iudex quando præfigitur tempus inſtantiæ terminandæ à iure communi, non poteſt cauſam vel actum ſine vtriuſque partis conſenſu expedire,poſt tempus iure non valet, quod ꝑ ipſum iudicem ſit poſt tale tempus,l.properandum.§.1.C. de iud.quia perempta inſtantia,per ipſum iudicem acta ſunt nulla.l.2.ff.iud.ſolui.vnde ſententia poſteà lata reperitur ſine inſtantia,& ideò non valet.l.probatam.C.de ſen.nec corrigitur diſpoſitio,d.l.properandum,per c.venerabilis,de iud.non dato aduerſarij dolo aliiſue legitimis impedimentis, quæ ibidē

& cap

& c.iurgantium de reg.iur.lib.6.conſiderantur,vnde contraria opinio deſtruitur,quod ſi rectè conſideretur, in d.c. venerabilis,tenent Inn.Philip.Gofred.Io.And.& Petr.de Anch.ita vti,ſecundùm Bened.Capram communis dicitur regul.25.n. 15.& 19.

Iudex delegat⁹ ſi ſententiam nullam tulerit non poterit amplius cognoſcere, aut ſe intromittere, quia ſemel functus eſt officio.l.qualem.in fi.ff. de arbitris, ſed recurritur ad ſuperiorem qui eum dedit,iuxta l.ſi vt proponis, 1.C. quomodo & quando iudex.prout voluit Inno.& Andr.in d.c.de cauſis,de officio deleg.quod communiter teneri dicit Bened.Capr. regul.26.nu.12.fallit tamen ſi fuiſſet nulla,ex eo quod non ſeruaſſet formam mandati, quia tali caſu iterum poſſit pronunciare,prout voluit Bald.& poſt eum D.Nic.in d.c. de cauſis. ꝑ l.quod tamen de arbitris.Similiter fallit quando talis ſententia nulla, fuiſſet lata ſuper cauſa matrimoniali, vel beneficiali, quo caſu delegatus ſententiam nullam poteſt reuocare, emendare aut aliam dare,ſi ex ſententia euidenter deprehenditur iniquitas,prout voluerunt Domini de rota deciſ.341.quę incipit.Item dubitatur ibidem,nu.ſeq.& nu.49.dicit communem non procedere.præterquam in beneficiis principum.

Iudex ordinarius lata ſententia,licet nulla,ſi ab ea eſt appellatum, non poteſt eam reuocare vel emendare. Si verò non fuerit appellatum & nulla ſit,ob turpitudinem,& ſordes ipſi⁹ iudicis,tunc ſimiliter non ipſe, ſed ſuperior reformat ſententiam,prout communiter tenent Legiſtæ per l.abſentem.Cod. de accuſ.vt plenius ibidem notatur,& refert Bened.Capr.reg. 26.nu.18.aut fuit nulla non alia de cauſa,quàm ex turpitudine ac ſordibus iudicis, & tunc poterit iudex ordinarius iterū pronunciare,& definire cauſam.l.præſes.C.quomodo & quādo iudex,vt voluit Inn.in c.de cauſis,de of.dele.vt ſecundum Ant.ibidem communiter tenent Legiſtæ,de quò tamen vt dicit Bened.Capr.regul.26.nu.19.dubitari poſſit, nam licet Iacobus de Arena & poſt eum Cyn.in d.l.ſi vt proponis.C.quomo.& quand.iudex,hoc tenuerūt,tamen alij Legiſtæ aliud tenent,vt voluit Barto.in d.l.ſi vt proponis,& in lege ſi expreſſum.ff.de appellat.

Iudex eccleſiaſticus ſi aliquem condemnauit,& poſtea remittat illum iudici ſeculari puniendum, tunc iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui facto coram iudice eccleſiaſtico, ſed poteſt de nouo cognoſcere.com.dicit Fel.in c.at ſi clerici, in pr.nu.14.de iud.quem refert Afflict.ſuper 1.part. conſt.regni.rub.27.nu.32.& Curt.iun.in l.magiſtratib.nu.4.de iuriſd. om.iud.intellige in illis criminibus quæ non ſint merè eccleſiaſtica, ſecùs enim eſt in hæreſi & ſimilibus. vt commun.dicit Cagnol.in l.cum quædam puella in pr.nu.33.ff. de iuriſdi. omn.iud.Et licet Legiſtæ teneant contrarium,vt com.dicit Imola.c.1.nu.19.de of.ord.quem refert Carrer.nu.63. & eandem communem legiſtarum dicit Menchiaca in 1.part.de teſtament.§.6.nu.16.verſ.deñique.Pract.Iodoci.c.61.n.54.Tamen comm.opi.Canoniſtarum eſt in contrarium,vt dicit Berous in d.c.44.ſi clerici.n.79.& ſeq.de iud.Boſſ.in tit. de hære. nu.35.Simancas de hæret.c.36.nu.3.Imò ꝙ etiam iudex ſecularis non poſſit hoc caſu commutare pœnam pro crimine hereſcos.comm.dicit Boſſ.d.tit.de hæret.nu.37.Si verò eſſet crimen ſeculare vel mixtum,non tenetur ſecularis iudex præſtare auxilium epiſcopo,ſi fiat ſibi fides de proceſſu.comm.dicit Alc.in c.1.n.119.de of.ord.Clar.in d.§.fi.q. 96. verſ. quæro etiam. P.Fichard.

Iudex excedens modum conſuetum in torturam tenetur de ſyndicatu,ſecundum opi. Bart. communiter approbatam vt inquit marſ.in pract.crim.§.expedita.nu.89.in fi.& ſi forte reus moreretur & iudex dolo exceſſiſſet modum torquendi, tenebitur de homicidio. ſi verò ex culpa, tenebitur ſecūdum modum culpæ.comm.dicit Bel.conſ.84.nu.12. ideò rectè faciunt qui iubent notarium in acta inſcribere qualitatem & quantitatem torturæ,& communiter ſeruari teſtatur Ant.Gomeſ.c.13.delictorum.nu.6.verſ.ſi verò iudex.Cla.d.§.fi.q.64. verſ.iudex autem. idem.

Iudex in cauſa criminali,poteſt propter paupertatē rei pœnam pecuniariam mitigare & diminuere,ſi mulcta ſit fiſco debita, nec tenetur illam commutare in pœnam corporalem. comm.dicit Menchiacha controuerſ.illuſt.c.24.nu.15.refert Clar.d.§.fi.q.95.verſ.Hæc autem. idem.

Iudex in cauſis criminalibus qui primam ſententiam tulit, debet in cauſa appellationis citari, quando proceſſit ex offic. comm.dicit Craueta ſuper ritu.260.magn. curiæ.n.14.alij verò dicunt ſimpliciter ꝙ iudex ille vel ſyndicus fiſci cuius intereſt,citandus ſit,vt dicit Ang.de malef.in verb.præſente Caio.nu.28.quod ita vidit practicari.Cla.verò dicit ſe nunquam vidiſſe citari iudicem,niſi ageretur etiam de condemnando ipſo iudice propter ſordes vel iniuſtitiam,ſed in fiſco cuius interſit,benè verùm eſſe quòd citari debeat.Clar.d.§.fina.q.94. verſ.quæro nunc. idem.

Iudex in caſu quando pœna committitur arbitrio iudicis, poteſt tunc etiam imponere pœnam mortis,hanc gl. opinionem in §.in ſumma in verbo extraordinaria.inſt.de iniur.communē dicit.barbat.conſ.11.nu.6.lib.1.Alc.conſ.472.Maranta in ſpecu.nu.53.Papo.lib.24.tit.10.arreſto.2.Dec.in c.ex literis.nu.14.de conſt.Bolenc.in repet.l.capitalium.§.famoſos, num.29.de pœnis. Illa tamen gl.limitatur procedere quando delicti qualitas aut circunſtantia talis ſit, vt de iure communi vel conſuetudine eſſet pro eo delicto pœna mortis imponenda, alias enim ſecùs, ita communiter eum limitari atteſtatur Affl.ſuper 2.part.conſt.regni.rub.10.nu.22.& hanc eſſe communem opi.dicit Alex.conſ.121.in fi.lib.7.Crauetta conſil. 220.nu.14.& conſ.224.nu.2.Dec.in d.c.ex literis.Gram.con. 39.nu.8.Ant.de Padilla.in l.transigere.nu.27.C.de tranſ.Contra verò ꝙ iudex non poſſit arbitrari pœnam mortis,communem dicit Fel.in c.inquiſitionis.de accuſ.vt illum refert Villalpand.in repeti.l.22.c.9.nu.4.Affl.deciſ.276.n.6.Pract. Carer. nu.112.Gramm.conſ.48.nu.2.Chaſſ.ſuper conſuet.Burg.nu. 2.Menchiacha cōtrouer.vſu.freq.c.39.n.26.Clar.d.§.fi.q.83. ver.ſed quæro. Idem.

Iudex iudicare debet in criminalibus ſecundum acta & probata etiamſi ſciat veritatem eſſe in contrarium.commu.dicit Didacus lib.1.reſolu.c.1.nu.9.idque in tantum procedit,vt etiamſi ipſe tāquam priuatus ſciret aliquem eſſe innocentem, tamen ſi ex probationibus crederet bona conſcientia illum condemnari poſſe,poterit eum condemnare,ita communem dicit Imola.in cle.paſtoralis §. quia verò.nu.49.de of.dele.& c.1.nu.13.verſ.ſi autem.Menchiaca.controuerſ.illuſt.c.13.n. 1.& c.14. nu. 5.in fi.poſſet tamen iudex hoc caſu inſtare apud ſuperiorē vt ipſe exoneretur ab huiuſmodi iudicio, & cauſa alteri delegetur,vel poteſt etiā ipſemet cauſam alteri delegare,vt comm.dicit Imo.in d.§.quia vero.n.49. in fin.q.66.ver. ſcias autem. idem.

Iudex malè iudicans ex imperitia, tenetur arbitrio iudicis. com.dicit Boſſ.in tit.de officialib.corrup. pecun.nu.22. Clar. d.§.fi.q.83.ver.iudex. idem.

Iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum ad reſtitutionem vel ad damna partis, niſi quando illum condemnat per ſuam propriam confeſſionem,ſecùs ſi per fictam,vt ſi ex contumacia condemnaret.nam officium iudicis non deſeruit niſi veræ confeſſioni.com.dicit Rolan.conſ.30.n.18. Cla. d.lib.5.§.fi.q.2.verſ.& hæc. P.Fichard.

iudex maleficiorum non poteſt de reſtitutione rei furtiuæ cognoſcere niſi incidenter, idque ſiue per modum accuſationis,ſiue per modum inquiſitionis procedatur.com.dicit Boſ. in tit.de decreto Mediolan.nu.51.Clar.d.§.fi.q.2.verſ. & hæc in fi. P.Fichard.

iudex non poteſt offenſum vel læſum cogere ad quærulandum vel accuſandum.ita tenet gl.in l.ſi quis homicidij.in verbo.coges.C.de accuſ.quæ frequenti Doctorum conſenſu ꝓbatur,vt ait Didac.lib.1.reſolu.c.11.in fine.Et licet Barto in l. in eum.n.1.ff.de accuſ.tenuerit ꝙ ſpecialiter in crimine homicidij hæres poſſit cogi à iudice ad porrigendum quærelam ſiue accuſationem de homicidio commiſſo in perſonam eius cui ſucceſſit,tamen contra eum eſt communis opinio,vt atteſtatur Salicet.in d.l.ſi quis homicidij.nu.10.Hiero.in apoſtill. ad Ang.de Malef.in verbo & ad quærelam. nu.57.Clar.d.§.fi. q.15.verſ.item quæro. idem.

iudex poteſt etiam ex officio repellere accuſatorem non legitimum,etiamſi accuſatus non opponat.comm.dicit Old. conſ.34.nu.1.Clar.d.lib.5.§.fi.q.15.in prin. idem.

iudex poteſt etiam in criminalibus tanquam ſuſpectus recuſari.gl.in c.qualiter & quando.ver.item ſi ille,de accuſatio. quam dicit communiter approbatam. Card. Alex.in cap. de accuſ.ver.venio ad ſeptimum,2.q.8.& ita etiam comm.dicit Maria.in d.c.qualiter.nu.78.Clar.d.§.fi.q.43.in prin. idem.

iudex poteſt publicare edictum & promittere præmium ei qui delinquentem capiat & tradat.communem dicit Alber. in 4.part.ſtatuto.q.48.quem refert Aug.ad Angelum de Maleſi.in verbo fama publica.n.75.Clar.d.§.fi.q.29.verſ.ſed quid ſi delinquens. idem.

iudex qui facit aliquem iniuſtè torqueri,capite puniendus. eſt.ita com.dicit marſ.in l.quæſtionis modum.n.73.ff.de quæſtio.quem refert Sapia. in l.1.in pr.n.7. ff.quod quiſque iuris. & Apoſtil.ad Crottam de teſtib.n.96.in verb.Modica.& Apoſtil.ad Riminal.conſ.6.nu.18.Boſſ.in tit.de tortur.n.31.Barb.

consilio 47.libr. 1. Sed de consuetudine non seruatur, refert Clar.d.§.fi.q.68.in prin. idem.

Iudicem superiorem Papa non habet preter concilium generale,& ideo si de hæresi accusetur(vt quidem potest,sed de nullo alio crimine, vt magis communem dicit Berous in ca. cùm venissent.nu.31.& 43.de iud.) concilium est iudex competens.Communem esse attestatur Card.Alex.in can.si Papa 40.dist.Ias.in cons.9 .lib.4.Clar.d.§.fi.q.35.vers.1. idem.

Iudicandum est secundum acta & probata. etiamsi iudici de veritate aliter priuatim constet. communem dicit Didac. lib.1.resolut.c.1.num.6.Imo.in clem. pastoralis. §. quia verò nu.49.Clar.d.§.fi.q.66.vers.iudex. idem.

Iudex secularis mortuo episcopo, vel absente,vel ægroto, quia legitimus est testamenti executor, iuxt.communem poterit exequi, & vltimam voluntatem adimplere,de qua re vide supra in verbo executores.

Iudex sequendo in iudicando conscientiam ex actis informatam contra propriam priuatam cõscientiam, non peccat. vt voluit gl.in c.1.de offi.ord.& Bart.in l.Illicitas. §.veritas.ff. de of.præsid.c.si sacerdos.de of.ord.ca.pastoralis.§.quia vero. de of.deleg.vbi Imol.hanc communem dicit.& tametsi Bene dict.Capr.regula 32.nu.8.ita communiter secundum Theologos & canonistas excepto Calderino & D.Ant.teneri asserit.id tamen dicit fallere in causa criminali,si non in absoluendo,saltem in condemnando,quia ibi tractatur de executione irreparabili.quod & D.Nicolao d.c.1.de of.ord.placet.Similiter fallit in iudice supremo qui, non ligatur iuribus positiuis, quare veritatem sequi debet argumento eius quod habetur. in l.1.in fin.ff.de quæstionibus.vt dicit Cyn.l.1.C. vt quæ desunt.id fallit quoque si contrarium esset planè notorium,aut iudex vt priuatus certissimã haberet conscientiam.quam sequendo acta deponere non posset, quo casu ne contra conscientiam peccet,à iudicando abstinere potius debet, de quibus singulis.nu.9.& seq. vsque ad finem regulæ ipsum consule Capram.

Iudex habens conscientiam priuatam & non ex actis informatam,contra reum,etiam si accusator nil probet,non debet eum absoluere definitiuè,prout dicit Bal.in ca.pastoralis. §.quia vero,de of.dele.sed tantum ab obseruatione iudicii.secun.D.Ant.in c.1.de of.ord.quod procedit quando non fuisset aliquis terminus ad probandum accusatori assignatus.aliàs quando fuisset assignatus accusatori terminus probandi, nec probauit, tunc secundum communem tenetur ipsum reum definitiuè absoluere,iuxta no.in l.properandum.§.1.C. de iud.& Imol.d.ca.1.de offi.ord.quod ibidem videtur sequi. D.Nic.vt refert idem Bened.Capr.regul.32.nu.32.& seq.

Iudices remoti consensu actoris & rei literis impetratis siue rescripto possunt dari vltra vnam vel duas dietas, quod communiter teneri & in practica obseruari refert Benedict. Capra regula 53.nu.13.vide infra rescriptum.

Iudex si forma statuti disponatur, vt teneatur committere causam consilio sapientis,si partes vel aliqua ipsarum id velit valet & tenet,modo iudex habeat iurisdictionem & potestatem ab ipsis statuentibus, secus autem si à superiore nisi & is tale statutum confirmasset quo casu similiter teneretur ad obseruantiam statuti,communem refert Benedictus Cap.regula 28.nu.36.& seq.vide infra in verbo Statutum,per id quod habetur in clem.ne Romani.de elect. & stante tali statuto , si iudex dicat, pronũcio secundum consilium quod dicit reum absoluendum,valebit talis sententia, non solùm si consilium redditum sit super interlocutoria,vt tenuit Io Andreas, in additio.ad speculatorem tit.de excep.§.viso.ver.porrò,sed etiam si sit redditum super definitiua,vt tenuit Cyn.in l.prima. C.si aduers.libert.licet Bartolus,ibidem & Io. Andr.in dicta addit. aliud voluerit.sed male,cùm verba sententiæ intelligi debeãt secundum mentem consulentis , quæ talis fuit vt absolui debeat argument.c.intelligentia,& c.in his,de verborum significatione,secun.Imolam in c.si pro debilitate.de offic.delegat. cum quo communiter recentiores transire refert Benedictus Capra,regula 208.nu.39.vbi ex Imola moner, tutius esset vt iudex pronunciet sic pronuntio secundum formam consilij & sic absoluo vt in eo continetur.de quibus,in l.1.§.si quis ita. ff.de verb.sig.

iudex vt quis si aut esse possit, an sufficiat annum ante quẽ iudex esse nequeat iam cœptum esse, an oporteat eum esse completum,vide s.in verbo Minor.& Bened.Capra reg.30.n. 12,& seq.

Iudex licet neminem regulariter sine accusatore condemnare debeat,tamen inter alias multas fallentias,quando generali inquisitione contra malefactores procedit,& aliquem suspectum ac culpabilem reperiat, poterit speciali inquisitione contra eundem procedere, & criminis conuictum punire, communem refert Bened.Capr.reg.74.nu.9.s.accusator.

iudex. Pœnæ capitis appellatione in dubio de pœna mortis non intelligitur, & sic si iudex assereret in sententia diffinitiua condemnatoria,Titium condemnamus in pœna capitis, seu pœna capitali , non veniret plectendus pœna mortis iste reus,sed alia mitiori,ac minori pœna. & per consequens exilij perpetui,quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur,secundum glo.in l.vnica C. ne Christi.mancip.post Azonem ibi in summa,quam glo.dicit singularem Imol.in l. 2.de publi.iud.Ias.in l.transigere.C.de transactioni.nu.9.Anani.& Fel.in c.qualiter,il 2.§.licet.nu.39.2.de accusatio.& marsil.cum aliis signatis per eum in practica criminali.§.opportunè,n.40.vbi præsupponit istam esse communem opinionem, & admonet iudices,quòd in sententiis capitalibus vltimi supplicij proferendis apponantur illa verba, scilicet quòd taliter moriatur, & anima separetur à corpore. F. Viuius libro 2. opin. 152.

iudex delicti condemnat delinquentem , etiam priuando ipsum bonis alibi existentibus, sed executio realis, hoc est ablatio possessionis fit per iudicem, sub quo bona sita sunt.ca. postulasti.ext.de fo.comp.vbi Io.de Im.Pan.Melchior Cling. & alij hanc doctrinam latiùs prosequuntur. Et ibi attestatur prædictus Io.de Imo.hoc communiter teneri.Propterea scribit Io.Berberius: si quis habuerit in diuersis territoriis bona, cui ista applicanda sint,an domino vbi condemnatur,an verò domino vbi sita sunt?si Dominus domicilij vel rerũ haberet fiscum.tunc bona quæ sunt in loco domicilij,occupari per fiscum domicilij,& maximè,quia proprius forus est domicilii, per gl.in c.statutum.§.cum autem.de rescr.lib.6.& allegat Berber.l.3.C.de bon.vacan.lib.10. Cum fiscus territorij occupet bona in suo territorio vacantia.l.tutores.§.hæres.ff. de admini.& peric.tut.l.forma.§.si verò.vbi iurisc.Vlpian inquit:si verò quis agrum in alia ciuitate habet,in ea ciuitate profiteri debet,in qua ager est.ff.de censi.Et hanc communem esse opi.in viatorio,seu directorio iuris,in 1.part.in rub.de crimini.læsæ maiest.fol.4. Kirchouius.

Iudex originis alicuius non potest inquirere contra delinquentem de delicto commisso in alieno territorio,præsertim si fuerit inquisitum & processum contra eum per iudicem loci delicti , cum de delicto eiusdem hominis sæpius quæri non debeat.l.licet.§. fin. ff. nautæ, caup.stabularij, vt recepta restituant.l.in delictis.§.fi.ff.de noxalib. Et hanc sententiam communem opinionem Doc.esse scribunt Hipp.de marf. in prac. sua crim.§.constante.nu.90. & 91. vbi ipse plures authoritates scribentium adducit.& Iac.Nouel.in pract.& Theor.causa crim.c.de mod.& form.citan.reos criminis.nu. 51. Quia vbi delictum est commissum,vbi puniri debet , nec consideratur vnde est delinquens,& ea maximè,quando contra delinquentem est processum per iudicem loci , in quo crimen est commissum. Nam tunc per iudicem originis nullo modo procedi potest. Kirchouius.

Iudex secularis de & super possessorio beneficiorũ, & aliarum causarum spiritualium cognoscere potest,secundum opinionem Vincentij,quam recitat Io.And.in ca.fi.extr. de iudi. Quam & alij Doct.Archidia.Inn.& Ant.de Bu.approbarunt, cum possessorium non sit quid spirituale.Arch.in c.1.de rest. spol.lib.6.& Zabarel.Card.in clem.dispendiosam. de iudi. Et hæc omnia refert Guid.Pap.in decis.Gratiano.in q.1.nouissimè Io.Coras.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.17.vers. hinc denique videmus.Et ita Doct. communiter concludere inquit Ant.de Petru.in l.1.in 4.Remed.nu.410.in 2.vol.repe. Cuius decisionis quoque mentionem facit, & de ea disserit in vtranque partem Roland.à Valle,in con.23.volentis hanc sententiam tum procedere & locum habere , vbi clericus intentasset remedium reintegrandæ possessionis beneficij contra laicum,coram iudice seculari:secùs vbi laicus vel clericus conueniat clericum pro possessorio beneficiali coram laico in 2.Tom.con.Item an clericus coram iudice laico conuenire possit actione reali indicant,Roland.ibid.n.13.& Minsing. in Obserua.Cameræ.Obserua.22.in.1.Cent. Kirchouius.

Iudex secularis punire potest laicum vulnerantem alium laicum in ecclesia.Bald.in l.si quis in hoc.num.2.C.de episc. & cler. Licet autem alij contrariam sententiam secuti fuerint,tamen prior sententia communiter est approbata referente Rolan.à Valle,in cons.24.nu.6.in 2.Tom.vbi ipse nu.9.valdè eleganter explicat illam quæstionem,an vterque iudex tam ecclesiasticus ratione sacrilegij commissi in ecclesia,quàm secularis ratione vulneris respectiuè procedere possit. kirchouius.

Iudex

Iudex si probabiliter vim vereretur , aut alia imminet necessitas,tum ipse in causa necessitatis vel imminentis timoris,ex turri posset férre sententiam,vel in equo sedens iudicare.Ita gl.est notabilis in verb.recitauit.in l.1.C.de sen.ex breuic.recit.Licet ibi Bar.n.3.contrarium sentiat,sed pro glo.est communis opi.Vdal.Zas.in l.pen.n.24.ff.de iust.& iur.in Tomo.1. kirchouius.

Iudex ex præsumptionibus violentis, & indiciis indubitatis,& vehementissimis non potest ipse deuenire ad condemnationem,ac sententiam diffinitiuam in causa capitali absque aliis probationibus, & sic huiusmodi indicia non sufficiunt ad pœnæ corporalis condemnationem , sed solummodo pecuniariæ,secundum Gandi.in trac.malefic.in rub.de præsum. indubitatis,ex quibus condemnatio sequi possit,Io.Andr.in addit.Specu.in tit.de probatio.§.videndum restat,Bald.in l.2. C.de his,quæ pœnæ nomine, in test.& l.eius.§.1.ff.de testam. vbi hoc idem firmant Fran.de Areti.& omnes,Pau.Castr.consi.197.vol.2.Ang. in l.2.ff.de fur.Io.de Imo.in fi.ff.de hæred. instit.Aret.in tract.malefi.in ver.fama publica,ver.quæro an vnum,& Mathef.sing.122.& seq.Io.de Anania, cons. 59.n.2. Ias.in l.seruum fugitiuum,nu.29.C.de seru.fugit.Io.de Imol. Card.Abb.& Fel.in c.afferte.de præsum.& ita consuluit Pau. Cast.d.cons. 197.& Alex.cons.116.in fi.vol.3.& cons.15.vol. 1.& opinionem istorum sequitur quoque Boer.decis.164.n. 6.& sequitur,approbat, & fatetur æquiorem & communiorem Mars.in repet.rubr.C.de prob.nu.252.cum aliis seq.Iac. Nouellus,in pract.crim.rubr.de testibus in materia criminali incip.crimina obiecta probanda sunt, n.33.& seq.Tiraq.post alios innumeros relatos per eum,in tract.de pœnis temperandis causa.27.n.2.10.& 11.vbi eam limitat,& Grammat.in decis.96.vbi refert quod quidam inquisitus de homicidio in magna curia vicariæ propter indicia vehementissima, & indubitata fuit in eadem condemnatus ad remigandum per septennium,& introducta causa istius cõdemnati per remedium appellationis in sacro regio consilio extitit in eo moderata pœna prædicta,seu sententia magnæ curiæ,& sic fuit condemnatus dictus homicida inquisitus per triennium ad remigandũ per sacrum consilium.Et licet multi Doctores asseruerint cõtrarium,quos recensuit Brunus,in tract.de indiciis,& tortura in 4.q. 1.partis.n.13.Mars.in rub.de prob.n.253.& Boer. in d.decis.164.nu.1.cum aliis seq.tamen quicquid isti suadeant fatuum quidem esset,& inhumanum in actu practico recedere à dicta cõmune. imò si iudex sententiam ferret ex præsumptionibus, certè & absque dubio aliquo non transiret in rem iudicatam,vt habetur,in l.si ij,qui adulterij,de adult.secũdum communem intellectum,de quo per Fel.post alios,in ca.proposuisti,extra de probationib.& quæ dicantur indicia indubitata,& qualia,& quæ sint,latè declarant Criminalistæ in locis præcitatis, & Mars. in d. rubrica de probation. numero 253. F.Viuius.

Iudex iuxta acta , & probata contra eorum conscientiam, quæ ipse vt priuatus nouit,sententiã ferat, necesse est, vt magis commune pronunciant Did.à Couarru.lib.1.variarum resolut.c.1.num.6.I.Clar.in pract.cri.§.vlt.q.8.vers.vlt. & q.66. ver.scias autem.& vir multæ doctrinæ,atque eruditionis Nicol.Ant.Grauatius in annotat.ad praxim Octauiani Vestrij.li. 3.c.1.n.7. E.Suarez.

iudex suum officium ad priuatam alicuius vtilitatem,si nõ postuletur impertiri nec debet, nec potest , nisi vel causa pia sit.vel vertatur absentium fauor, vel litigantis inhabilitas intercedat,vt frequenter placita ostendit latè Viuius lib.1.opi. 175. Idem.

iudex in diem sequentem sententiæ suæ prolationem absque noua citatione differre iure canonum potest, vt commune testatur Bologn.in l.si finita.§.Iulianus.n.102.ff.de dam.infect.quin & iure Cæsarum idem procedet vt frequentius placitum attestantur Bolog.vbi supra & qui contrarium verius meritò censet, & vsu seruari ait,Iac.Menoch.de arbitra.iud.libro 1.q.63.nu.2. Idem.

iudex ecclesiasticus ad quem suæ iurisdictionis quispiam à populari iudice remittitur, non tenetur fidem habere processui,quem iudex ille fecit, commune aiunt Grammat.consilio crim.42.Ruin.cons.7.lib.1.Viuius lib.1.opi.162.I.Cla.in practi.§.vlt.q.35.ver.vlt. Idem.

iudex popularis seu laicus vt loquendi mos est, in crimine & omnino & merè ecclesiastico,si ab ecclesiastico iudice imploretur,non se causæ cognitioni obtrudet sed mandatũ duntaxat exhauriet. commune ait iuxta iuris Pontificij interpretes,aliud fore iuxta Cesarei iuris professores affirmans.Alc.in c.perniciosam.n.100.de off.ord.amicus noster Nic.Ant.Grauatius lib.8.c.vlt.n.41.ad Vestri.praxim.& vide quæ superius obseruo, ver. Acta Meminerisque semper quod si iudicatus, vel præiudicio,vel probabili præsumptione contra iudicis ecclesiastici sententiam protegetur, non tenebitur illam iudex laicus exequi, atque ad finem perducere, vt cõe effatur Alci. in d.c.n.122.& affirmant ij,quos in laudato ver.refero.idem.

iudex in delicta extra suæ iurisdictionis limites patrata inquirere nequit commune pronunciant Soc.in l.à diuo Pio.§. sentẽtiam Romæ.n.16.ff.de re iud.latè Viuius lib.1.opi.177. & qui latius hanc rem agit,& in originis, ac domicilij. iudice secus esse cum receptis sententiis ostendit I.Clar.in pract.§.vlti.q.39.ver.sed quæro. idem.

Iudex alterum iudicem delinquẽtem,inter quem,& illum diuisa est iurisdictionis administratio,punire nequit,commune pronunciat Fel.in c.prudentiam.n.4.de off.deleg.Nic.Ant. Grauatius magnæ eruditionis vir lib.3.c.9.n.20 ad Vestrium etsi Rot.perperam aliud censuerit,decis.154.nunquid si duoi in nouis. idem.

iudex iniquæ sententiæ lator,à qua non appellatũ sit,de dãno illa sententia illato conueniri poterit.commune inquiunt Alex.in l.dies cautioni.n.1.ff.de dam.infect.Dida.à Couarru. in tract.de sponsal.2.par.c.8.§.vlt.nu.18.Quin generaliter iudex imperitè iudicans,ei cuius intererit,arbitrio alterius cõpetentis iudicis tenebitur, vt frequenter placitum renũciant Aegidius Bossius in pract.tit.de official.corrup.n.22.I.Clar.in pract.§.vlt.q.83.ver.iudex. idem.

iudex alterutri parti consanguineus,si nulla ei iudicanti exceptio proponatur,firmam ac proculdubio valituram sententiam feret,vt commune interpretum dogma affirmat Ias.in l. qui iurisdictioni.n.6.ff.de iurisd.om.iud. idem.

Iudex si causæ cognitionẽ internenisse,aut quidpiam aliud simile affirmet, fidem merebitur.cõe pronunciant Soc. cons. 115.circa primam quæstionem,in 1. dubio lib.1.Viuius latè lib.1.opi.184.vbi aliquammulto contrarium arbitratos memorat.quorum opinio vt verior,atq; vtilior mihi magis probatur,sed de illa alibi oportunius,& vberius. idem.

Iudex,vt veritatem rerum latitantium eruat,potest pro animi sui arbitratu inculpatè promittere impunitatem reo,& quæuis alia blandimenta ad id accommodata proponere : vt frequenter placitum asseuerant Additio.ad Dec.in l. ea est natura.n.7.ff.de reg.iur.& qui eam refert, & nõ negligenter hãc rem agit Placa lib.1.de delict.c.37.per totum. Non tamen ex confessione sic extorta reum damnare poterit,quæ fuit sentẽtia Imo.cons.109.quam reputat vnicam,& mirabilem Hipp. in l.1.§.quẽstioni.n.12.ff.de q.& in l.si quis obrepserit.n.13.ff. ad leg.Corn.de fals.& in pract.§.postquam.n.73.asserũt communem Cag.in d.l.ea est natura.n.18.Remig. de immunit.eccle. fallent. 26. & qui mordicus illam defendunt, atque alios contraria sentientes referunt,& meritissimo damnant Auto. Gomez.de delict.c.12.n.6.& n.7.Did.à Couar.libr.1.resolut. c.2.n.16.Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.55.ver.circa secundum.idẽ.

iudex extra territorium suum existens partib.consentientibus sententiam ferre potest , dummodò dominus territorii eum non prohiberet.Bar.in l.ius plurib.n.3.ver.in cõtrarium videtur.ff.de iust.& iu.& idem Bar.in l.1.ff.de iud.Et hanc cõmunem opinionem Doct.veriorem esse,licet multi reclamauerint,tradunt Ias.in d.l.ius pluribus.n.10.& Zas.n.26.kirch.

Iudex delegatus sedis apostolicę potest implorare brachiũ seculare pro executione suæ sententiæ , quamuis expressè in sua commissione hoc sibi non concedatur: ita expressè post alios referũt Card.Zabarel.in cle.vnic.n.14.ver.decimò quæro.& ibi Addit.in ver.nunquid executor.de off.& potest.iud. deleg.& Pau.de Ca.in l.episcopale.nu.4.ver. allegatur etiam. C.de epi.aud.Nouissimè Pan.in c.significasti.n.8.ver.ext.glo. quæro.Fel.n.2.& Phil.Dec.n.4.vbi Pan.& Dec.hanc communem Doct.opi.esse testantur.extrà.de off.& potest.iud.deleg. Non obstãte textu in c. officium.§.denique.de hæret.in 6.cui respondet Dec.adiectis nonnullis limitationib. sentẽtiæ communis,quas per te videre poteris. kirchouius.

iudex aut Doctor,cui summa causæ committitur,& qui indicaturus est,non debet animi sui fundamenta exprimere,Vt est trita & communis snia maiorum nostrorum,vt tradunt Io an.And.Ant.de But.Card.Aret.& alij in c.sicut de re iudic.& fuit opi.Spec.in ti.de sent.§.qualiter.ver.verũ,& voluit Bart. quẽ plerq; sequuntur maximè Ias.in l.,pperandũ.§.illo ,pcul dubio.C.de iudi.vñ eã ob causam dicebat Im.in l.si is,ad quẽ. ff.de acq.here.Qd fatuus dicit Iudex, qui motiua animi sui in snia exprimit,idem dixit Ab.in c.ex parte,de conc.pb.Et renet pro communi opi.Soc.iu.in cons.73.n.1.vol.4. E.Musc.

iudex,q operã dedit,vt accusat,vel ingsit aliqs falso accusaret

ſaretur, per quod poſtea innocens ad mortem condẽnaretur, punitur pœna capitis. Idem, ſi per pecuniam, vel iracundiam innocentem ad mortem condemnauit. idem, ſi indebitè aliquem ad torturam ponit. Clar.q.68.verbo iudex. Bonac.

Iudex ſuam interlocutoriam poteſt tantũ bis reuocare regulariter, ſecũdum gl. in verbo ſuper ea, in cle. fi. de ap. Bart. in l. quod iuſſi. ff. de re iud. Bal. & do. Præpoſi. in c. cum ceſſante. extr. de app. Balb. deciſ. 194.

Iudex appellationis debet ſeruare modum, terminos, ſtylũ, ſtatuta, & conſuetudinẽ fori iudicis à quo. quia ei ſuccedit vt confirmator, vel infirmator, in auth. vt cùm de appell. cog. in prin. col. 8. & ſecundum gl. in c. illud. 12. di. Inn. in rub. extrà de conſuet. Bal. in tit. de pace Conſtan. §. in cauſis. in 1 col. in c. ad noſtram. extrà de appellat. Do. Prepoſi. in rub. extrà eo. Do. de Rota in nouiſſi. deciſ. 20. in rub. de appella. Balb. deciſ. 469.

Iudex poteſt etiam in facto pro vna partium allegare & excipere, quando de tali exceptione vel iure conſtat ex actis & productis coram ſe. l. planè. & l. fi. ff. de peti. hære. c. pia. in fine. de excep. in 6. gl. in l. vbi pactum. C. de tranſact. vult Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. Balb. deciſ. 232.

Si iudex in ſententia dicat, victum victori in expenſis: nec adiiciat condemnantes, non valet ſententia reſpectu expenſarum, quaſi non continens condemnationem, abſolutionem, aut æquipollens, ſecundum Bart. in l. præſes. C. de ſen. Bal. in l. errore, de teſtamen. Roma. & Nicellus in l. 1. ff. de re iudi. Licet ſecundum eos cõtrarium ſenſerit Bart. in l. 1. §. ſinautem. ff. de heredib. inſtituen. cuius opinio ibi poſſet ſaluari, ſi eſſent adiecta illa verba, &c. quæ includunt omne quod venit de natura actus. iuxta tradita per Bart. & alios, in l. gallus. §. idẽ credendum. ff. de liber. & poſthu. & probatur in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit vendidiſſe. ff. de iureiur. Balb. deciſ. 420.

Iudex poteſt moderari tempus anni datum ei, cõtra quem eſt facta miſſio ex primo decreto ad recuperandum poſſeſſionem abbreuiando, ſecundũ Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iud. per caſum iuncta gl. in verbo, niſi intra certum tempus. in l. à quo fundus. ff. de dam. infect. item augendo eundem Roma. vbi ſuprà per c. cùm veniſſent. extrà de eo, qui mitti. in poſſeſſ. cau. rei ſeru. quẽ textũ dicit ad hoc ſingularẽ. Balb. deciſ. 427.

Si iudex præcipiat alicui, vel citet, vt coram eo compareat reſponſurus ſuper his, ſuper quibus interrogabitur, non valet præceptum & citatio, propter nimiam generalitatem & incertitudinem, ſecundùm Spe. in tit. de citatio. §. 1. verſ. item q̃ in ea. & ibi Io. And. in addi. Bal. in l. filius familiàs. in §. diui. ff. de lega. 1. domini de Rota, in nouiſ. deciſ. 33. in rubr. de li. obl. Balb. deciſ. 211.

Iudex eccleſiaſticus, ſi aliquem condemnauit, & poſtea remittit illum iudici ſeculari puniendum, iudex ipſe ſecularis non tenetur ſtare proceſſui facto coram eccleſiaſtico, ſed poteſt de nouo cognoſcere, vt eſt cõis opi. Quod intellige in his criminibus non merè eccleſiaſticis, ſecus in hæreſi, & ſimilib. Licet legiſtæ teneant cõtrarium, vt eſt communis opi. Tamẽ communis eſt canoniſtarum opinio in contrarium. Immo, q̃ etiam ſecularis iudex non poſſit commutare pœnam pro crimine hæreſis, vt eſt communis opi. Si verò eſſet crimen ſeculare, vel mixtum, non tenetur ſecularis iudex præſtare auxilium Epiſcopo, ſi fiat ſibi fides de proceſſu, vt eſt communis opi. Cla.q.96.ver.quæro etiam. Bonac.

Iudex excedens modum in tortura cõſueta, tenetur in ſyndicatu, vt eſt cõmunis opi. Et ſi reus tunc moueretur, puniretur iudex, vt homicida, ſi verò vt culpoſus, ob culpã puniret, ſecundũ modũ culpæ. Et ideo rectè faciunt iudices, qui iubẽt Notario in actis redigere qualitatem & quantitatem torturæ, vt communiter ſeruatur Cla.q.64.ver.iudex autem. Bonac.

Iudex in cauſa criminali poteſt propter paupertatẽ rei, pœnam pecuniariam mitigare, & diminuere, ſi mulcta ſit fiſco debita, nec tenetur illam commutare in pœnam corporalem, vt eſt communis opi. Cla.q.95.ver.Hæc autem. Bonac.

Iudex in cauſis criminalib. qui primam tulit ſententiam, debet in cauſa appellationis citari, quando ex officio proceſſit, vt eſt communis opi. Sed alij verò dicũt ſimpliciter. q̃ iudex, vel ſyndicus fiſci, cuius intereſt ſit citandus, q̃ ita practicatur. Clar. autem dicit, ſe nunquam vidiſſe citari iudicem, niſi ageretur de condemnãdo ipſo iudice propter ſordes, vel iniuſtas condemnationes, ſed fiſcus, cuius intereſt eſt bene citandus. Cla.q.94.ver.quæro nunc. Bonac.

Iudex in caſu, quando pœna committitur iudicis arbitrio, p̃t tunc etiam imponere mortis pœnam, vt eſt cõis opi. Quæ limitatur, q̃ñ dilecti qualitas, aut circunſtãtia talis ſit, vt de iure cõi, vel conſuetudine eſſet pro eo delicto pœna mortis imponenda. Aliàs ſecus, vt eſt communis opi. Contra aũt, q̃ ipſe iudex nõ poſſit arbitrari pœnam mortis, communem dicere plures de q̃bus Clar. d.q.81. verſ. ſed quæro. vide Graſſ. in ſuo communi opi. li. 2. c. 6. q. 1. Aſſi. deciſ. Neap. 276. n. 6. Bonac.

Iudex iudicare debet in criminalib. ſecundũ acta & probata, etiam ſi ſciat veritatem eſſe in cõtrarium, vt eſt cõis opi. in tantum, q̃ etiam, q̃ ipſe ſciret aliquem fore innocentem, ſi ex probationib. crederet bona conſcientia illum cõdemnari poſſe. poterit eum condemnare, vt eſt communis opi. Poſſet tamen in iſto caſu iudex inſtare apud ſuperiorẽ, vt ipſe exoneraretur ab huiuſmodi iudicio, & cauſa alteri delegaretur, vt eſt communis opi. Cla.q.66.ver.ſcias autem. Bonac.

Iudex male iudicans ex imperitia, tenetur parti arbitrio iudicis, vt eſt communis opi. Clar.q.83.ver.iudex. Bonac.

Iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum, ad reſtitutionem, vel ad damna partis. Niſi, q̃ñ illum condẽnat per ſuam propriam confeſſionem, & non per fictam ex contumacia. Nam iudicis officium non deſeruit, niſi veræ confeſſioni, vt eſt communis opi. Cla.q.2.ver.& hæc. Bonac.

Iudex maleficiorum non p̃t de reſtitutione rei furtiuæ cognoſcere, niſi incidẽter idq; ſiue per modũ accuſationis, ſiue per modum inquiſitionis procedatur, vt eſt communis opin. Cla.q.2.ver.& hæc ĩ fi. Boſſius. de Decreto mediol. n. 31. Bon.

Iudex non poteſt offenſum, vel læſum cogere ad querelandum, vel accuſandum, vt eſt communis opi. Etiam quò ſit hæres læſi, vt eſt com. opi. Cla.q.15.ver.item quæro. Bonac.

Iudex poteſt etiam ex officio repellere accuſatorem illegitimum. Etiam parte non opponente, vt eſt cõmunis opi. Cla.q.15.in prin. Bonac.

Iudex poteſt, etiam in criminalib. tanquam ſuſpectus recuſari, vt eſt communis opi. Cla.q.43.in prin. Bonac.

Iudex poteſt facere edictum, & promittere præmium ei, qui delinquẽtem capiat & tradat, vt eſt communis opi. Cla.q.29. ver. ſed ſi quis delinquens. Bonac.

Iudex, qui facit aliquem iniuſtè torqueri, capite punitur, vt eſt communis opi. Cla.q.64.in prin. Bonac.

Iudicem ſuperiorem Papa non habet præter conciſium generale. Et ideò ſi de hæreſi accuſatur, vt poteſt accuſari, & de nullo alio crimine accuſari poteſt. cõcilium eſt iudex competens, communis eſt opi. Cla.q.35.ver.1. Bonac.

iudicandum eſt ſecundum acta & probata, etiam ſi de veritate aliter priuatim conſtet, vt eſt communis opi. Cla.q.66.ver. iudex.

Iudex propter enormitatem delicti poteſt iura tranſgredi, & iſta eſt communis opi. Cla. in §. 1. ver. ſunt etiam. Bonac.

Iudex, quãdo lex ponit pœnam extraordinariam, poteſt etiam capitalẽ infligere. gl. communiter approbata. in §. in ſumma. inſti. de iniur. Alc. conſ. 24. n. 7. li. 7. Maran. in pract. fol. 45. n. 53. Menochius. de arb. iud. Bonac.

Iudex qui condemnauit aliquem, ſi adiicit moderationem per dictionẽ, ſaluo, nihil refert, q̃ in ſeparata oratione hoc fecerit. & hæc quidem eſt magis communis opi. D. m. Alcia. in conſ. 4. n. 18. lib. 8.

Iudex ſecularis in crimine merè eccleſiaſtico, dum iudex eccleſiaſticus petit ſibi impartiri ſuum auxilium, nõ poteſt ſe intromittere in proceſſu. Sed ſolum exequi mãdatum. ſecundũ canoniſtas. ſecus tamen ſecundum legiſtas. D. m. Alcia. in c. pnicioſam. de of. ord. n. 110. communem dicit. Bonac.

Iudex habẽs merum & mixtum imperium in aliquo loco, poteſt cognoſcere de omni delicto inter ſubditos ſuos, niſi in genere illo cauſarum, in quo aliquis eſt ſpecialiter electus iudex, & hoc, quando ex forma conceſſionis iudex ordinarius eſt priuatus iuriſdictione in illo genere. Sed ſi nõ eſt priuatus, talis iuriſdictio dicitur alteri data addendo eam ſuperiori, & ſic vterque erit iudex, vt eſt communis opi. de qua Boſſius de foro compe. nu. 2. Bonac.

Iudex eccleſiaſticus, ad hoc, vt inquirere poſſit, & procedere p̃ fratrem, & p̃ clericum in habitu laicali repertum delinquere, & p̃ eum in foro ciuili proceſſum, debet de nouo proceſſum per eum inchoari, & de nouo indicia recipere, vt eſt communis opi. de qua Rui. in conſ. 7. nu. 6. in 5. vol. Bonac.

Iudicari debet in dubio contra fiſcum, vt eſt communis opi. de qua Iaſ. in conſ. 99. col. fi. verſ. præterea. Netizi. in ſylua lib. 6. pag. 583. Maximè quando tractatur de lucro captando. Iaſ. in conſ. 167. in fi. in 4. vol. Bonac.

Iudex incompetens cenſetur quis, etiam pro iniuria ſibi illata, vt eſt cõis opi. de qua Gomes inter conſilia crimi. conſ. 8. n. 5. per tex. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſ. omnium iud. & c. qualiter & q̃ñ ſecundo de accuſa. ibi, non tanquam idem ſit actor & iudex, quod loquitur de cauſa inquiſitionis. Chirco. in ſuo communium opin. lib. 2. Centuria. 5. conclu. 57. Rol. à Valle conſ. 47. n. 6. in 2. vol. Cla.q.35. ver. ſolet etiam Pariſ. in tract. ſyndica. § Notorium Aſſi. ſuper conſtitutione Regni. li. 3. in conſtitutione eos tantum, fol. 187. Natta conſi. 294. n. 1. D. m. Alcia. in Pract. ti. de Notoriis criminib. ver. quod verum intelligo. Gandy de malef. tit. de pœnis rerũ. n. 26. Rol. à Valle q̃ſ. 48. in 2. vol. Et debet cauſa in his terminis de facili à Principe committi. vt dicit Cla.q.35. ver. ſolet etiam. Ne vltra demeritum producatur pœnalitas. c. menſurã. de peni. di. 1. Bal. conſ. 144. in fi. in 2. parte. Bonac.

Iudex debet querere innocentiam rei ex officio, & nemine petente, vt eſt communis opi. de qua Brunus conſ. feudali. 69. numer. 2.

iudex debet arbitrari ſecundum q̃ eſt conſuetum arbitrari & interpretari. Angel Are. inter conſ. crimin. conſ. 51. nume. 26. volum. 1. vbi communem dicit, etiam in criminalib. vt ibi num. 27. Bonac.

Iudices ordinarij non poſſunt inquirere, niſi fama præcedente. D. m. Alci. in cap. pernicioſam. numer. 34. de offic. ord. communem dicit. Fallit in iudicibus, qui poſſunt inquirere non ſeruato ordine. D. m. Alc. in d. c. pernicioſam. n. 47. communem dicit. Bonacoſſ.

Iudex originis non poteſt p̃ originarium inquirere ratione delicti extra territorium commiſſi, vt eſt magis communis opin. de qua Tobias Nonius conſ. 98. n. 1. Bonac.

Iudici, teſti & Notario non creditur, qui dicat ſe tuliſſe ſententiam iniuſtam, vel falſum teſtimonium, vel falſum confeciſſe inſtrumentum. vt eſt communis opi. de qua Plotus in lege ſi quando, n. 651. C. vnde vi. Bonac.

iudex maleficiorum non p̃t condemnare reum ad rei reſtitutionẽ, vel ad damna partis, niſi quando illum q̃demnaret p ſuam propriam confeſſionem, & non per fictam, vt in contumaciam, vt eſt communis opinio Clar. in quæſtio. 2. verſ. & hæc. Bonacoſſ.

iudex nõ poteſt cognoſcere de reſtitutione rei furtiuæ. Niſi incidenter, & procedatur ad quærelam partis, vel per viam accuſationis, vel ex officio & ſic per inquiſitionem, vt eſt cõmunis opi. Cla.d.q.2.verſ.& hæc quidem. Bonacoſſ.

iudex, ſi videt aliquem maleficium committere, nõ p̃t eum punire. Sed habet informationes capere, & p̃ eum procedere, & ſibi dare copiã poſtea proceſſus. Clar.q.8.ver.ſed pone, vbi communem dicit. Et ſi videt reum delinquere abſque teſtib. non poteſt eum punire. Sed cautela eſt, vt amoueatur iudex à magiſtratu, & alius eius loco ſubſtituatur, & tunc ipſe poterit eſſe iudex teſtis, & reus plecti. Cyrillus. in ſumma criminali. ti. de quæſtionibus. §. 6. n. 1. fol. 154. Bonac.

Iudex anteq̃uam ſpecialiter inquirat. & ſic aſſumat indicia cõtra eum, debet citari reus de iure communi, vt eſt communis opi. Cla.q.11.verſ. item quæro. Sed de conſuetudine non ſeruatur. Si reus comparet, quia teſtes examinari pro informatione habenda, antequam iudex formet inquiſitionẽ, abſque rei citatione non faciunt indicium ad torturam, & nullam faciunt fidem, quò ad condemnationem, ſi tamen reus eſt contumax bene eſt. Neque reus eſt citãdus ad formandam inquiſitionem. vt ibi. Bonac.

iudex non excuſatur, quin teneatur in ſyndicatu, ſi pars appellauit ab eius ſententia, & poſtea deſeruit appellationem, vt eſt cõis opi. de qua Coraſius de communi opi. lib. 2. ti. 9 n. 27. contrarium eſt verum, quando habuit opinionem Præceptoris ſui, vt ibi per eum, communem dicens. Bonacoſſ.

iudex non tenetur in ſyndicatu, ſi non reperitur communis opi. & ipſe tenet eam partem, quam vult. Ang. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Ab. in c. 1. col. 4. de re iud. Bald. in l. fi C. de pœna iudicis qui malè iudica. Alex. in d. l. cum prolatis. communem dicit. Bonac.

iudex ſiue accuſator poteſt procedere contra calumniatorem, idem cum crimen probatur per inquiſitionem. ſecundũ communem opi. Cap. concl. 74. n. 9. Bona.

Iudex non poteſt partes cogere ad exburſandum ſalarium pro conſilio habendo, quando hoc facit ad ſe exonerandum à labore ſtudij, vel ad euitãdum maleuolentiam partium, per tex. cum gl. in Auth. vt iudi. non expec. ſa. iuſ. in pr. colla. 9. gl. in l. 1. C. de relatio. Secùs ſi hoc faciat propter dubitationem probabilem quam habet in cauſa. d. l. 1. Et pars quæ inſtat cauſam mitti conſultori, quia fortè iudex dubitat contra eam, debet in totum ſoluere ſportulas conſultoris. Si autem vtraque pars hoc petat, vel iudex habens cauſam dubiam in iure, communiter ſoluuntur, ſecundùm Bart. in l. ſi poſtulauerit. ff. de adul. iudex verò poteſt reuocare commiſſionem factam conſultori ante habitum conſilium quando commiſſio eſt facta volũtariè, non ex neceſſitate, putà ſtatuti, ſecundùm Bart. in l. 1. ff. nil no. appel. pen. in l. ad iudicem. ff. de appellationi. per illum textum. Balb. deciſ. 222.

Iudex delegatus non p̃t ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretati, ſecundum Bart. & cõmuniter Doct. in l. ab executore. ff. de appel. per tex. ibi, & gl. in verbo præſes. Niſi ſecundũ eos eſſet talis delegatus, qui poſſet ſuam exequi ſententiam. iuxta no. per gl. in l. à diuo Pio. in prin. & §. 1. & ibi Bart. ff. de re iud. Balb. deciſ. 131.

Iudex qui iudicauit ſecundum vnam opinionẽ, quã plures doctores tenent, punietur in ſyndicatu, ſi contraria opinio erat communiter approbata. Secùs ſi neutra, & in dubio, quia tunc iudex non peccat, ſi in alteram ſententiam inclinauit, ſecundum Innocent. in capit. ne innitaris. extrà de conſtitutio. Balb. deciſ. 15.

Vbi iudex oppoſita fori declinatoria ſe ingerit p̃tendendo pro ſua iuriſdictione ac ſi eſſet pars, non p̃t tãquam ſuſpectus cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio ſecundum gl. quæ dicitur ſingularis in c. ſtatutũ. in verbo copia. de reſc. in 6. idem quando notorium eſt, illum non eſſe iudicem competentem, vel hoc ipſe ſcit ſecũdum gl. in c. ſuper literis. ver. niſi forte. & ibi Pan. ext. de reſcriptis. habetur in c. ſi duob. per gl. in verbo cognouerit. ext. de app. Idem quando exceptio quę opponitur contra eum, illum notat infamia, ſeu defectu poteſtatis iudicãdi, vt quia dicitur excõmunicatus, infamis, vel ſeruus, ſecundùm Io. And. in c. pia. de excep. in 6. Bu. & Pan. in d. ca. ſuper lireris. Ang. in l. 2. ff. ſi quis in ius vo. non ier. Bar. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. quicquid contrà ſenſerit Inn. in c. cum ſup. in 1. col. extr. de offi. de leg. idem quando iudex eſt habiturus commodum ſportularum ſecundum gl. quæ dicitur ſingularis in l. de iure. ff. ad munici. Bar. & Ang. in l. quidam. præalle. Poſſet in hoc attendi qualitas pſonæ iudicis, & quãtitas ſportularum, an ſit parua vel magna, vt cẽſeatur ſuſpectus vel nõ, ſecundùm But. & Pan. in d. c. ſuper literis. idem q̃ñ opponitur de totali fundamento ſuæ iuriſdictionis, vt q̃ non eſt epiſcopus, vel poteſtas, ſeu iudex, aut dominus feudi, ſecũdùm Pan. vbi ſ. Ang. in d. l. 2. Bar. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tutel. Inn. in c. cæterùm. in ſecunda gl. ibi alij dicunt q̃ nõ, & ibi Pan. ext. de iud. ideo ſi citatus opponat ſe eſſe exemptũ, iudex de hoc cognoſcere non poterit. Inn. & Pan. in c. venerabili. in 3. col. ext. de cẽſi. idem q̃ñ inter duos iudices contẽditur de iuriſdictione, ſm Ange. & Doct. in d. l. 2. hæc ſunt ad limitationem dictæ l. 2. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Balb. deciſ. 259.

Iudex delegatus. Quando appellatum eſt ab interlocutorio cum ante diffinitiuam, & iudex delegatus ad illam cauſam, appellationis pronunciauit: bene appellatum & male interlocutum, poterit ipſe iudex delegatus etiam de cauſa principali cognoſcere, ſicut poteſt ordinarius. c. vt debitus. ext. de appella. ſecundũ Inn. in d. c. vt debitus. in gl. in verbo alioquin. Pan. But. & Hoſt. ibi. Quam opinionem dicunt veriorem, pro qua eſt gl. in c. fi. §. fi. 2. q. 6. Et hanc ſequitur domi. Conſtantius de Bargis in l. iudex. ff. de re iud. q̃cquid contrà ſenſerint Vincen. ac Fed. de Sen. in ſuis conſ. vt refert Panorm. in d. c. vt debitus. Secunda tamen opinio poſſet procedere, & ſaluari ſecundum Imol. in d. l. iudex. quando in commiſſione diziſſet, Delego tibi cauſam appellationis tantum, aliàs procederet, quod prius dictum eſt: ſecundum præfatos doctor. & do. Præpoſ. Mediolanenſ. Cardin. nunc, & epiſcopum Alexand. in d. cap. vt debitus. Balb. deciſ. 22.

iudex per inquiſitionem indebitè procedens, ſi de hoc conſtet etiam ex proceſſu, tenetur parti ad intereſſe, damna, & expen. l. ſeueriter. & ibi Cyn C. de excuſa. tut. Bald. in auth. generaliter. C. de epiſ. & cleri. cir. fi. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expenſ. Balb. deciſ. 400.

iudex domicilij & originis poteſt de delicto punire ſubditum, qui extra eius territorium deliquit. vt eſt communis opinio. Graſſus commun. opinio. libr. 2. cap. 8. quæſtio. 1. contrarium tamen magis communem dicit Nouellus inter conſ. crimin. conſil. 169. tomo primo. & Grammaticus deciſ. 16. numero 9. & 10. Vide Riminald. in conſ. 439. Boſſi. de foro competent. in addition. vbi probat magis communem opinionem eſſe. Corne. conſ. 114. in 1. Socinus regul. 87. Aſini inter conſ. criminal. conſ. 108. numer. 4. tomo ſecundo. Ber. Diaz in pract. crimin. cano. capit. 8. & capit. 9. vbi dicit magis communem quòd non poſſit, Roland. à Valle in conſil. 19. in 2. qui tenet hanc partem vti communiorem, & magis communem, quòd non poſſit, tenet Tobias Nonius in conſ. 98. numer. 1. Nec iudex commiſſi delicti impedire poteſt iudicem originis, quo minus contra delinquentem extra territorium procedat. Sylua. conſil. 103. numer. 4. in 2. vide Alexand. in conſil. 166. in ylum. volum. Bonacoſſ.

Iudici,vel testi,dicenti in articulo mortis iniquam protulisse sententiam, vel falsum dixisse testimonium, non creditur. D.m.Alcia.in tract.de præsump.regu.3.præsump.4.nume,7. communem dicit.quia morienti creditur ad suum præiudicium,non alterius.Blancus in suo de indiciis.num.303.communem dicit. Bonacoss.

Iudex ecclesiasticus de crimine habens cognitionem, non potest reum laicum capere,& in carcerem mittere,vt est cõis opin.Grassus communi.opin.lib.2.c.8.q.8.Sed bene clericos potest. Bonac.

Iudex de iure communi debet omni via,studio ac diligentia, perquirere & inuestigare veritatem Rei innocentiam, vt est communis opinio,de qua d.Rolan. à Valle in cons.47. n.9.in 3.vol.& Brunus in cons.feuda.69.n.2.Mars.in l.1.§.fin. n.71.ff.de quæst.Arno.soliloquio.7.9.& 53.Etiam stante statuto excludente omnes exceptiones.Mars.sing.59. Et si præcedit inquisitio,vel accusatio nulla,sequuta contumacia reus non habetur pro confesso.Mars.cons.81.n.60. Et licet procurator nõ admittatur pro reo. Tamen admitti debet quisquis pro reo,ad allegandum causas absentiæ,&causas causæ,vt est communis opin.Rol.à Valle vbi supra nu.17.vbi plura.Vide Mars.sing.354.vbi inuenit contra iudices legum transgressores & in repe.rub.de fideiusso.in fi.& in fi.suæ practicæ.vide ad propositum Vitali.de malefi.in procemio.nu.9.& seq. Ange. in consilio trecentesimonono.in fine. Bal.in consilio ducentesimo septuagesimoseptimo.in 5.Aret.cons.147.Boer.deci. 206.numero 10. Marsi. in pluribus consiliis exagerans contra iudices,qui Innocentiam reorum nõ inquirunt.vide Moronum de Fide, treuga & pace. quæstione 185. per totum. Bonacoss.

Iudex ex nulla causa potest aliquid vltra salariũ ab aliquo accipere,nec cum causa, nec sine causa, vt est communis opi. per tex.in §.scriptum exẽplar.il 2.in auth.vt iudices sine quo. suffra.Nisi esculenta & poculenta.Pasethus cons.181.n.1.& seq. Bonacoss.

Iudex ex officio potest procedere super accusatione legitimè instituta deficiente accusatore, vt est communis opinio. Corse.in addi.ad Reperto. Abb. in ver.abolitio. vbi communem dicit.vide Bar.ad reprimen. verbo.Neglexerit.numer. 5. Bonacoss.

Iudex non debet citari,etiam si ad instantiam partis procedatur in crimine falsi,licet possit assistere causæ ipse iudex.De ci.consilio 143.numero 2.in 1.volumin. communem dicit. Bonacoss.

iudex non debet esse clementior lege, vt est communis opi.de qua Mars.singu.182. Fallit vt ibi.Nec debet capi facere quempiam iniustè, alias tanquam libertate spoliatus potest & debet restitui. Bartol. quæstione 6.numero 1.Lapus fuit captus.

iudex non obstante transactione,vel pace,potest ex officio procedere,vt est communis opi.de qua Albe. in l. transigere. n.2.C.de transact. Bonacoss.

iudex delicti potest punire delinquentem,licet alias non sit de iurisdictione sua,non secundum ius commune,vt est communis opi.de qua Abb.in c.licet n.24.de foro comp.Non tamen debet iudex exequi cõdemnationem,si cognoscit reum iniustè condemnatum.Abb.in c. de cætero.numero 5.de sententia & re iudica. Soarez in verbo, iudex. num 237. & seq. Bonacoss.

iudex debet iudicare secundum allegata & probata, vt est communis opi.de qua Io.Fab.instit.quib.mod. tutela finitur in prin.nu.1. Bonacoss.

Iudex secularis,qui habet solum exequi sententiam contra hæreticum,quæ est facta per inquisitionem hæreticæ prauitatis, potest cognoscere de iniustitia processus, vt est communis opinio.legistarum,de qua Bened.de Vado foro.Sempro. in Reperto.Felin.in verbo Iudex secularis sed contrarium tenent canonistæ.vt ibi per eum.Soarez verbo, iudex.nu.234. Idem.

Iudex etiam cp ei aliquid pro causa debeatur, puta aliqua quota,vel sportulæ,potest nihilominus de causa cognoscere, nec ob id debet remoueri secundum communem & veriorẽ sententiam doct.quam refert Ias.in l.2.ff.si quis in ius voc.nõ ierit,vbi tenet contra Bart.in l.de iure.ff.ad municip.cui adde Aret.cons.106.& quæ not.in l.qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om.iud.

iudex requisitus debet esse cautus,vt videat si iudex requirens sit competens.& habuerit potestatem.l.in criminali. vbi Bald.& Castr.C.de iurisd.om.iud vide Bart.in l.à diuo Pio.§. sententiam.ff.de re iud.Ang. in l.si vt proponis.C.de execut. rei iud.Hippol.sing. 138.Fel.in c.postulasti.col.pen.de fo.cõpet. cui adde cp quando nullitas est notoria, potest denegare executionem absque eo cp aliquid rescribat iudici à quo requiritur,secundũ Ludouic.cons.51.qui iudex in exequendo sententiam non tenetur seruare ordinem iudiciarium.Inno.in c. ex ratione.de app.Bald.in l.1.C.de iuris & fact. igno. Et hanc practicam docet I.C.in l.defendente.ff.quando ex fact.tut.Alex.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de no.oper.nunt.Bart.in l.j. C.de exec.rei iudic.vide Afflict. tit. quæ sint regal.versi.bona committent.nu.15.vbi an & quando iudicatum per ecclesiasticum teneatur laicus exequi:& an hoc locum habeat in ciuili,cùm Bart.in l.diuus. ff.de custod.reor. loquatur in criminali.vide eundem Bart.in d.l.diuus.in l.non dubium.eo.tit.& in d.l.à diuo Pio.§. 1. Et de ecclesiastico requirente laicum, vide Fel.in c.cum sit.ver.limita quintò.de for.comp. Calcan.cons. 119.Roma.cons.51.quem sequitur Ruin.cons.7.nu.5.lib.4. vbi si nullitas est euidens & notoria potest denegare executionem.Et quando exhibetur sententia siue processu, dic cp non facit fidem Ruin.cons.124.in prin.lib.5.Aufr.de potest.iudic. secul.& eccles.n.31.Abb.in c.quoniam contra. de proba. vbi refert quinque opi.adde Bald.in auth.clericus quoque. C. de episc.& cler.vbi an,& quãdo iudex requisitus teneatur sequi acta facta coram iudice remittẽte,vel requirente. Et Quid in causa hæresis vbi ecclesiasticus remittit?vide Salic.in l.ea quidem.n.19.C.de accu.vbi tenet opi.Bart.in d.l.diuus.vbi Ang. tenet contrarium. An antem episcopus cui clericus mittitur degradandus teneatur stare processui laici?Sal.in d.auth.clericus.C.de episcop.& cler.Et quid in causa hæresis si laicus requiratur ab ecclesiastico,Fel. in cap. ad abolendam de homicid.colum.vlti.tenet contra Bart.in d.l.diuus.in aliis verò delictis etiam mixtis secus. Et adde Bart. in §. si verò crimen. in auth.de sanct.episc.vbi tenet eandem opi.quam tenet in d.l.diuus.quem sequitur ibi Angel.sed idem Ang.in d.l.diuus.sequtur Barto. excepto crimine hæresis. Et an iudex requisitus de exequẽdo teneatur sequi iura sui territorij,vel fori iudicis requirentis.Ias.in l.à diuo Pio.§.sententiam.de re iud.licet contrarium decidat Pract.Pap.for.libell.spol.poss.quem sequitur Ripa.in c.sæpè.colum.vltim de restit. spol.vbi in foro Cæsaris sententia lata in remedio c.reintegranda.intentato,suspẽditur per appellationem quæ aliàs de iure ciuili in causa possessoria non solet suspendere executionem.&iudex laicus nõ tenetur præstare brachium seculare iudici ecclesiastico in executione sententiæ à qua per clericum fuit appellatum.Alber. in l.episcopale.C.de episc.audient.nu.3.Et cp ecclesiasticus in uocet brachium seculare & econuerso,tex.est in l.episcopale C.de episc.& cler.vbi per doct. Put.

Iudex potest de plano & parte non citata informationes capere,& nõ sedendo pro tribunali super aliquo notorio.Item super infamia. Item super legitimatione personæ. Nec etiam tunc requiritur,quòd testes iurent, secundùm Butrig.in cap. in vestra.extr.de cohabitat.cleric.& mulier. Idem super fama secundum gloss.in verbo de plano.& Innoc.in capit. tua.extra de sponsa.quod ibi sequitur Panormitan.quando non tractatur de magno præiudicio, aliter secùs. Et idem dominus Constantius in tractatu de cautelis iudiciorum.in tit.de citatione.§.8.in fi. Balb.decis.41.

Iudex in ciuilibus potest pro contumacia capi facere personaliter contumacem. Barto. in lege prima. in principio. ff. si quis ius di. non obtemp. per l.sacrilegij la 2.ff. ad l.Iul. pecul. Ang.in l.plerique.ff.de in ius voc.facit l.nullum.cum gl.C.de testi.Balb. decis.157.

Iudex à quo est appellatum ex vna causa, non potest ab appellante in alia causa recusari vt suspectus: quia sola pendentia appellationis non est sufficiens causa,vt possit recusari.Causa est in lege prima,ff.de appellat.& ff.apud eum à quo appellat.est.&c.Ratio,quia si de nouo grauabit, poterit appellare, vt ibi,vel recusare eum tunc si maluerit.Sed si vellet probare veritatem grauaminis, propter quod appellauit coram arbitris,pronunciabitur suspectus.Et ita intelligatur.cap. ad hæc. clem.1.extra de appellat.dum videtur velle posse recusari iudicem à quo est appellatum.secundum Io.And. quem ibi sequuntur Butrig.Panorm.& communiter Docto.posteriores teste eodem Panormit.ibi,& etiam Bar.in d.lege prima.Balb. decis.46.

iudex à quo,non debet lapso tempore appellationis prosequendæ sententiam executioni mandare,nisi citato appellante ad dicendum causam quare sententia executioni mandari non debeat.lege si contra maiorem. C.de appellationibus. & ibi Bald.& Salicet.idem Bald.in lege eos.C.eodem in prin.& Dom. de Rota decis. 422.in nouissi. Bartol. in lege prima, ff.nil no

ff.nil nouari appel.penden. Panorm.in capit. ex ratione.extrà de appel.vult enim dicta. l. si contra. constare debere prætori de negligentia in prosequendo appellationem:quod non potest,nisi parte citata,quæ potuit habere impedimenta,quæ allegabit,& excusabunt à negligentia.facit l.fi.§.illud.C.de tempo.appella.licet Inn.in d.c.ex ratione.& in c.cum super.extrà de re iud.teneat citationem non fore necessariam in dicto casu,quando fit executio in rebus adiudicatis per sententiam:secus in aliis. Balb.decis.465.

Iudex in sententia diffinitiua non põt sibi reseruare in futurum condemnationem vel absolutionem expens.sed taxatio nẽ sic,secundùm Cy.&communiter doct.in l.terminato.C.de fruc.& li.exp.Bal.in auth.generaliter.C.de epi.&cle.licet Bar. post gl.in d.l.terminato.senserit contrarium,secus in interlocutoria: quia per eam non definit esse iudex. Ita etiam sentit Fel.in c.significauerunt.in 7.col.ext.de excep. Balb.dec.335.

iudex requisitus in iuris subsidium per literas alterius iudicis non superioris vt exequatur,non tenetur exequi,si sentẽtia,cuius petitur executio,dicatur iniqua, no.singulariter In. in c.primo,extrà,de offi.de ordi.in c.cum in iure,extrà,de off. deleg.sentit Pan.in d.c.1.& sequitur dominus Cato in l.cum quædam.ff.de iurisd.om.iud. Balb.dec.88.

Iudex delegatus qui pronunciauit se non esse competentẽ non potest talem interlocutoriam reuocare,per c.significantibus.ext.de off.deleg.in c.iudex.in fi.eo.tit.in 6.& secundùm Bal.in l.si vt proponis.la 1.& l.si præses desertam.C. quomodo & quando iudex. Secus si sit ordinarius vel delegatus ad vniuersitatem causarum,secundùm Ange.do.Cato.Sandilia. & communiter Doct.in l.2.ff.si quis in ius voc.non ierit. Sup quo tamen distingue,vt per Bart. in l.quod iussit.ff. de re iud. Primum dictum limita,nisi ab ipsa pronunciatione fuisset appellatum:quia tunc potest eam reuocare ipse delegatus,cum cum eius iurisdictio à se non sit abdicata, sed per appellationem suspensa,per c.cum dilectus,el 3.extr. de præb. quem ad hoc ponderant Imo.& Pan.in c.cum cessante.ext.de app.Bar. in d.l.2.col.7. Balb.decis.264.

Licet iudex à cuius interlocutoria est appellatum, nec detulit appellationi, possit in causa procedere ante inhibitionem,c.non solum.de appellationibus. tamen si debitè requisitus non dederit Apostolos, sic procedendo facit processum nullum.c.ab eo.& c.cordi.& ibi notatur,circa prin. de app.in 6.Nisi per comparationem appellãtis coram iudice à quo in causa principali esset appellationi renunciatum.c.gratum.extrà de off.deleg.secus si comparuisset,vt doceret de grauamine.c.si à iudice.de appel.in 6. Balb.decis.448.

Iudex conuentus. Licet sententia iniqua transierit in rem iudicatam,potest tamen iudex in syndicatu conueniri,secundum Bart.& Ang.in l.1.ff.quod quis.iur.per gl.in verbo noui Inn.in c.sæpe.in gl.sua magna,& in fi.ext.de app.Bart.in l.si iudex.ff.de va.& extraord.cogni.Bald.in l.fi.C.de pœ.iudic.qui ma iudic.Ang.in l.filiusfa.ff.de iudic. Balb.decis.379.

Iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem ad præstañ sibi auxilium,teste Alc.qui communem dicit in c. perniciosam.n.123.de off.ord.secularis autem ecclesiasticum cogere nequit,secũdum communem vbi supra de qua etiam per Anch.cons.382.vbi declarat,intelligendo,cp iudex secularis ecclesiastico parere teneatur & auxilium præstare si seruato iuris ordine ecclesiasticus processerit,Fel.in c.cum sit co. 5. de for.comp.Afflic.dec.220.n.9.Rol.cons.34.n.11.lib.1.Qd procedit,quando non agitur de re merè eccl.aliàs secus, vt p Ias.in l.magistratib.n.x.de iur.om.iud.Alc.vbi s.n.100.Marc. delph.decis.269.773.

Sed Quid econuerso,an iudex ecclesiasticus processui facto per secularem stare teneatur,& dic cp non,secundum communem per Fel.in c.at si clerici.de iud.ad quod quidem seculare brachium non peruenitur nisi elapsis quatuor mensib. post sentẽtiam,ratio est,quia menses quatuor ad soluendum condemnatis regulare dari consueuerant,teste Fel.in ca.querenti de of.deleg. Quid de iudice seculari,an processui iudicis eccl.stare debeat,& Distingue, vt per Dec.vbi doc.in apostil. in d.c.at si clerici col.8.circ.med.post Bar.in l.Diuus.n.3.ff.de custod.reor.& vide etiam quæ scribunt Boer.q.90.nu.1.& 2. par.1.foler.pract.crim.ver.pœnis debitis.n.56.& seq.pulchrè Cagnol.in l.cum quædam puella.n.33.ff.de iur.om.iud.cp vero iudex secularis processui iudicis eccl. stare teneatur:qñ delictum est mere ecclesiasticum,not.idem Dec.d.c. at si clerici. col.8.circ.med.ex c.vt inquisitionis.§.prohibemus. de hæret. in 6.licet de hoc dubitet Bart.in l. non dubium. ff. de custod. reor.vbi distinguit inter ciuil.& criminal.Archid.in c.administratores.23.q.5.& disputat Fel.in d.c.at si clerici.n.4. de iudi. qua in re dixit Alex. cp brachium cuius auxilium imploratur non debet adhibere causæ cognitionem,Alex.cons.130.n.3. lib.4.Prædictis accedunt quæ de iudice exequẽte sententiam scribit Lanfr.in pract.c.10.de interloq.& appel.nu.39.vbi an iudex exequens sententiam,de ipsius sententiæ iustitia vel iniquitate cognoscere possit,vel sufficiat pronuntiatum esse per tex.in l.si prætor.1.resp.ff. de iud. Quomodo autem vnus, iudex alterius iudicis sententiam exequatur,no.Hipp.sing.138. Guid.Pap.q.574.Aufrer.ad Capel.Tolos.q.411.Cagnol.in l. cum quædam puella.n.33.ff.de iurisd.om.iud.& quando executio sententię fit per alium iudicem quàm per eum qui eam tulit an sit necessaria citatio?dicp sic,ex not per Alex.in l.à diuo Pio.§.in venditione.n.35.ff.de re iud.Ias.in l.2.n.112.C.de iur.emphy.Rol.de ord.iud.ti.de execut.sent.n.16.& seq.Gui. Pap.q.23.& 19.574. Pro qua citatione adde, quid si cõmissio fiat per iudicem nuntio de citando, an morte iudicis expiret: & an successor absque vlteriori citatione exequi possit? Dic vt per Ias.in l.& quia.quam legit in l.more.nu.62.& seq.ff.de iurisd.om.iud.Quòd autem possit iudex secularis in reali supplere negligẽtiam iudicis ecclesiastici, & cognoscere de reb. clericorum,no.doct.in apost ad Bald.in auth.clericus.lite. A. C.de episc.& cler.pro quo vide Abb.in c.verum.n.16.de for. com.vbi an negligentia iudicis ecclesiastici transferat iurisdictionem in laicum. Casus autem in quib. possit iudex laicus de spiritualib.causis cognoscere,vide per Hipp.sing.70.

Iudæi an possint cogi ad obseruantiam iuramẽti secundum legem mosaycam appositi,dic vt per Rom.cons.155.col.fi.n. 8.vbi concludit cp non,de quo vide Ias.in l.qui se patris.n.24. C.vnde lib.Fel.in c.1.n.17.de consti.Io.Cirier de primog.lib. 1.q.16.& pro negatiua stat etiam Ias.in l.3.§.iurari n.10.ff.de iureiur.Fel.cons.30.n.18.& seq Dec.in c.1.2.lect.post n.8.de consti.soc.cons.65.col.penul.& consil.seq.colum.penultim. libr.1.

Contrarium tamen verius esse scribit Imol. cons. 1. col. 3. Barb.cons.15.col.3.lib.1.Dec.in l.pactum col.4.ver.nono limitatur C.de colla.Corn.cons.45.col.2.lib.1.Qua in re distingue, aut iudæus contrahit cum alio Iudæo, & tunc veriorem dicunt priorem opi.Aut cum Christiano,& secundam veriorem pronuntiant,teste Rob.mar.de ord.iud.3.par.prin.c.3.n. 55.& seq.Quam 2.opi.intellige, sine iudæus iuret secundum legem mosaycam,siue secũdum nostram Christianam, Nam licet iudæus per Christum iurare prohibeatur:tamen si iurat: ad iuramenti obseruantiam compellitur , teste Bar. in prooe. Digestorum. in prin.n.3.Bauer.de virt.iur.ver.59. pro quo vide spe.tit.de iur.cal.§.restat col.fi.Rol.cons.3.lib.2.cons.25. lib.3.Gozad cons.24.Abb.cons.39.lib.1.Coras.miscell.lib.5. c.16.Rob.loco.supra alleg.Nat.cons.434.Quomodo autem Christianus iudex iuramentum offerre possit? & vice versa iudæus Christiano,dic,vt per Bar. in l. iusiurandum & ad pecunias.§.ait prætor ff.de iureiurand. Alexand.in l.ait prætor §. iurari numero 4.eodem titulo.vbi Doct. in apostil. ponunt formam iuramenti pro qua vide etiam Roman. d. consilio 155. colum.fin.Specul.d.titulo de iuram.calum.§. Restat.colum. final. numero 17. & quæ habetur Deuteron. capit. 28. psal.108.

Iudex tenetur ad obseruantiam statuti,licet non sit in causa per aliquem partium productum. Secùs in consuetudine vel reformatione non inclusa in volumine statutorum,secundum Butrig.in l.fin. C.quæ sit long.consuetu.Bal.in l.prima. C.vt quæ desunt aduo.Io.mona.in regula iuris ignorantia,de reg.iur.in 6. Balb.decis.389.

Iudex habens iurisdictionem limitatam vsque ad certam quantitatem,puta in causis vsque ad centum,petita re valoris centum tempore petitionis, si pendente lite eius valor creuerit,poterit de causa cognoscere & iudicare.quia incremẽtum æstimationis non habet excludere iurisdictionem in tali casu,secundum Guil.& Bar.in lege si idem cum eodem.ff.de iurisdictione omnium iud.per l.ampliorem.in §. fin. & ibi Sali. C.de appellat.idem secundum Docto.in d.capi.si idem. Idem in actione crescente propter inficiationem, quia debet attendi principium petitionis.Item veniunt.§. cum prædiximus. ff.de pet.hære.facit gloss.in l.certi condictio. in prin.ff. si cert. petatur. tenent Angelus in l. qui tabulas. ff. de fur. & Panormitan.in cap.cum inter.ad fin.extr.de re iud.Ex quibus potest fieri talis conclusio cp limitatio iurisdictionis non trahitur ad incrementum, sed ad principium: nisi incrementum etiam à principio in petitione comprehenderetur,vt in actionibus arbitrariis, in quibus ex iudicis officio potest interesse excedere,id quod petitum est secundùm Guil.& Angel. in l.si idem. Balb.decis.94.

Quand

Quando iudex absoluit condemnatum in principali ab expensis, debet exprimere causam quare absoluit ab expen. nec sufficit si dicat bonis moti respectibus, &c. alias sententia est nulla tanquam habens iuris errorem, secundum Salice. & Sandil. in auth. nouo iure. C. de iudic. per illum text. ibi declaret, &c. & in §. oportet in auth. de iud. Io. And. in c. finẽ. ext. de dol. & cont. But. in c. examinata ext. de iud. Licet Pan. ibi teneat ꝯrium. Nam qui sub genere dicit, non declarat. l. ita fidei. ff. de iure fisci. & cum Panor. tenet Fel. in c. sicut. in 12. col. extr. de re iud. Balb. decis. 340.

Si iudex ad quem absque cognitione saltem summaria appellationem statim recipiat, potest ab eo appellari, & fortius si concedat inhibitorias, secundum Bart. in l. 1. in fi. C. quorum appel. facit ca. Romana. §. si verò vocatus. de app. in 6. & quod not. Spec. eod. ti. §. de officio. vers. sed quæritur. Nisi ipsi iudici constaret per exhibitionem sententiæ & appellationis, esse appellationem ad se deuolutam, secundùm do. de Rota in nouissi. decis. 111. inci. fuit dubitatum. quod est de mente Io. An. in d. §. si verò. dum dicit, ꝙ cauti appellantes portant secũ sententiam & appellationẽ. quas ostendunt iudici ad quem conster appellationem ad eum deuolutam. Balb. decis. 466.

Iudex pro animi sui sententia reum damnare, vel non damnare potest ad sumptus ante litis contestationem expensos refundendos, si nulla eam in rẽ petitio proponatur, quod longè secus est erogatis à lite contestata expensis. quippe quia in illis nec supplicatio exigitur, nec iudicis arbitrio quidpiam ꝑmittitur. commune ait Ant. de Tremo. in addit. ad Bon. in practi. de recusat. n. 4. ver. rectificari. Villalob. in sua collecta. E. S.

Iudex si vel animam agens, atque in vltimo vitæ crepusculo iam constitutus, asseueret sese iniquam tulisse sententiam, nihil prorsus fidei consequetur, nihilque omnino vel proficiet, vel officiet. communia inquit And. Alc. vir magno ingenio, atque insigni doctrina. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. nu. 7. Idem.

iudex ex causa etiam, non potest pœnam minuere, mutare, aut remittere. qñ statuta sunt intelligenda ad literam, prout iacent. quia sunt intelligenda secundum vulgarem opi. & cõsuetudinem. quia eo casu statuti verba ad literam, sunt intelligenda, & pœna remitti non potest. Nouellus regula 41. ad regulas Duen. Bonacoss.

iudex qui sibi reseruauit taxationem expen. non poterit dãna taxare, licet fuerint in libello petita: quia expensarum nomine non continentur damna. c. in nostra. ext. de iniur. secundùm Bal. l. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Balb. decis. 281.

iudex conuentus. Etiam finito syndicatu potest iudex in patria & villa sua, pro malè extortis conueniri, secundùm Barto. in l. 1. & 2. ff. ad leg. iul. repetund. Ang. in l. si filius. ff. de iud. Super quo distingue, vt per Bal. in l. obseruare. in §. proficisci. ff. de offic. proconsul. in 4. quæst. Calderi. in quæstionibus syndicatus. q. 249. Balb. decis. 226.

iudex qui detulit appellationi, non potest reuocando delationem iurisdictionem reassumere in ea causa, & casu à quo est appellatum. secundùm Io. Andr. & communiter Cano. in c. cum appellationib. de appella. in 6. in clem. sicut. eod. ti. Bal. in l. eos. §. Apostolos. C. de appel. Do. Præposi. in c. vt debitus. extrà eod. Balb. decis. 480.

iudex impartitur officium suum etiam non requisitus in causis personarum miserabilium. l. nec quicquam. §. fi. ff. de of fi. proconsul. & ibi Bal. & do. Cato. Bart. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect. per l. fancimus. §. 1. C. de admin. tut. idem in aliis casibus ibi per eum enumeratis. Balb. decis. 251.

iudex quis esse potest in causa ciuili, parte non opponente, secus in criminali, vt est communis opi. de qua Bened. de Vado foro Sempr. in Repert. Felin. ver. iudex vtrum possit. Bon.

iudex, quando pœna est commissa eius arbitrio, potest arbitrari vsque ad mortem, vt est communis opi. de qua D. Hieronymo à Monte in suis variis quæstionibus 16. nu. 7. Sed communiorem esse in contrarium postea dicit ibi nu. 49. Bonac.

iudex alter in magistratu, alterum vbi sit iurisdictionis diuisa administratio, punire nõ potest, vt est com. opi. Soarez verbo, iudex. n. 239. Bonac.

iudex, vt veritatem habeat, potest impunitatẽ reo promittere, vt est com. opi. Soarez in ver. iudex. n. 245. Non tamẽ potest ex tali extorta cõfessione reum condemnare, vt est com. opi. ibi. nu. 246. Bonac.

iudicem corrumpens, vt iustam, vel iniustam ferat sententiam, amittit causam, vt est com. opin. Soarez in ver. iudicium num. 254.

iudex per quæcunque verba prægnantia, quæ sibi fuerint commissa, non potest lædere partem contra iustitiam, vt est com. opi. de qua Capr. reg. 18. n. 33. Bonac.

Iudex non potest cognoscere de sua iurisdictione, quando contra ipsum iudicem, ad eius iurisdictionem declinandam, opponitur talis exceptio, quę notaret ipsum iudicem, vt exceptio infamiæ, vel alterius criminis, cum esset suspectus, vt est com. opi. Capr. reg. 19. nu. 12. Bonac.

Iudex secularis non tenetur exequi sententiam iudicis ecclesiastici, quando pro condemnato est præsumptio contra sententiam D. m. Alc. in c. perniciosam. n. 122. de off. ord. com
10 munem dicit. Bonac.

Iudex licet habeat arbitrium, debet tamen seruare ius commune in maleficiis, vt est com. opi. Clar. q. 31. ver. arbitrio. atque balia. Alba. cons. 69. n. 5. & cons. 95. n. 2. Menochius de arbi. iudi. q. 9. & alibi in eo. lib. Et si per statutum habeat arbitriũ in aliquo crimine, non tamen debet esse nimis gratiosus. sed pœnam commensurare cum delicto. Castrensis. in l. si fugitiui, nu. 12. C. de ser. fugiti. Bonac.

Iudex, si sibi videtur, non potest adhibere fidem instrumento publico, quamuis instrumentũ non pronuncietur falsum,
20 Ana. cons. 49. & ibi bologni. Alba in cons. 95. n. 4. & cons. 70. n. 9. vide Albam cons. 99. Bonac.

IVDEX.

Summaria.

Iudex domicilij, vel originis, an & quando possit cognoscere de delicto extra territorium commisso. q. 1.

Pluribus ad vniuersitatem causarum delegatis, etiam vnũ posse ab initio sine aliis cognoscere & procedere: Secùs, si delegati sint ad vnam, vel certas causas. q. 2.

Delegatum non posse minuere, vel augere tempus, quod à
30 lege datur iudicatis. q. 3.

Iurisdictionem delegati expirare per mortem delegãtis, re adhuc integra. Idque locum habere & in delegato ad vniuersitatem causarum. q. 4.

Res adhuc integra esse qñ dicatur in mãdata iurisdõne. ib.

iudicem delegatum, cui est commissa causa appellationis, posse absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata. q. 5.

iudicem ecclesiasticum etiam delegatum posse implorare auxilium iudicis secularis, pro executione sniæ à se latæ. q. 6.

40 iudicem ecclesiasticum posse censuris & pœnis spiritualibus compellere iudicem secularem ad ferendum auxilium in executione, sed non è contra. q. 7.

Iudex ecclesiasticus, q alioqui iure cognitionẽ de crimine habet, an possit propria authoritate laicos capere, & in carcerem mittere: cùm possit clericos, etiam non implorato auxilio secularis. q. 8.

Delegato inferioris à principe, non licere quem citare realiter, vel capere de persona: sed delegato principis licere. q. 9.

Delegatum, quamuis principis, nõ posse subdelegare cum
50 potestate subdelegandi. verũ quẽlibet ordinarium posse. q. x.

Delegatum principis posse subdelegare causas etiam meri, & misti imperij. q. 11.

Quj iudices possint recusari: Et qd in recusandis iudicib. vel remouẽdis iure canonico statutũ sit, qd itẽ iure ciuili. q. 12.

In proponenda recusatione suspecti, non esse necessariũ de iure ciuili exprimere & probare causam suspicionis in libello: sed sufficit præstare iuramentum. q. 13. & q. seq. in fin.

Recusationem iudicis, tanquam suspecti, cùm sit omnium exceptionũ prima, proponendam esse ante litem contestatã:
60 Nisi causa recusationis demùm post litem contestatam peruniret ad notitiam recusantis q. 14.

Iudex in causa recusationis quis. q. 15.

QVAESTIO I.

Quæro, An iudex domicilij vel originis possit de delicto punire subditũ, qui extra eius territorium deliquit? Resp. huius quæstionis aliquam vide resolutionẽ, c. Forum. 3. q. latiùs tñ sic poterit distingui, quia quæstio est ardua & mirificè controuersa. Aut agitur ad punitionẽ criminis ꝑ viam accusationis, & omnium frequentiori interpretum consensu approba-
70 ta est ea sententia, ꝙ possit, ita tenet gl. communiter recepta. l. 1. & 2. C. vbi de crimi. agi. vt firmat Did. Couar. pract. q. c. 11. n. 5. ver. 6. in hoc tract. & est tex. c. fi. ext. de foro comp. Nec tenetur reum remittere ex necessitate ad iudicẽ loci delicti, nisi hoc petatur, ita tenet Bart. Bald. & alij. d. l. 1. Abb. d. c. fi. Guid. Pap. q. 102. & hanc sentẽtiam dicit cõem Hipp. in pract. §. opportunè. Aut agitur per viam inquisitionis, & de iure canonico nõ est dubiũ, qn iudex originis vel domicilij possit punire subditũ suũ, qa tũc domicilij qs est propriè subditus. c. ex parte. c. dilecti, de fo. com. At de Iure ciuili dubitatũ est, nõ nullis
80 existimãtib. iudicẽ domicilij vl originis posse ẽt ꝑ inquisitionẽ cogno-

cognoscere de crimine per subditum extra territorium commisso, cuius sententiæ authores sunt Bart. in l. si cui. §. fin. ff. de accus. per gl. l. relega. §. interdicere. ff. de interdictis. Io. Bernar. in pract. crimina. c. 8. Bart. l. sepulchri. ff. de sepul. violat. Eandẽ firmat Panor. n. 6. & alij c. cùm contingat. Iac. de Belui. ca. Romana. §. contrahentes. de foro comp. in 6. n. 117. Bald. in cons. 313. lib. 5. & l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Ruin. cons. 84. lib. 4. nu. 9. Et eam dicit esse communem Bolog. cons. 54. quem refert August. Arimi. in addit. ad Ang. de malef. §. hæc est quædam inquisitio. ver. quæro an in delictis. Alc. c. 1. n. 67. de offi. ordi. Aliis verò contrarium asserentibus, nimirum nec iudicem originis, nec domicilij posse inquirere de delicto commisso extra territorium. quam sententiam tenet Io. And. in Spec. ti. de compet. iud. Bald. l. 1. C. de ædilit. actio. Hipp. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. n. 137. Gand. in tract. de malefi. q. 6. Eam dicit esse magis communem Hipp. in pract. crim. §. constante. nu. 90. Thomas Gram. decis. Neap. 26. Io. Bernar. pract. c. 9. Quia inquisitio pertinet ad publicam vindictam, quæ non videtur competere iudici domicilij, ex eo, ꝙ nulla iniuria illi reipu. facta est, veruntamen priorem sententiam veriorem iudicat Didac. d. cap. 11. num. 5.

QVAESTIO II.

Quæro, Vtrum vnus ex pluribus iudicibus delegatis ad vniuersitatem causarum possit sine alio ab initio cognoscere & sententiare? Resp. Controuersum est, vtrum, quando sunt plures iudices delegati ad vniuersitatem causarum, vnus sine alio à principio possit procedere, nonnullis existimantib. posse, ad similitudinem iudicis ordinarij, cui æquiparatur. gl. Bart. & Doc. l. si vni. ff. de re iud. & in specie Alex. dicit ibi hanc esse communem opi. Et Ias. nu. 7. aliis verò contrarium asserentib. ex eo, ꝙ sicut alij delegati, ita quoque delegati ad vniuersitatem causarum habent iurisdictionem iure alieno, & vice delegati funguntur, non iure proprio, sicut iudices ordinarij. Hãc sententiam firmat Io. de Imo. c. 1. ext. de off. deleg. & Abb. in c. causam. el 1. de off. deleg. Sed prior sentẽtia magis obtinuit, quia delegati ad vniuersitatem causarum sicut ordinarij habent iurisdictionem & exercitium in solidum, non autem delegati ad vnam vel certas causas.

QVAESTIO III.

Quæro, An iudex delegatus possit ampliare & minuere tẽpus, quod datur iudicatis, ex causa? Resp. Vtrum Iudex delegatus in sua sententia possit ex causa augere vel diminuere tempus quadrimestre, ꝙ à lege indulgetur iudicatis, sententiis variatum est. Nam ꝙ possit, tenet Raph. Cuma. in l. 2. ff. de re iudi. ex quo. n. potest in totum absoluere vel condemnare, potest etiam tempus apponere, cùm bonum sit argumentum à re ad tempus. Contrarium verò tenet gl. quam sequitur Bart. ibi in d. l. 2. qui mouetur ex eo, quia Iudex delegatus non potest exequi sententiam suam, sed mandatur executioni per ordinarium. Vnde non potest imponere legem superiori, hanc sentẽtiam communiter approbatam asserit Ias. ibi, n. 5. Et eam tenet Maran. in spe. dist. 5. n. 44. Et hęc est vna differentia inter ordinarium, & delegatum.

QVAESTIO IIII.

Quæro, Vtrum iurisdictio delegati expiret morte delegantis? Resp. Receptum est à Doct. communiter, iurisdictionem delegati ẽt ad vniuersitatem causarum extingui morte delegantis re adhuc integra. Ita tenet Bart. in d. l. more. ff. de iurisd. om. iud. quem sequuntur omnes Doct. vt refert Ias. d. l. si vni. n. 9. & est tex. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. c. relatum. c. licet ext. de off. deleg. Eandem dicit esse communem sententiam Maran. in Spec. dist. 5. nu. 56. dicitur autem res adhuc integra, quando nondum facta est citatio, vt probatur per d. c. gratũ, & firmat Bart. d. l. & quia. Abb. d. c. relatum. Et hanc dicit communem esse sententiam Marant. d. dist. 5. n. 56.

QVAESTIO V.

Quæro, Vtrum iudex delegatus. cui est commissa causa appellationis possit absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata? Resp. Verior & receptior est sententia, ꝙ sic, tex. c. vt debitus. de app. qui secũdum cõem intellectum non tñ in iudice ordinario, sed etiam delegato loquitur. vt tenet gl. c. ex tenore. verb. terminetis. de for. comp. Eandem sententiam tenent Ant. de But. Abb. & Imo. d. c. vt debitus. Dec. n. 23. asserens eam esse cõem, post Francũ n. 43. Eandem dicit esse communem Fel. c. causam quæ, de rescrip. li. 6. licet Francus ꝑriam snĩam conatus fuerit defendere.

QVAESTIO VI.

Quæro, An iudex delegatus ecclesiasticus possit implorare auxilium iudicis secularis pro executione sententię? Resp. Archid. c. vt officium. §. compescendi. de hæret. in 6. per illũ tex. existimat id tantùm procedere in iudice ordinario ecclesiastico ꝙ possit iudicem secularem requirere pro executione sententiæ. Contraria tamen sententia frequentiori interpretum consensu recepta est, quam probat text. c. dilecta. de sent. exc. Et eam tenet Inn. Io. And. & Doc. c. significasti. de offi. del. vbi dicunt eam esse communem Abb. & Dec. Io. Lup. c. p vestras. not. 2. §. sed est pulchra dubita. nu. 17. Eandem dicit esse communem Aug. Bero. d. c. significasti. nu. 24.

QVAESTIO VII.

Quæro, Nunquid iudex ecclesiasticus poterit censuris & pœnis spiritualib. compellere iudicem secularẽ ad auxilium hoc exhibendum? Resp. ꝙ sic, non autem econtrà iudex secularis poterit cogere ecclesiasticum. Ita tenet Inn. Pan. & alij in c. 1. de off. ord. Et ibi Alc. n. 26. & 123. asserit hanc esse comm. opi. Et tenet Ias. l. à diuo Pio. §. sententiam. n. 16. ff. de re iud.

QVAESTIO VIII.

Quæro, Vtrum iudex ecclesiasticus qui alioqui iure de crimine cognitionem habet, possit reum laicum capere & in carcerem mittere? Resp. Variatum est, nonnullis existimantibus posse, cuius sententiæ authores sunt Do. & Fran. c. cùm episco
20 pus. de of. ord. in 6. Et eam probat Fel. ca. cũ sit generale. n. 20. de for. comp. Aliis verò ꝑrium asserentib. s. iudicem ecclesiasticum non posse in carcerẽ proprium mittere, nec capere laicum pro criminis punitione, quæ ad ipsum pertinet, excepto hæresis crimine, tex. in c. excommunicamus. 2. de hæret. & firmat Old. cons. 86. Et eam dicit esse com. opi. Fel. in c. significasti. de of. del. & Aufred. repet. Clem. 1. de of. ord. q. 5. licet Fel. loquatur in ecclesiastico iudice delegato. Eandem dicit esse communem Anch. reg. ea quæ. de reg. iur. in 6. & Io. Andr. in
30 spec. tit. de offic. ord.

Sed nunquid possit clericos capere & in carcerem mittere? Resp. ꝙ sic, etiamsi nõ habeat in loco temporalem iurisdictionẽ, nec tenetur auxilium secularis implorare, tex. c. cùm episcopus. de off. ord. in 6. Et est communis omnium opi. quamuis contrarium Carol. Molin. consuet. Paris. tit. 1. §. 4. n. 66.

QVAESTIO IX.

Quæro, An iudex delegatus inferioris à principe possit citare aliquem realiter? Respon. communis & recepta est Doct. sententia. ꝙ non, ita tenet Bart. Alex. & communiter Doct. l.
40 2. ff. de iurisd. om. iud. Bart. l. plerique. ff. de in ius vocan. Communem asserit Maran. in Spec. par. 4. dist. 5. nu. 54. Secùs est in delegato principis, qui sicut iudex ordinarius, potest aliquem capere, vt communiter teneri firmat idem Marant. ibid. & tenet Bart. auth. qui semel. C. quom. & quand.

QVAESTIO X.

Quæro, Vtrũ iudex delegatus possit subdelegare cum potestate subdelegandi? Resp. Frequentiori Doct. cõsensu approbata est ea sententia, ꝙ iudex delegatus etiam principis non possit causam subdelegare cum potestate subdelegandi. vt te
50 statur Alex. in cons. 157. vol. 2. Et tenet idem in rub. ff. de offi. eius. Bald. l. à iudice, ibi, Salycet. & Docto. communiter. C. de iudic. Ias. l. 1. ff. de off. eius. Eandem sententiam firmat Abb. cà cùm Bertholdus. extr. de re iud. Bart. l. folet. ff. de iur. om. iud.

Sed nũquid quilibet ordinarius id potest? Resp. ꝙ sic, etiam minimus, ita tenet gl. c. is cui. de of. deleg. lib. 6. Bart. in l. more. Et ibi Alex. n. 12. dicit hanc esse com. opi. ff. de iurisd. om. iud. Et eam tenet Fel. c. super quæstionũ. §. si verò. vers. fallit quartò de offi. deleg.

QVAESTIO XI.

60 Quæro, Vtrum delegatus principis possit subdelegare causas meri & misti imperij? Resp. ꝙ sic. ita tenet gl. & Bald. l. vni. C. qui pro sua iurisdi. Bart. l. 1. q. 3. ff. de iurisd. om. iud. Et hanc esse cõmunem testatur ibi Ias. licet Alex. contrariam probet. Hanc quoque tenet Abb. c. venerabili. de off. deleg. Et firmat magis communem esse Maran. d. dist. 5. n. 63.

QVAESTIO XII.

Quæro, An quilibet iudex possit recusari? Resp. distinguendũ est in hac quæstione, Aut loquimur in iudice delegato, & nullum est dubium, quin possit recusari, tex. est c. suspicionis.
70 c. cùm speciali. ext. de offi. del. Aut loquimur in ordinario, & variatum est. Namque gl. l. apertissimi. C. de iud. videtur velle iudicem ordinarium non posse recusari: Verùm cõtraria sententia communiter approbata est per c. licet. ext. de fo. comp. vt firmat Ferrariensis pract. for. declinat. iudi. verb. iudicẽ suspectum. Quod tamen cum temperamento intelligendum, recusari iudicem ordinarium, i. suspectum haberi & asseri, non in totum remoueri.

in hoc enim, An in totum remoueatur sicut delegatus, dissi
dent ius Ciuile & Canonicum. Nam iure Canonico etiam or
80 dinarius ꝑrsus remouetur, nec amplius in causa, vt iudicet ad mittit

mittitur,sed causa potius ad superiorem remitti debet:de iure verò Ciuili non tollitur ab eo iurisdictio, imò poterit ipse de causa cognoscere,adiuncto sibi Episcopo loci, vel alio honesto & integræ opinionis viro,vt not. Docto.communiter, Auth.si verò.C.de iudic.

QVAESTIO XIII.

QVAERO,Vtrum in libello recusationis de iure Ciuili requiratur expressio causæ,quando iudex recusatur?Resp.communiter receptum est, non requiri mentionem causæ, sed satis esse,iudicem ipsum dici suspectum,mediante iuramento, ꝙ ea recusatio calumniosè non proponatur,ita tenet gl.l.apertissimi.C.de iud.Et hanc opin.asserunt communem esse Abb. c.si quis contra.n.12.ext.de foro comp.Aufrer.in tract.de recusat.n.13.Dec.c.cùm speciali.de app.Lanfr.de Oria.ca.quoniam contra.verb.recusationes.de probat.

QVAESTIO XIIII.

Quæro,Quo tempore sit proponẽda recusatio iudicis:Respon.Regulariter recusatio iudicis proponenda est ante litem contestatam,quia est omnium prima exceptio,quæ ante omnes proponitur.l.fi.C.de except.ne si alia prius opponeretur, videatur in iudicem consentire.Ita tenet Bar. Alex. & omnes Doct.l.quidam consulebant.ff.de re iud.gl.ibi cõmuniter approbata.c.pastoralis.verb.protestatæ.de excep.Bart.Ias.& reliqui.l.si conuenerit.ff.de iurisd.om.iud.Ias.l.apertissimi. n. 11. C.de iudic.Et hanc asserunt communem esse opi.Aret.& Deci.n.24.c.1.de iudic.Fel.c.inter monasterium.n.4.de re iud.

Limita si recusationis causa post litem contestatam perueniret ad noticiam recusantis,Namque tunc post litem contestatam nihilominus opponere posset,præstito huius ignorantiæ iuramento,arg.tex.c.insinuante.de offi.deleg.ibi gl.& Panor.Et hæc limitatio est absque vlla controuersia,quò ad iudicem ordinarium inferiorem,nec mirum, cùm iure Ciuili absque vllius causæ expressione,solo tantùm iuramento præstito, recusatio admittatur, nec requiratur probatio causæ, vt modò diximus.

QVAESTIO XV.

Quæro,Quis sit iudex super recusatione?Resp.Quoties iudex recusatur,receptum est non iudicem,qui suspectus habetur, de causa ipsa recusationis cognoscere, sed arbitros à litigantibus electos,qui si pronunciauerint, suspicionem iustam esse,non poterit in causa iudicare,tex.est.c.cùm speciali.in pr. de appel.c.si quis contra clericum.de for.comp.c. iudex ab apostolica,ibi, gl.communiter à Doctoribus recepta, de offic. deleg.in 6. Michael Grassus.

Iudex originis contra originarium delinquẽ extra territorium per viam inquisitionis procedere non potest, secus per viam accusationis,secundum communem per Rol.cons.19. n.21.lib.2.de qua vide quæ scribunt Guid.Pap.q.202.Boer.q. 270.n.4.Bar.in l.1.col.17.q.8.C.de sum.trin.vbi videtur concludere ꝙ ratione præuentionis possit iudex originis punire subditum suum delinquẽ in alio territorio, de quo per Neuiz.cons.68.n.54.Clar.in prac.§.fi.q.39. versi. sed quæro post Alex.cons.111.lib.1.

Iudices duo inquirente. Quando duo iudices formarunt processum inquisitionalem contra aliquem,ille præfertur, q̃ præuenit in procedendo.ff.de iudic.l. si quis postea. Quando autem vterque eodem tempore incipit procedere,reus eligere poterit quem velit, & alteri opponere non exceptionem præoccupationis,sed ꝙ coram altero causa pendet, corã quo petet se remitti,secundum Bald.& Sandilia.in l.nulli.C.de iudic. Balb.decis.329.

Iudicis recusati processus est nullus,cum cognitio translata sit in arbitros.Ang.in l.apertissimi.C.de iud.& ita Doc.cõmuniter concludere refert Phil.Dec.in cons.175.num. 2. De qua decisione quoque in ver.processus factus post recusationem,dictum est. kirchouius.

Iudices ordinarij plures constituti tam in temporalib. quã spiritualib.habent iurisdictionem & exercitium insolidum adeò ꝙ quilibet eorum iurisdictionem datam exercere possit, prout vult gl.in cap.prudentiam,de off.deleg.per capitulum, loquitur.24.q.2.& c.1.de iure patron.& l.si libertus.ff.de bonis libert.in fin.& l.viæ.ff.de seruit.l.si sepulchrum.C.de religiosis.l.1.§.si vsusfructus.ff.ad l.Falcid.quam communiter teneri asserit Bened.Capr.reg.27.n.4.quod tamen fallit, si iurisdictio ordinaria daretur plurib.nõ vt singulis,sed vt collegio, quia tunc collegium & non singuli dicantur habere iurisdictionẽ,in c.irrefragabili.de officio.ordi.vt no.per gl.in c.vt officium,de hæret.lib.6.vt voluit Inn.& Io.And.in c.prudentiã, de offic.deleg.& Bart.in l.si vni,alias Pomponius.ff. de re iud. & id similiter communiter teneri dicit ibidem, n. 5. idem Bened.Capr. similiter fallit quãdo aliud reperiretur expressè in iure cautum, vel aliud esset dictum per dantes plures ordinarios. Item si ipsi ordinarij simul incepissent exercere iurisdictionem,vel si procederent circa actum per quem finiretur eorum iurisdictio,aut si daretur vnus ordinarius,vt ex eius persona descenderet ad plures.vti exemplis ac legibus siue iuribus declarat ibidem nu.seq.idem Bened.Capra,vide verbum Delegatus.

Iudices plures. Si plures sint, qui debent iudicare, omnes debent loqui & pronunciare, nec sufficit vno loquente alios esse præsentes,si taceant, secundum gl. in l.cum magistratus. C.quando prouocare non est necesse, & in l.tunc autem,alias incipit, si vni, & ibi Bart.ff. de re iud. & ita cõmuniter tenetur reprobata gl.in l.sicuti.ff.de arbitr.per textum ibi in fi.Quæ tamen gl.secundum doct.vbi s̃.potest procedere,& saluari in arbitris.Sufficit tamen secũdum eundem Bart.vbi suprà,si vno legente & pronunciante cæteri expressè dicant,se consentire tali pronunciationi. Balb. decis.18.

iudicis decretum, quod ex falsa causa interpositum probatur,nullius ponderis, ac momenti est. commune ait Curt.iu. cons.170.n.2.& vide q̃ inferius obseruo ver.Sentẽtia.E.Suar.

iudicis decretum,seu authoritas non impedit,nec remoratur auxilium l.2.C.de rescind.vend.vt magis commune pronunciat Deci.cons.210.n.8.ver.3.Sed verius atque ęquius & vtilitati publicæ magis coniunctum contrarium est,quod frequenter placitum asserunt Rebuf.in 2.tom.ad leges Gall.nu. 40.Ant.Gomez.de contract.c.2.nu.3.& magis commune recenset Arius Pinelus.meus olim iuris doctor,ad illam l.2.parte.c.2.nu.18. Idem.

Iudicis ecclesiastici processui fidem habere non adstringitur popularis, seu laicus iudex, ad quem quis ab illo dãnatus plectendus remittitur,vide suprà ver.alia. idem.

iudicem corrumpens vt pro se vel iustè, vel quo iure, quaque iniuria sententiam dicat,tum quidquid ea causa dedit, tũ litem ipsam amittit.commune inquiunt Did.à Couar.in reg. peccatum.de reg.iur.lib.6.Iulius Clar.in pract.§.vlt.q.74.ver. iudex committens. E.Suarez.

Iudices ordinarij quamuis nisi fama præcedat ad inquisitionem,aggredi nequeunt:tamen qui non seruato ordine poterunt inquirere,iidem & absque fama rectè riteque inquirent. communia dicit Alc.in c.perniciosam.n.34.& n.37.de off.ordina.qđ & alij affirmant superius relati.ver.inquisitio.E.Suar.

Iudices pacto eorum,qui agunt,prorogati,etsi pœnitentia respui possint,tamen qui fidẽ franget,ad id obligatus manet, quod illius interest,qui in fide semel data constanter præstat: eaque de re iidem iudices cognoscent.commune ponit Pan. in c.1.de iudic. idem.

Iudices pecuniariæ corruptionis damnati,& officium & ius ad officium amittunt, ac legis Iuliæ repetundarum tenentur, quadruplumque præterea eius,quod acceperũt,euomere coguntur,vt commune testatus rectè explicat Iul.Clar.in pract. §.vlt.q.73.ver.iudex committens baratariam. idem.

iudices duo ex tribus selectis, si sententiam tertio absente ferant, quamuis postea latam ab ipsis sententiam tertius ille ratam habeat nihil omnino profuturum egisse censentur, ac nulla eiuscemodi sententia prorsus est, vt commune renuncio ex Ang.in l.licet.in fi.ff.de iud.Dec.cons.434. ad fi. atque ex aliis,quos citat Seba.in tract.de nullit.n.179. idem.

Iudicij tractatio(instantiam interpretes fantur)quamuis perimatur, ac sentẽtia à iudicij obseruatione reum liberans subsequatur: non tamen effectus per litis contestationem inducti extinguntur.commune dicit Ant.Gomez.de testam.ca.3. nu.32.ver.quarto facit. E.Suarez.

Iudex recusatur ex causis plurimis max.ĩ.scriptis.

1.si est suffraganeus litigatoris.quia tunc est suspectus.c.accedens el 2.ext.vt lit.non conte.phi.in c.postremo.in 6.col.ibi 15.quando suffraganeus.ext.de app.

2.si ab eo app.sit in alia causa. quia merito est suspectus ca. Ad hæc.ext.đ app.đ q° viđ phi.in d.c.postremo.ĩ 7.col.ibi.27.

Requi.tamen hoc casu grauaĩs prob. vt per Fel.& phi.in d. c.ad hæc.& per Phi.in c.proposuit eo.ti.

Limita etiam nisi ipse reuocauerit grauamen. vt vult phi. in c.cum cessante.in 12.col.de app.

3.si habet familiaritatem cum litigatore.3.q.5.c.accusatores & c.insinuante.extr.de app.phi.in c.postremo.in 6.columna de appel.

Limita si exprimatur qualitas familiaritatis.Alex.in 5.vol. cons.154.in 2.col.

4.si est affinis.ca.absens.3.quęst.9.phi.in ca.postremo.in 3. colum.de appel.

Limita nisi esset magnæ sanctimoniæ.Ita vult Barb.in 1.volu.cons.23.in 9.col.Et Ias.in repe.l.admo.in 89.col.ff.de iureiur.vide in ver.persona.§.5.ibi 4.adduc.

5.si litigatores fuerunt homines seu subditi iudic.l.senatus ff.de off.præsi.

6 Si est excommunicatus.ca.cum R.canonicus.extr.de offic.deleg.

7.Si est consang.vnius partis.ca. postremo & ibi præpo. & doct.extr.de app.

Amplia etiam si est consang.inimici ita phi.in d.ca. postremo.in 4.col.

Limita tamen.nisi sit honeste vite.Ita.Barb.in 1.vol. consi. 23.in 9.col.Addo Ias.in l.q iurisdict.in 3.col.ff.de iurisd.om. iud.& in l.2.in 8.col.ff.si quis in ius voc. & in auth. iubemus in 3.col.C.de iud.idem vult phi.vbi s̃.in 4.col.

8.Si est compatriota.ita Spec.in tit.de iud.deleg.§.superest videre & sequitur præpo.in d.c.postremo.in 5.col.versi.31.

Ad quod tamen vide Fel.in d.c.accedens el 2.in 1.col.vt lite.non conte.& phi.in d.c.postremo.in 6. col. ibi decimonono quando,&c.

9.Si habet similem causam.c.causam que.ext.de iud. arg.l. propter litem.ff.de excus.tu. & ita vult Ias. in l. apertissimi. in 3.col.ibi 8.causa.C.de iud.phi. in d.ca.postremo. in 7. colum. ibi 25.

Nam valde periculosum est.coram iudice suspecto litigare. d.l.apertissimi.bene fac.tex.in c.2.requiris.in fi.& in c.cũ sp̃li. de app.& in c.quia suspecti 3.q.5.

10.Si iudex procurauit causam sibi committi.Fel.in c.irrefragabili.in fi.ext.de off.ord.& in c.fi.ext.de testi.phi.in d.c.postremo.in 7.col.ibi 23.

11.Si est nedum inimicus meus sed etiam amicus inimici mei.Fel.in d.c.accedens.el 2.in pr.vt lite non ꝯte. Ias.in d.l.apertissimi.in 2.col.de inimico autem ꝙ possit recusari.vide ĩ. ver.31.causa,&c.phi.vbi s̃.in 8.col.ibi 34.Bal.in l. vnica. C. si quacunque præd.pote.

Adde ꝙ cõitiones inducunt inimicitiam ex qua iudex potest recusari.Pau.de ca.in 2.vol.cons.22.in prin.fac. quod habetur ĩ.prox.ibi Adde ꝙ animositas.

12.Si nimis Animose ꝓcedit.Imo.in c.2.in 3.col.& ibi Pan. in 2.col.extr.de in inte.rest.præpo.in d.ca.postremo.in 7.col. ver.58.& phi.ibidem in 7.col.in prin.

Adde ꝙ animositas probatur si 1.citatio est peremptoria.c. 1.extr.de dila.faciunt dicta s̃.in versi.11.si est ibi. Adde quòd comminationes.

13.si iudex est indiscretus.quia potest recusari. Fel.in ca.ad nostram in 1.col.ext.de prob.Ias.in d.l.apertissimi.in 2.col.

14.si esset pater filius vel patronus maritus gener.socer.vitricus vel priuignus.Ita phi.in d.c.postremo.in 5.col.ar.l. lex. Cor.in prin.ff.de iniur.al.Spec.in ti.1.§.superest ver.item si sit consang.& ver.item maritus.

15.si iudex esset cõsang.prælati impetrant.vel litigant. etiã in causa ecclesiæ vt in specie.vult phi.in d.c.postremo.in 5.colum.al.multa quæ omitto.

16.si prælatus esset iudex in causa.suæ ecclesiæ.phi.vbi s̃.in 4.col.ibi quinto quæritur.

17.quando iudex fuit vel esset aduocatus in causa illa. ita philip.in d.c.postremo.in 1.col.& in 1.not.& aliquid in 5.colum.ibi 6.quando iudex fuit.Dec.in d.c.n.3.limitat.

Quid si filius iudicis esset aduocatus vel procurator.vide ĩ.

18.quando iudex.fuisset consultor.vel præstitisset consilium in causa.aut prius per actorem vel reum respondisset quid iuris.phi.vbi s̃.in 5.col.vbi vide latius per eum.

19.si iudex fuit testis in illa causa.Ita phi.vbi s̃.in 6.col.arg. l.fi.in pr.& in fi.C.de asse.& l.fi.ff.de testi.al.Spec.in d.§.superest ver.item si fuit test.

20. Canonicus potest recusari. in causa alterius canonici. eiusdem ecclesiæ.c.cum R.de off.deleg.phi.vbi s̃.in 6.col.

Limitat phi. nisi esset Iudex in causa alterius concanonici. quia tunc pars affectionis causa.tollit omnẽ suspitionem. faciunt quæ dixi.in trac.de testi.§.68.ibi 3.casus.

21.si iudex esset commensal alicuius par.d.c.insinuante. & in c.1.& c.accusatores 3.q.5 phi.in d.c.postremo.in 6.col.versi.12.quando iudex.

Subiic.phi.idem etiam si iudex esset comes aduersarij, siue aduersarius sit de familia ipsius iud.sine libertinus. l. senatus. ff.de of.præsi.& l.1.C.si quacun.præd.pote. all.spec.in d. §.superest ver.item comes.

amplia etiam si sit commensal alicuius qui est inimicus ꝑtis.phi.vbi s̃.in ver.14.quando iudex.

22.Quando iudex esset vasallus impetrantis ar.23.q.5.c.de forma.phi.vbi s̃.in ver.13.al.Spec.in d.§.superest.in prin.

Et idem dicit ipse si iudex esset clericus impetrantis secun. Io.And.in d.c.leg.

23.quando iudex est dominus impetrantis.c. causam quæ inter.R.de off.deleg.phi.vbi s̃.in ver.16.

24.Non solũ si iudex sit subditus aduersarij.sed etiam quãdo iudex esset subditus.& de districtu inimici alterius part.litigantis coram eo. licet tal inimicus alr non litiget. cum parte. vel coram illo iudice.tex.est in d.c.Accedẽs. & ibi Pan.refert & sequitur phi.vbi s̃.in 6.col.ibi.17.non solum,&c.

25.quando iudex esset socius impetrant.Spec.in d.§.superest ver.quid si est Socius.vbi dicit ꝙ socius in domo.non potest esse iudex consocij & poterit recusari.durante habitatione.& ita etiam vult Pan.in d.c.accedens.refert & sequi.phi.vbi s̃.ver.18.

26.quando iudex qui est ciuis.esset iudex.inter ciuem & forensem.s.non ordinarius.sed delegatus.c.sta.§.cum vero de rescrip.in 6.& ita vult Pan.in d.c.Accedens.& sequitur phi. vbi s̃.licet.secundũ eum.Ant.de But.in d.c.accedens. dicit ꝙ hoc esset arbitrarium inspecta qualitate ipsius iudicis.

27. Quando iudex esset nimis fauorabilis alteri parti. d.ca. accedens.& c.ad hæc ext.de rescr.Io.Andr.in d.c. legitima.de appel.in 6.

Subic.phi.vbi s̃.in ver.21.ꝙ iudex potest reducere parti ad memoriam.factum de quo recolit vt priuatus. vt puta pactũ de non petendo factum defuncto. vel aliter nec per hoc dicetur nimis fauorabil.ipsi parti.al.Imo.in l.4.§. hoc autem.in fi. ff.de dam.infec.

Subiungit. quòd quando dicatur iudex nimis fauere parti relinqui arbitrio iudicis cognoscent. de ipsa suspitione. secundum But.& Pan.in d.c.Accedens.

Debet tamen(secũdum eum)in excusatione exprimi sp̃lis causa fauoris secundum Io.And.ibi.& in d.c.leg.

Et sp̃lis causa fauoris est.quando iudex nimis animose procedit per dicta s̃.in ver. 12.si nimis,&c.

28.Si scholaris contra non scholarem impetret doctorem suum.phi.vbi s̃.in 7.col.al.spec.in d.§.superest.versic. quid de magistro.

29.Quando vnus esset iudex alterius.vt quia impetraui te contra titium.& tu impetrasti me contra seium.phi.in d.c. postremo.in 7.col.ibi 26.

Et propterea subiungit ꝙ nullus potest esse conseruator deputati sibi conseruatoris.c.fi.de off.deleg.in 6.& ita tenet Io. Andr.in d.c.leg.& spec.in d.§.superest.ver.si vnus.Arbitrio tamen iudic.relinqui.secundum eum.se remittentem ad But.in c.causam.el 2.in fi.de iud.

30.quando recepit pretium.vel fuit institutus hæres vel donatarius ab impetrante phi.vbi s̃.ibi 28.

31.causa est quelibet inimicitia. quia inducit suspitionem. etiam si nõ sit capitalis vel grauis sed suffic. ꝙ sit probabilis.c. cum super de off.deleg.& 3.q.5.c.quia suspecti.gl. & Gem.in c.2.de procu.in 6.refert & sequitur phi.in d.c.postremo.in 7. col.ibi 32.vide tamen.ĩ.ver.sed pone.

Amplia per dicta s̃.in ver. 11.si est nedum,&c.

Debet tamẽ causa inimicitiæ in ipsa recusatione.particulr exprimi.& non sufficeret in genere allegare inimicitiam.phi. vbi s̃.al.Io.And.in d.c.leg.

Addit ꝙ non inspici. an tal inimicitia habuerit fomitem. ex veritate an ex falso aut ab ipsis partib.aut tertio. al. Inn. in c.cum I.& A.de re iud.vide latius ĩ.eo.§.19.

32.quando iudex esset inimicus domini ipsius part.quia ꝓpter dominum.recusatur aliquis de tota familia.& econtra.l. 1.C.si quacun.præd.pote.phi.vbi s̃.ibi 33.al.specu in §. superest.præal.ver.item si inimicus domini.& ver.item si sit inimicus meus.& Io.and.in d.c.leg.

33.si fuit inimicus licet sit recõciliatus.3.q.5.c.accusatores el 1.Spec.in d.§.superest.ver.item si quõdam.phi.vbi s̃.ibi 36. vbi dicit & vide illam gl.no.de inimico reconciliato.in c. pertuas.de simo.& not.per Bar.in l.4.ff.de adim.leg.

34.Quando iudex habuit dicere ꝙ si posset libẽter noceret parti aut ꝯ eã sniam ꝓferret.Phi.vbi s̃.ĩ ver.37.al.gl.& doc.in d.c.cum super de off.deleg.fac. quod habetur in ver. inimicitia.§.9.& ita vult Bal.in l.vnic.C.si quacunque præd.pote.

35.si iudex cum altera partium litem habeat phi.vbi s̃.ver. 38.art.l.propter litem.ff.de excus.tut.al.Spec.in d.§. superest. versicul.Idem est si cum altera.& Ioan.Andr.in d.capitulo legitima,

Ampliat etiam si causa quæ foret cum iudice esset sub nomine dignitatis seu beneficij.al.glo.& imo. in d. cap. cum super quod dicit.bene notandum.

6. quando altera pars ſecrete loquitur cum iudice ad aures. quia poteſt iudex recuſari niſi reuelet illud quod pars ſibi dix.phi.vbi ſ.ibi 39.al.Spec.in ti.de poſi.§.7.ver.quid ſi ponens & alia.

7.quia poteſt allegari ſuſpitio ratione loci non tuti. vt habetur in d.c.accedens phi.vbi ſ.ibi.40.& vlt.

Et dicit ibi phi.q̃ locus dicitur ſuſpectus non ſolum quando non eſt tutus in loco iudicij.ſed etiam quando non poſſet haberi acceſſus ad locum iudicij niſi per terras inimicorũ vel alium locum ſuſpectum.d.c.accedens.

Alias cauſas ſuſpitionis.vide per Specul.in d.§.ſupereſt.Io. And.in d.c.legitima doct.max.præpo.& phi.in d.c.poſtremo. Ang.in §.præterea.in 7.col.inſti.de excep.

Et generaliter dic q̃ omnes Cauſæ quæ repellunt quem à teſtamento repellunt etiam à iudicando. vt nota.vult.d. Anto.de prato.in conſ.vltimo poſito poſt conſi.Barb.in 1.vol.

Fac.quod vult phi.in d.c.poſtremo.in 2.col.ibi & ex his tradit. &c. vbi dicit q̃ Goffre. tradit ibi regulam. q̃ omnis cauſa ſufficiens ad remouẽdũ procuratorem vel arbitrum. erit ſufficiens ad recuſandũ iudicem. cum etiam ex faciliori cauſa iudex ipſe recuſeẽt.vt per gl.in c.inſinuante.ext de off.deleg. & hanc regulam. dicit ipſe ſequitur Spec.in d.§.ſupereſt. ad fi.& imo. & Panorm.in d.c.poſtremo.quod dicit eſſe menti tenen.

Et aduerte q̃ omnes aliæ cauſæ reputantur legit. quæ ſunt grauiores expreſſis in iure.& quando hoc ſit iudic,arbitrio relinquitur.ex quo ſi male arbitre.poteſt app.ita phi.vbi ſ.in vlti.col.al.Inn.in ca.cum ſpl̃i.extr.de app.vbi etiam vide ipſum. phi.in 1.col. P.Ando.

Quando cauſa ſuſpitionis eſt certa. & in iure determinata. ſi iudex pronunciaret ſuſpitionem non eſſe legitimam.ex illa cauſa ſententia eſſet ipſo iure nulla quia contra ius ſcriptum 2.q.6.c.diffinitiua.& l.ſi expreſſim ff.de app. Phi. vbi ſ. alleg. Inn.in d.cum pſeciali. idem.

Si iudex recuſatus procedat & ex hoc appelletur.dicitur p̃bata cauſa recuſationis phi.in c.cum ſpl̃i.in 8.col. de appel.de quo per eundem in c.interpoſita.in 2.col.de app. idem.

An autem quando quis recuſat iudicem. vt ſuſpectum. ſit inferenda.cauſa?gl.eſt q̃ non in l. quia poterat. & ibi Bar. Bal. & doct.eam ſeq.de iure ciuili ff.ad Treb.Fel.in c.quæ in eccleſiarum in 17.col.de conſti.

Sed ſecus de iure cano.vt ibi per eos.habetur.in d.cum ſpl̃i.& in.c.2.requiris de app.& in c.ſuſpicitionis.de offic. deleg.& in l.apertiſſimi.C.de iud.& in d.c.leg.de app.in 6. idem.

Sed quid ſi recuſatus vt ſuſpectus ꝓcedat. an proceſſus ſit ipſo iure nullus.an vero veniat annullandus? Bart.in d.l. quia poterat.dicit. quòd eſt ipſo iure nullus. de quo vide eundem Bar.in conſ.105.Bal.in 3.part conſ.431.Pau.de caſt. in 2.vol. conſ.22. Alex.in 1.volu.conſ.89.& in 2.volu.conſ.183.& in 4.vol.cõſ. 104.doct.in d.l.apertiſſimi &in d.c.ſuſpitionis.phi. in d.c.cum ſpl̃i.& in 6.& 7.col.& in c.iudex.in 2.3.col.de of. deleg.in 6.Ang.in §.ergo.inſtit.de fideic.hæred. vide etiã Bal. in l.vnica.C.ſi quacunque præd.poteſt. idem.

Exceptio recuſationis.ante litem conteſtatam opponenda eſt.d.l.apertiſſimi & ibi doct.C.de iud.Fel.inter mon.in 2.col. cum ſeq.de re iud.

Limita niſi de nouo ſuperueniſſet.poſt litem conteſtatam c.inſinuante de off.deleg.& ar.l.2.C.de conſor.eiuſ.litis& l.de ætate §.ex cauſa.ff.de interrog.act.vide aliquid per phi.in c.iudex.in 1.& 2.col.de off deleg.in 6.

Et idem eſſet ſi erat Antiqua excep. quæ fuerat occulta & lite conteſtata ſuperuenit ad notitiam.gl.eſt valde not.in §.excep.Tertia.q.6.& eſt gl.ſocia. in ca.ſtatutum §. cum autem in verb recuſet de reſcrip.in 6.& ita volunt moderni.max.Iaſ.in d.l.apertiſſimi in 4.col.

Limita etiam d.l.apertiſſimi.dum dicit q̃ ſemper poteſt opponi.ante litem conteſtatam excep. recuſatoria contra iudicem. Nam hoc debet limitari niſi iſte iam conſenſiſſet in iudicem.vel feciſſet aliquem actum cõſenſiuum corã eo.vt habetur.in d. ca.inter mon.de re iud.& in l.ſed ſi ſuſcepit.ff.de iud. Fel.in d.c.inter mon.in 2.col.cum ſeq.Iaſ.ample.in l. ſi conuenerit.ff.de iuriſd.om.iud.

Sublimita in ruſtico.qui poteſt quandocunque opponere talem exceptionem ita Iaſ.in d.l.ſi conuenerit.in fi.al. Ang.in l.fi.C.de excep.poſt.Spec.in ti.de compe.iud.add.§.1. ver. ſed nunquid.

Ipſe tamen Iaſ.videt impugnare. quia ſicut mulier & ruſticus ſciunt ire ad nemus ita ſcire debent ire ad ciuitatem. pro conſilio.per not.per Bal.& doct.in l.iuris ignorãtia.C.qui admitti. Idem.

Exceptio incompetentie non intelligitur remota.quamuis alie exceptiones remoueantur gl.in clem.j.ad compenſandas de ſeq.poſ.& fruc.Bal.in l. 1.C.quando prouo.non eſt ne. Ange.in l.non erit §.dato.ff.de iureiur.Fel.ample.in c.paſtoral.in 2.& 3.col.de except. idem.

De iure ciuili iudex ord. non poteſt in totum vt ſuſpectus recuſari.ſed ei dari debet a diunctus propter ſuſpicionem.l.apertiſſimi cum gloſſ.iunct a auth.ſi vero contigerit.C. de iud. Bene fac.text.& ibi Bar.in l.ſi tutor.ff.de ſuſpect.tuto.

Fallit quando ord.eſt inimicus mag.inimicitia.quia tũc poteſt recuſari.l.vnic.C.ſi quacun.pred.põte.per quem tex.dicit ibi not.Bar.q̃ ſi iudex eſt magnus inimicus meus poſſum eius iuriſdictionem declinare proteſtando q̃ non procedat cõtra me.& poſſum petere me eximi cum tota familia à ſua iuriſdictione propter inimicitiam capitalem.quod no.phi.in c.cum ſpl̃i.in 6.col.de app.

Fallit 2. quando iudex eſſet mihi ſuſpectus ex eo quod nõ eſt veriſimile.q̃ eſſet ſibi contrarius puta quia iam pronũciauit in cauſa contra me.vt habetur in l.eos.C.de app.& per laſ. in l.ſolet.ff.de iuriſd.om.iud.phi.in d.l.cum ſpeciali.in 6.col.

Fallit 3.ratione præcedent. aduocationis.l.prætor.ff.de iuriſd.om.iud.phi.vbi ſ.

Fallit 4.in caſu l.qui iuriſdictioni ff.de iuriſd.om.iud.

Fallit 5.in caſu auth.habite.C.ne fil.pro pa.

Et aduerte.q̃ quando ord.datur adiunctus debet fieri mentio de ſtatu lit.ita laſ.in l.2.C.vt lite pen. idem.

De iure autem Canonico Certum eſt ordinarium poſſe ex toto recuſari.c.cum ſpl̃i ext.de app.c.licet.& ca.ſi quis de for. comp.& in terminis vult.d. Ant.de prato.in ſuo conſ. inſerto poſt conſ.Barb.in 3.col.&Iaſ.in d.l.apertiſſimi in 2.col.Idem.

Vicarius epiſcopi. poteſt recuſari.quando militat iuſta cauſa.contra epiſcopum.phi.in c.dilecti.in 7.col.ibi 14.quæritur ext.de appel.

vide in materia aliquid per phi.in c.ſi contra vnum.in fi.de off.deleg.in 6.

Alias differentias.in caſu iſto ſuſpitionis.inter ius cano. & ciuile vide per phi.in d.c.cum ſpl̃i.in 6.col.

Adde q̃ quando.recuſatur Vicar.epiſcopi.debet adiri epiſcopus. qui de cauſa ſuſpitionis cognoſcat non autem itur ad arbitros.ca.2.de conſue.in 6.Ang.in l.præcipimus.C.de app. quæ iura alleg.bertachi.in verb.iudex ſuſpectus.in 2.col.verſ. item ſi iudex eſt vicarius epiſcopi. idem.

An autem collegium vnius ciuitatis vel collegium iudicũ vnius ciuitatis poſſit vt ſuſpectum recuſari.vide per gl.& docto.max.Fel.in 2.col.in c.1.ext.de iud.& per Cano.in ca.licet ex ſuſcepto.ext.de fo.compet.& per legiſtas max.Iaſ.in d.l.apertiſſimi.in 3.col.Alb.in 2.part.ſtat.q.101. idem.

Et quid de doctoribus vnius ciuitat.an poſſint omnes allegari ſuſpecti?Alb.in 2.part.ſta.q.101. Idem.

Aſſeſſores & conſultores iudicum ordinariorum poſſunt vt ſuſpecti recuſari.c.ſtatutum §.aſſeſſorem.de reſcrip.in 6.& ita vult Alber.vt referunt moderni, in d.l. apertiſſimi. Addo phi.in d.c.cum ſpl̃i.in 5.col.de app.vbi etiam dicit q̃ de neceſſitate.non ſunt.dandi confidentes,ſed ſuffic.dare ſuſpectos.& ſic dantur confidentes,non arcta.iudex eligere vnum ex illis. ſed ſatis eſt quòd eligat non ſuſpectum.

Notarium actorum poſſum vt ſuſpectum recuſare ex iuſta cauſa.gl.not.in §.& quod ſæpe in auth.de trien. & ſemiſ. Bal. in l.ſcire §.ſemper.ff.de tuto.& cura.da.ab his. idem.

Adde q̃ ſuffic.ſolum iur.circa allegationem ſuſpitionis notarij.Ita Alex.in 5.vol.conſ. 104.

Et vide materia.Pe.de Anch.conſ.263.Fel. in c. quæ in eccleſiarum in 16.col.de conſti.phi.in d.c.cum ſpl̃i in 5.col. vbi dicit quòd ille qui recuſat notarium actorum abſque cauſa tenetur actione iniuriarum allegat Bal.in cap.ſuper quæſtionum.de off.deleg. idem.

Adde etiam q̃ notarius actorum debet eligi per iudicẽ non per partem.Fel.in c.quoniam contra in 1.col.de prob.

Commiſſarius ad examinandum teſtes poteſt vt ſuſpectus recuſari.glo.in d. §.& quod ſepe.in verbo artificis ſecundum Bal.in d.l.apertiſſimi.in 3.not.Lafran.in d.c.quoniam contra. in verbo recuſatio.

Adde præmiſſ.q̃ ſta.declarationi iudicis.quando aliquis allegatur ſuſpectus.an ſit cauſa iuſta ſuſpicionis.ita Ang. are. in §.eadem l.circa fi.inſti.qui.& ex qui.cau.manu.non poſſ.alt.l. etiam.ff.de manu.vind. idem.

Nota elleganter.q̃ ſic.princeps poteſt committere cauſam cum clau.appellatione remota.vt not.in l.apertiſſimi.in gl.in verb.recuſare.C.de iud.& dixi in verb.appellatio v er. Appellatione remota.

Ita etiam poteſt committere cauſam cum clauſula recuſatione remota.ita not.in d.l.apertiſſimi.& ita ſequi.Phi. adductis tamen multis in contrarium.in c.poſtremo. in 2. colum. de appell.

Adde q̃ ſi intelligimus remotam eſſe recuſationem friuolam tunc res eſt clara.per tex.in c.ex parte el 2. extra de offic. delegat.

Sed dubium eſt nunquid princeps ex certa ſcientia poſſit committere cauſam ſuſpecto.Hoſt.in c. cum inter de except. dicit q̃ princeps poteſt hoc facere. Sed non eſt honeſtum. q̃ ita faciat.Panor.ibi not.diſtinguit.Aut loquimur in cauſa. in qua princeps habet liberam & plenam poteſtatem ſic. papa habet in beneficialibus. clem. 1. vt lite pend. & tunc poterit hoc facere.

Sed ſi eſſet cauſa.in qua non haberet plenam poteſtatẽ puta quia ageretur de ſtatu perſonę vel de rebus temporalib.inter laicos. tunc princeps non poſſet committere cauſam ſuſpecto Niſi ex cauſa rationabili. quia recuſatio propter ſuſpitionem eſt de iure naturali.c.quia ſuſpecti 3.q.5.& c.2.requiris in fi.ext.de appel.

De materia.vide Fel.in d.c.cũ inter.in 4.& 5.col. de excep. & Iaſ.in d.l.apertiſſimi.in 5.col.phi.in c.iudex.in 1.col.de of. deleg.in 6. Idem.

Sed pone. inimicitia eſt cõtracta inter iudicem delegatum & me.mea culpa & dolo. Vel alia ratione eſt mihi factus ſuſpectus culpa tamen mea.vtrum hoc caſu potero eum recuſare vt ſuſpectum.gl.valde notab.in c.vt debitus honor. in verbo minus rationabiliter. ext. de app. determinat q̃ non.& illam glo.ſeq.Goffr.& Io.And.ibi.Mouentur quia ex improbitate ſua nemo lucrũ aſſequi dẽt.l.itaque.Fullo.ff.de fur.2.mouentur per tex.no.in l.ſi mulier.ff.quod met.cauſa vbi tex.dicit q̃ ſi liberta commiſit aliquam ingratitudinem contra patronum.& timẽs reuocari in ſeruitutem aliquid det patrono non poterit poſtea dicere q̃ hoc fec.per metum quia ipſa fuit cauſa illius timoris.

Sed Ant.de But.Pan.& imo.in d.c.vt debitus Tenent totũ contrarium. Mouentur in primis per id quod vult eleganter Inn.in c.cum I.&A.ext.de re iud.vbi dicit.q̃ teſtem.qui eſt inimicus meus poſſem à teſtifican.repellere.non habita diſtinctione cuius culpa contracta ſit inimicitia.de quo vide in trac. de teſti.§.14.

2.Adducunt l.nec timorem.§.1.ff.quod me.cau.vbi dicitur q̃ ſi ego dedi cãm edicto demum timẽs aliquid ſoluerim vel promiſerim potero poſtea dicere.hoc fuiſſe metu factum. & iſta ſentẽtia placet contra gl.&Io.An.&ita tenet phi.d.c.cum ſpl̃i.6.col.

Ad l.itaque fullo poteſt reſponderi q̃ nõ loquitur in remedio cauſato ex naturali æquitate ſed loqui. in remedio iuris poſitiui. Nam actio furti datur propter intereſſe. & fur. in re furtiua non poteſt prætendere intereſſe.

Ad l.Si mulier poteſt reſponderi q̃ loqui.in eo cui iuſte erat illatus metus & cui de iure poterat noceri.Sed nos loquimur. quando propter ſuſpitionem probabiliter de iniuſtitia dubitatur.

Addit Imo.in d.c.vt debitus.q̃ gl.ibi poſſet defenſari.quando iudex eſſet mihi ſuſpectus propter friuolam app. quam interpoſui coram eo.Et ſuperior quia vidit appel.meam friuolam remiſit me ad priorem iudicem.nam eum ex hoc recuſare non potero. quia culpa mea hoc proceſſit. Si tamen eſſet multum iratus contra me adeo q̃ propter hoc fuit factus inimicus meus certe dt. imo.ibi q̃ hoc caſu poſſem eũ recuſare.

Et à ſentẽtia iſtorum doctorum non eſſet recedeñ.de quo vide aliquid ſ.§.1.ver.31.cauſa.

Diſputationis tamen gratia.pro gl.& Io.And.in d.c. vt debitus honor.poſſet adduci no.dictum Bar.in l. 1.§.cum quis ff. de quæſt.vbi dicit q̃ ſi cum velles producere titium in teſtem contra me. & ego ſtudioſe dederim alapam illi titio. & eum prouocauerim ad iram.tamen non potero eum repellere à teſtificando.quia dolo & culpa mea hoc proceſſit ad quod Ange.Are.in Rub.inſti.de excep.in 32.al.Bar.in mult.loc.

Poteſt etiam adduci,quod vult.Bar.in l.cum in tabul.§.1.ff. de his.qui.vt indig.vbi dicit q̃ ſi teſtator faciat mihi legatum. & deinde orta ſit inimicitia inter teſtatorem & me culpa ipſius teſtatoris non erit reuocatum legatum.

Adduci etiam poſſet.quod vult Bar.in l.miles §.fi.ff. de Adul.& Bal.in l.vnic.C.de his quæ pe.no.vbi dicũt q̃ ſi teſtator legauerit eccleſiæ centũ ſi ibi ſepeliretur, deinde teſtator fuit excommunicatus adeo q̃ non fuit in eccleſia ſepultus tamen eccleſia habebit legatum.

In iudicã.non eſſet recedeñ.ab op.Ant.de But.Pan.& im. pro qua fac.quod dixi in trac.de teſti.§.14. idem.

Nunquid autem Pares curiæ. qui cognoſcunt de cauſa feudi inter dominum & vaſallum.iux.c. 1.in ti.de contr.feu.apud pa.cu.termi.& c.de inue.in ma.fac.poſſint vt ſuſpecti recuſari Iac.de Belu.in d.c. 1.prox.al.determinat q̃ non.quia ſunt vice iudicum ordinariorum.

Sed Bal.in c.imperialem.§.præterea in ti.de prohi.alie. feu. per Fed.tenet contrarium. Idem.

Totam materiam recuſationis iudic.vt ſuſpecti,Limita niſi ſuſpitio allegata contra iudicem eſſet notoriè iniuſta. quia tunc non eſſet admittenda talis recuſatio vt vult elegãter Inno.in c.propoſuit ext.de app.& ita vult phi.in c.iudex.in 3.colum.ver.2.limita de off.deleg.in 6.& in c. legitima.in gl.2. de appel.eo.lib.vide.j.§.37. idem.

Pone q̃ allegaui iudic.incõpetentiam.Tu ſcis q̃ poteſt cognoſcere an ſit competens vel incompetens l. ſi quis ex aliena.ff.de iud.habetur.in c.ſup literis ext.de reſcr.& dixi in ver. delegatus.§.22. Pone q̃ pronũciauit ſe iudicem cõpetentem An potero poſtea eum vt ſuſpectum recuſare?videtur q̃ non quia ex tali cognitione eius perſonam approbaſſe videor per l.ſed & ſi ſuſceperit ff.de iud.

Contrarium decidit not.Sal.in l.fi.C.de iud.moue.quia iſta excep.incompetentiæ nullo modo tangit negotium prin.ſed legitimationem perſonæ.iudic.& ordo iuris & naturæ requirit vt de neceſſitate. prius quærat̃ de eſſentia vel ineſſentia rei quam de qualitate.l.nec vllam.§.ſi quis abſent.ff.de peti.hær.

cautela tñ eſt fm Sal.vbi ſ.qd̃ dica.hoc mõ.dñe iudex.dico q̃ nõ eſt.meus iudex cõpetẽs.& ſi & qths ſit. cõpetẽs recuſo vos vt ſuſpectum quod tene menti in practica. idem.

Quid ſi iudex proſequatur in cauſa. non obſtante allegatione incõpetẽtiæ.vide Ang.cõſ. 195.inci.dña.guielmina.id.

An autẽ quando pronunciat ſe incompetentem poſſit cõdemnare in expen.Barb.in 1.vol.conſ. 50.in 4.col.tenet q̃ ſic per multa quæ al.Addo Fed.conſ.133. idem.

Comparens poſt recuſationem.videtur approbare recuſatum.Alex.in 2.vol.conſ.183.phi.in c.iudex.in 3.col.ver. 1.ñ iudex,&c.de off.deleg.in 6. idem.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.non poteſt vt ſuſpectus recuſari.gl.in l.fi.C.de iud.

Sed Iac.But.ibi vt̃ tenere p̃rium.&in hãc partẽ inclinat Sal. ibi quia iuriſd.delegata etiam ad vniuerſitatem cãrum eſt extraordinaria. & iõ facilius tolli.q̃ ord.ar.l.eius milit.§.militia miſſus.ff.de te.mil.item eſt odioſa & ideo reſtringẽda.ar.l.cũ quidã.ff.de lib.& poſt.& pro iſta parte fac.q.a delegatus à principe.habet poteſtatẽ ſubdelegãdi.Sic.delegatus.ad vniuerſitatẽ cauſarum & tñ p̃t recuſari.vt volunt moderni.in d.l.fi.idẽ.

